commodiſſimos: quidvis enim citius erant facturi, quam ut ſignis collatis cum Romanis decernerent. Ergo poſtquam ad Craſſum venit Agbarus, homo facundus, orſus eſt orationem a Pompeji laudibus, commemorando ejus in ſe beneficia: Craſſum vero mactum tanta potentia prædicans, incuſabat, quod tempus cunctando perderet, jam abunde paratus; quaſi armis ei opus eſſet, ac non magis celeritate pedum & manuum, contra gentem dudum certam, abreptis rebus pretioſioribus atque pecuniis in Scythiam aut Hyrcaniam provolare. Atqui, ſi pugnandum eſt, inquit, properare oportet, priuſquam rex animo recollecto copias quoque contrahat: nunc enim Surena vobis objectus eſt & Sillaces, qui tueantur terga fugientium: ipſe vero nuſ-

PLUTARCHUS in Crasso l. 21. p. 555.

ρός ἐστι. Ταῦτα δὲ ἦν ψευδῆ πάντα. διχῇ γὰρ εὐθὺς Ορώδης διελὼν τὴν δύναμιν, αὐτὸς μὲν Αρμενίαν ἐπόρθει, τιννύμενος Αρταβάζην· Σουρήναν δὲ ἀφῆκεν ἐπὶ Ρωμαίους, οὐχ ὑπερφροσύνῃ χρώμενος, ὡς ἔνιοι φασίν· (οὐ γὰρ ἦν τοῦ αὐτοῦ, Κράσσον μὲν ἀπαξιοῦν ἀνταγωνιστὴν, ἄνδρα Ρωμαίων πρῶτον, Αρταβάζῃ δὲ προσπολεμεῖν, καὶ τὰς Αρμενίων ἐπιόντα κώμας ἐξαιρεῖν.) ἀλλὰ καὶ πάνυ μοι δοκεῖ καταδείσας τὸν κίνδυνον, αὐτὸς μὲν ἐφεδρεύειν καὶ καραδοκεῖν τὸ μέλλον, Σουρήναν δὲ προκαθεῖναι, πειρασόμενον ἄλλως, καὶ περιέλξοντα τοὺς πολεμίους. Οὐδὲ γὰρ ἦν τῶν τυχόντων ὁ Σουρήνας, ἀλλὰ πλούτῳ μὲν καὶ γένει καί δόξῃ μετὰ βασιλέα δεύτερος, ἀνδρείᾳ δὲ καὶ νεότητι τῶν καθ' αὑτὸν ἐν Πάρθοις πρῶτος· ἔτι δὲ μεγέθει καὶ κάλλει σώματος ὅσος οὐδεὶς ἕτερος. ἐξήλαυνε δὲ καθ' ἑαυτὸν αἰεὶ χιλίαις σκευοφορούμενος καμήλοις, καὶ διακοσίας ἀπήνας ἐπήγετο παλλακίδων· ἱππεῖς δὲ κατάφρακτοι χίλιοι, πλείονες δὲ τῶν κούφων, παρέπεμπον.

Plut. ib. pag. 556.

Lin. 44. Ορρώδης *Reg. B.* ὁ ῥώδης (*sic*) *Aug.* Ὑρώδης *Plut. constanter.* *L.* 45. Αρταουάσδην *h. l. Plut. & sic deinde constanter.* *L.* 47. τοῦ *vulgo abest a Plut. male.* *L.* 48 *sq.* ταῖς - - κώμαις *Aug.* ταῖς - - χώραις *Plut.* *L.* 49. μοι *caret Plut.* *L.* 51. προσκαθεῖναι *edit.* 1. *L.* 52. *Pro* ἄλλως *est* μάχης *apud Plut. minus bene.* *L.* 53. *Artic.* ὁ, *quo carent Edd., dedit Aug. cum Plut.* *L.* 54. ἀνδρίᾳ *Edd. Secus Aug. cum Plut.* *Ibid.* δὲ καὶ δεινότητι *Plut.* *L.* 55. κατ' αὐτὸν *Plut.* *L.* 56. *Pro* ὅσος *est* ὡς *apud Plut.* *L.* 57. ἀεὶ *Plut.*

quam apparet. Hæc autem falsa omnia. Orodes enim statim bifariam divisis copiis, ipse Armeniam populabatur, ut de Artabaze pœnas sumeret: Romanis vero Surenam opposuit, non contemptim, ut quidam tradunt: non enim erat ejusdem, Crassum concertatorem dedignari, principem Romanum, & cum Artabaze conflictari, vastando vicos Armeniæ; sed quantum ego colligo, metu periculi substitit in insidiis, eventum expectans. Erat enim Surena, vir non vulgaris, sed divitiis, genere ac dignitate post regem secundus: fortitudine vero ac ætatis vigore primus Parthorum omnium, procerus quoque & pulcher si quis alius. Habebat semper in proprio comitatu M camelos sarcinarios, & CC carpenta quibus vehebantur pellices: deducebaturque a M

εἶχε δὲ τοὺς σύμπαντας, ἱππεῖς ὁμοῦ πελάτας τε καὶ δούλους, μυρίων οὐκ ἀποδέοντας. καὶ κατὰ γένος μὲν ἐξ ἀρχῆς ἐκέκτητο βασιλεῖ γινομένῳ Πάρθων ἐπιτιθέναι τὸ διάδημα πρῶτος· Ορώδην δὲ τοῦτον αὐτὸς ἐξελελαμένον ἐς Πάρθους κατήγαγε, καὶ Σελεύκειαν αὐτῷ τὴν μεγάλην εἶλε, πρῶτος ἐπιβὰς τοῦ τείχους, καὶ τρεψάμενος ἰδίᾳ χειρὶ τοὺς τότε ἀντισταντας. οὕτω δὲ γεγονὼς ἔτη τριάκοντα κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, εὐβουλίας καὶ συνέσεως δόξαν εἶχε μεγίστην. οἷς οὐχ ἥκιστα καὶ τὸν Κράσσον ἔσφηλε· διὰ θράσος καὶ φρόνημα πρῶτον, εἶτα ὑπὸ δέους καὶ συμφορῶν, ταῖς ἀπάταις εὐχείρωτον γενόμενον. *PLUTARCHUS in Crasso C. 21. p. 5*

Τότε δὴ οὖν ὁ Ἄκβαρος, ὡς ἔπεισεν αὐτὸν, ἀποστάσας τοῦ ποταμοῦ, διὰ μέσων ἦγε τῶν πεδίων ἀδένδρων καὶ ἀνύδρων, καὶ πρὸς οὐδὲν οὐδαμῇ πέρας ἐφικτὸν αἰσθήσει παυομένων· ὥστε μὴ μόνον δίψει καὶ καλεπό- *Plut. ib. Cap. 22.*

Lin. 61. κατὰ γένος μὲν οὖν Plut. & caret καὶ. L. 62. ἐξαρχῆς Aug. Ibid. γινομένῳ Plut. L. 63. Ὁρώδην b. l. Aug. L. 66. τότε abeſt a Plut. Ibid. ἀντισταντας Aug, ut editt. nonnullæ Plut. L. 69. θάρσος Aug. L. 70. εὐχειρώτατον Plut. L. 72. Conjunctio δὴ abeſt a Plut. Ibid. ὁ βάρβαρος Plut. & ſic porro. L. 73. εἶχε πεδίων mend. Edd. Recte ἦγε τῶν πεδίων Aug. cum Plut. Poſt hæc verba autem duæ fere lineæ, quæ ſunt apud Plutarchum, b. l. per poſterioris alicujus librarii (ut videtur) feſtinationem omiſſæ ſunt.

equitibus loricatis, & levis armaturæ pluribus. Erat autem univerſus ejus equitatus, connumeratis clientibus ſerviſque, non minor quam X. M. & jus erat ei gentilitium, ut novo regi Parthorum primus diadema imponeret. Orodem autem hunc ipſe in regiam Parthorum ab exilio reduxerat, & Seleuciam magnam ei ſubjugaverat, ante alios aſcenſis mœnibus, profligatiſque ſua manu propugnatoribus: & quum nondum trigeſimum annum exegiſſet illo tempore, ſummam tamen opinionem habebat prudentiæ: quibus maxime de cauſis Craſſum decepit, prius præ faſtu & audacia, deinde præ metu & calamitate decipi facilem.

Tunc igitur doloſis verbis eum a flumine abſtractum Agbarus ducebat per medios campos nudos arboribus & ſqualidos, quorum nullus finis videri poterat: adeo ut iter

PLUTARCHUS in Crasso C. 22. p. 556.

τητι τῆς πορείας ἀπαγορεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς ὄψεως ἀπαραμύθητον ἀθυμίαν παρέχειν, οὐ φυτὸν ὁρῶσιν, οὐ ῥεῖθρον, οὐ προβολὴν ὄρους καθιέντος, οὐ πόαν βλασταίνουσαν, ἀλλὰ ἀτεχνῶς πελάγιόν τι χεῦμα δεινῶν ἐρήμων περιεῖχε τὸν στρατόν. ἦν μὲν οὖν καὶ ἀπὸ τούτων ὁ δόλος ὑποπτος. Επειδὴ δὲ καὶ ἀπὸ Αρταβάζου τοῦ Αρμενίου παρῆσαν ἄγγελοι, φράζοντες ὡς πολλῷ συνέχοιτο πολέμῳ, ῥέντος ἐπ' αὐτὸν Ορώδου, καὶ πέμπειν μὲν ἐκείνῳ βοήθειαν οὐ δύναται· παραινεῖ δὲ Κράσσῳ, μάλιστα μὲν ἐκεῖ τραπέσθαι, καὶ γενόμενον μετ' Αρμενίων, ὁμοῦ διαγωνίσασθαι πρὸς τὸν Ορώδην· εἰ δὲ μὴ, καὶ πορεύεσθαι καὶ στρατοπεδεύειν αἰεὶ τὰ ἱππάσιμα φεύγοντα, καὶ προσχωροῦντα τοῖς ὀρεινοῖς· Κράσσος μὲν, οὐδὲν ἀντιγράψας, ὑπὸ ὀργῆς καὶ σκαιότητος ἀπεκρίνατο, Νῦν μὲν Αρμενίοις μὴ σχολάζειν; αὖθις δὲ ἀφίξεσθαι, δίκην ἐπιθήσων Αρταβάζῃ τῆς προδοσίας. οἱ δὲ περὶ Κάσσιον

Lin. 77. ἀπαραγύθητον edit. 3. oper. err. Ibid. παρῆχεν Edd. Recte Aug. ut Plut. L. 78 sq. διαβλασταίνουσαν Plut. L. 79 sq. χεῦμα θείων τινων ἐρήμων περιεχόντων τὸν στρ. Plut. L. 81. ἐπεὶ δὲ καὶ παρ' Αρταυάσδου Plut. Ibid. τῶν Αρμενίων edit. 3. oper. err. L. 82. συνίχει τε Aug. tamquam ex συνεχῖτο. L. 83. & 86. Ὁρώδου, Ὁρώδην Aug. Τιρώδ. Plut. L. 86. καὶ ante πορευσθ. caret Plut. L. 90. Αρμενίαν Edd. Recte Aug. cum Plutarch. Ibid. ἀφίξασθαι edit. 1. male.

facientes non ſolum ſiti & viæ difficultate deficerent, ſed etiam nullum laboris conſolationem perciperent: non arborem, non rivum, non montem, non herbam virentem uſquam aſpiciendo, ſed plane ſolitudinem, alto mari ſimilem, circundantem ſe undique. Jam hoc ipſum doli ſuſpicionem faciebat. Poſtquam autem & ab Artabaze venerunt nuntii, ſignificantes eum magno bello diſtineri, ſuſtinentem Orodis impetum, nec poſſe auxilia mittere: ſuadere vero Craſſo, præcipue ut eo deflectat, & Armeniis conjunctus, prælio cum Orode decernat: ſin minus, certe iter & caſtra ita diſponat ut planities aptas equitatui caveat, & ad montes accedat propius: Craſſus regem nullo reſcripto dignatus, iracunde ac ruſtice reſpondit, ſibi non ſupereſſe nunc tantum otii ut curet Armeniam: ſed in reditu Artabazem daturum pœnas proditionis. Tum Caſſiani

αὖθις ἠγανάκτουν, καὶ Κράσσον μὲν ἀχθόμενον αὐτοῖς ἐπαύσαντο νουθετοῦντες, ἰδίᾳ δὲ τὸν Ἄκβαρον ἐλοιδοροῦντο· Τίς σὲ δαίμων πονηρὸς, ὦ κάκιστε ἀνθρώπων, ἤγαγε πρὸς ἡμᾶς; τίσι δὲ φαρμάκοις ἢ γοητείαις ἔπεισας Κράσσον, εἰς ἐρημίαν ἀχανῆ καὶ βυθὸν ἐκχέαντα τὴν στρατιὰν, ὁδεύειν ὁδοὺς Νομάδι λῃστάρχῃ μᾶλλον ἢ Ρωμαίων αὐτοκράτορι προσηκούσας; Ὁ δὲ Ἄκβαρος, ἀνὴρ ὢν ποικίλος, ἐκείνους μὲν ὑποπίπτων ἐθάρρυνε, καὶ παρεκάλει μικρὸν ἐπικαρτερῆσαι· τοὺς δὲ στρατιώτας, ἅμα συμπαραθέων καὶ παραβοηθῶν, ἐπέσκωπτε μετὰ γέλωτος· Ὑμεῖς δὲ διὰ Καμπανίας ὁδεύειν οἴεσθε, κρήνας καὶ νάματα καὶ σκιὰς καὶ λουτρὰ δηλαδὴ συνεχῆ καὶ πανδοκεῖα ποθοῦντες; οὐ μέμνησθε τὴν Αράβων καὶ Ασσυρίων μεθορίαν διεξιόντες; Οὕτω μὲν ὁ Ἄκβαρος διεπαιδαγώγησε τοὺς Ρωμαίους, καὶ πρὶν ἢ γενέσθαι φανερὸς ἐξ[illegible]ατῶν, ἀφίππευσεν, οὐ λαθὼν τὸν Κράσσον,

PLUTARCHUS in Crasso C. 22. p. 556.

Plut. ib. pag. 557.

Lin. 93. ἐλοιδώρουν *Plut.* *L.* 94. ὦ κράτιστε *Reg. A.* *L.* 95. φαρμ. καὶ γοητ. *Plut.* *L.* 96. βύθιον *ex conject. edidit Reisk.* *L.* 97. ὁδὸν ὁδεύειν *& lin. sq.* προσήκουσαν *Plut.* *L.* 1. ἔτι καρτερῆσαι *bene Plut.* *L.* 4. συνεχῆ *caret Plut.* *L.* 5. οὐ μέμνησθε *edit.* 1. οὐκ ἔμνησθε *Aug. mendose utrumque. Correxit H. Steph.* *Ibid. sq.* τὴν Αρ. διεξ. καὶ Ασσυρ. μεθορ. *Plut.* *L.* 6. ὁ βάρβαρος *Plut. ut jam monui.*

rursus ægre ferebant, & omisso Crasso, qui monitores audire gravabatur, convitiis incessebant Agbarum: „ Sceleratissime hominum, quis te malus dæmon ad nos adduxit? quibus veneficiis, quibus præstigiis persuasisti Crasso, ut per vastas solitudines iter faceret, Numidæ latronum principi magis decorum quam Romano imperatori?" Ille versipellis confortabat eos blanditiis, & hortabatur durarent paulisper: milites vero sublevabat accurrens, & cum risu cavillabatur: „ Quid? per Campaniam vos iter facere putatis, ut requiratis fontes ac rivos & umbras scilicet, balineasque & continuata pæne diversoria? non meministis vos transire per Arabum & Assyriorum confinia?" Ita tum Agbarus Romanos, quasi pædagogus quidam, castigabat: & priusquam deprehenderent in perfidia, abequitavit, non clam, sed ex consensu Crassi, fingens se curaturum neces-

UTARHUS Crasso p. 557.

ἀλλὰ καὶ τοῦτο πείσας, ὡς ὑπεργάσηται καὶ διαταράξῃ τὰ τῶν πολεμίων.

Λέγεται δὲ, τῆς ἡμέρας ἐκείνης τὸν Κράσσον, οὐχ, ὥσπερ ἔθος ἐστὶ Ρωμαίων στρατηγὸν, ἐν φοινικίδι, προελθεῖν, ἀλλ' ἐν ἱματίῳ μέλανι· καὶ τοῦτο μὲν εὐθὺς ἀλλάξαι, προνοήσαντα. τῶν δὲ σημαιῶν ἐνίας, μόλις, ὥσπερ πεπηγυίας, πολλὰ παθόντας ἀνελέσθαι τοὺς φέροντας. ὧν ὁ Κράσσος καταγελῶν, ἐπετάχυνε τὴν πορείαν, προσβιαζόμενος ἀκολουθεῖν τὴν Φάλαγγα τοῖς ἱππεῦσι· πρίν γε δὴ τῶν ἐπὶ κατασκοπὴν ἀποσταλέντων ὀλίγοι προσπελάσαντες ἀπήγγειλαν, ἀπολωλέναι τοὺς ἄλλους ὑπὸ τῶν πολεμίων, αὐτοὺς δὲ μόλις ἐκφυγεῖν· ἐπιέναι δὲ μαχομένους πλήθει καὶ θάρσει πολλῷ τοὺς ἄνδρας. Τοῦτο πάντας μὲν ἐθορύβησεν, ὁ δὲ Κράσσος ἐξεπλάγη παντάπασι, καὶ διὰ σπουδῆς, οὐ πάνυ καθεστηκὼς, παρέτατε· πρῶτον μὲν, ὡς οἱ περὶ Κάσσιον, ἠξίουν, ἁρπάσαι τὴν Φάλαγγα τῶν ὁπλιτῶν ἐπὶ πλεῖστον ἀνάγων

Lin. 9. ὑπεργάσεται καὶ διαταράξει *edit.* 2. 3. *ex Plutarch. Tenui lect. edit.* 1. *& MSS. noſtrorum. L.* 12. στρατηγὸς *edit.* 2. 3. *ex Plut. Revocavi lect. edit.* 1. *& MSStorum. L.* 18. ἐπὶ κατασκοπὴν *ed.* 1. *cum Regiis. L.* 20. αὐτοὺς δὲ μόλις *Edd. Pratuli Aug. cum Plut. L.* 21. πλήθει πολλῷ καὶ θάρσει *Plut. L.* 22. Ἅπαντας μὲν οὖν ἐθορύβησεν *Plut. L.* 23. καθεστηκότως *edit.* 1. *invitis MSS. nam* καθεστηκὼς *dabant Regii.*

ſaria, & turbaturum conſilia hoſtium.

Ferunt, Craſſum illa die non purpuratum, ut Romanis imperatoribus mos eſt, ſed atratum proceſſiſſe: veſtem tamen mutaſſe mox ut animadvertit: ſigna quoque aliquot vix evulſa magno labore ſignigerorum: quos Craſſus deridens, iter approperabat, urgens legiones ut conſequerentur equites: donec pauci ſpeculatores reverſi nuntiarunt cæſos reliquos ab hoſtibus, ſeque vix evaſiſſe: venire autem ingentem eorum multitudinem, animoſe ad pugnam feſtinantium. Hoc auditum, omnibus turbatis, Craſſum præcipue terruit: moxque non ſatis conſtanti animo ſtruebat aciem, primum ex ſententia Caſſii legiones diſponens raris ordinibus, extendenſque per campum quam longiſſime po-

τοῦ πεδίου, πρὸς τὰς κυκλώσεις, τοὺς σ' ἱππεῖς διανέμων τοῖς κέρασιν. ἔπειτα μετέδοξε, καὶ συναγαγὼν, ἀμφίσ]ομον ἐποίει καὶ βαθὺ πλινθίον, εἰς δώδεκα σπείρας προερχομένης τῶν πλευρῶν ἑκάσ]ης· παρὰ δὲ σπείραν ἴλην ἱππέων ἔταξεν, ὡς μηδὲν ἔχοι μέρος ἐνδεὲς ἱππικῆς βοηθείας, ἀλλὰ πανταχόθεν ὁμαλῶς προσφέροιτο πεφραγμένος. τῶν δὲ κεράτων τὸ μὲν Κασσίῳ, τὸ δὲ τῷ νέῳ Κράσσῳ παρέδωκεν· αὐτὸς δὲ εἰς μέσον κατέσ]η. Καὶ προάγοντες οὕτως, ἐπὶ ῥεῖθρον ἦλθον ὃ καλεῖται Βάλισσος, οὐ πολὺ μὲν ἄλλως, οὐδὲ ἄφθονον, ἀσμένοις δὲ τότε τοῖς σ]ρατιώταις φανὲν, ἐν αὐχμῷ καὶ καύματι, καὶ παρὰ τὴν ἄλλην ἐπίπονον καὶ ἄνυδρον πορείαν. Οἱ μὲν οὖν πλεῖσ]οι τῶν ἡγεμόνων ᾤοντο δεῖν ἐνταῦθα καταυλισαμένους καὶ νυκ]ερεύσαντας, καὶ πυθομένους, ἐφ' ὅσον οἷόν τε, πλῆθος καὶ τάξιν τῶν πολεμίων, ἅμα ἡμέρᾳ χωρεῖν ἐπ' αὐτούς. Κράσσῳ δὲ τῷ παιδὶ καὶ τοῖς

PLUTARCHUS in Crasso C. 23. p. 557

Lin. 27. ἀναγαγὼν Edd. cum Regiis. Secus Aug. cum Plut. L. 28. ἐποίουν Plut. Ibid. sq. ἐν δώδεκα σπείραις περιεχομένης Plutarch. L. 30. ὡς μηδὲ ἓν ἔχειν Edd. Secus Aug. cum Plut. L. 31 sq. προσφέροιτο πεφραγμένον Edd. Recte Aug. cum Plut. L. 35. Βαλισσὸς Aug. Ib. ἀσμένοις Aug. L. 38 sq. αὐλισαμένους Edd. ex Reg. A. Verbum compos. ded. Aug. & Reg. B. cum Plut. L. 40. τὸ πλῆθος vulgo Plut. Sed ab aliis ibi abest τὸ, & delevit Relsk. L. 41. Commodius Κράσσος δὲ Plut.

terat, quominus circumvenirentur, & equites distribuens per cornua: deinde, mutato consilio, faciebat laterculum ancipitem, per unumquodque latus constantem ex duodenis cohortibus, appositis ad singulas turmis equitum singulis, ne qua pars careret equestri auxilio, sed undique pariter muniretur acies. Altero cornu Cassium præfecit, altero Crassum filium, ipse in medio constitit. Sic procedentes pervenerunt ad fluvium Balissum, non magnum nec abundantem, gratum tamen militibus, in æstu ac squalore laboriosum & siticulosum iter emensis. Ibi major pars præfectorum censebat quiescendum pernoctandumque, ut cognita quantum fieri possit multitudine hostium, eorumque ordine, mane adversum eos contenderent. Sed quum

PLUTARCHUS in Crasso 23. p. 557.

περὶ αὐτὸν ἱππεῦσιν ἐγκελευομένοις ἄγειν καὶ συνάπτειν ἐπαρθεὶς, ἐκέλευσεν ἑστῶτας ἐν τάξει φαγεῖν καὶ πιεῖν τοὺς δεομένους. καὶ πρὶν ἢ τοῦτο διὰ πάντων γενέσθαι καλῶς, ἦγεν, οὐ σχέδην, οὐδὲ ὡς ἐπὶ μάχην διαναπαύων, ἀλλ' ὀξείᾳ καὶ συντόνῳ χρώμενος τῇ πορείᾳ· μέχρι οὗ κατώφθησαν οἱ πολέμιοι παρὰ δόξαν, οὔτε πολλοὶ φανέντες οὔτε σοβαροὶ τοῖς Ρωμαίοις. τὸ μὲν γὰρ πλῆθος ὑπέστειλε τοῖς προτάκτοις ὁ Σουρήνας· τὴν δὲ λαμπρότητα κατέκρυπτε τῶν ὅπλων, ἱμάτια καὶ διφθέρας προΐσχεσθαι κελεύσας. Ὡς δὲ ἐγγὺς ἐγένοντο, καὶ σημεῖον ᾔρθη παρὰ τοῦ στρατηγοῦ, πρῶτον μὲν ἐνεπίμπλατο φθογγῆς βαρείας καὶ βρόμου φρικώδους τὸ πεδίον. Πάρθοι γὰρ οὐ κέρασιν οὐδὲ σάλπιγξιν ἐποτρύνουσιν εἰς μάχην, ἀλλὰ ῥόπτρα βυρσοπαγῆ καὶ κοῖλα περιτείνοντες ἥλοις χαλκοῖς, ἅμα πολλαχόθεν ἐπιδουποῦσι· (τὰ δὲ φθέγγεται βύθιόν τι καὶ δεινὸν, ὠρυγῇ θηριώδει καὶ τραχύτητι βροντῆς μεμιγμένον·) εὖ πως συνεωρακότες ὅτι τῶν αἰσθητηρίων ἡ ἀκοὴ ταρακτικώτατόν ἐστι τῆς ψυ-

Lin. 43. ἐκέλευεν *Edd. ex Reg. A. Prætuli Aug. & Reg. B. cum Plut.* *L.* 45. ἐπὶ μάχης *Aug.* *L.* 47. μέχρις οὗ *Aug. Plut.* *L.* 49. *Artic.* ὁ *caret Plut.* *L.* 50. κατέκρυβε *Plut.* *L.* 51. προσίσχεσθαι *vulgo Plut. male.* *L.* 52 *sq.* ἐπίμπλαντο *Plut.* *L.* 54 *sq.* ἐποτρ. ἑαυτοὺς εἰς μαχ. *Plut.* *L.* 55 *sq.* περιτείναντες ἠχείοις χαλκοῖς *Plut.* *L.* 59. ἡ, *ad* ἀκοὴ, *caret Plut.*

Crassus filius & ejus equites pugnam poscerent; recepto animo pater jussit, ut qui vellent in acie cibum potumque sumerent. Id vix dum omnes recte fecerant, quum eos cœpit ducere, non lento agmine & interquiescens, sicut solent qui se servant prælio, sed celeri continuato itinere, donec ex inopinato apparuerunt hostes, nec multi, nec formidandi Romano militi: nam multitudo a tergo latebat, & armorum splendorem Surenæ monitu vestibus coriisque texerant. Ut vero jam propiores signum pugnæ acceperunt, primum strepitus gravis cum horrendo fremitu totis campis insonuit: nam Parthi non cornicibus, nec tubicinibus pugnam cient, sed pluribus simul locis in acie pulsant tympana, mugitum quendam beluinum e concavo, similem tonitruo, reddentia: gnari, auditum ex omnibus sensibus unum maxi-

χῆς, καὶ τὰ περὶ ταύτην πάθη τάχιστα κινεῖ, καὶ μάλιστα πάντων ἐξίστησι τὴν διάνοιαν.

PLUTARCHUS in Crasso C. 24. p. 557

Εκπεπληγμένων δὲ τῶν Ρωμαίων δέει διὰ τὸν ἦχον, ἐξαίφνης τὰ προκαλύμματα τῶν ὅπλων καταβαλόντες, ὤφθησαν αὐτοί τε φλογοειδεῖς κράνεσι καὶ θώραξι, τοῦ Μαργιανοῦ σιδήρου στίλβοντος ὀξὺ καὶ περιλαμπὲς, οἵ θ' ἵπποι καταπεφραγμένοι χαλκοῖς καὶ σιδηροῖς σκεπάσμασι. Μέγιστος δὲ ὁ Σουρήνας καὶ κάλλιστος· αὐτὸς δὲ τῇ κατ' ἀνδρείαν δόξῃ τὴν θηλύτητα τοῦ κάλλους οὐκ ἐοικὼς, ἀλλὰ μηδικώτερον ἐσκευασμένος, ἐντρίμμασι προσώπου καὶ κόμης διακρίσει, τῶν ἄλλων Πάρθων ἔτι Σκυθικῶς ἐπὶ τὸ φοβερὸν τῶν ἐναντίων ἀνασιλλοκομώντων. Πρῶτον μὲν οὖν διενοοῦντο, τοῖς κοντοῖς εἰσελαύνοντες, σείειν καὶ βιάζεσθαι τοὺς προτάκτους. ὡς δὲ ἑώρων τό τε βάθος τοῦ συνασπισμοῦ, καὶ τῶν ἀνδρῶν τὸ μόνι-

Plut. ib. pag. 558.

Lin. 61. πάντων *caret Plut.* *L.* 62. δέει *abest ab eodem.* *L.* 63. καταλαβόντες *MSS. Regii.* καταβαλλόντες (*sic*) *Aug.* *L.* 66. χαλκοῦ καὶ *edit.* 1. *mend.* *Ibid. sq.* σιδηροῖς ὑφάσμασι *vulgo Plut.* *L.* 67. Ὁ δὲ Σουρ. μεγ. καὶ καλλ. αὐτὸς, τῇ κατ' ἀνδρ. *Plut. sed & ibi* δὲ *ante* κατ' ἀνδρ. *inseruit Reisk.* *L.* 68. ἀνδρίαν *Edd. Secus Aug. cum Plut.* *Ibid.* τῶν καλλ. *edit.* 3. *oper. err.* *L.* 71. *Pro* Σκυθικῶς *dat mend.* συνθηκῶς *edit.* 1. *Ibid.* φοβερὸν τῶν ἀνασιλλοκομώντων *edit.* 1. φοβερὸν τῶν ἐναντίων κομώντων *Aug. Conjunxi utramque lectionem.* φοβερὸν τῶν ἀνασίλλων κομώντων *edit.* 2. 3. *ex Plut.* *L.* 72. Καὶ πρῶτον μὲν ἐπεν. *Plut.* *L.* 73. *loco* σείειν *est* ὠθεῖν *apud. Plut.*

me turbare animam, & affectus in ea movere, ac mentem excutere.

Hoc strepitu Romanis attonitis, illi repente projectis tegmentis armorum, conspiciebantur micantes cassidibus ac thoracibus e Margiano ferro factis, instar ignis fulgentibus, insidentes & equis opertis æreis ferreisque laminis. Inter quos eminebat Surena, muliebri venustate non respondens celebratæ fortitudini, sed more Medorum fucatus comatusque: quum alii Parthi ad terrorem capillitium in frontem reflectere soleant. Ac primum concitatis equis conati sunt contis primam aciem concussam perrumpere: ut vero animadverterunt densatos legionis clypeos & virorum confertorum firmitudinem, re-

PLUTARCHUS in Crasso C. 24. p. 558.

μον καὶ συνεστηκὸς, ἀνῆγον ὀπίσω· καὶ σκίδνασθαι δοκοῦντες ἅμα καὶ διαλύειν τὴν τάξιν, ἐλάμβανον ἐν κύκλῳ περιβάλλοντες τὸ πλινθίον αὐτῶν. Κράσσου δὲ τοὺς ψιλοὺς ἐκδραμεῖν κελεύσαντος, οὗτοι μὲν οὐ πολὺ προῆλθον, ἀλλὰ πολλοῖς τοξεύμασιν ἐντυχόντες, ταχὺ συμπαρέντες, αὖθις ἐνεδύοντο τοῖς ὁπλίταις· καὶ παρεῖχον ἀκοσμίας ἀρχὴν καὶ δέους ὁρῶσι τὴν ῥώμην τῶν ὀϊστῶν καὶ τὸν τόνον, ὅπλά τε ῥηγνύντων, καὶ διὰ παντὸς φερομένων ὁμοίως ἀντιτύπου καὶ μαλακοῦ στεγάσματος. οἱ δὲ Πάρθοι, διαστάντες ἐκ μήκους, ἤρξαντο τοξεύειν ἅμα πανταχόθεν· οὐ τὴν ἀκριβῆ τοξείαν, (ἡ γὰρ συνέχεια καὶ πυκνότης τῶν Ρωμαίων οὐδὲ τῷ βουλομένῳ διαμαρτάνειν ἀνδρὸς παρεῖχεν·) εὐτόνους δὲ τὰς πληγὰς καὶ βιαίους διδόντες ἀπὸ τόξων κραταιῶν καὶ μεγάλων, καὶ τῇ σκολιότητι τῆς καμπῆς τὸ βέλος ἠναγκασμένον ἀποστελλόντων. Ἦν οὖν αὐτόθεν ἤδη μοχθηρὰ τὰ Ρωμαίων. καὶ γὰρ μένοντες ἐν τάξει, συνετιτρώσκοντο· καὶ χωρεῖν

Lin. 75. καὶ παρεστηκὸς *Plut.* *L.* 76. *Rectius* ἐλάνθανον ἐν κυκλ. *Plut.* *L.* 78. οὐ πολλοὶ *Aug.* *L.* 79. ἐντυχόντες ταχὺ, καὶ συμπαρ. *edit.* 2. 3. *ex Plut.* *L.* 82. καὶ τῶν τόνων *edit.* 1. *cum Regiis & Aug. Mendam correxit H. Steph. ex Plutarcho; apud quem, mutata verborum serie, est* τὸν τόνον τῶν ὀϊστῶν καὶ τὴν ῥώμην. *L.* 83. μαλ. τοῦ τάγματος *Plut. mend.* *L.* 85. ἀκριβῆ τάξιν, *Plut.* *L.* 89. ἠναγκ. τὸ βέλ. *Plut.*

trocesserunt: & quasi dispersi dissolverent ordines, circumveniebant laterculum. In eos quum Crassus levem armaturam immisisset, non multum hi processerunt, sed cito multitudine sagittarum obruti confixique recipiebant se intra ordines legionariorum: atque ita perturbationis trepidationisque fecerunt initium, dum vis telorum conspicitur uno tenore armatos inermesque perforantium. Tum Parthi eminus cœperunt sagittas in eos, undique conjicere temere: nam a confertis, ne si vellent quidem, aberrare poterant. Erant autem vehementes plagæ, ut profectæ a magnis ac validis arcubus, violento flexu tela excutientibus: itaque jam inde valde laborabant Romani: nam sive in ordine manerent, consauciabantur; sive conarentur hostem

ὁμόσε πειρώμενοι, τοῦ μὲν ποιεῖν ἴσον ἀπεῖχον, ὁμοίως δὲ ἔπασχον. ὑπέφευγον γὰρ ἅμα βάλλοντες οἱ Πάρθοι. καὶ τοῦτο κράτιστα ποιοῦσι μετὰ Σκύθας· καὶ σοφώ-
95 τατόν ἐστιν, ἀμυνομένους ἔτι, σώζεσθαι, καὶ τῆς φυγῆς ἀφαιρεῖν τὸ αἰσχρόν.

PLUTARCHUS in Crasso C. 24. p. 5

Ἄχρι μὲν οὖν ἤλπιζον αὐτοὺς, ἐκχεαμένους τὰ βέλη, σχήσεσθαι μάχης, ἢ συνάψειν ἐς χεῖρας, ἐκαρτέρουν. ὡς δὲ ἔγνωσαν, ὅτι πολλαὶ κάμηλοι παρεστᾶσι τοξευμά-
1 των πλήρεις, ἀφ' ὧν περιελαύνοντες οἱ πρῶτοι λαμβάνουσιν· οὐθὲν πέρας ὁρῶν ὁ Κράσσος ἠθύμει, καὶ σκοπεῖν ἐκέλευεν (ἀγγέλους πέμψας πρὸς τὸν υἱὸν) ὅπως προσμίξαι βιάσαιτο τοῖς ἐναντίοις, πρὶν ἢ κυκλωθῆναι. μά-
5 λιστα γὰρ ἐκείνῳ προσέκειντο, καὶ περιίππευον τὸ κέρας, ὡς κατὰ νώτου γενησόμενοι. λαβὼν οὖν ὁ νεανίας ἱππεῖς χιλίους καὶ τριακοσίους, ὧν οἱ χίλιοι παρὰ Καίσαρος ἦσαν, καὶ τῶν ἔγγιστα θυρεαφόρων ὀκτὼ σπείρας, συνήγαγεν ἐς ἐμβολήν. τῶν δὲ Πάρθων οἱ περιελαύνοντες,

Plut. ib. Cap. 25.

Lin. 95. ἀμυν. ἐπὶ τῷ σώζεσθαι τῆς φυγῆς &c. *Plut.* *L.* 98. συνάπτειν *vulgo Plut.* *L.* 2. οὐδὲν *Plut.* *L.* 4. βιάσετο *edit.* 1. *vit. quod ex Plut. in* βιάσεται *mutatum est in edit.* 2. 3. βιάσαιτο *dederunt MSS. nostri.* *L.* 5 *sq.* ἐκείνῳ προσέπιπτε καὶ περιίππευε τὸ κέρας, ὡς κ. ν. γενησόμενον *Plut.* *L.* 6 *sq.* ἱππεῖς τε χιλ. *idem.* *L* 8. ἦσαν, καὶ τεξότας πεντακοσίους, καὶ τῶν &c. *idem.* *Ibid.* θυρεαφόρων *h. l. Plut.* *Ibid. sq.* περιήγαγεν *Plut.*

invadere, nihil proficiebant, & nihilominus percutiebantur. Parthi enim inter refugiendum sagittas emittebant: id quod post Scythas optime norunt facere, egregio commento salutem simul protegente & tollente a fuga turpitudinem.

Quousque igitur sperabant eos consumptis sagittis abscessuros aut pugnaturos cominus, durabant: ut vero cognitum est, multos adstare camelos sagittis onustos, ad quos circumvecti e prima acie pharetras repleant; nullum finem videns Crassus, angebatur, & per nuntios filium monuit, ut in adversos irruat, priusquam circumveniatur: hunc enim urgebant maxime, obequitando ejus cornu, ut se a tergo ostenderent. Juvenis igitur assumptis M. CCC. equitibus, quorum mille a Cæsare acceperat, & proximis clypeatorum octo cohortibus, in hostes fecit impetum. Par-

εἴτε τέλμασιν ἐντυχόντες, ὡς ἔνιοί φασιν, εἴτε λαβεῖν τὸν Κράσσον ἀπωτάτω τοῦ πατρὸς στρατηγοῦντες, ὀπίσω στρέψαντες ἐπεδίωκον. Ὁ δ' ἐμβοήσας, ὡς οὐ μένουσιν οἱ ἄνδρες, ἤλαυνε, καὶ σὺν αὐτῷ Κηνσωρῖνός τε καὶ Μεγάβακχος· ὁ μὲν, εὐψυχίᾳ καὶ ῥώμῃ διαφέρων, Κηνσωρῖνος δὲ καὶ βουλευτικὸν ἔχων ἀξίωμα, καὶ δεινὸς εἰπεῖν· ἑταῖροι δὲ Κράσσου, καὶ παραπλήσιοι καθ' ἡλικίαν. ἐπισπομένων δὲ τῶν ἱππέων, οὐδὲ τὸ πεζὸν ἀπελείπετο, προθυμίᾳ καὶ χαρᾷ τῆς ἐλπίδος. νικᾷν γὰρ ᾤοντο καὶ διώκειν· ἄχρις οὗ πολὺ προελθόντες, ᾔσθοντο τὴν ἀπάτην, μεταβαλλομένων τῶν φεύγειν δοκούντων, καὶ πλειόνων ἄλλων ἐπιφερομένων. Ενταῦθα δὲ ἔστησαν, οἰόμενοι συνάψειν αὐτοῖς ἐς χεῖρας ὀλίγοις οὖσι τοὺς πολεμίους. οἱ δὲ, τοὺς καταφράκτους προτάξαντες ἐναντίους τοῖς Ρωμαίοις, τὴν δὲ ἄλλην ἵππον ἄτακτον περὶ αὐτοὺς ἐλαύνοντες, καὶ συνταράσσοντες τὸ πεδίον, ἀνί-

Lin. 10. εἴτε συντάγμασιν ἐμπεσόντες *Plut.* *L.* 11. ἀπωτ. τοῦ στρατοῦ *Edd. Prætuli Aug. cum Plut.* *L.* 12. τρέψαντες *Edd.* στρεψ. *recte Aug. cum Plut.* *Ibid.* ἐδίωκον *Plut.* *Ibid.* ὁ δὲ βοήσας *Plut.* *Ib.* οὐ μενοῦσιν *vulgo Plutarch. Mutavit ibi Reisk.* *L.* 13. Κινσωρι. *edit.* 1. *& mox iterum.* *L.* 15. καὶ *ante* βουλευτ. *caret Plutarch.* *L.* 17. ἐπισπωμένων *Edd. ut vulgo Plutarch. Prætuli Aug. Cand.* *L.* 19. ᾤοντο διώκει *Aug. Forte pro* ᾤοντο τὸ διώκειν. *L.* 20. μεταβ. ἅμα τῶν φευγ. *Plut.* *L.* 21. ἐνταῦθα ἔστησαν *Plut.* *L.* 25. συνταραττ. *Plut.*

thi vero discursatores, sive quia in cœnosa inciderant, ut nonnulli produnt, sive ut hoc stratagemate Crassum quam longissime a suis distraherent, versis equis fugiebant. Ille, inclamans terga hostem vertere, persequebatur, & cum eo Censorinus Megabacchusque, hic animi corporisque fortitudine eximius, ille senator ac orator, ambo æquales Crassi & sodales. Hos consequentibus equitibus, legionarii quoque promovebant, alacres lætique ac meliora sperantes: putabant enim, se jam victos persequi: donec non longe progressi dolum senserunt, revertentibus qui videbantur fugere, & cum eis irruentibus aliis pluribus. Tum agmen primum constitit, rati hostem se propter paucitatem aggressurum cominus: at illi cataphractos opposuerunt Romanis: cæteri discurrendo & ungulis equorum perturbando

PLUTARCHUS in Crasso p. 559.

μικροῖς δορατίοις θώρακας ὁλοβύρσους καὶ σιδηροῦς, παιόμενος δὲ κοντοῖς εἰς εὐσταλῆ καὶ γυμνὰ σώματα τῶν Γαλατῶν· τούτοις γὰρ ἐθάρρει μάλιστα, καὶ μετὰ τούτων ἔργα θαυμαστὰ διεπράττετο. τῶν τε γὰρ κοντῶν ἐπελαμβάνοντο, καὶ συμπλεκόμενοι τοὺς ἄνδρας ἀπὸ τῶν ἵππων ἐώθουν, τῇ βαρύτητι τοῦ ὁπλισμοῦ δυσκινήτους ὄντας. πολλοὶ δὲ τοὺς ἑαυτῶν ἀπολείποντες ἵππους, καὶ ὑποδυόμενοι τοὺς ἐκείνων, ἔτυπτον εἰς τὰς γαστέρας· οἱ δὲ ἀνεσκίρτων ὑπὸ ὀδύνης, καὶ συμπατοῦντες ἐν ταυτῷ τοὺς ἐπιβάτας καὶ τοὺς πολεμίους ἀναπεφυρμένους, ἀπέθνησκον. ἐπίεζε δὲ τοὺς Γαλάτας μάλιστα τό τε θάλπος καὶ τὸ δίψος, ἀμφοτέρων ἀήθεις ὄντας· καὶ τῶν ἵππων ἀπολώλεισαν οἱ πλεῖστοι, πρὸς ἐναντίους ἐλαυνόμενοι τοὺς κοντούς. ἐβιάσθησαν οὖν ἀναχωρῆσαι πρὸς τοὺς ὁπλίτας, ἔχοντες τὸν Πόπλιον ὑπὸ τραυμάτων ἤδη κακῶς διακείμενον. Ιδόντες δὲ θῖνα βουνώδη πλησίον, ἐχώρουν ἐπ' αὐτὴν, καὶ τοὺς μὲν ἵππους ἐν μέσῳ κατέδησαν, ἔξωθεν δὲ τοῖς θυρεοῖς συγκλείσαντες, ᾤοντο

Lin. 44. ὠμοβύρσους *Plut.* *Ibid.* ἢ σιδηροῦς *Aug.* *L.* 45. σπασάμενος *mend. Edd. Recte* παιομ. *Aug. ut Plut.* *L.* 48. συμπαραπλεκομ. *vulgo Plut.* *L.* 49. τῶν ἱππέων *edit.* 1. *Ibid.* τῶν ὁπλισμῶν ἀκινήτους *Edd. Secus Aug. & δυσκιν. etiam Reg. B. ut Plut.* *L.* 50. ἀπολιπόντες *Plut.* *L.* 51. δυόμενοι *vulgo Plut.* *Ibid.* τοῖς ἐκείνων *idem.*

vero contis in leviter armata feminudaque Gallorum corpora. His enim fidebat maxime, & horum ope mira edebat facinora: apprehensis enim contis viros ab equis deturbabant, armis gravatos & ideo parum agiles. Multi etiam, suis relictis, adversariorum equos suffodiebant: qui præ dolore subsultantes excutiebant sessores, & tam suos quam hostes proculcabant promiscue, donec & ipsi caderent. Sed nihil erat Gallis æstu sitique molestius, ad hæc non assuetis: & equos amiserunt plurimi, quos infestis contis induerant. Conati sunt igitur ad legiones se recipere, habentes in medio Publium, jam multis mulctatum vulneribus. Conspicati autem in propinquo arenas congestas in tumuli speciem, successerunt eo: & alligatis equis in medio, scutis circumquaque

τες, ὤοντο ῥᾴον ἀμύνασθαι τοὺς βαρβάρους· ἀπέβαινε δὲ τοὐναντίον. ἐν μὲν γὰρ ὁμαλῷ τοῖς ὄπισθεν ἀμωσγέπως οἱ πρόσθεν παρέχουσι ῥᾳστώνην· ἐκεῖ δὲ ἄλλον ὑπὲρ ἄλλου διὰ τὴν ἀνωμαλίαν ἀνέχοντος τοῦ χωρίου, καὶ μᾶλλον ἀεὶ τοὺς κατόπιν ἐξαίροντος, οὐδὲν ἦν τὸ διαφεῦγον· ἀλλ' ἐβάλλοντο πάντες ὁμαλῶς, ὀδυρόμενοι τὴν ἀκλεῆ καὶ ἄπρακτον αὐτῶν τελευτήν. Ἦσαν δὲ περὶ τὸν Πόπλιον ἄνδρες Ἕλληνες δύο τῶν αὐτόθι, κατοικοῦντες ἐν Κάρραις, Ἱερώνυμος καὶ Νικόμαχος· οὗτοι συνέπεισθον αὐτὸν ὑπεξελθεῖν μετ' αὐτῶν, καὶ διαφυγεῖν εἰς Ἴχνας, πόλιν ἠρημένην τὰ Ρωμαίων καὶ οὐ μαχρὰν οὖσαν. Ὁ δὲ, φήσας οὐδένα δεινὸν οὕτως ἔσεσθαι θάνατον, ὃν φοβηθεὶς Πόπλιος ἀπολείψει τοὺς ἀπολλυμένους δι' ἧς αὐτὸν, ἐκείνους μὲν ἐκέλευσε σώζεσθαι, καὶ δεξιωσάμενος ἀπέστειλεν. αὐτὸς δὲ, τῇ χειρὶ χρήσασθαι μὴ δυνάμενος

PLUTARCHUS in Crasso C. 25. p. 559.

Lin. 62. ἀμύνεσθαι *vulgo Plut. quod in* ἀμυνῖσθαι *mutavit Reisk.* *L.* 63. γὰρ τῷ ὁμαλῷ *idem.* *L.* 64. παρεχ. οἱ πρότ. *idem.* *Ibid.* δὲ ἄλλον *Edd. male, invitis MSS.* *L.* 65. ὑπὲρ ἄλλου *Plut.* *Ibid.* ἐχόντος τοῦ χωρ. *vulgo Plut.* *L.* 66. τὸν κατόπιν *Plut.* *Ibid. fq.* οὐκ ἐφύγοντο διαφεύγειν, ἀλλ' ἐβαλλ. *Plut.* *L.* 68. αὐτοὶ *edit.* 1. *cum Regg. & Aug.* αὐτῶν *ed.* 2. 3. *ex Plut. Mutavi in* αὐτῶν. *L.* 69. ἄνδρες δύο, Ἕλληνες δύο *Edd. mend. ex Reg. A. Recte Reg. B. & Aug. cum Plut.* *Ib. fq.* αὐτόθι κατοικούντων *Plut.* *L.* 70 Κάρραις *vulgo Plut. male.* *Ibid. fq.* οἱ συνεπιθ. *Plut.* *L.* 71. διαφεύγειν *Plut.* *Ibid.* εἰς *caret edit.* 3. *oper. errore.* *L.* 72. Ἴχνος *Aug.* Ἰσχνὰς *Plut.* *Ibid. fq.* *Verba* καὶ οὐ μακρὰν οὖσαν *abſunt ab Edd. Dedit Aug. ut Plut.* *L.* 74 *fq.* δι' αὐτὸν *Plut.* *L.* 75. ἐπίλυσιν *Plut.* *Ibid. fq.* δεξ. ἀπέλυσεν *idem.*

cumquaque ſe muniverunt, rati ſic facilius arceri poſſe barbaros. Evenit autem contrarium: nam in planitie primi utcunque poſteriores protegunt: hic autem quum propter acclivitatem alii eminerent ſuper alios, nihil erat in tuto, ſed omnes vulnerabantur pariter, lamentantes ſe inultos & inglorios occumbere. Adstant tum Publio duo Graeci, Carrenſes cives, Hieronymus & Nicomachus: hi ſuadebant, ut cum eis ſe ſubduceret, perfugeretque Ichnas, oppidum Romanarum partium. Ille negavit ullam eſſe tam gravem mortem, cujus metu Publius ſuos & propter ſe in periculum adductos deſereret: ſimulque dimiſit eos comiter, juſſos ſibimet ipſis proſpicere. Ipſe, quia non poterat uti manu

PLUTARCHUS in Crasso p. 25. p. 559.

(διελήλατο γὰρ βέλει) τὸν ὑπασπιστὴν ἐκέλευσε πατάξαι τῷ ξίφει, παρασχὼν τὸ πλευρόν. ὁμοίως δὲ καὶ Κηνσωρῖνον ἀποθανεῖν λέγουσιν. Μεγάβακχος δὲ αὐτὸς ἑαυτὸν διεχρήσατο, καὶ τῶν ἄλλων οἱ δοκιμώτατοι. τοὺς 8
δὲ ἀπολελειμμένους ἀναβαίνοντες οἱ Πάρθοι τοῖς κοντοῖς διήλαυνον μαχομένους. ζῶντας δὲ οὐ πλείους φασὶν ἁλῶναι πεντακοσίων. τὰς δὲ κεφαλὰς τῶν περὶ τὸν Πόπλιον ἀποκόψαντες, ἤλαυνον εὐθὺς ἐπὶ τὸν Κράσσον.

Plut. ib. Cap. 26.

Εἶχε δὲ τὰ κατ' αὐτὸν οὕτως. Ὡς ἐκέλευσε τὸν υἱὸν 8
ἐμβαλεῖν τοῖς Πάρθοις, καί τις αὐτῷ μακρὰν ἤγγειλε τροπὴν εἶναι καὶ δίωξιν ἰσχυρὰν τῶν πολεμίων, ἑώρα δὲ καὶ τοὺς καθ' αὑτὸν οὐκέτι προσκειμένους· (ὁμοίως γὰρ ἐῤῥύησαν οἱ πλεῖστοι·) μικρὸν ἀνεθάῤῥησε, καὶ συναγαγὼν ὑπέστειλε χωρίοις προσάντεσι τὸν στρατὸν, αὐτίκα προσ- 90
δοκῶν τὸν υἱὸν ἐπανήξειν ἀπὸ τῆς διώξεως. Τῶν δὲ πεμφθέντων ὑπὸ τοῦ Ποπλίου πρὸς αὐτὸν, ὡς ἐκινδύνευεν, οἱ μὲν πρῶτοι διεφθάρησαν, ἐμπεσόντες ἐς τοὺς βαρβά-

Lin. 79 *sq.* Μεγαβ. δ' αὐτὸν (*al.* δ' αὐτὸν) διεχρ. *Plut.* *L.* 82 *sq.* πλείονας ἁλῶναι φασὶ *idem.* *L.* 83. τον *ad* Ποπλ. *carent Edd. Dedit Aug. cum Plut.* *Ibid. sq.* Ποπλ. ἀποκείραντες *Plut.* *L.* 86. ἤγγειλεν αὐτῷ μακρὰν *idem.* *L.* 88 *sq.* προσκειμένους ὁμοίως (ἐκεῖ γὰρ ἐῤῥ. οἱ πλ.) *idem.* *L.* 90. ὑπέστειλεν ἐν χωρ. *idem.* *L.* 92. ἐκινδύνευεν *Edd. Rectius Aug. cum Plut.*

transfixa, armigero latus feriendum præbuit: eodem modo & Censorinus perisse dicitur: Megabacchus seipse confodit, & nobiliores cæteri. Reliquos Parthi, enixi per clivum, contis transfixerunt repugnantes: vivos non plures quingentis captos traditur. Publii sociorumque cadaveribus truncatis, hostes ad Crassum reversi sunt.

Qui se interim sic gesserat. Postquam jussit filium in Parthos impetum facere, & quidam ei nuntiavit effusam fugam hostium, se quoque vidit non urgeri ab eis amplius, (nam hac etiam parte diffluxerant;) paulum recepit fiduciam, & copias in locum acclivem subduxit, sperans filium mox a persecutione reversurum. Cæterum nuntii, quos ille primos ad patrem de suo periculo monendum miserat, perierunt, intercepti a barbaris; posteriores ægre e-

ρους, οἱ δὲ, ὕστερον διαφυγόντες μόγις, ἀπήγγειλαν οἱ- PLUTA
95 χεσθαι τὸν Πόπλιον, εἰ μὴ ταχεῖα καὶ πολλὴ βοήθεια CHUS
παρ' ἐκείνου γένοιτο. Τὸν δὲ Κράσσον ἅμα πολλὰ πάθη in Craſſ
κατέσχε· καὶ λογισμῷ μὲν οὐδὲν ἔτι τῶν πραγμάτων C. 29. p. 5
ἐῶρα, φόβῳ δὲ περὶ τοῦ σύμπαντος ἅμα, καὶ πόθῳ
τοῦ παιδὸς, ἑλκόμενος βοηθεῖν καὶ μὴ βοηθεῖν, τέλος
1 ὥρμησε προάγειν τὴν δύναμιν. Ἐν τούτῳ δὲ οἱ πολέμιοι
προσέφερόντο, κραυγῇ καὶ παιᾶνι φοβερώτεροι· καὶ
πολλὰ τῶν τυμπάνων αὖθις περιεμυκᾶτο τοὺς Ρωμαίους,
ἑτέρας μάχης ἀρχὴν προσδοκῶντας. οἱ δὲ τὴν κεφαλὴν
5 τοῦ Ποπλίου κομίζοντες ὑπὲρ αἰχμῆς ἀναπεφηγυῖαν,
ἐγγὺς προσελάσαντες ἀνέδειξαν, ὕβρει πυνθανόμενοι το-
κέας αὐτοῦ καὶ γένος· οὐ γὰρ δὴ πρέπειν γε, Κράσσου,
πατρὸς ἀνανδροτάτου καὶ κακίστου, γενναῖον οὕτω παῖδα
καὶ λαμπρὸν ἀρετὴν γενέσθαι. Τοῦτο τὸ θέαμα Ρω-
10 μαίων ὑπὲρ ἅπαντα τὰ ἄλλα δεινὰ τὰς ψυχὰς κατέ-

Lin. 94. διαφεύγοντες Edd. Prætuli Aug. Plut. Ibid. οἱ δ' ὕστερον, μόγις διαφυγόντες Plut. Ib. ἀπήγγειλαν Plut. L. 96. παρ' ἐκείνου ed. 1. cum Regiis. παρ' ἐκείνων edit. 2. 3. Rectè Aug. cum Plut. Ibid. γένηται Edd. γένοιτο ded. Aug. cum Plut. L. 99. Verba καὶ μὴ βοηθεῖν absunt a Plut. L. 2. προσεφέροντο κραυγὴν καὶ παιᾶνα Edd. invit. MSS. κραυγὴ καὶ παιᾶνι (sic) Reg. A. B. mend. Rectè Aug. κλαγγῇ καὶ παιᾶνι Plut. L. 9. ἀρετῇ Plut. Ibid. Τοῦτο θέαμα Edd. Rectè Aug. cum Plut.

lapſi nuntiarunt actum de Publio, ni ſuccurratur celerrime. Craſſus autem variis diſtrahebatur affectibus: quibus rationem offuſcantibus, nequiebat quid agendum eſſet decernere; nunc de ſumma rerum ſolicitus, nunc filio metuens, incertus num ſuccurrere an non ſuccurrere debeat. Tandem promovit exercitum, quum hoſtes procurrerunt ei obviam, ululatu barbaro horrendoque præ ſe ferentes victoriam: rurſumque multa tympana circumſtrepebant Romanos, expectantes novum prælium. Illi caput Publii præfixum haſtæ ferentes oſtentabant e propinquo, per ludibrium rogitantes, quinam juvenis parentes eſſent, quodve genus: nec enim veriſimile videri, Craſſo patre ignaviſſimo prognatum adeo generoſum ac fortem filium. Id ſpectaculum animos Romanorum plus quam ulla alia calamitas

[illegible] πρὸς ἄμυναν, ὥσπερ [illegible] πᾶσιν ἐγγενομένου. [illegible] αὐτοῦ λαμπρότατον ἐν τῷ [illegible] ἐβόα γὰρ, ἐπιὼν τὰς [illegible], τοῦτο τὸ πάθος ἴδιόν ἐστιν. [illegible] καὶ τύχη τῆς Ρώμης ἐν ὑμῖν ἕστηκε [illegible] καὶ ἀήττητος. εἰ δὲ κἀμοῦ τις οἶ- [illegible] παῖδα πάντων ἄριστον, ἐπιδείξασθε τοῦ- [illegible] πρὸς τοὺς πολεμίους· ἀφέλεσθε τὴν χαρὰν [illegible] τιμωρήσασθε τὴν ὠμότητα. μὴ καταπλαγῆτε [illegible] γεγενημένοις, εἰ δεῖ τι καὶ παθεῖν μεγάλων ἐφιε- μένους. οὐδὲ Λεύκολλος Τιγράνην ἀναιμωτὶ καθεῖλεν, οὐδὲ Σκιπίων Αντίοχον. χιλίας δὲ ναῦς οἱ παλαιοὶ περὶ Σικελίαν ἀπώλεσαν· ἐν δ' Ιταλίᾳ πολλοὺς αὐτοκράτο- ρας καὶ στρατηγούς· ὧν οὐδεὶς προηττηθεὶς ἐκώλυσεν αὐ- τοὺς κρατῆσαι τῶν νενικηκότων. οὐ γὰρ εὐτυχίᾳ τὰ Ρω-

Lin. 13. τον γε Κρ. *Plut.* *Ibid.* αὐτὸν *caret Plut.* *Ibid.* αὐτοῦ *pro* αὐτοῦ *dat Aug.* *L.* 15. τὸ πένθος *Plut.* *L.* 16. τύχη καὶ δόξα *idem.* *L.* 18 *sq.* τοῦτο *Edd.* τοῦτ' *Plut.* τοῦτον *ded. Aug.* *L.* 19. τῇ *abest ab Aug. & Plutarch.* *L.* 20. καταπλαγεῖτε *mend. edit.* 1. *L.* 22. Λούκουλλος *Plut.* *L.* 26. οὐδὲ γὰρ *Edd.* οὐ γὰρ *ded. Aug. ut Plut.*

fregit & dejecit, nec ad indignationem vindictæque cupiditatem excitavit, ut debuit, sed horrorem tremoremque incussit omnibus: quamvis in eo casu Crassi virtus eluxit ultra solitum. Clamitabat enim, obequitans ordines: „ Mea privatim, milites, hæc est calamitas: cæterum patriæ decus & felicitas vobis incolumibus manet infracta invictaque. Quod si mei quoque vos miseret, orbati filio longe præstantissimo, iram in hostem effundite: auferte eis hoc gaudium, pœnas de immanitate sumite. Nolite terreri si quid adversum vel accidit vel imminet ad magna præmia nitentibus. Nec Lucullus Tigranem incruente debellavit, nec Antiochum Scipio. Majores vero nostri mille naves amiserunt circa Siciliam: in Italia quoque multos imperatores ac duces; quorum nemo sua clade obstitit quominus victi vincerent. Non enim felicitate, sed tolerantia fortitudineque

μαίων, ἀλλὰ τλημοσύνῃ καὶ ἀρετῇ πρὸς τὰ δεινὰ χωρούντων, ἐς τοσοῦτον προῆλθε δυνάμεως.

PLUTARCHUS in Craſſ. C. 27. p. 5

Τοιαῦτα λέγων καὶ παραθαρσύνων ὁ Κράσσος, οὐ πολλοὺς ἐώρα προθύμως ὑπακούοντας· ἀλλὰ καὶ συναλαλάξαι κελεύσας, ἤλεγξε τοῦ στρατοῦ τὴν κατήφειαν, ἀσθενῆ καὶ ὀλίγην καὶ ἀνώμαλον κραυγὴν ποιήσαντος. ἡ δὲ παρὰ τῶν βαρβάρων, λαμπρὰ καὶ θρασεῖα κατεῖχε. τραπομένων δὲ πρὸς ἔργον, οἱ μὲν οἰκέται καὶ πελτασταὶ, πλάγιοι περιελαύνοντες ἐτόξευον· αὐτοὶ δὲ τοῖς κοντοῖς οἱ πρόταικοι χρώμενοι, συνέστελλον ἐς ὀλίγον τοὺς Ρωμαίους, πλὴν ὅσοι τὸν ὑπὸ τῶν τοξευμάτων Θεύγοντες θάνατον, ἀπετόλμων παραβόλως ἐς αὐτοὺς φέρεσθαι· μικρὰ μὲν βλάπτοντες, ὀξέως δὲ θνήσκοντες ὑπὸ τραυμάτων μεγάλων καὶ καιρίων, παχὺν ἐπωθούντων τῷ σιδήρῳ τὸν κοντὸν, τοὺς ἵππους πολλάκις καὶ διὰ δυοῖν ἀνδρῶν ὑπὸ ῥώμης διαπορευόμενον. Οὕτω δὲ ἀγω-

Liv. 28. ἐς τοσοῦτο *Aug.* εἰς τοῦτο *Plut.* L. 29. παραθαῤῥύνων *Edd. Secus Aug. Plut.* L. 32. εἰς ἀσθενῆ & *mox* ἐποιήσατο *Plut.* L. 34 *ſq. Pro* εἰκότως καὶ πελτασταὶ, *dat* ἱππόται *uno verbo Plut. Pro* πελτασταὶ *expreſſit* πελάται *Gelen. & hoc maluit H. Steph.* L. 37. ὅσοι τῶν ἀπὸ τῶν *edit.* 1. ὅσοι ἀπὸ τῶν *edit.* 2. 3. ὅσοι τὸ ὑπὸ τῶν *Aug. Correxi ex Plut.* L. 41. κοντὸν εἰς τοὺς ἵππους, πολλάκις *edit.* 2. 3. *ex Plut. Ibid.* πολλάκις δὲ καὶ *Plut.* L. 42. δυοῖν *Aug. Ibid.* ἀνδράσι *male edit.* 1. *Ibid.* ὑπὸ ῥύμης *Edd. ex Reg. A.* ῥώμης *ded. Aug. Reg. B. & Codd. nonnulli Plut. Ibid.* διαπορευομένων *Plut. Ibid.* δὲ *vulgo caret Plut.*

in rebus aſperis, imperium Romanum crevit ad tantam potentiam."

Has voces Craſſus quum videret a paucis alacriter accipi, juſſit eos conclamare: quod maxime militum mœſtitiam arguit, exilem & diſſonum clamorem edentium. Contra a barbaris clarus & fortis eſt redditus. Ubi vero ad certamen ventum eſt, ſervi clienteſque hoſtium circumequitantes mittebant ſagittas in latera: ipſi contis a fronte urgentes in arctum cogebant Romanos; niſi quod quidam metu ſagittarum procurrebant periculoſe, ut pugnarent cominus: qui tamen hoſtem parum lædebant, perimebantur vero celeriter magnis & letalibus vulneribus, dum cuſpidem ferream craſſus contus in corpus ſequitur tanto impetu, ut ſæpe viros equoſque trans-

PLUTARCHUS in Crasso pag. 560.

νισάμενοι, νυκτὸς ἐπιούσης ἀπηλλάγησαν· εἰπόντες, ὅτι Κράσσῳ χαρίζονται νύκτα μίαν θρηνῆσαι τὸν υἱὸν, ἢν ἄρα μὴ, βέλτιον ὑπὲρ αὐτοῦ σκεψάμενος, ἐλθεῖν μᾶλλον ἐθελήσῃ πρὸς Ἀρσάκην ἢ νομισθῆναι. οὗτοι μὲν οὖν, ἐπαυλισάμενοι πλησίον, ἐν μεγάλαις ἐλπίσιν ἦσαν. Νὺξ δὲ καλεπὴ τοὺς Ρωμαίους κατελάμβανεν, οὔτε ταφῆς τῶν κειμένων, οὔτε θεραπείας τῶν τετρωμένων καὶ ψυχορραγούντων ποιουμένους λόγον, ἑκάστου δὲ αὐτὸν ἐπικλαίοντος. ἀνέκφυκτα γὰρ ἐφαίνετο, τήν τε ἡμέραν αὐτοῦ προσμείναντι, καὶ νύκτωρ ἐς πεδίον ἀχανὲς ἐμβαλοῦσιν. οἵ τε τραυματίαι πολλὴν ἀπορίαν παρεῖχον, καὶ κομίζειν, ἐμποδὼν τῷ τάχει τῆς φυγῆς ἐσόμενοι, καὶ ἀπολείπειν, βοὴν τὴν ἀπόδρασιν ἐξαγγελοῦντες. τὸν δὲ Κράσσον καίπερ αἴτιον ἁπάντων νομίζοντες, ἐπόθουν ὅμως

Plut. ib. pag. 561.

αὐτοῦ τήν τε ὄψιν καὶ τὴν φωνήν. Ὁ δὲ καθ' ἑαυτὸν, ἐγκεκαλυμμένος ὑπὸ σκότος ἔκειτο, παράδειγμα τοῖς

Liv. 44. ἀποθρηνῆσαι *Plut.* *L.* 45. ὑπὲρ αὐτοῦ *Aug.* ὑπὲρ ἑαυτοῦ *Plut.* *L.* 46. θελήσῃ *Edd.* ἐθελ. *Aug.* *ut Plut.* *L.* 47. ἐλπίσιν μεγάλαις *Plut.* *L.* 50. αὐτὸν *Aug.* *L.* 51. ἀνέφυκτα *edit.* 1. ἀνέκφυκτα *Aug.* ἄφυκτα *Plut.* *L.* 52 *sq.* ἐμβάλλουσιν *Plut.* ἐμβάλλουσιν (*sic*) *Aug.* *L.* 55. ἀπελπιστῶν *Plut.* *Ib. sq.* τοῦ δὲ Κράσσου *Plut.* *L.* 57. *caret* αὐτοῦ *idem.* *L.* 58. ὑπὸ σκότους *idem.*

figeret. Atque ita prælio protracto ad veſperam, diſceſſerunt Parthi; dicentes, ſe Craſſo largiri noctem unam ad lugendum filium, niſi malit rebus ſuis melius conſulere, & ire potius quam ferri ad Arſacem: divertenteſque in propinquum quendam locum, erant in magna ſpe victoriæ. Romanos contra nox occupavit moleſtiſſima, nec ſepulturam cæſorum curantes, nec ſuperſtitum vulnera, quorundam etiam animam agentium; ſingulis ſeipſos deplorantibus. Nullus enim apparebat modus effugii, ſive diem ibidem expectarent, ſive noctu iter per vaſtos campos arriperent: quod ſaucii, ſi aſportarentur, fugam remoraturi erant; ſi vero deſererentur, clamore diſceſſum prodituri. Craſſum ipſum quamvis putabant cauſam horum omnium, tamen vel videre vel audire deſiderabant: at ille ſeorſim obvoluto capite jacebat in tenebris; vulgo exemplum fortunæ præ-

πολλοῖς τύχης, τοῖς δὲ εὖ φρονοῦσιν, ἀβουλίας καὶ φιλοτιμίας, δι' ἣν οὐκ ἠγάπα πρῶτος ὢν καὶ μέγιστος ἐν μυριάσιν ἀνδρῶν τοσαύταις, ἀλλ' ὅτι δυεῖν μόνων ἀνδρῶν ὕστερος ἐκρίνετο, τοῦ παντὸς ἀποδεῖν νομίζων. Τότε δ' οὖν αὐτὸν Οκτάβιός τε ὁ πρεσβευτὴς καὶ Κάσσιος ἀνίστασαν καὶ παρεθάρρυνον. Ὡς δὲ ἀπηγορεύκει παντάπασιν, αὐτοὶ συγκαλέσαντες ἑκατοντάρχας καὶ λοχαγοὺς, ὡς ἔδοξε βουλευομένοις μὴ μένειν, ἀνίστασαν τὸν στρατὸν ἄνευ σάλπιγγος καὶ δι' ἡσυχίας τὸ πρῶτον. εἶτα αἰσθομένων ὡς ἀπολείποιντο τῶν ἀδυνάτων, ἀκοσμία δεινὴ καὶ σύγχυσις μετ' οἰμωγῆς καὶ βοὴ τὸ στρατόπεδον κατεῖχεν. ἐκ τούτου δὲ ταραχὴ καὶ πτοία προϊόντας αὐτοὺς ἐπελάμβανεν, ὡς ἐπιφερομένων τῶν πολεμίων. καὶ πολλάκις μὲν ἐς τάξιν καθιστάμενοι, τῶν δὲ τραυματιῶν ὅσοι παρηκολούθουν, τοὺς μὲν ἀναλαμβάνοντες, τοὺς δὲ ἀποτιθέμενοι, διατριβὴν εἶχον· πλὴν τριακοσίων ἱππέων, οὓς Γνάτιος ἔχων προσέμιξε ταῖς Κάρραις περὶ μέσας

PLU CH in C C. 27.

Lin. 60. ἠγάπα μὴ πρῶτος *vulgo Plut.* *L.* 61. μυρ. ἀνθρώπων *Plut.* *Ibid.* δυεῖν *Edd.* δυεῖν *Aug. ut Plutarch.* *Ibid.* μόνον *Aug.* *L.* 63. Οκταούιος *Plut.* & *caret* τε. *L.* 66. ἀνίστασθαι τὸν *mend. edit.* 1. *L.* 68. ὡς ἀπελείποντο *Plut.* *L.* 69. καὶ βοῆς *Plut.* *L.* 70 *sq.* ὑπελαμβ. *idem.* *L.* 71 *sq.* πολλ. μὲν ἐκτρεπόμενοι, πολλάκις δ' ἐς τάξιν *Plut.* *L.* 72. τῶν τε *idem.* *L.* 75. Ιγνάτιος *idem.*

bens, prudentibus autem, temeritatis ac cupiditatis; quas secutus, noluit esse contentus loco principe inter tam multa civium millia, sed quia duobus solis habebatur posterior, visus est sibi egenus omnium. Tunc igitur Octavius legatus & Cassius quæstor excitarunt eum, jubentes esse forti animo. Quem ubi viderunt in universum desperasse, ipsi de tribunorum centurionumque consilio, signum profectionis sine tuba dederunt, & cœperunt discedere taciti. Ut vero infirmi sensere se deseri, perturbatio vehemens cum ejulatu clamoreque pervasit exercitum: atque inde trepidatum in agmine, quasi hostibus adventantibus, ut sæpius consisterent quasi in aciem. Saucios vero qui consequebantur, alios colligendo, alios deponendo, remorabantur, exceptis CCC equitibus, cum quibus Egnatius circa mediam noctem ad Carras

νύκτας. Φθεγξάμενος δὲ Ρωμαϊστὶ τοῖς τειχοφυλακοῦσιν, ὡς ὑπήκουσαν, ἐκέλευε Κωπωνίῳ τῷ ἄρχοντι φράζειν, ὅτι μάχη γέγονε μεγάλη Κράσσῳ πρὸς Πάρθους. ἄλλο δὲ οὐδὲν εἰπὼν, οὐδὲ αὐτὸς ὅς τις ἦν, ἀπήλαυνεν ἐπὶ τὸ Ζεῦγμα. καὶ διέσωσε μὲν τοὺς σὺν αὐτῷ, κακῶς δὲ ἤκουσε, καταλιπὼν τὸν στρατηγόν. Οὐ μὴν γε ἀλλ' ὤνησε τὸν Κράσσον ἡ προσῳφεῖσα τότε τῷ Κωπωνίῳ φωνή· συμφρονήσας γὰρ ὅτι χρηστὸν οὐδὲν ἀγγέλλειν ἔχοντός ἐστι τὸ τάχος καὶ τὸ συγκεχυμένον τοῦ λόγου, παρήγγειλεν εὐθὺς ἐξοπλίζεσθαι τοὺς στρατιώτας· καὶ ἅμα τῷ πρῶτον αἰσθέσθαι τὸν Κράσσον ἐν ὁδῷ γεγενημένον, ἀπαντήσας ἀνελάμβανε, καὶ παρέπεμπε τὴν στρατιὰν εἰς τὴν πόλιν.

Οἱ δὲ Πάρθοι νυκτὸς μὲν αἰσθόμενοι τὴν ἀπόδρασιν, οὐκ ἐδίωκον· ἅμα δ' ἡμέρᾳ τοὺς μὲν ἐπὶ τῷ στρατοπέδῳ καταλειφθέντας, οὐ μείους τετρακισχιλίων, ἐπελθόντες ἀπέσφαξαν· ἐν δὲ τῷ πεδίῳ πλανωμένους πολλοὺς ἱπ-

Lin. 76. δὲ καὶ Ρωμαϊστὶ *edit.* 3. *oper. err.* *L.* 77. ἐκέλευε Κωπωνίῳ *Plut.* *L.* 78. ὅτι γέγονε μάχη *Plut.* *L.* 79. ἄλλο τι *Edd.* δὲ *dedit Aug. ut Plut.* *Ibid.* οὐδὲν *Plut.* *Ib.* οὐδὲ αὐτὸν ὃς τις ἦν *ed.* 2. 3. *ex Plut.* *L.* 80. σὺν αὐτῷ *edit.* 2. 3. *L.* 81 *sq.* Οὐ μὴν ἀλλ' ὅτι γε *Plut.* *L.* 82. Κωπων. *Plut.* *L.* 83. οὐδὲν χρηστὸν *Plut.* *L.* 86. αἰσθέσθαι *Plut.* *L.* 90. μὲν *caret Aug.* τοὺς μὲν ἐν τῷ *dat Plutarch.* *L.* 91. τετρακισχιλίους *edit.* 1.

pervenit. Quumque Latine inclamasset custodes mœnium, jussit eos dicere Coponio præfecto præsidii, magno prælio Crassum cum Parthis dimicasse: nec aliud quicquam, aut quisnam ipse esset, addidit, ad pontem [ad Zeugma] properans: & servavit quidem suam turmam, sed male audivit quod imperatorem deseruisset. Profuit tamen Crasso, vocem illam excepisse Coponium: colligens enim e tam confusis verbis & celeritate discessus, nihil boni habuisse nuntium, jussit mox armari suos: & quamprimum sensit Crassum esse in itinere, occurrens recolligebat & deducebat in urbem ejus milites.

Parthi vero noctu quidem, quamvis sentirent abitum, non sunt persecuti: sed mane castra invaserunt, & relictos in eis jugularunt, non pauciores quatuor millibus: in campis etiam multos dispalatos ipsi

παρεμένοι συνέλαβον. τέσσαρας δ' ὁμοῦ στείρας, ἃς ἔτι νυκτὸς ἀπέρρηξε Βαργόντιος ὁ πρεσβευτὴς, ἐκπεσού- 95 σας τῆς ὁδοῦ, περισχόντες ἔν τισι σήνεσιν, διέφθειραν ἀμυνομένας, πλὴν ἀνδρῶν εἴκοσι. τούτους δὲ γυμνοῖς ξίφεσιν ὠθουμένους δι' αὐτῶν θαυμάσαντες, εἶξαν, καὶ διέσχον ἀπιοῦσι βάδην ἐς τὰς Κάρρας. Τῷ δὲ Σουρήνᾳ προσέπεσε ψευδὴς λόγος, ἐκπεφευγέναι Κράσσον μετὰ 1 τῶν ἀρίστων· τὸ δ' εἰς Κάρρας συνερρυηκὸς, ὄχλον εἶναι σύμμικτον οὐκ ἀξίων σπουδῆς ἀνθρώπων. οἰόμενος οὖν ἀποδεδεγκέναι τὸ τῆς νίκης τέλος, ἔτι τε ἀμφιδοξῶν, καὶ μαθεῖν βουλόμενος τὸ ἀληθὲς, τὸ μὲν, ὅπως προσ- 5 μένων ἐνταῦθα πολιορκοίη Κράσσον, ἢ διώκοι, χαίρειν εἴασε. Καρρηνοῖς δ' ὑποστέμψει τινὰ τῶν παρ' αὐτῷ διγλώσσων πρὸς τὰ τείχη, κελεύσας, ἰέντα Ρωμαϊκὴν διάλεκτον, καλεῖν Κράσσον αὐτὸν, ἢ Κάσσιον, ὡς Σουρή-

PLUTARCHUS in Craſſo C. 28. p. 561.

Lin. 93. *ἃς apud Plut. non b. l. ſed l.* 95 *ante περισχόντες ponitur. L.* 94. *Pro ἀπέρρηξε, (quod ded. Aux. ut Plut. & ex Plut. recepit H. Stephan.) in edit.* 1. *& MSS. Regiis eſt ἀπὸ reliquumque ſpatium vacuum relictum. Ibid.* Βαργοντίνος *Plut. Rectius foret* Βαργοντίους. *L.* 95. περισχ. ἔν τισι λόφοις *Plut. L.* 96 *ſq.* γυμν. τοῖς ξίφεσιν *bene Plut. L.* 97 *ſq.* καὶ διέξιόν σπ. β. ἰ. τ. Κάρρας ἐδίδοσαν. *L.* 1. τὸν δ' εἰς Κ. συνερρυηκότα *Plut. L.* 3. ἔτι δὲ *idem. L.* 4 *ſq.* τὸ ἀληθὲς, ὅπως ἢ προσμένων ἐνταῦθα πολιορκοίη, ἢ Κράσσον διώκοι *Plut. L.* 5. διώκει *edit.* 1. *Ibid. ſq.* χαίρειν εἶσας Καρρηνοῖς, ὑποστέμψει τινὰ *Plut. L.* 7. διγλωσσ. *Plut. & ſic mox iterum.*

equites facile comprehenderunt. Quatuor præterea cohortes, quàs eadem nocte Varguntejus legatus ducebat, quum aberraſſent a via, circumventas in quibuſdam faucibus, non inultas conciderunt, exceptis viginti militibus: hos enim ſtrictis gladiis perrumpentes, admirati audaciam, paſſi ſunt Carras militari gradu evadere. Surenæ autem falſus rumor allatus eſt, effugiſſe Craſſum cum optimatibus: Carras vero confluxiſſe multitudinem promiſcuam non magni æſtimandorum hominum. Ratus igitur, nondum impoſitam ſummam manum victoriæ, & cupiens fieri certior, omiſit oppugnandi aut perſequendi Craſſi conſilia: ſubmiſitque unum e ſuis, bilinguem, ad Carrenorum mœnia, juſſum Latine evocare Craſſum ipſum aut Caſſium,

ναι διὰ λόγων θέλοντος αὐτοῖς συγγενέσθαι. Ταῦτα τοῦ διγλώσσου φράσαντος, ὡς ἀπηγγέλη τοῖς περὶ Κράσσον, ἐδέχοντο τὰς προκλήσεις. καὶ μετὰ μικρὸν ἦκον ἀπὸ τῶν βαρβάρων Ἄραβες, οἱ Κράσσον εὖ καὶ Κάσσιον ἀπὸ ὄψεως ἐγνωρίζον, ἐν τῷ στρατοπέδῳ πρὸ τῆς μάχης γεγονότες. οὗτοι τὸν Κάσσιον ἰδόντες ἀπὸ τοῦ τείχους, ἔλεγον, ὅτι Σουρήνας σπένδεται, καὶ δίδωσιν αὐτοῖς, φίλοις οὖσι βασιλέως, σώζεσθαι, Μεσοποταμίαν ἐκλιποῦσι. τοῦτο γὰρ ὁρᾶν λυσιτελὲς πρὸ τῆς ἐσχάτης ἀνάγκης. Δεξαμένου δὲ τοῦ Κασσίου, καὶ τόπον ὁρισθῆναι καὶ χρόνον ἀξιοῦντος, ἐν ᾧ συνέλθωσι Σουρήνας καὶ Κράσσος· οὕτως φάμενοι ποιήσειν, ἀπήλαυνον.

Ἡσθεὶς οὖν ὁ Σουρήνας ἐπὶ τῷ τοὺς ἄνδρας ἐνέχεσθαι τῇ πολιορκίᾳ, μεθ' ἡμέραν μετῆγε τοὺς Πάρθους, πολλὰ καθυβρίζοντας, καὶ κελεύοντας, εἰ βούλονται τυχεῖν σπονδῶν Ρωμαῖοι, Κράσσον ἐγχειρίσαι σφίσι καὶ Κάσσιον δεδεμένους. Οἱ δὲ ἤχθοντο μὲν, ἠπατημένοι· τὰς μακρὰς δὲ καὶ κενὰς ἀπ' Ἀρμενίων ἐλπίδας καταβάλ-

Lin. 9. ἐθέλοντος *Plut. L.* 10. ἀπηγγέλη *edit.* 1. *L.* 11. μετὰ *caret edit.* 1. *L.* 17. *Bene* λυσιτελὲς ἀμφοτέροις *Plut. L.* 19. ἐν ᾧ συνέλθωσι *Plut. Ibid.* οὕτω *Aug. Plut. L.* 21. ἀνέχεσθαι *edit.* 1. *cum Regiis & Aug. Correxit ex Plut. H. Stephanus. L.* 22. ἀπῆγε *Plut. L.* 26. μακρὰς δὲ καὶ κενὰς τὰς ἀφ. ἐλπ. *vulgo Plut. & caret* ἀπ'.

PLUTARCHUS in Crasso p. 561.

Plut. ib. p. 562.

quasi Surena cum eis colloqui cuperet. Hæc ex illo bilingui audita postquam Crasso amicisque renuntiata sunt, placuerunt. Et paulo post venerunt a barbaris Arabes, qui Crassum Cassiumque bene norant de facie, versati in castris eorum ante prælium. Hi, conspicati in muro Cassium, ajebant, Surenam pacem salutemque Romanis dare, si in regis amicitiam recepti decedant Mesopotamia: id enim videri utilius quam experiri necessitatem ultimam. Id accipiente Cassio, petenteque præfiniri tempus ac locum ad ducum colloquium, facturos se ita polliciti abiverunt.

Surena igitur gaudens, hos viros inclusos teneri, sequenti die Parthos admovit, convitiantes & postulantes dedi sibi vinctos Crassum & Cassium, si pacem Romani velint consequi: qui dolebant se deceptos, & jusso Crasso longin-

λειν τῷ Κράσσῳ φράσαντες, εἶχοντο δρασμοῦ. καὶ τοῦτο ἔδει μηδένα πρὸ καιροῦ Καρρηνῶν πυθέσθαι. πυνθάνεται δὲ ὁ πάντων ἀπιστότατος Ανδρόμαχος, ὑπὸ Κράσσου καὶ τοῦτο πιστευθεὶς, καὶ τῆς ὁδοῦ τὴν ἡγεμονίαν. Οὐδὲν οὖν ἔλαθε τοὺς Πάρθους, ἐξαγγέλλοντος τοῦ Ανδρομάχου καθ' ἕκαστον. ἐπεὶ δὲ νυκτομαχεῖν οὐ πάτριον αὐτοῖς ἐστιν, οὐδὲ ῥᾴδιον, ἐξῄει δὲ νυκτὸς ὁ Κράσσος· ὅπως μὴ πολὺ καθυστερήσωσι τῇ διώξει, στρατηγῶν ὁ Ανδρόμαχος ἄλλοτε ἄλλας ὁδοὺς ὑφηγεῖτο, καὶ τέλος ἐξέτρεψεν εἰς ἕλη βαθέα καὶ χωρία τάφρων μεστὰ μετὰ τὴν πορείαν χαλεπὴν καὶ πολυπλανῆ γιγνομένην τοῖς ἑπισπωμένοις. ἐγένοντο δέ τινες, οἳ, μηδὲν ὑγιὲς τὸν Ανδρόμαχον στρέφειν καὶ περιελίττειν εἰκάσαντες, οὐκ ἠκολούθουν. ἀλλὰ Κάσσιος μὲν ἐπανῆλθεν εἰς Κάρρας πάλιν· καὶ, τῶν ὁδηγῶν (Ἄραβες δὲ ἦσαν) ἀναμεῖναι κελευόντων ἄχρι ἂν ἡ σε-

PLUTARCHUS in Crasso C. 29. p. 562.

Lin. 30. καὶ, *post* πιστευθεὶς, *abest a Plutarch.* L. 33. νύκτωρ *Plut. Ibid. sq.* καθυστ. πολὺ *idem.* L. 36. *Rectius* μετὰ *abest a Plut.* L. 37. γινομένην *Aug.* γενομένην *Plutarch. Ibid.* ἑπισπωμένοις *vulgo Plutarch.* L. 38. ἦσαν γάρ τινες *Plut.* L. 39. ἠκολούθησαν *idem.* L. 41. ἀναζῦναι *Edd. mend. ex Rex. A.* ἀναζεῦναι *Reg. B. Recte Aug.* ἀναμένειν *Plut. Ibid.* ἄχρις ἂν *Aug. Plut. Ibid. sq. Artic.* ἡ *ad* σελήνη *vulgo abest a Plut.*

quas illas inanesque spes de Armeniis abjicere, de fuga cogitabant. Id consilium nemini Carrenorum ante tempus aperiendum erat: aperuit tamen Crassus omnium perfidissimo Andromacho: cui se quoque, ut viæ duci, credidit. Itaque omnia consilia Parthi didicerunt, prodente hoc singula. Et quoniam noctu pugnare nec solitum eis est, nec facile, Crassus autem noctu exiverat: ne longe a tergo relinquerentur, dum sequuntur fugientes duces, Andromachus nunc per hanc viam præibat, nunc per aliam: tandemque deflexit in paludes profundas & loca plena aggeribus, transitum difficilem ambagibus redditura sequenti agmini. Et erant qui Andromachum nihil sani cogitare conjectantes ex tot flexibus ac reflexibus, non sequebantur: ex quorum numero Cassius Carras reversus est. Et quum ductores (Arabes erant) urgerent ut pergeret priusquam [*ut maneret*,
σεις μαλακώτερον τοῖς Ρωμαίοις προσεφέροντο, λαμβάνειν τε παριέντες αὐτοῖς ἔνια, καὶ τὴν ἀρετὴν ἐπαινοῦντες, ὡς πολεμικωτάτων ἀνδρῶν, καὶ θαυμαζομένων ὑπὸ τοῦ σφετέρου βασιλέως δικαίως. ἐκ δὲ τούτου προσελαύνοντες ἐγγυτέρω, καὶ τοὺς ἵππους ἀτρέμα παραβάλλοντες, ἐλοιδόρουν τὸν Αντώνιον, ὅτι βουλομένῳ φραάτῃ διαλλαγῆναι, καὶ φείσασθαι τοιούτων ἀνδρῶν καὶ τοσούτων, ἀφορμὴν οὐ δίδωσιν, ἀλλὰ τοὺς χαλεπωτοὺς καὶ μεγάλους κάθηται πολεμίους ἀναμένων, λιμὸν καὶ χειμῶνα· δι' ὧν ἔργον ἐστὶ καὶ προτεμπομένους ὑπὸ Πάρθων ἀποφεύγειν. Πολλῶν δὲ ταῦτα πρὸς τὸν Αντώνιον ἀναφερόντων, μαλασσόμενος ὑπὸ τῆς ἐλπίδος, ὅμως οὐ πρότερον ἐπεκηρυκεύσατο πρὸς τὸν Πάρθον, πρὶν πυθέσθαι τῶν φιλοφρονουμένων ἐκείνων βαρβάρων, εἰ τοῦ βασιλέως ταῦτα φρονοῦντος διαλέγοιντο. φασκόντων δὲ, καὶ παρακαλούντων μὴ δεδιέναι, μηδὲ ἀπιστεῖν, ἔπεμψέ τινα τῶν ἑταίρων πάλιν, τὰς σημαίας ἀξιῶν ἀπολαβεῖν, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους, ὡς δὴ μὴ παντά-

Lin. 12. παρίντες *Edd. invitis MSS. & Pl.* *L.* 13. θαυμαζομένου *Edd. ex Reg. A.* *L.* 14. σφετέραν *edit.* 1. *L.* 16. τῷ Φραάτῃ *Edd. Delevi artic. cum Aug. & Plut.* *L.* 23. *Pro* πρὶν *dat* ἢ *Plut.* *L.* 25. φρονοῦντος *edit.* 1. *L.* 27. τινὰς *Plut.* *L.* 28. μὴ, *post* ὡς δὴ *caret edit.* 3. *oper. errore.*

occurrebat Romanis frumentantibus, permittendo illos nonnulla impune sumere, laudandoque virtutem, ut fortissimorum bello hominum, & quos rex suus miraretur merito. Inde adequitantes propius ac lentius, male loquebantur de Antonio, qui recusaret pacem cum rege facere, & tot tam egregiis viris parcere, nullam præbens occasionem, sed cunctando graves hostes opperiens, famem & hyemem: idque in locis, per quæ difficile sit iter futurum etiam si a Parthis deducerentur. Quæ quum sæpenumero ad Antonium referrentur, jam flexibilior factus, non prius tamen caduceatorem milit ad Parthum, quam percontatus illos blandiloquos barbaros, num ex sui regis sententia collocuti sint cum Romanis militibus. His vero id asseverantibus, & hortantibus ne quid timeat, neve diffidat, misit quendam amicum, qui signa captivosque reposceret, ne

πασιν ἀγαπῶν τὸ σωθῆναι καὶ διαφυγεῖν νομισθείη. τοῦ δὲ Πάρθου, ταῦτα μὲν ἐᾷν, ἀπιόντι δ' εὐθὺς εἰρήνην καὶ ἀσφάλειαν εἶναι, φήσαντος, ὀλίγαις ἡμέραις συσκευασάμενος ἀνεζεύγνυεν. Ὧν δὲ καὶ δήμῳ πιθανὸς ἐντυχεῖν, καὶ στρατὸν ἄγειν διὰ λόγου παρ' ὁντιναοῦν τῶν τότε πεφυκὼς, ἐξέλιπεν αὐτὸς αἰσχύνῃ καὶ κατηφείᾳ τὸ παραθαῤῥύναι τὸ πλῆθος, Δομέτιον δ' Αηνόβαρβον ἐκέλευσε τοῦτο ποιῆσαι. καὶ τινὲς μὲν ἠγανάκτησαν, ὡς ὑπερορώμενοι· τὸ δὲ πλεῖστον ἐπεκλάσθη, καὶ συνεφρόνησε τὴν δόξαν. διὸ καὶ μᾶλλον ᾤοντο δὴ καὶ τούτου δεῖσθαι καὶ πείθεσθαι τῷ στρατηγῷ.

PLUTARCHUS in Anton. C. 40. p. 934.

Μέλλοντος δὲ τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἄγειν ὀπίσω πεδινὴν καὶ ἄδενδρον, ἀνὴρ τῷ γένει Μάρδος, πολλὰ τοῖς Πάρθων ἤθεσιν ἐνωμιληκὼς, ἤδη δὲ Ρωμαΐοις πιστὸς ἐν τῇ μάχῃ περὶ τὰς μηχανὰς γενόμενος, Αντωνίῳ προσελθὼν, ἐκέ-

Plut. ib. Cap. 41.

pag. 935.

Lin. 29. ἀγαπᾶν *Plut.* *L.* 30. ἐᾶν κελεύοντος *Plut.* *L.* 33. διὰ λόγων *vulgo idem.* *L.* 35. παραθαῤῥύνων *edit.* 1. *& caret præced.* τὸ. *Ibid. sq.* Δομέτιον δ' Ἑλληνοβάρβαρον *edit.* 1. *Aug.* ἕλλην βάρβαρον *Regii. Correxit H. Stephan.* Δομέτιον δ' Αἰνόβαρβον *Plut.* *L.* 36. ἐκέλευε *Aug. Reg. B.* *Ibid. sq.* ἠγανάκτουν *Edd. Secus Aug. cum Plut.* *L.* 38. συνεφρ. τὴν αἰτίαν *edit.* 2. 3. *ex Plut.* *Ibid. sq.* ᾤοντο δεῖν ἀνταιδεῖσθαι καὶ πειθ. *Plut.* *L.* 40. μελλ. δ' αὐτοῦ τὴν *Aug.* *Ibid.* πεδεινὴν *edit.* 1. *L.* 41. ἄδενδρον οὖσαν *Plut.* *L.* 42. *sq.* τῇ μάχῃ τῇ περὶ τ. μηχ. γεγονὼς *Plut.* *L.* 43 *sq.* ἐκέλευσε *Edd. invit. MSS. & Plut.*

videretur contentus fuga & salute. Responsum est, faceret ista missa: pacem vero & securitatem habiturum, si discedat continuo. Itaque intra paucos dies collectis vasis abiit: & quamvis esset in concionibus tum civilibus tum militaribus facundissimus, tunc tamen præ pudore mœstitiaque in concionem non prodiit, submisso vice sua Domitio Ænobarbo, qui milites hortaretur bono esse animo. Quod quidam indigne tulerunt, contemni se putantes: cæterum major pars intellexerunt causam, & eo facilius accommodarunt se ad ejus sententiam.

Quumque redeundum esset per eandem viam campestrem & nudam arboribus, Mardus quidam, assuetus Parthorum moribus, cujus fidelis opera in pugna circa machinas Romanis probata fuerat, suasit

PLUTARCHUS [illegible] c. 40. p. 934.

σεις μαλακώτερον
νειν τε παριέντες α
ως πολεμικωτάτ
σφετέρου βασιλ
τες εγγυτέρω, κ
ἐλοιδόρουν τὸν
γῆναι, καὶ
ἀφορμὴν οὐ
λους κάθητ
δι' ὧν ἔργ
ἀποφεύγε
φερόντων
προτερον
σθαι τ
βασιλ
δε,
ἔπεμ
ἀπ

.δὼν αὐτοῖς τὸν ποταμὸν τιθεμένων· καὶ τὸν PLUTARCHUS in Anton. C. 41. p. 935.
οὐρᾶν ἐκέλευε καὶ προσέχειν, ὡς τῶν πολεμίων
ὄντων. Ἅρτι δὲ αὐτοῦ καθισ]άντος ἐς τάξιν τὰ
, καὶ δι' αὐτῶν τοῖς ἀκοντισ]αῖς καὶ σφενδονήταις
τοὺς πολεμίους ἐκδρομὴν παρασκευάζοντος, ἐπεφά-
ησαν οἱ Πάρθοι, καὶ περιήλαυνον ὡς κυκλωσόμενοι καὶ
συνταράξοντες πανταχόθεν τὸν σ]ρατόν. ἐκδραμόντων δὲ
τῶν ψιλῶν ἐπ' αὐτοὺς, πολλὰς μὲν δόντες ἀπὸ τόξων,
οὐκ ἐλάτ]ονας δὲ ταῖς μολυβδίσι καὶ τοῖς ἀκοντίοις πλη-
γὰς λαβόντες, ἀνεχώρουν· εἶτα ἐπῆγον αὖθις· ἄχρις
οὗ συσ]ρέψαντες οἱ Κελτοὶ τοὺς ἵππους ἐνέβαλον, καὶ
διεσκέδασαν αὐτοὺς, οὐκέτι τῆς ἡμέρας ἐκείνης ὑπόδει-
γμα γενομένους.

Plut. ib. Cap. 42.
Ἐκ τούτου μαθὼν ὁ Αντώνιος ὃ ποιεῖν ἔδει, πολλοῖς
ἀκοντισ]αῖς καὶ σφενδονήταις οὐ μόνον τὴν οὐραγίαν ἀλ-
λὰ καὶ τὰς πλευρὰς ἑκατέρας σ]ομώσας, ἐν πλινθίῳ
τὸν σ]ρατὸν ἦγε· καὶ τοῖς ἱππόταις εἴρητο προσβάλλον-

Lin. 65. σφενδονήταις *edit.* 1. *& sic mox iterum.* *L.* 66. ἐκδρ. ἐπὶ τοὺς πολ. *Plutarch.* *Ibid.* κατασκευάζοντες *Edd.* κατασκευάζοντες *Regii. Fratuli Aug. Plut.* *L.* 69. διδόντες, *& mox* λαμβάνοντες, *Plut.* *L.* 70. μολυβδίσι *edit.* 1. *cum Regiis.* μολίβδοις *Aug.* *L.* 73. *fq.* ὑπὸ δεῖγμα *ſcriptum voluit Reiskius.* ἐμπέδισμα *ſuſpicatus eſt Solanus.* *L.* 75. μαθὼν Αντων. *Plut.* *L.* 77. ὁλομώσας *caret Plut. Reiskii, oper. errore.* *Ibid.* ἐν πλαισίῳ *Plut.* *L.* 78. προσβαλόντας *Plut.*

randum agmen hac difficultate objecta: moxque rem commonſtravit Antonio, & juſſit intentum eſſe in adventum hoſtium. Ille, aciem inſtruens, inter ordines ſpatia diſponebat, per quæ jaculatores funditoreſque in hoſtem procurrerent, quum ſe Parthi aperuerunt, quaſi circundaturi & perturbaturi exercitum undique. Sed ubi levis armatura in eos excurrit, acceptis illatiſque multis vulneribus retroceſſerunt: rurſumque incubuerunt, donec Galli equites conglobati fecerunt in eos impetum, adeoque disjecerunt ut illo die nihil tentarint amplius.

Inde Antonius doctus quid faciendum eſſet, quadrato agmine iter faciebat, non tergo tantum, ſed & lateribus firmatis jaculatorum funditorumque præſidio, equitibus admonitis ut hoſtem aſſultantem repellerent, repulſum ve-

PLUTARCHUS Anton. p. 935.

τας τρέπεσθαι, τρεψαμένους δὲ, μὴ πόρρω διώκειν. ὥστε τοὺς Πάρθους τὰς ἑξῆς τέσσαρας ἡμέρας, οὐδὲν πλέον δράσαντας ἢ παθόντας, ἀμβλυτέρους γενέσθαι, καὶ τὸν χειμῶνα ποιουμένους πρόφασιν, ἀπιέναι διανοεῖσθαι. Τῇ δὲ πέμπτῃ Φλάβιος Γάλλος, ἀνὴρ πολεμικὸς καὶ δραστήριος, ἐφ' ἡγεμονίας τεταγμένος, ἤτησεν Αντώνιον προσελθὼν πλείονας ψιλοὺς ἐπ' οὐρὰν, καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ στόματος ἱππέων τινὰς, ὡς μέγα κατόρθωμα ποιήσων. δόντος δὲ, προσβάλλοντας ἀνέκοπτε τοὺς πολεμίους, οὐχ, ὡς πρότερον, ὑπάγων ἅμα πρὸς τοὺς ὁπλίτας καὶ ἀναχωρῶν, ἀλλὰ ὑφιστάμενος καὶ συμπλεκόμενος παραβολώτερον. ὁρῶντες δὲ αὐτὸν οἱ τῆς οὐραγίας ἡγεμόνες ἀπορρηγνύμενον, ἐκάλουν πέμποντες· ὁ δὲ οὐκ ἐπείθετο. Τίτιον δέ φασι, τὸν ταμίαν, καὶ τῶν σημαιῶν ἐπιλαβόμενον, στρέφειν ὀπίσω, καὶ λοιδορεῖν τὸν Γάλλον, ὡς ἀπολλύντα πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἄνδρας. ἀντιλοιδορουῦντος δὲ ἐκείνου, καὶ διακελευομένου τοῖς περὶ αὐτὸν μένειν, ὁ μὲν Τίτιος ἀπεχώρει· τὸν δὲ Γάλλον ὠθούμενον ἐς τοὺς

Lin. 80. τὰς *caret Aug. Ibid.* οὐδὲν *Plut.* *L.* 81. γεγενῆσθαι *idem.* *L.* 83. Φάβιος *Aug.* Φλαούϊος *Plutarch.* *L.* 85. ψιλ. ἀπ' οὐρᾶς *Plut.* *L.* 87. προσβαλλοντας *Plut.* *L.* 88. ἅσπερ πρότ. *Plut.* *L.* 94. τοὺς πολλοὺς *Edd. Delevi artic. cum Aug. & Plut.*

ro non perſequerentur longius: atque ita Parthi per quatriduum non majore illato quam accepto incommodo ſegniores facti ſunt, cauſatique hyemem, cogitarunt de abitu. Die quinto unus e ducibus, Flavius Gallus, vir fortis & induſtrius, ab Antonio petiit plures velites ad extremi agminis præſidium, & partem alarium equitum, quaſi egregium aliquod patraturus facinus. Quæ poſtquam impetravit, hoſtes incurſantes retundebat, non ut antea ſubinde ad legiones ſe recipiens, ſed urgens & confligens audacius. Id ubi videre præfecti extremo agmini, revocabant eum, ne abrumperetur a cætero exercitu: ille vero non paruit. Ajunt, Titium quæſtorem ſigna retentaſſe, conatum retro vertere, & objurgaſſe Gallum qui tot fortes viros perderet: & illo contra jurgante, jubenteque ut res ſuas ageret, abſceſſiſſe Titium. Ibi Gallus in adverſos ruens, a tergo circum-

κατὰ σῶμα, λαμβάνουσι πολλοὶ περισχόντες ἐκ τῶν ὄπισθεν. βαλλόμενος δὲ πανταχόθεν, ἐκάλει πέμπων ἀρωγήν. οἱ δὲ τοὺς ὁπλίτας ἄγοντες, ἐφ' ὧν καὶ Κανίδιος ἦν, ἀνὴρ παρ' Αντωνίῳ δυνάμενος μέγιστα, οὐ μικρὰ δοκοῦσι διαμαρτεῖν. δέον γὰρ ἀθρόαν ἐπιστρέψαι τὴν φάλαγγα, πέμποντες κατ' ὀλίγους ἐπιβοηθοῦντας, καὶ πάλιν ἡττωμένων τούτων ἑτέρους ἀποστέλλοντες, ἔλαθον ὀλίγου δεῖν ἥττης καὶ φυγῆς ὅλον ἀναπλήσαντες τὸ στρατόπεδον· εἰ μὴ ταχὺ μὲν αὐτὸς Αντώνιος μετὰ τῶν ὅπλων ἀπὸ τοῦ σώματος ἦγεν ὑπαντιάζων· ταχὺ δὲ τὸ τρίτον τάγμα, διὰ τῶν φευγόντων ἐπὶ τοὺς πολεμίους ὠσάμενον, ἔσχε τοῦ πρόσω διώκειν.

PLUTARCHUS in Anton. C. 42. p. 935.

Plut. ib. pag. 936.

Ἀπέθανον δὲ τρισχιλίων οὐκ ἐλάττους, ἐκομίσθησαν δὲ ἐπὶ σκηναῖς τραυματίαι πεντακισχίλιοι· καὶ Γάλλος ἦν ἐν τούτοις, τέτρωσι διατετορμένος τοξεύμασιν. ἀλλὰ οὗτος μὲν ἐκ τῶν τραυμάτων οὐκ ἀνήνεγκε· τοὺς δὲ ἄλλους περιὼν ὁ Αντώνιος ἐπεσκόπει, καὶ παρεθάρρυνε, δεδακρυμένος καὶ περιπαθῶν. οἱ δὲ, Φαιδροὶ τῆς δεξιᾶς

Plut. ib. Cap. 43.

Lin. 97. Recte λανθάνουσι Plut. L. 99. ἐφ' abeſt ab edit. 2. 3. deletum ab H. Steph. cum Plut. Ib. ſq. Κανίδιος edit. 1. cum MSS. noſtris. L. 1. μέγιστον Plut. L. 7. ἦκεν Plut. Ibid. ἀπαντιάζων Aug. L. 9. ὠσάμενος vulgo Plut. L. 11. ἐπὶ σκηνὰς edidit Reisk. apud Plut. L. 12. τέτραρτον mend. Edd. Recte Aug. Plut. ἰναντίας additur apud Plut.

ventus eſt: quumque undique configeretur, accerſivit ſuppetias. Tum legionum tribuni, & in his Canidius, qui plurimum apud Antonium poterat, non leviter peccaſſe viſi ſunt: quum enim debuiſſent totam aciem obvertere, alios poſt alios ſubmittendo, & his victis rurſum alios, non animadverterunt ſe clade ac fuga paulatim totum repleviſſe exercitum, niſi celeriter ipſe Antonius cum armatis ſuccurriſſet ex prima acie: moxque tertia legio, per medios fugientes connixa, hoſtem cohibuit ne perſequeretur ulterius.

Ceciderunt in ea pugna non pauciores tribus millibus: relata ſunt in tentoria ſauciorum quinque millia. In his erat & Gallus, quatuor ſagittis transfixus: ſed hic mortuus eſt ex vulneribus. Alios circumeundo inviſebat Antonius, conſolabaturque ipſe lacrymans ac condolens: illi vero

PLUTARCHUS in Anton. p. 936.

αὐτοῦ λαμβανόμενοι, ἐδέοντο καὶ παρεκάλουν, ἀπιόντα θεραπεύειν ἑαυτὸν, καὶ μὴ κακοπαθεῖν, αὐτοκράτορα καλοῦντες, καὶ σώζεσθαι λέγοντες, ἂν ἐκεῖνος ὑγιαίνῃ. καθόλου μὲν γὰρ οὔτ' ἐν ἀλκαῖς, οὔτε ὑπομοναῖς, οὔτ' ἐν ἡλικίᾳ, λαμπρότερον ἄλλος αὐτοκράτωρ στρατὸν ἐκείνου δοκεῖ συναγαγεῖν ἐν τοῖς τότε χρόνοις. ἡ δὲ πρὸς αὐτὸν αἰδὼς τὸν ἡγεμόνα, καὶ πειθαρχία μετ' εὐνοίας, καὶ τὸ πάντας ὁμαλῶς, ἐνδόξους, ἀδόξους, ἄρχοντας, ἰδιώτας, τὴν παρ' Αντωνίῳ τιμὴν καὶ χάριν μᾶλλον αἱρεῖσθαι τῆς σωτηρίας καὶ τῆς ἀσφαλείας, οὐδὲ τοῖς πάλαι Ρωμαίοις ἀπέλιπεν ὑπερβολήν. τούτου δὲ αἰτίαι πλείονες ἦσαν, ὡς προειρήκαμεν· εὐγένεια, λόγου δύναμις, ἁπλότης, τὸ φιλόδωρον καὶ μεγαλόδωρον, ἥ τε περὶ τὰς παιδιὰς καὶ τὰς ὁμιλίας εὐτραπελία. τότε δὲ συμπονῶν καὶ συναλγῶν τοῖς κακοπαθοῦσι, καὶ μεταδιδοὺς οὗ τις δεηθείη, προθυμοτέρους τῶν ἐρρωμένων τοὺς νοσοῦντας καὶ τετρωμένους ἐποίησε.

Lin. 16. ἐδέοντο καὶ *caret Plut.* *L.* 17. αὐτὸν *Plut.* *L.* 19 *sq.* οὔτε ἀλκαῖς *&* *mox* οὔτε ἡλικίᾳ *Plut.* *L.* 24. παρ' Αντωνίου *Aug.* *Ibid.* τιμήν τε καὶ *Plut.* *L.* 27. λόγου *caret Aug. male.* *L.* 28 *sq.* ἡ περὶ τὰς *Plut.* *L.* 29. παρὰ τὰς *Reg. B.* *Ibid. sq.* τὸ δὲ συμπ. *edit.* 1. *male.* τότε δὲ καὶ συμπ. *Plut.* *L.* 32. καὶ τετρωμένους *caret Reg. A.*

læti prenſabant ejus dexteram, rogabantque ut ſeipſum curaret, nec afflictaret amplius, Imperatorem appellantes, & ſalvos ſe fore dicentes ſi ille bene valeat. Et profecto nec robuſtiorem, nec tolerantiorem, nec florentiorem ætate armiſque exercitum ullus alius imperator habuiſſe videtur illo ſeculo. Quod vero attinet ad reverentiam erga ducem ſuum, & conjunctam cum obedientia benevolentiam pariter apud omnes, claros, obſcuros, præfectos, gregarios, honorem gratiamque apud Antonium præferentes incolumitati ſecuritatique propriæ, hac ſane parte ne veterum quidem Romanorum ulli ceſſit. Et erant complures cauſæ cur ſic afficerentur, UT DIXIMUS; nobilitas, eloquentia, ſimplicitas, crebra largaque munificentia, & in jocis ac colloquiis comitas: quod vero compatiebatur condolebatque afflictis, & communicabat neceſſaria, id ægros ac ſaucios alacriores reddebat valentibus.

Τοὺς μέντοι πολεμίους, ἀπαγορεύοντας ἤδη καὶ κάμνοντας, οὕτως ἐπῆρεν ἡ νίκη, καὶ τοσοῦτο τῶν Ρωμαίων κατεθρόησαν, ὥσθ' καὶ νυκτὸς ἐπαυλίσασθαι τῷ στρατοπέδῳ, προσδοκῶντας αὐτίκα μάλα σκηνὰς ἐρήμους καὶ χρήματα διαρπάσειν ἀποδιδρασκόντων. ἅμα δ' ἡμέρᾳ πολὺ πλείονες ἐπηθροίζοντο· καὶ λέγονται τετρακισμυρίων οὐκ ἐλάττονες ἱππόται γενέσθαι· βασιλέως καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν ἀεὶ τεταγμένους, ὡς ἐπὶ σαθεῖ καὶ βεβαίῳ κατορθώματι, πέμψαντος. αὐτὸς μὲν γὰρ οὐδεμιᾷ μάχῃ παρέτυχεν. Αντώνιος δὲ, βουλόμενος προσαγορεῦσαι τοὺς στρατιώτας, ᾔτησε φαιὸν ἱματίδιον, ὡς οἰκτρότερος ὀφθείη. τῶν δὲ φίλων ἐναντιωθέντων, ἐν τῇ στρατηγίδι Φοινικίδι προελθὼν, ἐδημηγόρησε, τοὺς μὲν νενικηκότας ἐπαινῶν, ἀνειδίζων δὲ τοὺς φυγόντας. τῶν δὲ οἱ μὲν παρεκελεύοντο θαρρεῖν, οἱ δ' ἀπολογούμενοι σθᾶς αὐτοὺς παρεῖχον, εἴτε βούλοιτο δεκατεύειν, εἴτε ἄλλῳ τρόπῳ κολάζειν· μόνον παύσα-

PLUTARCHUS in Anton. Q. 44. p. 936.

Lin. 33. Τοὺς μὲν πολεμ. *Aug.* *L.* 36. προσδοκῶντες *Aug. ut vulgo Plut.* *L.* 40. περὶ αὐτὸν *edit.* 2. 3. *ex auctoritate H. Stephani.* *L.* 42. οὐδεμιᾷ τύχῃ *Edd. Cand. Recte* μάχῃ *Aug. ut Plut.* *L.* 43. φαιὸν *mend. edit.* 1. *L.* 44. ἱμάτιον *Aug.* *Ibid.* οἰκτρ. φαιὸν *Edd.* ὀφθείη *cum Plut. dedit Aug. & margo MSStorum Regg.* *L.* 45. στρατηγικῇ *Plut.* *L.* 47. φεύγοντας *Plut.*

At hoſtes jam laſſos & deſperabundos hæc victoria in tantam erexit contra Romanos ſuperbiam, ut juxta caſtra pernoctarint, ſperantes ſe mox direpturos pecunias publicas & deſerta tentoria: mane vero multo plures congregati ſunt, ita ut dicantur fuiſſe equites non pauciores XL millibus, rege ex ſuo comitatu ſubinde alios atque alios mittente, ut ad manifeſtam certamque victoriam: nam ipſe ſuis in neutra fortuna aderat. [*nam ipſe nulli prælio intererat.*] Cæterum Antonius, allocuturus pro concione milites, pullam veſtem petiit, quo eſſet miſerabilior: ſed, amicis id non permittentibus, paludatus in concionem prodiit; ubi & victores laudavit, & in eos invectus eſt qui fugerant. Quorum alteri jubebant illum eſſe bono animo: alteri, cauſa fugæ reddita, præbebant ſe vel decimandos vel utcunque punien-

UTAR-HUS Anton.

σθαι δυσφοροῦντα καὶ λυπούμενον ἐδέοντο. Πρὸς ταῦτα 5
τὰς χεῖρας ἀνατείνας, ἐπηύξατο τοῖς θεοῖς, εἴ τις ἄρα
νέμεσις τὰς πρόσθεν εὐτυχίας αὐτοῦ μέτεισιν, ἐπ' αὐτὸν
ἐλθεῖν, τῷ δ' ἄλλῳ στρατῷ σωτηρίαν δοῦναι καὶ νίκην.

p. 936. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ φραξάμενοι βέλτιον, προῆγον. καὶ
τοῖς Πάρθοις ἐπιχειροῦσι πολὺς ἀπήντα παράλογος· 5
οἰόμενοι γὰρ ἐφ' ἁρπαγὴν καὶ λεηλασίαν, οὐ μάχην,
ἐλαύνειν, εἶτα πολλοῖς βέλεσιν ἐντυγχάνοντες, ἐῤῥωμέ-
νους τε καὶ νεαλεῖς ταῖς προθυμίαις ὁρῶντες, αὖθις
ἐξέκαμνον. ἐπεὶ δὲ καταβαίνουσιν αὐτοῖς ἀπὸ λόφων
τινῶν ἐπικλινῶν ἐπέθεντο, καὶ βραδέως ὑπεξάγοντας 6
ἔβαλλον, ἐπιστρέψαντες οἱ θυρεαφόροι συνέκλεισαν εἴσω
τῶν ὅπλων τοὺς ψιλούς· αὐτοὶ δὲ, καθεσθέντες εἰς γόνυ,
προὐβάλλοντο τοὺς θυρεούς· οἱ δὲ ὄπισθεν, ὑπερέσχον
αὐτῶν τὰ ὅπλα, κἀκείνων ὁμοίως ἕτεροι. τὸ δὲ σχῆμα,
ut. ib. 937. παραπλήσιον ἐρέψει γινόμενον, ὄψιν τε θεατρικὴν πα- 6
ρέχει, καὶ τῶν προβλημάτων στερρότατόν ἐστι πρὸς τοὺς

Lin. 51. ἐπεύξατο *Plut.* *L.* 52. εἰς αὐτὸν ἐλθ. *idem.* *L.* 53. δοῦναι *carent Edd. cum Reg. A. Dedit Aug. & Reg. B.* διδοναι *Plutarch.* *L.* 57 *sq.* ἐῤῥωμ. δὲ *Plut.* *L.* 58. *Pro* ὁρῶντες *dat* ὄντες *edit.* 1. *cum Regiis.* *L.* 60. ὑπεξάγοντες *Edd.* ἐπεξάγοντας *Plut. Prætuli Aug.* *L.* 61. ἔβαλλον, ἐπιτρέψαντες *mend. Edd.* *L.* 62. καθέντες *Plutarch.* *L.* 65. γενόμενον *edit.* 1. *L.* 66. στεγανώτατον *Plut.*

dos, modo triſtari & ægre ferre deſineret. Tum ille ſublatis ad cælum manibus vota fecit, ut ſi quod numen parum æquis oculis ſpectaſſet felicitatem ejus priſtinam, in ipſius caput averteret adverſa omnia: cætero exercitui victoria ſaluſque contingeret.

Inſequenti die melius communiti pergebant. Parthi eos invadentes, multum expectatione ſua fruſtrati ſunt, rati ſe ad rapiendum prædandumque, non ad pugnandum venire: ſed multis telis excepti magna alacritate militum, rurſum defeſſi ſunt. Quumque per clivum quendam deſcendentibus incumberent, & ſagittis infeſtarent, ſcutati ſe obverterunt in eos: receptaque levi armatura in medium, ipſi ſubſiderunt in genu, objectiſque ſcutis aliis ſuper alia, fecerunt teſtudinem, theatrali ferme ſpectaculo. Eſt autem id genus munimenti contra ſagittas firmiſſimum, dilabentes per lubricum teſtudinis.

ὁϊσθοὺς ἀπολισθαίνοντας. οἱ μέντοι Πάρθοι τὴν ἐς τὸ γόνυ κλίσιν τῶν Ρωμαίων, ἀπαγόρευσιν ἡγούμενοι καὶ κάματον εἶναι, τὰ μὲν τόξα κατέθεντο, τοὺς κοντοὺς δὲ διαλαβόντες, ἐγχοὺς προσέμιξαν. οἱ δὲ Ρωμαῖοι, συναλαλάξαντες ἐξαίφνης ἀνέθορον, καὶ τοῖς ὑσσοῖς παίοντες ἐκ χειρὸς ἔκλεινάν τε τοὺς πρώτους, καὶ τροπὴν ἔθεντο τῶν ἄλλων ἁπάντων. ἐγίνετο δὲ ταῦτα καὶ ταῖς ἄλλαις ἡμέραις, ἐπὶ μικρὸν ἀνυόντων τῆς ὁδοῦ. Καὶ λιμὸς ἤπτετο τοῦ στρατοῦ, σίτου τε βραχὺν καὶ διὰ μάχης πορίζομένου, καὶ τῶν πρὸς ἀλετὸν σκευῶν οὐκ εὐποροῦντος. τὰ γὰρ πολλὰ κατελείπετο, τῶν μὲν ἀποθνησκόντων ὑποζυγίων, τῶν δὲ τοὺς νοσοῦντας καὶ τραυματίας Θεράποντων. λέγεται δὲ χοῖνιξ Ἀττικὴ πυρῶν πεντήκοντα δραχμῶν ὤνιος γενέσθαι· τοὺς δὲ κριθίνους πρὸς ἀργύριον ἱστάντες ἀπεδίδοντο. Τραπόμενοι δὲ πρὸς λάχανα καὶ ῥίζας, ὀλίγοις μὲν ἐνετύγχανον τῶν συνήθων· ἀναγκαζόμενοι δὲ πειρᾶσθαι καὶ τῶν ἀγεύστων πρότερον, ἥψαντό

PLUTARCHUS in Anton. C. 45. p. 937.

Lin. 67 sq. τὴν ἰς γόνυ *Plut.* *L. 69 sq.* τοὺς δίκην τοὺς *Plut.* *L. 70 sq.* συναλάξαντες *edit. 1.* *L. 74.* μικρ. ἀνύοντων *edit. 1.* ἀνύοντων *Aug. Correxit H. Steph. ex Plut.* *L. 75.* καὶ *poſt* βραχὺν *caret Plut.* *L. 76.* σκευῶν ἀπορούντος *Edd. Prætuli Aug. cum Plut.* *L. 77.* καὶ τῶν μὲν *Edd. Rectius Aug. cum Plutarch.* *L. 80.* κριθίνους ἄρτους *edit. 2. 3. ex Plut.* *L. 81.* *Pro* ἱστάντες *dant* ἰσοῦντες *Edd. invitis MSS. ex ſola Car. Stephani auctoritate.*

Parthi, exiſtimantes Romanos viribus defectos ſubſediſſe, poſitis arcubus & ſumptis contis aggreſſi ſunt eos cominus: tum Romani ſublato clamore proſilierunt uno impetu, & fodiendo pilis ſternendoque primos, univerſos in fugam verterunt. Eadem certamina repetebantur quotidie, & iter interrumpebant. Jamque fame tentabatur exercitus, quod frumentatio impediretur crebris prœliis, & inſtrumentum piſtorium deficeret, relictum ex parte maxima. Jumenta quoque [*Nam jumenta*] partim perierant, partim occupabantur vehendis ægris & ſauciis. Fertur, chœnicem Atticam tritici L drachmis tum veniſſe, & hordeaceos panes repenſos pari argenti pondere. Verſi deinde ad radices & olera, pauca inveniebant uſitati generis: & quum cogerentur experiri quæ nunquam guſtaverant, primum inciderunt in

PLUTARCHUS in Anton. p. 937.

τινος πόας ἐπὶ θάνατον διὰ μανίας ἀγούσης· ὁ γὰρ φαγὼν, οὐδὲν ἐμέμνητο τῶν ἄλλων, οὐδὲ ἐγίνωσκεν· ἐν δὲ ἔργον εἶχεν, κινεῖν καὶ σφέφειν πάντα λίθον, ὡς τι μεγάλης σπουδῆς διαπρατόμενος ἄξιον. ἦν δὲ μεστὸν τὸ πεδίον κεκυφότων καμάζε, καὶ τοὺς λίθους περιορυττόντων καὶ μεθισταντων. τέλος δὲ χολὴν ἐμοῦντες ἔθνησκον· ἐπεὶ καὶ, ὁ μόνον ἀντίπαθες ἦν, ὁ οἶνος, ἐπέλιπε. φθειρομένων δὲ πολλῶν, καὶ τῶν Πάρθων οὐκ ἀφισταμένων, πολλάκις ἀναφθέγξασθαι τὸν Αντώνιον ἰσχροῦσιν, Ὦ μύριοι· θαυμάζοντα τοὺς μετὰ Ξενοφῶντος, ὅτι καὶ πλείονα καταβαίνοντες ὁδὸν ἐκ τῆς Βαβυλωνίας, καὶ πολλαπλασίοις μαχόμενοι πολεμίοις, ἀπεσώθησαν.

Plut. ib. cap. 46.

Οἱ δὲ Πάρθοι, διαπολέξαι μὲν οὐ δυνάμενοι τὸν στρατὸν, οὐδὲ διασπάσαι τὴν τάξιν, ἤδη δὲ πολλάκις ἡττημένοι καὶ φεύγοντες, αὖθις εἰρηνικῶς ἀνεμίγνυντο τοῖς ἐπὶ χιλὸν ἢ σῖτον προερχομένοις· καὶ τῶν τόξων τὰς νευρὰς ἐπιδεικνύντες ἀνειμένας, ἔλεγον, ὡς αὐτοὶ μὲν

Lin. 86. εἶχεν ἔργον Edd. *Prætuli Aug. cum Plut.* *L.* 87. ἄξ. διαπρ. *Pl.* *L.* 88 *sq.* διορυττόντων Edd. *Prætuli Aug. Plut.* *L.* 90. καὶ τὸ μόνον ἀντιπαθὲς, οἶνος *Plut.* *L.* 91. ἀπέλιπε Edd. ἐξέλιπε *Plut. Prætuli Aug.* *L.* 98 *sq.* ἀπὶ. καὶ στρεψάντες *Plut.*

herbam ducentem ad mortem per insaniam: quisquis enim hanc in cibo sumpserat, aliorum negotiorum ignarus & immemor, unum agebat; movebat & vertebat omnem lapidem, putans se rem valde seriam agere. Ita totus campus repletus est effodientibus & transmoventibus lapides: tandem evomendo bilem moriebantur, quando etiam vinum, quod solum erat remedio, defecerat. Ita multis pereuntibus, nec Parthis abscedentibus, tradunt Antonium sæpius exclamasse, ὦ μύριοι! mirantem illos decies millе viros, qui ductu Xenophontis multo longius iter a mediterraneis Babyloniæ perfecerunt usque ad mare incolumes, repulsis obiter multo pluribus hostibus.

Parthi autem, quum nec perturbare abeuntes possent, nec distrahere, sæpe victi fugatique, rursum pacifice congrediebantur cum pabulatoribus aut frumentatoribus; ostendentesque laxatos nervos arcuum, ajebant se retro abire,

ἀπίασιν ὀπίσω, καὶ τοῦτο ποιοῦνται πέρας ἀμύνης· ὀλίγοι δὲ Μήδων ἀκολουθήσουσιν ἔτι μιᾶς ἢ δευτέρας ὁδὸν ἡμέρας, οὐδὲν παρενοχλοῦντες, ἀλλὰ τὰς ἀπωτέρω κώμας φυλάττοντες. Τούτοις τοῖς λόγοις ἀσπασμοί τε καὶ φιλοφροσύναι προσῆσαν· ὥστε πάλιν τοὺς Ρωμαίους εὐθαρσεῖς γενέσθαι, καὶ τὸν Αντώνιον ἀκούσαντα, τῶν πεδίων ἐφίεσθαι μᾶλλον, ἀνύδρου λεγομένης εἶναι τῆς διὰ τῶν ὀρῶν. οὕτω δὲ ποιεῖν μέλλοντος, ἦκεν ἀνὴρ ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἐκ τῶν πολεμίων, ὄνομα Μιθριδάτης, ἀνεψιὸς Μονέσσου τοῦ παρ' Αντωνίῳ γενομένου, καὶ τὰς τρεῖς πόλεις δωρεὰν λαβόντος. ἠξίου δὲ αὐτῷ προσελθεῖν τινα Παρθιστὶ διαλεχθῆναι δυνάμενον, ἢ Συριστί. καὶ προσελθόντος Αλεξάνδρου τοῦ Αντιοχέως, ὃς ἦν Αντωνίῳ συνήθης, ὑπειπὼν ὃς εἴη, καὶ Μονέσσῃ τὴν χάριν ἀναθεὶς, ἠρώτησε τὸν Αλέξανδρον, εἰ λόφους ὑψηλοὺς καὶ συνεχεῖς ὁρᾷ πρόσωθεν· φήσαντος δὲ ὁρᾶν, Ὑπ' ἐκείνοις, *PLUTARCHUS in Anton. C. 46. p. 937.*

Lin. 3. πεισθέντες *edit.* 1. *L.* 4. ἀκολουθήσωσιν *edit.* 1. *L.* 5. ὁδὸν ἡμέρας *Edd. Ib. Pro* ἀλλὰ *dat* καὶ *Reg. B. L.* 7. δῶρα πάντας *Pl. L.* 9. ἀφίεσθαι *edit.* 1. *cum Regiis, sed id in Reg. A. mutatum est in* ὑφίεσθαι. *Ibid. Distinctionem, quæ in Edd. erat post* ἐφίεσθαι, *posui post* μᾶλλον *cum Aug. & Plut. L.* 12. ἀντιφ. γενόμενος *Mor. Edd. Ibid.* Μοναίσου *Plut. ut supra; & mox* Μονσίου. *Ibid.* παρ' Αντωνίου *mend. edit.* 1. *L.* 14. παρὰ τῶν Π. δ. δυναμένων *Plutarch. L.* 17 *sq.* συνεχ. καὶ ὑψηλ. *Plut.*

& hunc finem infestandi facere: pauci Medi sequebantur ulterius, per unum diem aut alterum; nemini molesti, tantum custodientes vicos remotiores a via publica. Post hujusmodi salutationes & amicos sermones, Romani receperunt fiduciam: qui ubi ad Antonium delati sunt, cœpit appetere campestria, quod ibi aquandi copia major quam in montanis diceretur. Id facturum adiit in castris unus hostium, nomine Mithridates, patruelis Monesis illius, qui, profugus, ab Antonio tres urbes dono acceperat; petiitque aliquem, qui posset secum colloqui aut Syra lingua aut Parthica: &, quum accessisset eum Alexander Antiochenus, familiaris Antonii, præfatus, hæc se facere in Monesis quoque gratiam, rogavit Alexandrum, videretne ante se colles altos inter se contiguos? Quo respondente, videre; Sub illis, inquit, Par-

PLUTARCHUS in Antonio. l. 46. p. 937.

ἔφη, πανστρατιᾷ Πάρθοι λοχῶσιν ὑμᾶς. τὰ γὰρ μεγάλα πεδία τῶν λόφων τούτων ἐξήρτηται· καὶ προσδοκῶσιν ὑμᾶς ἐξηπατημένους ὑπ' αὐτῶν ἐνταῦθα τρέψεσθαι, τὴν διὰ τῶν ὀρῶν ἀπολιπόντας. ἐκείνη μὲν οὖν ἔχει δίψος καὶ πόνον ὑμῖν συνήθη· ταύτῃ δὲ χωρῶν Αντώνιος, ἴστω τὰς Κράσσου τύχας αὐτὸν ἐκδεχομένας.

Plut. ib. Cap. 47.

Ὁ μὲν οὕτω Φράσας ἀπῆλθε. Αντώνιος δὲ ἀκούσας, καὶ διαταραχθεὶς, συνεκάλει τοὺς φίλους, καὶ τὸν ἡγεμόνα τῆς ὁδοῦ Μάρδον, οὐδὲ αὐτὸν ἄλλως φρονοῦντα. καὶ γὰρ καὶ ἄνευ πολεμίων ἐγίνωσκε τὰς διὰ τῶν πεδίων ἀνοδίας καὶ πλάνας χαλεπὰς καὶ δυστεκμάρτους οὔσας· τὴν δὲ τραχεῖαν ἀπέφαινεν, οὐδὲν ἄλλο δυσχερὲς ἢ μιᾶς ἡμέρας ἀνυδρίαν ἔχουσαν. οὕτω δὴ τραπόμενος, ταύτην ἦγε νυκτὸς, ὕδωρ ἐπιφέρεσθαι κελεύσας. ἀγγείων δὲ ἦν ἀπορία τοῖς πολλοῖς· διὸ καὶ τὰ κράνη πιμπλάντες ὕδατος ἐκόμιζον, οἱ δὲ διφθέραις ὑπολαμβάνοντες. ἤδη δὲ προχωρῶν ἀγγέλλεται τοῖς

pag. 938.

L. 21 sq. τρέψασθαι Edd. & vett. editt. Plut. Prætuli Aug. L. 22. ἀπολιπόντας Plut. Ibid. οὖν caret Aug. L. 23. διψ. ὑμ. συνηθ. κ. πόνον Plut. L. 28. καὶ γὰρ ἄνευ Plut. L. 29 sq. δυσκεκμάρτους edit. 1. L. 30. ἐπέβαινεν Edd. factum ex ἐπέφαινεν, quod dabant MSS. Regii. L. 34. διφθέρας edit. 1.

thi cum omnibus suis copiis sunt in insidiis; nam patentes hi campi usque illos colles pertinent: & expectant vos, fallaciis ipsorum credulos, deflexuros iter a montibus in campestria. Sed altera via laborem tantum habet & sitim, quibus jam assuevistis: qua relicta, si Antonius ingressus fuerit alteram; sciat, manere se qualem Crassus tulit exitum.

Hæc locutus abiit. Antonius, auditis his territus, amicos in consilium & ductorem Mardum adhibet, non alienum ab ea sententia: sciebat enim, per campos vel absque hostibus vias difficiles tum inventu tum transitu; montanam autem viam nihil aliud molestum habere præter aquarum inopiam unius diei. Quamobrem per hanc duxit noctu, jussos aquam secum deferre: &, quia multi vasis carebant, portabant eam in galeis aut in coriis consutis. Jamque agmen promoverat, quum Parthi, re per nuntios

Πάρθοις, καὶ παρὰ τὸ εἰωθὸς ἔτι νυκτὸς ἐδίωκον· ἡλίου δὲ ἀνασχόντος, ἥπτοντο τῶν ἐσχάτων, ἀγρυπνίᾳ καὶ πόνῳ κακῶς διακειμένων· τεσσαράκοντα γὰρ καὶ διακοσίους ἐν τῇ νυκτὶ σταδίους κατηνύκεσαν, καί τοι μὴ προσδοκῶντες οὕτω ταχέως ἐπελθεῖν τοὺς πολεμίους. ὃ καὶ ἀθυμίαν παρεῖχε. καὶ τὸ δίψος δὲ ἐπέτεινεν ὁ ἀγών· ἀμυνόμενοι γὰρ ἅμα προῆγον. οἱ δὲ πρῶτοι βαδίζοντες ἐντυγχάνουσι ποταμῷ, ψυχρὸν μὲν ἔχοντι καὶ διαυγὲς, ἁλμυρὸν δὲ καὶ φαρμακῶδες ὕδωρ· ὃ ποθὲν εὐθὺς ὀδύνας, ἑλκομένης τῆς κοιλίας, καὶ τοῦ δίψους ἀναφλεγομένου, παρεῖχε· καὶ ταῦτα τοῦ Μάρδου προλέγοντος, οὐδὲν ἧττον ἐκβιαζόμενοι τοὺς ἀπάγοντας ἔπινον. Αντώνιος δὲ παρὼν ἐδεῖτο βραχὺν ἐγκαρτερῆσαι χρόνον· ἕτερον γὰρ οὐ πόῤῥω ποταμὸν εἶναι πότιμον· εἶτα τὴν λοιπὴν ἄφιππον καὶ τραχεῖαν, ὥς τε καὶ παντάπασιν ἀποστρέψασθαι τοὺς πολεμίους. ἅμα

PLUTARCHUS in Anton. C. 47. p. 938.

Lin. 39. σταδίους διήνυσαν *Edd. Prætuli Aug. Plut. Ibid. sq.* καὶ τὸ μὴ προσδοκῶσιν οὕτω ταχ. ἐπ. τ. πολεμίους ἀθυμίαν παρεῖχε *Plutarch. L.* 41. δὲ, *post* δίψος, *abest a Plut. L.* 45. ἑλκουμένης *Plutarch. L.* 47. ἐκβιαζ. τοὺς ἀνείργοντας *Plut. L.* 48. περιϊὼν *Plut. L.* 51. καὶ, *post* ὥστε, *nec est in Edd. nec in Plut. Adjeci ex Aug. Ibid.* ἀποτρέψασθαι *Edd.* ἀποτρέψαι *Plut. Dedi lect. Aug.*

cognita, noctu præter morem suum eos persecuti sunt: oriente vero sole agmen extremum carpebant, fessum labore ac vigiliis: nam ea nocte CCXL stadia perfecerant, quamvis non expectarent hostem superventurum tam cito. Quo magis eorum animi dejecti sunt. Et sitis intendebatur certamine: cogebantur enim pugnando iter facere. Interim primum agmen incidit in fluvium, frigidum quidem & limpidum, sed aquis medicatis salsisque: hæ potæ mox ventrem exulcerabant cum dolore, & sitim accendebant. Quod quamvis Mardus præmonuerat; nihilominus, repulsis obstantibus, bibebant. Antonius autem instans, precabatur, durarent paulisper; alium enim non longe abesse fluvium potabilem, deinceps superesse viam asperam & inviam equitibus, a qua omnino necesse sit ho-

PLUTARCHUS in Anton. C. 48. p. 938.

δὲ καὶ τοὺς μαχομένους ἀνεκαλεῖτο, καὶ κατάζευξιν ἐσήμαινεν, ὡς σκιᾶς γοῦν μεταλάβοιεν οἱ στρατιῶται.

Πηγνυμένων οὖν τῶν σκηνῶν, καὶ τῶν Πάρθων εὐθὺς, ὥστε εἰώθασιν, ἀπαλλαττομένων, ἦκεν αὖθις ὁ Μιθριδάτης· καὶ τοῦ Αλεξάνδρου προσελθόντος, παρῄνει μικρὸν ἡσυχάσαντα τὸν στρατὸν ἀνιστάναι, καὶ σπεύδειν ἐπὶ τὸν ποταμὸν, ὡς οὐ διαβησομένων Πάρθων, ἄχρι δ' ἐκείνου διωξόντων. ταῦτα ἀπαγγείλας πρὸς Αντώνιον ὁ Αλέξανδρος, ἐκφέρει παρ' αὐτοῦ χρυσᾶ ποτήρια πάμπολλα καὶ φιάλας· ὧν ἐκεῖνος, ὅσα τῇ ἐσθῆτι δυνατὸς κατακρύψαι, λαβών, ἀπήλαυνεν. ἔτι δὲ ἡμέρας οὔσης, ἀναζεύξαντες ἐπορεύοντο, τῶν πολεμίων οὐ παρενοχλούντων· αὐτοὶ δὲ ἑαυτοῖς νύκτα χαλεπωτάτην ἁπασῶν ἐκείνην καὶ φοβερωτάτην ἀπεργασάμενοι. τοὺς γὰρ ἔχοντας ἀργύριον ἢ χρυσίον κλείνοντες ἐσύλων, καὶ τὰ χρήματα τῶν ὑποζυγίων ἁρπάζοντες· τέλος δὲ, τοῖς Αντωνίου σκευοφόροις ἐπιχειρήσαντες, ἐκπώματα

Lin. 55. εἰώθασιν *Plut.* *L.* 56. προελθ. *Plut.* *L.* 60. ὁ *ante* Αλεξ. *abeſt ab Edd. & Plutarch. Adjeci ex Aug.* *L.* 61. πάμπολλα, *quo carent Editi, dedit Aug. cum Plut.* *L.* 62. δυνατὸς *carent Edd. Dedit Aug.* ἐσθῆτι κατακρύψαι δυνατὸς ἦν *Plut.* *L.* 63. ἀναζεύξαντες *male vulgo Plut.* *L.* 65. πασῶν *Plut.* *L.* 66. ἀπωλαντοῦντες *idem.*

ſtes recedere: ſimulque receptui cecinit, ut ſaltem in umbra milites ſe recolligerent.

Quum ergo figerentur tentoria, Parthis mox ex more diſcedentibus, Mithridates rediit: occurrenteque Alexandro, monuit, ut paulum quiete refecti univerſi conſurgerent, & propere tranſirent fluvium, quod is eſſet Parthis perſequendi terminus. His renuntiatis Antonio, Alexander ab eo protulit aureos [*permultos*] calices & phialas: ex his ille quotquot veſte celare potuit, abſtulit. Reliquum iter ejus diei nemine infeſtante peractum eſt. Sed noctem ſequentem ipſi ſibi reddiderunt graviſſimam periculoſiſſimamque. Nam quibus erat aurum argentumve occidebantur ſpoliabanturque, & ſarcinæ jumentorum pecunias ferentium direptæ ſunt: poſtremo ſupellectilem Antonii, pocula menſaſque pretioſas concide-

runt

σώματα καὶ τραπέζας πολυτελεῖς κατέκοπτον καὶ διε- PLUTARCHUS
νέμοντο. θορύβου δὲ πολλοῦ καὶ πλάνου τὸ στράτευμα in Anton.
πᾶν ἐπέχοντος, (ὥοντο γὰρ ἐπιστεπλωκότων τῶν πολε- C. 48. P. 928.
μίων τροπὴν γεγονέναι καὶ διασπασμόν) Αντώνιος,
καλέσας ἕνα τῶν δορυφορούντων αὐτὸν ἀπελευθέρων,
ὄνομα Ράμνον, ὤρκωσεν, ὅταν κελεύσῃ, τὸ ξίφος αὐτοῦ
διεῖναι, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀποτεμεῖν· ὡς μήτε ἁλώσῃ
ζῶν ὑπὸ τῶν πολεμίων, μήτε γνωσθείη τεθνηκώς. Ἐκ-
δακρυσάντων δὲ τῶν φίλων, ὁ Μάρδος ἐθάρρυνε τὸν Αν-
τώνιον, ὡς ἐγγὺς ὄντος τοῦ ποταμοῦ· καὶ γὰρ αὖραί
τις ἀπορρέουσα νοτεραὶ, καὶ ψυχρότερος ἀὴρ ἀπαντᾷν,
ἡδίω τὴν ἀναπνοὴν ἐποίει· καὶ τὸν χρόνον ἔφη τῆς πο-
ρείας οὕτω συμπεραίνειν τὸ μέτρον. οὐκέτι γὰρ ἦν πολὺ
τὸ λειπόμενον τῆς νυκτός. ἅμα δὲ ἤγγελλον ἕτεροι, τὸν
θόρυβον ἐκ τῆς πρὸς αὐτοὺς ἀδικίας καὶ πλεονεξίας
εἶναι. διὸ καὶ κατασχεῖν τὸ πλῆθος ἐς τάξιν ἐκ τῆς
πλάνης καὶ τοῦ διασπασμοῦ βουλόμενος, ἐκέλευσε
σημαίνειν κατάζευξιν.

Lin. 71. πᾶν ἴχνος *Aug.* *L.* 73. ἵνα καλέσας *Aug.* *Ibid.* δορυφόρων αὐτὸν *mend. edit.* 1. *L.* 74 *sq.* αὐτῷ διεῖναι *Plut.* *L.* 82. ἤγγελλον *Aug.* ἀπήγγελλον *Plut.*

runt & inter ſe partiti ſunt. Itaque exorto magno tumultu, ac trepidatione, (putabant enim hoſtes invaſiſſe ſarcinas & diripere;) Antonius accito uno e ſatellitibus ſuo liberto, cui nomen Ramno, coëgit eum jurare, confoſſurum ſe illum quam primum juſſerit, & caput ablaturum; ut nec vivus veniret in poteſtatem hoſtium, nec agnoſceretur mortuus. Amicis autem collacrymantibus, Mardus jubebat Antonium bono eſſe animo, quod ſentiret in propinquo fluvium: aſpirabat enim aura quædam frigidior humidiorque, non ingrata attrahentibus fauci-bus: & adjiciebat, ſe idem conjicere ex menſura confecti itineris; nam non multum noctis ſuperèrat: ſimulque alii nunciarunt, tumultum natum ex ipſorum avaritia mutuiſque injuriis. Quamobrem volens turbatam & diſperſam multitudinem componere, caſtra metandi ſignum dedit.

PLUTARCHUS in Anton. Cap. 49. pag. 938.

Ἤδη δὲ ὑπέλαμπεν ἡμέρα, καὶ τοῦ στρατοῦ κόσμον ἀρχομένου τινὰ λαμβάνειν καὶ ἡσυχίαν, προσέπιπτε τοῖς τελευταίοις τὰ τῶν Πάρθων τοξεύματα. καὶ μάχης σημεῖον ἐδόθη τοῖς ψιλοῖς, οἱ δὲ ὁπλῖται πάλιν ὁμοίως 9
κατερέψαντες ἀλλήλους τοῖς θυρεοῖς, ὑπέμενον τοὺς βάλλοντας συνελθεῖν. Ὑπαγόντων δὲ κατὰ μικρὸν οὕτως τῶν πρώτων, ὁ ποταμὸς ἐφάνη· καὶ τοὺς ἱππεῖς ἐπ' αὐτῷ παρατάξας ἐναντίους τοῖς πολεμίοις, διεβίβαζε τοὺς ἀσθενεῖς πρώτους. ἤδη δὲ καὶ τοῖς μαχομένοις 9
ἄδεια καὶ ῥαστώνη τοῦ πιεῖν ἦν. ὡς γὰρ εἶδον οἱ Πάρθοι τὸν ποταμὸν, τάς τε νευρὰς ἀνῆκαν, καὶ θαῤῥοῦντας ἐκέλευον διαπερᾶν τοὺς Ρωμαίους, πολλὰ τὴν ἀρετὴν αὐτῶν ἐγκωμιάζοντες. διαβάντες οὖν καθ' ἡσυχίαν, αὐτοὺς ἀνελάμβανον· εἶτα ᾤδευον, οὐ πάνυ τι τοῖς Πάρ- 1
θοις πιστεύοντες. Ἕκτῃ δ' ἡμέρᾳ μετὰ τὴν τελευταίαν μάχην ἐπὶ τὸν Αράξην ποταμὸν ἧκον, ὁρίζοντα Μηδίαν καὶ Αρμενίαν. ἐφάνη δὲ καὶ βάθει καὶ τραχύτητι χα-

Lin. 92. βάλλοντας ἐγγὺς οὐ τολμῶντας συνελθεῖν *recte Plut. Ib.* οὕτω *Aug. L.* 94. παρατάξας Αντώνιος ἐναντ. *Plut. L.* 96. τοῦ ποιεῖν ἦν *edit.* 1. *L.* 1. αὐτοὺς *edit.* 2. 3. *ex Plut. Ibid.* πάνυ τοῖς Παρθ. *Plut. L.* 3. Μήδειαν *Plut. ut alibi.*

Et jam dilucescebat, & exercitus sedatior incipiebat redire in suos ordines, quum extremum agmen sensit sagittas hostium: & levis armatura pugnæ signum accepit; scutati vero similiter ut ante conglobati, testudine sustinebant sagittas non audentium congredi. Dumque ita paulatim gradum promovent, a primis conspectus est fluvius. Ibi equitatu hostibus opposito, ante omnes trajiciebat infirmos. Et jam pugnantibus quoque timor ac labor minuebatur: ut enim Parthi viderunt fluvium, laxatis nervis jubebant Romanos transire bono animo, prolixe laudantes eorum fortitudinem. Ita transgressi per otium, curarunt corpora: deinde pergebant iter facere, non admodum fidentes Parthorum pollicitis. Sexto vero die post pugnam ultimam pervenerunt ad Araxem fluvium, qui Mediam disterminat ab Armenia: videbatur autem profundus

λετὸς· καὶ λόγος διῆλθεν, ἐνεδρεύοντας αὐτὸν τοὺς πολεμίους ἐπιθήσεσθαι διαβαίνουσιν αὐτοῖς. Ἐπεὶ δὲ ἀσφαλῶς διαπεράσαντες ἐπέβησαν τῆς Ἀρμενίας, ὡσπερ ἄρτι γῆν ἐκείνην ἰδόντες ἐκ πελάγους, προσεκύνουν, καὶ πρὸς δάκρυα καὶ περιβολὰς ἀλλήλων ὑπὸ χαρᾶς ἐτρέποντο. προϊόντες δὲ διὰ χώρας εὐδαίμονος, καὶ χρώμενοι πᾶσιν ἀνέδην ἐκ πολλῆς ἀπορίας, ὑδερικοῖς καὶ κοιλιακοῖς περιέπιπτον ἀῤῥωστήμασιν. PLUTARCHUS in Anton. C. 49. p. 939.

Ἐνταῦθα ποιησάμενος ἐξέτασιν αὐτῶν Αντώνιος, εὗρε δισμυρίους πεζοὺς καὶ τετρακισχιλίους ἱππεῖς ἀπολωλότας· οὐ πάντας ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἀλλὰ ὑπὲρ ἡμίσεις νοσήσαντας. Ὠδευσαν μὲν οὖν ἀπὸ Φραάτων ἡμέρας ἑπτὰ καὶ εἴκοσι· μάχαις δὲ ὀκτωκαίδεκα Πάρθους ἐνίκησαν. αἱ δὲ νῖκαι κράτος οὐκ εἶχον, οὔτε βεβαιότητα, μικρὰς ποιουμένων καὶ ἀτελεῖς τὰς διώξεις. Καὶ μάλιστα καταδηλος ἦν Αρταβάζης ὁ Αρμένιος Αντώνιον Plut. ib. Cap. 50.

L. 5. ἐνεδρεύοντας Edd. Prætuli Aug. Plut. Ibid. Pro αὐτὸν dat αὐτόθι Plut. L. 10. ἐπράττοντο Plut. L. 11. ἀναίδην vulgo Plut. L. 13. Αντώνιος αὐτῶν Edd. Prætuli Aug. Plut. L. 14. ἱππέας Aug. L. 16. μὲν caret Reg. B. L. 18. οὐδὲ Plutarch. L. 19 sq. ἃ καὶ μάλιστα Plutarch. L. 20. Αρτάβαζος b. l. Aug. Αρταουάσδης Plut. ut alibi.

& vorticosus: ferebaturque rumoribus, hostem aggressurum eos in trajectu. Postquam autem tuto inscenderunt solum Armeniæ, tanquam tum primum ex alto ad terram appulissent, adorabant eam, & in mutuos complexus cum lacrymis ruebant præ gaudio. Quumque transirent per agros felices, post longam inopiam explebant se affatim: unde hydropicis cœliacisque morbis laboratum est.

Hic recensens suos Antonius, comperit desiderari viginti millia peditum, equitum quatuor millia; quorum plus quam dimidium non ferrum sed morbus absumpserat. Continuatum est autem iter a Phraatis per dies XXVII. quo temporis spatio Parthi decies & octies pugnando victi sunt: sed inefficaces erant victoriæ, quia confirmari non poterant in tam parvis fusorum fugatorumque persecutionibus. Constabat autem ab Artabaze Armenio maxime Antonium

PLUTARCHUS in Anton. C. 50. p. 939.

ἐκείνου τοῦ πολέμου τὸ τέλος ἀφελόμενος. εἰ γὰρ οὓς ἀπήγαγεν ἐκ Μηδίας ἱππεῖς ἑξακισχίλιοι καὶ μύριοι παρῆσαν, ἐσκευασμένοι παραπλησίως Πάρθοις, καὶ συνήθεις μάχεσθαι πρὸς αὐτοὺς, Ρωμαίων μὲν μαχομένους τρεπομένων, ἐκείνων δὲ φεύγοντας αἱρούντων, οὐκ ἂν ὑπῆρξεν αὐτοῖς ἡτ|ωμένοις ἀναφέρειν καὶ ἀνατολμᾶν τοσαυτάκις. Ἅπαντες οὖν ὀργῇ παρώξυνον ἐπὶ τὴν τιμωρίαν τοῦ Αρμενίου τὸν Αντώνιον. ὁ δὲ, λογισμῷ χρησάμενος, οὔτε ἐμέμψατο τὴν προδοσίαν, οὔτε ἀφεῖλε τῆς συνήθους φιλοφροσύνης καὶ τιμῆς πρὸς αὐτὸν, ἀσθενὴς τῷ στρατῷ καὶ ἄπορος γεγονώς. Ὕστερον μέντοι πάλιν ἐμβαλὼν ἐς Αρμενίαν, καὶ πολλαῖς ὑποσχέσεσι καὶ προκλήσεσι πείσας αὐτὸν ἐλθεῖν ἐς χεῖρας, συνέλαβε, καὶ δέσμιον καταγαγὼν εἰς Αλεξάνδρειαν, ἐθριάμβευσεν. ᾧ μάλισ|α Ρωμαίους ἐλύπησεν, ὡς τὰ καλὰ καὶ σεμνὰ τῆς πατρίδος Αἰγυπ|ίοις διὰ Κλεοπάτραν χαριζόμενος. Ταῦτα μὲν οὖν ὕσ|ερον ἐπράχθη.

Plut. ib. C. 52. p. 939.

Τῷ δὲ βασιλεῖ τῶν Μήδων γίνεται διαφορὰ πρὸς Φραάτην τὸν Πάρθον· ἀρξαμένη μὲν, ὡς φασιν, ὑπὲρ

1 Lin. 22. ἐκ Μηδίας ἱππ. ἑξακισχίλιοι καὶ μύριοι Plut. L. 24 sq. τοὺς μαχομ. & τοὺς φευγ. Plut. L. 38. Φραάτην τὸν Πάρθων edit. 1.

frustratum perfecta victoria: si enim adfuissent illa equitum XVI. M. instructa more Parthorum & cum eis conflictari assueta, quæ rex abduxerat e Media; non potuissent toties victi instaurare prælia, Romanis eos profligantibus, illisque profligatos persequentibus. Omnes igitur irritabant Antonium ad pœnas sumendas de Armenio: at ille multo consultius nec proditionem exprobravit ei nec de honorificentia comitateque solita quicquam detraxit, propter debilitatem exercitus & inopiam. Postea tamen rursum ingressus Armeniam, multis pollicitationibus & invitationibus persuasum ut ad se veniret, comprehendit, & vinctum abduxit in triumphum Alexandriam. Quod ægerrime Romani tulere, urbis suæ honores communicari Ægyptiis, in Cleopatræ gratiam. Verum hæc inciderunt in posteriora tempora.

Cæterum inter Medorum regem & Parthorum orta est discordia per occasionem spo-

τῶν Ρωμαϊκῶν λαφύρων· ὑπόνοιαν δὲ τῷ Μήδῳ καὶ φόβον ἀφαιρέσεως τῆς ἀρχῆς παρασχοῦσα. διὸ καὶ πέμπων ἐκάλει τὸν Αντώνιον, ἐπαγγελλόμενος συμπολεμήσειν μετὰ τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως. Γενόμενος οὖν ἐπ' ἐλπίδος μεγάλης ὁ Αντώνιος (ᾧ γὰρ ἐδόκει μόνῳ τοῦ κατεργάσασθαι Πάρθους ἀπολιπεῖν, ἱππέων πολλῶν καὶ τοξοτῶν ἐνδεὴς ὤν, τοῦτο ἐώρα προσγινόμενον αὐτῷ χαριζομένῳ μᾶλλον ἢ δεομένῳ) παρεσκευάζετο αὖθις Αρμενίας ἐπιβαίνειν· καὶ συγγενόμενος τῷ Μήδῳ περὶ ποταμὸν Αράξην, οὕτω κινεῖν τὸν πόλεμον.

PLUTARCHUS in Anton. C. 52. p. 940.

Ταῖς δὲ Οκταβίας καὶ Κλεοπάτρας ἀντισπώμενος χρείαις, τὸν Μῆδον εἰς ὥραν ἔτους ἀναβάλλεσθαι διέγνω, καίπερ ἐν σπάσει τῶν Παρθικῶν εἶναι λεγομένων. οὐ μὴν ἀλλὰ τοῦτον μὲν, ἀναβὰς αὖθις, ἐς φιλίαν προσηγάγετο· καὶ λαβὼν ἐνὶ τῶν ἐκ Κλεοπάτρας υἱῶν γυναῖκα μίαν αὐτοῦ τῶν θυγατέρων, ἔτι μικρὰν οὖσαν, ἐπανῆλθεν, ἤδη πρὸς τὸν ἐμφύλιον πόλεμον τρεψόμενος.

Plut. ib. C. 53. p. 940.

Φραάρτην τὸν Πάρθων Plut. Reiskii. Φραάρτην τὸν Μήδων vulgo Plut. mend. L. 42. ἐπαγγελόμενος Aug. L. 45. κατεργάσθαι Plutarch. Ibid. ἀπολιπεῖν Aug. L. 46. ἐνδεὴς ἱππέων Plut. Ibid. προσγιγν. Edd. προσγιν. cum Plut. dedit Aug. & Reg. B. Ib. αὐτῷ edit. 2. 3. L. 47 sq. δὲ Αρμενίας αὖθις ἀναβαίνειν Plut. L. 53. μὲν post τοῦτον abest a Plut. L. 55 sq. οὖσαν, ἐγγύησας ἐπανῆλθεν Plut.

liorum de Romanis quæsitorum, quæ Medo solicitudinem injecit ne regnum amitteret. Quapropter per nuncios vocabat Antonium, omnes opes suas in ejus belli societatem offerens. Ille, magna spe concepta, (quippe qui putabat hoc solum sibi ad Parthos debellandos defuisse, sagittarios & equites, tum ultro se adjungentes,) parabat novam expeditionem in Armeniam, ut conjunctis ad Araxem cum Medo copiis bellum inferret.

Sed distractus Octaviæ Cleopatræque negotiis, in æstatem sequentem totum distulit, quamvis Parthi dicerentur laborare seditionibus. Postea tamen rursum profectus in Mediam, regem assumpsit in societatem & amicitiam: & accepta una filiarum ejus, adhuc admodum puella, in conjugem uni ex Cleopatræ filiis, quos ex ipso susceperat, instante jam bello civili reversus est.

FINIS HISTORIÆ PARTHICÆ.

DIVERSARUM EDITIONUM

COLLATÆ PAGINÆ.

HISTORIA ROMANORUM PARTHICA.

EDITIO I.		ED. II.		ED. III.		EDIT. IV.		
pag.	92	p.	134	p.	216	p.	21	lin. 1
					217		—	9
			135		218		23	28
					219		—	33
	93		—		—		24	46
					220		—	50
			136		221		25	65
					222		26	85
			137		223		27	6
	94		—		—		28	11
					224		—	23
					225		29	38
			138		—		—	42
					226		30	57
	95		139		227		32	78
					228		—	92
					229		33	10
			140		—		34	18
					230		35	29
	96		—		231		36	43
			141		232		—	55
					233		37	72
					234		38	88

[illegible] EDITIONUM

	[illegible]	[illegible]	III.	EDIT. IV.			
	[illegible]	p.	251	p.	57	lin.	7
			252		59		29
	[illegible]		—		—		35
	[illegible]		253		—		39
			254		60		55
	152		—		61		74
			255		62		76
			256		—		86
103	—		—		63		98
			257		—		6
	153		—		64		13
			258		—		22
			259		66		45
	154		—		—		50
104	—		—		67		63
			260		—		68
	155		—		68		86
			261		—		89
			262		69		7
			263		70		15
105	156		264		71		27
			265		—		30
			266		—		35
			267		72		41
			268		—		48
			269		73		58
	157		—		—		65
			270		74		81

EDITIO I.	ED. II.	ED. III.	EDIT. IV.	
pag. 106	p. 157	p. 270	p. 75	lin. 93
		271	—	2
	158	—	—	5
		272	76	20
		273	77	38
	159	—	78	42
		274	—	55
107	—	—	79	60
		275	—	73
	160	—	80	80
		276	81	96
		277	82	16
	161	—	—	19
108	—	—	—	25
		278	83	40
	162	—	84	54
		279	—	60
		280	86	86
109	163	—	—	91
		281	87	10
		282	88	25
	164	—	—	30
		283	89	47
110	—	—	90	56
	165	284	91	68
		285	92	90
	166	—	93	8
		286	—	18

EDITIO I.		ED. II.		ED. III.		EDIT. IV.	
pag.	111	p. 166	p.	286	p.	94	lin. 22
				287		95	41
		167		—		—	46
				288		96	63
		168		—		97	84
	112	—		289		98	89
				290		99	11
		169		—		100	23
				291		—	34
				292		101	45
				293		—	55

ADNOTATIONES
VARIORUM ET EDITORIS
AD
APPIANI ALEXANDRINI
ROMANAS HISTORIAS.

ADNOTATIONES

AD

APPIANI PRÆFATIONEM.

INSCRIPTIONEM hujus *Proœmii* dedi, ſicut legitur in Aug. in Ven. M. in Vat. C. & apud Candidum; niſi quod nomen Σοφιστοῦ, ab illis adjectum, omiſerim, quod non ſolum a reliquis abeſt codicibus, ſed nec apud Suidam, nec apud alium quemquam Scriptorem qui Appiani mentionem fecit, reperitur. Conf. Adnot. ad p. 20. l. 5. Ἀππιανοῦ τῆς Ἰταλικῆς Ἱστορίας τὸ προοίμιον dant Med. Vratisl. Vat. A. D. E. (non C. ut per errorem in brevibus notulis ſcriptum eſt.) Parique modo Anonymus ille, cujus Teſtimonium de Appiano ſupra p. 10 ſq. exhibuimus, Τὸ προοίμιον μόνον, ait, τῆς Ἰταλικῆς τοῦ Ἀππιανοῦ Ἱστορίας τῇ παρούσῃ ἀνέταξα βίβλῳ: & codex Mediceus titulum totius operis Appianei hunc præfert, Ἀππιανοῦ Ἰταλικὴ Ἱστορία. Scilicet quum tres priores Appiani libri res Romanorum in Italia geſtas complecterentur, ut communi nomine *Hiſtoriæ Romanorum Italicæ* inſigniri poſſent; (conf. cap. 14. hujus Præf. Appiani;) factum eſt, ut Titulus, qui in priorem partem operis conveniebat, temere a nonnullis Librariis toti imponeretur. Similis fere error in codice illo obtinuit, e quo Excerpta de Virtutibus ac Vitiis edidit Valeſius. Nam quamquam ex novem prioribus Hiſtoriarum Appiani libris Excerpta ibi continebantur; tamen a primi Libri inſcriptione communem omnibus titulum Ἀππιανοῦ Ῥωμαϊκῆς τῆς ἐπίκλην Βασιλικῆς, aut Ἱστορίας τῆς ἐπιγραφομένης Βασιλικῆς, factum videmus, pag. 6. n. ιγ'. & p. 566. Eademque titulorum confuſio apud Suidam reperitur, quum, οὗτος ὁ Ἀππιανὸς, inquit, ἔγραψε Ῥωμαϊκὴν Ἱστορίαν τὴν καλουμένην Βασιλικήν. In codice Reg. A. Præfationi huic nil aliud inſcriptum eſt, niſi generalis titulus Ἀππιανὸς Ἀλεξανδρεύς. Titulo plane caret Reg. B. Pag. 1.

Pag. 1. Perapte vero Appianus in hoc operis ſui Introitu *primum* de finibus terra marique diſſerit Romani imperii, cap. 1-5. II°. Brevem totius Hiſtoriæ populi Rom. conſpectum oculis lectorum ſubjicit, cap. 6. 7. III°. Collationem inſtituit inter Romanum imperium & alia celebriora orbis imperia, cum quoad amplitudinem finium & rerum geſtarum magnitudinem, tum quoad imperiorum durationem, cap. 8-11. IV. Suum conſilium rationemque pertractandæ Romani populi Hiſtoriæ, cum generatim, tum particulatim, exponit, cap. 12-15. V. De ſua perſona pauca ſubjungit, extr. cap. 15.

CAP. I. Lin. 5. ἐς τήνδε τὴν θάλασσαν. Mediterraneum mare, quod *internum* aliàs, ἡ ἐντὸς θάλασσα, (ſc. ἐντὸς Ἡρακλείων στηλῶν: cf. p. 6, l. 84. & Mithr. 781, 63. 783, 87 ſq.) & a Romanis vulgo *noſtrum mare*, ἡ καθ' ἡμᾶς vel παρ' ἡμῖν θάλασσα, vocabatur, (vide Melam Pliniumque paſſim, Strabonem L. II. p. 121. C. & 122. B. & Diodor. Sic. L. IV. c. 18. ibique Weſſeling.) τήνδε τὴν θάλασσαν, *hocce mare*, Appianus dicere amat: cf. p. 3, 29. 4, 61. 6, 88. In quo præeuntem Herodotum habuit, L. IV. c. 39 & 41. Attica forma ἐς, pro εἰς, tam ubi nude ponitur illa præpoſitio, quam in compoſitione verborum, conſtanter pæne uti ſolitum Appianum reperio: & in ἐς h. l. cum Editis conſentiunt libri MSSti: quamquam eadem hæc forma, ut apud alios ſcriptores, (conf. Dukerum ad Thucyd. L. II. c. 4. l. 76. & c. 49. l. 91.) ſic apud Noſtrum ſæpe numero cum communi εἰς per librariorum incuriam commutata eſt. Igitur, ut ſemel de re parvi quidem per ſe momenti moneam, ubi εἰς dabant Editi, ibi ex mſptorum quidem plerumque præſcripto, ſed nonnumquam etiam invitis Codicibus aut nihil monentibus ſchedis, ἐς reſtitui. Nec tamen id ita obſtinate feci, quin vulgatam formam εἰς paſſim etiam reliquerim, & quidem eis præſertim locis, ubi, eadem præpoſitione paucis verbis interjectis iterum occurrente, uno loco in εἰς, altero in ἐς ita conſpirantes libros reperi, ut ipſe Auctor videri quodammodo poſſet variationem iſtam ſpectaſſe.

L. 8. ἐν δεξιᾷ. Recte circumflexo accentu ultimam syllabam notarunt Editores, licet secus hic dederint mspti illi quos in Notis contextui subjectis citavi; quibus & Vratisl. & fortasse alii etiam codices accedunt, quamquam in schedis nostris nil adnotatum est: nam qui varietatem lectionis ex aliis mspti mecum communicarunt, de accentuum ratione nihil, vel raro certe ac non nisi aliud agentes, monere consueverunt. ἐν δεξιᾷ, ἐν ἀριστερᾷ, & ἐπὶ δεξιὰ, ἐπὶ ἀριστερὰ, eodem sensu, sed diverso nominis casu, dici solent. Conf. ad p. 3, 37. In ἐν δεξιᾷ Syr. 583, 7. & alibi cum Editis consentiunt mssti nostri. Pag. 2.

L. 14. ἡ μεγάλη πόλις ἣν Ἀλέξανδρος ἔθηκε πρὸ Αἰγύπτου, — Celebrata satis magnitudo Alexandriæ urbis est, & Πόλις dici κατ' ἐξοχὴν solitam Stephanus Byzant. adnotavit. Neque vero vitio Scriptori nostro vertemus, quod, ubi in patriæ suæ mentionem incidit, paulo magis solito efferat se ejus oratio. πρὸς Αἰγύπτου, quod perperam ante hac editum erat, ex solo est Reg. A. Veram lectionem alter Regius offerebat, cum quo septem reliqui nostri codices consentiunt. Forsan turbavit primum Editorem illud *ad Ægyptum*, quod apud Candidum legitur: sed id Græce esset πρὸς Αἰγύπτῳ quemadmodum etiam apud Strabonem & alibi passim Ἀλεξάνδρεια ἡ πρὸς Αἰγύπτῳ cognominatur. Nam quod Henr. Stephanus in Thesauro T. III. col. 569. ex Thucydide L. III. (cap. 51.) adtulit, πρὸς Μεγάρων, *prope* vel *juxta Megara*; id quidem ipsum ex vitiosa lectione erat: & in ejusdem Stephani altera editione Thucydidis p. 207. sicut in Dukeri edit. l. c. recte πρὸ Μεγάρων, *ante Megara*, legitur. Potest autem illud πρὸ Αἰγύπτου nude atque simpliciter ita intelligi, ut a Libya venientibus in ipso introitu Ægypti sita esse Alexandria dicatur; quemadmodum ab oriente venientibus est Arabica ψάμμος πρὸ Αἰγύπτου, Mithr. 828, l. 52. Sed grandius quid h. l. sonans Noster, in animo habuisse Homericum illud

Αἰγύπτου πρόσπαρθε — — —

videtur, ex Odyss. IV. 354 sq. quibus poëtæ verbis Alexan-

Pag. 2. drum per insomnium de loco condendæ novæ urbis fuisse admonitum, cum Plutarcho Stephanus Byzantinus refert.

L. 16. μίχρι Αἰθιόπων. Sic Edd. h. l. cum mſptis. Non ſolum ante conſonam literam, ſed ante vocalem quoque, μέχρι, non μίχρις, probatiorem & Atticam eſſe formam, Grammatici Phrynichus & Moeris monuerunt, eaque forma conſtanter Thucydidem eſſe uſum Thomas Magiſter adnotavit: quam formam etiam plerumque impreſſa Thucydidis exemplaria præferunt; quæ ſicubi ſecus habent, ibi fere optimum Caſellanum ſaltem Codicem μέχρι pro μίχρις dare Dukerus ad Thucyd. IV. 4. VII. 83. & alibi paſſim monuit. Sic & apud Herodotum μέχρι οὗ, μέχρι ὅσου &c. non μίχρις, legitur. Similiterque Appiano, frequenti & Herodotei ſtyli & Thucydidei æmulatori, eamdem formam μέχρι ſequente vocali familiarem fuiſſe reperio; ut mox μέχρι ἐπὶ ποτ. l. 23. μέχρι Ἰωνίας p. 3, 42 &c. Et quamquam ſæpius μίχρις apud Noſtrum fuit editum, tamen plurimis in locis vel invitis omnibus quos quidem vidi mſſtis factum id eſſe cognovi, ut Præf. 4, 71. Civ. III. p. 398, 83, & alibi; vel, ſi Regii maxime codices, e quibus editus Appianus eſt, μίχρις dabant, unus aut alter ſaltem ex aliis probatioribus mſſtis, quos mihi licuit tractare, μέχρι præferebat; velut Pun. 347, 43. Civ. I. p. 81, 44. Civ. III. p. 400, 27. Neque dubito, quin his aliiſque locis eamdem formam aliorum quoque codicum auctoritate comprobatam videre licuiſſet, ſi in conferendis illis minutiis (quarum tamen rationem habere diligens Editor nonnullam debet) curandas ſibi putaſſent Viri illi, qui conferendorum librorum laborem, ſatis etiam ceteroquin moleſtum, pro nobis humaniſſime ſuſtinuerunt. Itaque non ſolum his locis, ubi mſſti μέχρι pro editorum μίχρις dabant, formam illam revocavi; ſed & ſicubi ſcriptos Libros pariter atque impreſſos aberrantes nonnumquam ab illa ἀκριβείας lege, quam ſibi Appianus ſcripſiſſe videtur, deprehendi, tamen Scriptori noſtro formam, quæ ei uſitata eſt, reſtituendam putavi: donec tandem, ex quo paulatim in formam μέχρις Auguſtanum etiam noſtrum cum Editis

ſæpiuſcule

sæpiuscule consentientem deprehendi, cessi in minuta re inconstantiæ librariorum, & inde a Mithr. 817, 56. formam illam, ubi editam inveni, intactam reliqui, nisi diserte mstus codex unus aut alter secus jubebat. Pag. 2.

Cap. II. Lin. 20. in Ἀῤῥάβων cum Aug. & Regiis consentit Vratisl. Mox *L.* 23. καὶ (scil. ἡ ἄλλη Συρία) μέχρι ἐπὶ ποτ. Εὐφράτην. conf. Syr. c. 50. (ubi vit. in vers. lat. 49.) Mithr. c. 106 & 118. ἐπὶ abest a Reg. A. male. Post ἄνω *L.* 24. simplici inciso distingui poterat oratio; eo magis, quod Palmyrene quoque pars Syriæ censetur.

L. 14 *ſq.* ὑπὸ Ρουτούλων &c. Vulgatam ſeriem verborum, quam in Notis infra contextum repræſentavi, Libri omnes ſequuntur. Sed non hac una parte laborat iſte locus. Non confundendi erant Rutuli cum Etruſcis, ac fortaſſe καὶ Τυρρηνῶν vel Appianus vel Photius (nam non tam exſcripta hæc ex Appiano, quam contracta, videntur) ſcriptum reliquit. Neque vero Τυρρηνῶν regi, ſed *Turno*, (Τυρνῷ) regi Rutulorum, deſponſata prius Lavinia fuerat: ac neſcio, an ex ſimilitudine nominum Τυρνὸς & Τυρρηνὸς confuſio quædam hic orta ſit, quemadmodum fere, apud Dionyſium Halic. Τυρρηνὸς, Τυρρηνὸν pro Τυρνὸς, Τυρνὸν, dare codicem Vaticanum notatur in edit. Pag. 22.

Pag. 22. Hudſoni. De re ipſa, quæ h. l. agitur, adeundus idem Dionyſius, L. I. c. 64 ſq. p. 52. Livius I. 2. Aurelius Victor in Orig. gentis Rom. c. 13 ſqq.

L. 24 *ſqq.* Σιλούϊος &c. Quum Συλούϊος, & ſic deinceps, per υ edidiſſet Hœſchelius, monuit idem in Notis „ lege Σιλούϊος"; quamquam ad nullius libri manu exarati provocavit auctoritatem. Ac ne noſtræ quidem ſchedæ in ſcriptura illius nominis varietatem aliquam adnotarunt, niſi quod paulo poſt, (l. 35.) ubi Σερουΐαν Hœſchelius ediderat, ex Cod. Vat. F. adnotetur Σιλουΐαν, quod & in marg. Hœſch. eſt. Mox vero (l. 38.) contextus quoque Hœſch. Σιλουΐα exhibet, ubi pariter ſilent ſchedæ. Sed apud Dionyſium certe Halic. L. I. c. 70. p. 56. licet is Σιλούϊον adpellatum fuiſſe moneat ἀπὸ τῆς ὕλης, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἑλλάδι γλώσσῃ λέξειεν Ὑλαῖον, tamen in ſcripturam nominis Σιλούϊος per ι conſtanter conſpirant mſſti, neque apud Livium I. 3. ubi ſæpius repetitur nomen *Silvius*, ullam video librorum diſcrepantiam.

Pag. 23. *L.* 25. Λατῖνον Σιλούϊον. „ Locus videtur mutilus, & poſt Λατῖνον Σιλούϊον (ſiquidem Dionyſium Hal. velimus ſequi) addendum τοῦ δὲ Ἄλβαν· τοῦ δὲ Κάπετον, τοῦ δὲ Κάπυν· Κάπυος δὲ Κάλπετον γενέσθαι, Καλπέτου δὲ Τιβερῖνον &c." HOESCHELIUS.

L. 27. Ρωμύλον. „ Ρώμυλον. Sic Livius. Αλλάδην Dionyſius. *Aremulum* Paul. Oroſius Lib. I. c. 20." HOESCH. Apud Oroſium tamen plures mſſtos *Remulum*, & unum cum editt. vetuſtis *Romulum* dare, monuit Havercamp.

L. 28. τόνδε μὲν Vat. F. & margo Hœſchelii. Mox pro Αβεντῖνον (*L. ſq.*) HOESCHELIUS notavit Αουεντῖνον ſcribi apud Dionyſium. Quo genere varietatis ſcripturæ nihil tritius vulgatiuſque eſt. Ubi in latino ſermone *a* ſequenti *v* conſona occurrit, velut in *Octavius*, ibi Græci ſcriptores αου vel αυ poſuerunt; quæ a ſequioribus librariis, ſonum literæ β cum φ & cum latinorum *v* & *f* confundentium, frequentiſſime in αβ mutata ſunt, ut promiſcue hodie in mſſtis legatur Οκταούϊος, Οκταύιος, Οκτάβιος. Conf. ad p. 31, 11.

L. 29 *ſq.* καὶ πᾶσι δὲ τὸν Σιλούϊον ἐπώνυμον ἦν. Malim καὶ πᾶσι δὲ τὸ Σιλούϊον ἐπώνυμον εἶναι. Certe aut ἦν in εἶναι,

aut τὸν Σιλουΐου in Σιλουΐος erit mutandum. *Lin.* 31. pro Νεμέτωρ apud Dionyſ. Νομίτωρ, & apud Plut. Νομήτωρ legi, HOESCHELIUS monuit: tum *L.* 34. Αἴγεσλον apud Dionyſ. *Pag.* 23.

L. 35. ἱέρειαν. „ ſcil. Ἐσλίας." HOESCH.

L. 37. τῆς εἰς τὸ σῶμα τοῦ ἀδελφοῦ ἐπιβουλῆς. Rectius abſunt verba τοῦ ἀδελφοῦ ab Amſt. & Vat. B. Nam quod ad Lin. 34. dictum in Notis eſt, abeſſe ibi a Vat. B. verba τοῦ ἀδελφοῦ, id ad hunc locum, non ad illum, erat referendum.

L. 38. ἐξείλε dedit Vat. F. & margo Hœſch. Hac tamen ſignificatione, *eximendi periculo*, medio potiſſimum genere verbum illud frequentatur, ut ἐξείλετο legendum videri poſſit. Sic Mith. 649. 15. Ρωμαίους ἐλπίζων αὐτὸν ἐξαιρήσεσθαι τῆς ἐπιβουλῆς.

L. 44. τοῦ φύσαντος. Sic legendum WYTTENBACHIUS quoque V. C. monuit, cujus humanitati varietatem Lectionis ex Cod. Amſtelod. enotatam debeo. *Pag.* 24.

II. ALTERUM EXCERPTUM PHOTII. Biblioth. p. 22. l. 8 ſqq. edit. Hœſch. p. 47. l. 36 ſqq. edit. Rothom.

L. 47. Ἄγκου Ὁστιλίου. „ Mendoſum: lege Τύλλου Ὁστιλίου. Notum ex Livio, Dionyſio Halic., Zonara, Cedreno." HOESCH. Prius nomen librarii alicujus oſcitantiæ originem debere, audacter poſſemus pronunciare, ni dubium moverent verba continuo ſequentia, καὶ Ἄγκου ἑτέρου. — De Anco Marcio, Zonaræ hæc verba (ex Libr. VII. Annal. c. 7.) adtulit HOESCH. τὴν ἀγκύλην πεπήρωτο, ὅθεν καὶ Ἄγκος ἐπώνυμον ἔσχηκεν. *Lin. ſq.* Σεργούιον recte cod. Andr. Schotti, & Vat. B. *L.* 49. Λευκίου τοῦ Ταρκυνίου. Duo poſteriora verba dedit Vat. F. & Amſt.

L. 53. ζήσας. . . „ Deeſt annorum numerus: vixiſſe ſupra LXXX annos, ſcribit Dionyſ. Hal. Lib. II. extr." HOESCH. *Pag.* 25.

III. FRAGM. SUIDÆ. Ad *Voc.* λοιδόρω ſic Suidas: Λοιδόρω, αἰτιατικῇ. καὶ τὸ ὑποσοῦν διά τινος εἴδους βάλλω. Ἀβριανὸς· Κελεύσαντος δὲ Τατίου κ. τ. λ. Ubi pro Ἀβριανὸς reponendum eſſe Ἀπιανὸς, ex alio ejuſdem Lexicographi loco intelligitur, quo pars ejuſdem Fragmenti repetitur: Ἔς τε, μέχρις οὗ.

Ἀππιανός· ἐλίθουν αὐτὴν, ἔς τε τιτρωσκομένη κατεχώσθη. Cui loco
Pag. 25. viciſſim ex altero illo medela adferenda eſt, ἐλίθαζον reponendo pro ἐλίθουν: quoniam τὸ λιθοῦν apud Græcos Scriptores non ſignificat lapidibus obruere vel lapidare, ſed in lapidem vertere, ut ibi KÜSTERUS monuit. Nota res, quæ hic agitur, ex Livio I. 11. & Dionyſ. Hal. L. II. c. 39 ſq. p. 106 ſq. unde ſimul adparet, ex primo Appiani Libro, qui Regum res geſtas exponebat, ductum eſſe illud Fragmentum.

IV. EXCERPT. I. DE LEGATIONIBUS, apud *Urſinum* p. 334.

Lin. 62. Ὅτι τὸν πόλεμον κ. τ. λ. „Hoc Appiani fragmentum ex Libro, qui Βασιλικὴ inſcriptus fuit, deſcriptum fuiſſe didicimus ex annotatione ad oram libri Manuſcripti. In Procemio autem Hiſtoriæ a ſe ſcriptæ [cap. 14.] Appianus facit mentionem βασιλικῆς ἱστορίας, his verbis: τριῶν δὲ βίβλων οὐσῶν &c." URSINUS. In Bavarico Codice nuſquam adnotatos titulos Librorum reperi, e quibus ducta ſint Excerpta, quæ ibi exhibentur. Hiſtoriam vide apud Dionyſ. Halic. L. II. c. 45 ſq. p. 110 ſq. & Liv. I. 13. Particulæ ὅτι, initio cujuſvis horum Excerptorum occurrentis, quænam vis fit, vel tironibus, ex Devario aut ex Lamberti Bos Ellipſibus Græcis, artic. φῆσαι, notum eſſe poteſt.

L. 64. χεῖράς τε. Certe vel dualis vel pluralis potius numerus requirebatur. Sic τὰς χεῖρας ἀνασχοῦσα p. 36, 83. τὰς χεῖρας ὀρέγοντες p. 746, 76. & abſque artic. χεῖρας ὀρέγοντες p. 750, 39.

Pag. 26. *L.* 65. Jonicam formam σφὶν nuſquam me apud Appianum memini reperire; itaque cum altera σφίσιν commutandam putavi.

L. 67 *ſq.* ἐδέοντό τε ο. λ. τ. τοὺς Σαβίνους. „Erant hæc aliaque multa mendoſe ſcripta: nos autem ita edidimus, ut emendari debere exiſtimavimus." URSINUS. Emendationes Urſini, quæcumque illæ ſint, (nam depravatas codicis ſui lectiones ne in Notis quidem ubique adferre operæ pretium duxit,) confirmantur h. l. auctoritate codicis Bavarici, qui ab edita lectione nil differt.

L. 72. συγξιγνώσκοντες. Pro γινώσκω & γίνομαι, cum compositis, antiqua forma γιγνώσκω, γίγνομαι delectatum fuisse Appianum, (de qua vide Mœrin, voc. γίγνεται, & Valckenar. ad Phœnissas v. 1396.) infinitis ex locis, ubi vel omnes vel plures consentiebant codices, intellexi. Itaque *f* illud, ubi neglectum in Editis vidi, inserui, præeuntibus plerumque mſſtis, nonnumquam etiam aliter ferente librariorum sive libidine sive incuria. Sed ne in hac quidem re, quemadmodum nec in aliis ejusdem momenti rebus, summam ubique ἀκρίβειαν tenendam putavi; neque, ne id vitio mihi vertat æquus Lector, magnopere vereor. Si quis enim in rebus hujusmodi exquisitissimam curam summamque constantiam exigat ab editore prisci Scriptoris, næ is videat, ne plus ab editore postulet, quam ipse Scriptor, si vel adcuratissimum ponas, præstiterit. *Pag.* 26.

L. 74 *sqq.* Καὶ συνελθόντες - - - συνέβησαν. „Alii scribunt, non in sacra via, sed in Comitio, fœdus inter Romulum & Tatium ictum fuisse, ab eaque coitione Comitium ipsum dictum esse: & recte. Nam ea pars fori Romani in qua *Comitium* erat, *Sacræ viæ* jungebatur, ut ex recta Fori Romani descriptione intelligi potest. Videndus liber, quem scripsimus de Familiis Romanis, in gente Mussidia." URSINUS.

V. *Lin.* 80. Ὁ δὲ στρατηγὸς. Στρατηγὸς ille *Mettus Fufetius* esse mihi visus est, qui post mortem Cluilii στρατηγὸς αὐτοκράτωρ ab Albanis erat creatus: & ex ea historia Fragmentum decerptum videtur, quam Dionys. III. 5-7. p. 141 sqq. exponit. In latina nostra versione, verba illa „vel Suffetius" deleta velim, quoniam corruptam esse istam veterum Livii editionum lectionem, ostenderunt Critici ad Liv. I. 23. *Pag.* 27.

VI. *Lin.* 82 *sq.* ἐπὶ τρισὶν ἀνδράσι τὰ πάντα θέμενον. Livius I. 25. „Confederant utrimque pro castris duo exercitus, periculi magis præsentis, quam *curæ*, expertes; quippe *imperium* agebatur, *in tam paucorum virtute atque fortuna positum.*" Cf. Dionys. Hal. III. 18 sq. p. 154 sq.

VII. *Lin.* 84. Συμβάσεις ποιεῖν &c. Dionys. Hal. IV. 54. extr.

p. 254. ὁμολογίας ᾤοντο δεῖν ποιήσασθαι πρὸς τοὺς Γαβίους, καὶ τὸν
Pag. 27. πόλεμον ἐφ' οἷς ἂν ἐκεῖνοι θέλωσιν διαλύσασθαι. In verſ. noſtra lat. *Gabini* repoſitum mallem; qua forma nominis gentilis utuntur Romani ſcriptores.

VIII. *Lin.* 85. Nota ſive hiſtoria ſive fabula eſt ex Dionyſ. Hal. IV. 62. p. 259. & aliis ſcriptoribus, quos citavit Fabricius Bibl. Græc. L. I. c. 31. §. 1. Ex eodem Grammatico, qui Fragmentum hoc ſuppeditavit, alia Appiani Fragmenta exhibuimus in *Spicilegio Fragm.* hoc vol. p. 16 ſq.

Pag. 28. IX. *Lin.* 86. Ὁράτιος. Rectius Ὡράτιος ſcribi Küſterus contendit, ad Suidam h. v. Atque ſic apud Plutarchum editum video, in Poplicola, p. 105. Sed ſcripturam per ο breve, quam apud Suidam ipſa literarum ſeries confirmat, conſtanter exhibent codices Dionyſii Halic. & Dionis Caſſii. Rem eamdem tradit Dionyſ. V. 25. p. 296.

X. *Lin.* 89. τὰ ὅρκια προὔτειναν. Küſterus τὰ ὅρκια cum Porto *fœdera* interpretatus eſt. Mihi h. l. ea ſententia, quam in lat. verſ. expreſſi, ex ipſo fragmenti hujus argumento (de quo conf. Dionyſ. Hal. L. V. c. 26 extr. ſq. p. 297.) probabilior viſa eſt. Juramentum illud intelligitur, quo ſeſe obſtrinxerant, *neminem amplius regem ſe paſſuros.* Cf. Præf. c. 6. & Civ. IV. c. 91. Τὰ ὅρκια autem eadem vocis ſignificatione qua τὸν ὅρκον a probatiſſimis auctoribus uſurpari, vel ex Stephani Theſ. notum eſſe poteſt. Sic Thucyd. L. VI. c. 52. λέγοντες, σφίσι τὰ ὅρκια εἶναι &c. *dicentes, jurisjurandi religione adſtrictos ſe eſſe.*

Lin. eod. ἐς πάντα. ἐς πάντας, quod vulgo legitur apud Suidam, nihili eſt. Nam quod Portus & Küſterus in verſ. lat. poſuerunt, *coram omnibus*, id Græce ἐν πᾶσιν ſonat. ἐς πάντα ἐνδώσειν idem eſt, quod Dionyſius l. c. πάντα τὰ δεινὰ ὑπομένειν βούλεσθαι dicit. Parique ratione apud noſtrum p. 26, 71. ἐς τὰς διαλλαγὰς ἐνεδίδουν, & p. 62, 65. ἐς διαλύσεις ἐνδώσειν, legimus.

XI. *Lin.* 92. ἐκ Πηλίου. „Sic emendavi, cum in exemplari ſcriptum eſſet Ηριάλου. Autorem autem emendationis

habui Dionyſium Halic. Lib. V. [c. 40. p. 308.] & Suetonium in Tiberio, [cap. 1.] cujus hæc ſunt verba: *Patricia gens Claudia orta eſt ex* Regillis, *oppido Sabinorum.*" VALESIUS. — Adde Livium II. 16. Fragmentum autem hoc ex primo Appiani Libro, qui de Regibus agebat, fuiſſe excerptum, inſcriptio in mſpto exemplari præfixa declaraſſe videtur. Unde ſimul colligitur, hiſtoriam Romanam iſto Libro uſque ad mortem exulis Tarquinii fuiſſe ab auctore deductam. Quare & ſequens Fragmentum XI, quod de Latinorum defectione agit, quæ in extrema Tarquinii tempora incidit, ad eumdem etiamnum Librum retuli. *Pag.* 28.

XII. *Lin.* 1 *ſqq.* Λατῖνοι, ἐνσπονδοι Ρωμ. ὄντες &c. Jungenda putavi duo Suidæ Fragmenta, quæ ad eamdem rem pertinere videntur, ſcil. ad bellum illud Latinorum, quod in cladem eorumdem ad Regillum lacum tandem deſiit, de quo vide Liv. II. 19 ſq. Querelas iſtas Latinorum de Romanis uberius exponit Dionyſius Hal. L. V. c. 61. p. 326. *Pag.* 29.

AD EXCERPTA ET FRAGMENTA EX LIBRO II. DE REBUS ITALICIS.

Pag. 30.

II. *Lin.* 4 *ſqq.* De repulſa iſta, quam Marcius Coriolanus in petitione Conſulatus a plebe Rom. tulit, vide Dionyſ. Hal. L. VIII. c. 21. p. 434.

IV. *Lin.* 10. τὸ μηδὲν ἡγησάμενος. Minime hæc ſolicitanda. Nimirum non τὸ, ante μηδὲν, in ταῦτα mutandum eſt; ſed ad phraſin illam pronomen ταῦτα ſubintelligendum. Sicut autem τὸ μηδὲν εἶναι notat *nihili eſſe*, *nullum*, *nullius momenti eſſe* (Herodoto VIII. 106. Dionyſio Hal. Luciano, aliiſque paſſim) & τὸ μηδὲν ποιεῖν *in nihilum redigere*, *cum contemtu abjicere* Dionyſ. VIII. 32. p. 506. ſic τὸ μηδὲν ἡγεῖσθαι commode noſter dixit *parvi habere*, *nihili ducere*. *Pag.* 31.

Pag. 31. *L.* 11. Βολούσκων. Haud ſane ſperno ſcripturam Οὐολούσκ quam h. l. editiones Suidæ agnoſcunt. Sed quum paulo a bis idem nomen litera B ſcriptum occurriſſet, & quum Excerpto, quod proxime ſequitur, non hoc ſolum, ſed plura alia nomina a *V* in latino ſermone incipientia, pe expreſſa inveniſſem, (Βαλερίας, Βετουρία, Βολουμνία;) eti h. l. B pro Ου repoſui, ne vel nimis multa mutarem, n intra paucas lineas ſibi non conſtaret ejuſdem nominis ſ ptura. Sic & Pun. p. 376, 10, in ſupplemento illo qu ſuppeditavit codex Bavaricus, Βολούσκους ex mſpto repræſ tavi. Viciſſim vero alteram quoque ſcripturam Οὐολούσκ Civ. I. p. 2. l. 22, ubi in eam conſpirantes codices noſt cum editis reperi, conſervandam duxi. Et, verum ut tear, ipſa hæc ſcriptura, quæ latinorum *V* conſonam per exprimit, potior utique videtur; eamdemque lubens in cum alterius, quæ β præfert, equidem ſubſtituerim. Cf. p. 23, 28.

V. *Lin.* 13. ὅτι τοῦ Μαρκίου φυγαδευθέντος. „ Hoc F mentum ex libro, qui *Italicus* inſcriptus fuit, deprompt eſſe, ad oram exemplaris notatum eſt. De eo facit m tionem Appianus, in eodem hiſtoriæ ſuæ Proœmio [cap. 1 ita ſcribens: ἡ δ' ἐξῆς τὰ ἐς τὴν ἄλλην Ιταλίαν &c." URSIN De argumento hujus Fragmenti conf. Dionyſ. L. VIII. c. 16 p. 491 ſqq. Liv. II. 39 ſq.

Pag. 32. *L.* 18. „ ἡ δὲ μόλις ἐξέπεμψεν αὐτοκράτορας περὶ εἰρ πρέσβεις. Ita emendavimus, cum in exemplari αὐτοκράτ περὶ Ρωμαίοις πεμπούσης, corrupte ſcriptum eſſet. Livius hac re ita ſcribit lib. II. [c. 39.] *Deinde vocare ſenatum, ferre de legatis ad C. Marcium mittendis coëgit. Acceper relationem Patres, poſtquam apparuit labare plebis mos; miſſique de pace ad Marcium oratores &c.*" UR NUS. Adde Dionyſ. VIII. 22. p. 497. Non placet Ρωμα quod in contextu poſitum eſt: & ne ipſi quidem Ur ſatis placuiſſe videtur; quare in Notis, ubi verba conte repetiit, vocabulum hoc præteriit. In mſpto intercid aliquid videtur, quod ad illud Ρωμαίοις referebatur.

L.

L. 21. ἀμυσσίων. „Ita legendum pro ἀναμυσσίων, ut eſt in exemplari; & mox [lin. 22 ſq.] ὡς οὐχ ἁμαρτούσης εἰς αὐτὸν, pro ἁμαρτούσης ἑαυτὸν, ut habet liber manuſcriptus." URSINUS. Quod in contextu editum ἀμυσσίων erat, id invito editore factum eſſe, ex Nota illa adparet. Similiter καταλύσας, pro quo καταλύσαι reſtitui, ex operarum errore ortum videtur; quamquam ſæpe a librariis etiam noſtris ας & αι in fine verborum perperam inter ſe permutata vidi. *Pag.* 32.

L. 25 *ſq.* „ἂν τὴν γε μὴν ἔχουσι βουλούσκων καὶ τὰς πόλεις ἀποδῶσι. In exemplari corrupte ſcriptum erat αὐτὴν, ex quo nos ἂν τὴν fecimus, ut χώραν intelligamus, conveniatque cum Livio, apud quem [II. 39.] eſt: *Si Volſcis ager redderetur, poſſe agi de pace.*" URSINUS. Mihi, neque particulam γε μὴν hic locum habere, neque ſubſtantivum γῆν abeſſe commode poſſe, ubi ſequitur aliud ſubſtantivum καὶ τὰς πόλεις, viſum eſt. Commodius autem fortaſſe legeremus, ἂν γῆν τε ἣν ἔχουσι. Ex libro Bavarico nihil ſubſidii peti huc poteſt, quoniam totum Fragmentum hoc ibi deſideratur.

L. 43. ταυτὰ. Sic ex mente URSINI dedi, qui ad ταῦτα adnotavit: „vide, num ταυτὰ ſcribendum ſit." *Pag.* 33.

L. 47. ἀμυνόμενοι. Malim omnino ἀμυνούμενοι.

L. 48. Βαλερία δὲ, Ποπλικόλα θυγάτηρ. Sororem, non filiam, Poplicolæ Valeriam perhibent Dionyſ. Hal. VIII. 39. p. 511, & Plut. in Coriol. p. 229. E. δὲ & δὴ frequentiſſime a librariis inter ſe commutari, notum eſt: neque dubium eſſe debet, quin δὴ locum hic tueri non poſſit. Ceterum Οὐαλερία malim, & mox Οὐετουρία & Οὐολουμνία. Cf. ad p. 31, 11. *Pag.* 34.

L. 58 *ſq.* προσδραμών τε. URSINI eſt emendatio, qui „προσδραμόντες, inquit, corrupte legebatur in exemplari."

L. 63 *ſq.* ὧν χώρα τε τοσαύτη διέφθαρται. „Ita videtur ſcribendum, pro ὡς χώρα τε τοσαύτη διέφθαρται, ut eſt in exemplari mendoſe." URSINUS.

L. 65 τὸ Ρωμαίοις ἴσχατον, intellige πειοῦσι; vel accipe tamquam in parentheſi dictum, i. q. ὃ Ρωμαίοις ἴσχατόν ἐστι. *Pag.* 35.

Pag. 35. *L. 66 sq.* καὶ πρέσβεις πέμψουσιν. . . . μητέρα καὶ γυναῖκα, *legatos miserint . . . . matrem atque uxorem.* Pugnare hæc videri possunt cum eis quæ paulo ante Veturia dixerat, *se quoque Roma expulsam esse.* Sed ita conciliari fortasse poterunt, ut hoc dicere intelligatur mulier „ se ea conditione a Romanis esse ad filium missam, ut, nisi æquas pacis conditiones ab illo impetrasset, ne ipsa quidem in Urbem rediret, sed una cum filio exularet.

L. 69 sq. καὶ τῶν ἀδικουμένων. Si vera hæc lectio; vertendum erit, *cum his quibus a te vis infertur.*

L. 71. „ In exemplari deerant μετὰ τὴν πόλιν, quæ verba necessaria sunt." URSINUS.

L. 74. Οὐκ εἶναι πατρίδα. „In exemplari legebatur οὐκ εἶα πατρίδα. Omnino videtur desiderari verbum ἔλεγεν, si εἶναι retineamus; vel, si εἶα placet, λέγεσθαι; ut sit, *non patiebatur Marcius patriam dici, quæ ejeciſſet.* Huc pertinent illa Livii: [II. 39.] *memorem se & civium injuriæ, & hospitum beneficii.*" IDEM. Vix dubitandum puto, quin verum sit οὐκ εἶα: ac fortasse intercidit verbum καλεῖν, quo alibi in eadem phrasi utitur noster: Civ. V. p. 791, 24. ὁ δὲ Κοκκηΐος οὐκ εἶα πω [nimirum, Αντώνιον] τὸν Καίσαρα καλεῖν ἐχθρὸν; *Coccejus Antonio dixit, nondum inimicum adpellandum esse Cæsarem.*

Pag. 36. *L. 81.* „ τοὺς αὐτοὺς, ἐκείνους. Vel ἐκείνῳ legendum, vel ἐκείνοις, ut ad Volscos referatur." URSINUS. Omnino ἐκείνοις: *eosdem, quos illi* &c. Si *eosdem quos ipse* dicere voluisset, αὐτῷ vel ἑαυτῷ erat dicturus.

Pag. 37. *L. 92.* αὐτῷ, tum pag. 37. l. 96. ἔξεις, & l. 99. κατελεύσθη emendationes URSINI sunt. Idem ad l. 99. „ de Coriolani morte, inquit, ita Livius [II. 40.] scribit: *Abductis deinde legionibus ex agro Romano, invidia rei oppressum periisse tradunt, alii alio letho.*" Lapidibus obrutum Coriolanum vitam finivisse, cum Appiano Dionysius Hal. prodit lib. VIII. c. 59. p. 528.

L. 1. Ατλιδίου. *Attius Tullus* vocatur dux ille Volscorum Livio II. 35. & Dionysio lib. VIII. c. 1. Apud eumdem tamen

Dionyſ. VIII. 67. in edit. Steph. & in probato aliâs Codice Vat. cum ibi, tum alibi, Ατίδιος ſcriptum eſſe monuit Hudſonus: atque hanc ſcripturam apud noſtrum ſecutus ſum, non quod eam veriorem putem, ſed quod proxime abeſt a corrupta mſpti lectione. Pag. 37.

VI. *Lin.* 2. Ελεεινοὶ τοῦ πάθους κ. τ. λ. „Fragmentum hoc Appiani ad hiſtoriam *de cæde Fabiorum* referendum eſſe, ex veſtigiis ſenſus apparet." LUD. KÜSTER. Vide Dionyſ. Hal. IX. 19 ſqq. Liv. II. 50. Oroſ. II. 5.

VII. *Lin.* 6. Τῷ δὲ στρατηγῷ κ. τ. λ. Ad Appii Claudii exercitum hæc eſſe referenda, nemo dubitabit, qui legerit quæ de eo Livius narrat lib. II. c. 59. & Dionyſ. l. IX. c. 50. p. 605 ſq. Pro ὑπὲρ μνησικακίας utique ὑπὸ μνησικ. fuerit ſcribendum. Notum eſt quam frequens librariorum lapſus ſit in minutis potiſſimum particulis orationis, quæ præ ceteris compendioſe ſcribi ſolebant, inter ſe permutandis.

L. 7. ἐθελοκάκως. Suidas h. v: ἑκουσίως τὸ κακὸν ἐκλεγόμενον. (forte ἐκλεγόμενοι, ut interpretatio ad hunc ipſum Appiani locum, quem ſtatim adfert Lexicographus, adcommodata ſit.)

L. 9. ἀπειρίαν ἐπικαλοῦντες τῷ στρατηγῷ. „Scribe ἐγκαλοῦντες τῷ στρ." KÜSTER. Fefellit virum doctum memoria, quum hæc ſcriberet. Non ſolum Appiano familiariſſimus eſt uſus verbi ἐπικαλέω pro ἐγκαλέω, ſed & aliis probatiſſimis quibuſque Scriptoribus ſatis frequentatus. Ad exempla, quæ in hanc rem ipſe Suidas, non nominatis quidem auctoribus, & H. Stephanus in Theſ. congeſſit, unum aut alterum adjiciam. Thucyd. I. 139. ἐπικαλοῦντες ἐπεργαείαν Μεγαρεῦσι τῆς γῆς τῆς ἱερᾶς: ubi Schol. ἐπικαλοῦντες, ἀντὶ τοῦ ἐγκαλοῦντες. Herodot. II. 118. τὰ ἐπικαλεύμενα χρήματα, *opes de quibus illi accuſabantur.* Dionyſ. Hal. VIII. 79. p. 546. ἀπείθειαν δὲ ἐπικαλῶν: ubi quidem Sylburgius etiam monuit, legendum fortaſſe ἐγκαλῶν; ſed paululum ſe recollegit, quum rurſus apud eumdem Dionyſ. IX. 30. p. 589. inveniſſet, προδοσίαν μὲν οὐ τολμῶντες ἐπικαλεῖν. De hoc uſu verbi illius ſi cogitaſſent Suidæ editores, non hæſiſſent in facili admodum loco, ſcil. Pag. 38.

in fragmento quod ad voc. ἔνσπονδον, post Appianeum illud
Pag. 38. Fragm. supra a nobis exhibitum, his verbis expressum legitur, ὡς παλαιὸν δή τι νόμιμον καὶ ἔνσπονδον ἐκλείποντι ἐπὶ καλῶν. Quæ quum latine ita reddidisset Portus, *ut quoddam antiquum institutum, & (jus) fœdere comprehensum adversus illum, qui (suos socios) in præclaris rebus deserit*; Küsterus eumdem locum, veluti desperatum, plane intactum reliquit, & ne ullam quidem latinam versionem adjicere ausus est. Quod si ἐπὶ καλῶν in unam vocem ἐπικαλῶν contrahamus, omnia plana erunt: *Accusans eum, quod vetus institutum idque fœdere etiam sancitum deseruisset.*

FRAGM. VIII. *Apud Valesium* p. 546. Conf. Liv. V. 25. & Plut. in Camillo p. 132 sq. Diodor. Sic. XIV. 93.

L. 13. Καὶ ὁ Κάμιλλος ἀνήνεγκεν, *Camillus ad senatum retulit.* Sic cum Vales. in lat. vers. posui, cum quo consentit Plutarchus p. 132 ext. ἀνήνεγκε περὶ τούτων εἰς τὴν σύγκλητον. Sed verbum ἀναφέρω, ubi non sequitur præpos. εἰς, *recordari, redire in memoriam* denotat, Civ. IV. 664, 53. Pun. 462, 9. Civ. I. 172, 19. quæ significatio hic quoque obtinere potest. Et ipse quoque Plut. proxime ante locum cit. εἴτε λήθη τις αὐτὸν, inquit, ὑπὸ τῶν παρόντων πραγμάτων ἔλαβε.

L. 14. Θεῷ τῷ χρήσαντι περὶ τῆς λίμνης. Apollini Delphico. Vide Liv. V. 15 sq.

Pag. 39. *L.* 21. Ῥωμαίων καὶ Μασσαλητῶν θησαυρῷ. „ In templo Apollinis Delphici multæ erant *ædiculæ* similes earum, quas vulgo *Cappellas* dicimus, in quibus singulæ civitates sua seperatim donaria collocabant. Hos θησαυροὺς Græci vocant. Sic θησαυρὸς Κορινθίων Delphis fuisse memoratur ab Herodoto, Lib. I. [c. 14.] & Athenienſium, Lacedæmoniorum, aliorumque thesauri recensentur a Pausania in Phoc. [c. 11.] De his thesauris forte loquitur Varro lib. VI. de Lingua lat. cum ait: *Delphis in ædc foramen ad latus est quoddam thesauri specie, quod Græci ὀμφαλὸν dixerunt.* Similiter & Olympiæ in Elide thesauri fuerunt variarum civitatum, ut Sicyoniorum, Syracusanorum, Metapontinorum, teste Pausania in lib. II. Eliac. [c. 19.] qui hos thesauros οἰκοδομητοὺς fuisse dicit.

Polemo autem in Helladico hos thesauros ναοὺς, seu ædiculas, vocavit: sic enim ait, teste Athenæo l. XI. [p. 479 sq.] Πολέμων οὖν περὶ τοῦ ἐν Ολυμπίᾳ λέγων Μεταποντίνων ναοῦ, γράφει ταῦτα· ναὸς Μεταποντίνων, ἐν ᾧ φιάλαι ἀργυραῖ ρλβ'. οἰνοχόαι ἀργυραῖ δύο, ἀποθυσάνιον ἀργυροῦν, φιάλαι τρεῖς ἐπίχρυσοι. ναὸς Βυζαντίων, ἐν ᾧ Τρίτων κυπαρίσσινος ἔχων κρατάνιον ἀργυροῦν." VALESIUS. His adde, quæ ad Herodot. IV. 162. congessit doctiss. Valckenarius. Pag. 33.

Ibid. Μασσαλιητῶν. „Sic in exemplari nostro scribitur, recte: neque aliter Athenæus Lib. XI. [p. 501.] ubi de phialis differit: ἔτι γοῦν καὶ νῦν οὕτως Μασσαλιῆται: quod per τρσᾶν fieri scribit Stephanus in Αἰγίνη, ubi de terminatione in ητης differit, τὸ δὲ Βαργυλιήτης [Βαργυλιήτης, puto, scribere Valesius voluit] καὶ Μασσαλιήτης τέτρασιλλαι." VALESIUS. Apud Byzantinum l. c. legitur Μασσαλαίτης, quod Salmasius quidem (teste Holsten. ad h. l.) in Μασσαλιήτης cum Valesio mutandum censuit, sed Berkelius meliori fortasse jure in Μασσαλιώτης mutatum voluit. Certe hanc formam, Μασσαλιώτης, non Μασσαλιήτης, idem Stephanus in Μασσαλία habet; neque aliam Strabo & Dio Cassius agnoscunt. Apud Athenæum etiam, licet loco a Valesio citato Μασσαλιῆται editum sit, alibi tamen (lib. X. p. 429. A. & lib. XIII. p. 576. A.) Μασσαλιῶται legitur: eademque hæc forma apud Appianum Hisp. 117, 62. occurrit. Neque tamen spernam Μασσαλιητῶν, quod h. l. Valesius ex codice Peiresciano edidit: nam similiter Diodor. Sic. in eadem historia, lib. XIV. c. 93. οἱ δὲ τὸν μητέρα νομίζοντες, ἀναθέντες αὐτὸν εἰς τὸν τῶν Μασσαλιητῶν θησαυρὸν, εἰς Ρώμην ἀνέσπειρεν: & ΜΑΣΣΑΛΙΗΤΩΝ in nummis exstare monuerunt Berkelius & Holstenius ad Byzant. v. Μασσαλία.

L. 21 *sq.* τὸν μὲν χρυσὸν Ονόμαρχος . . κατεχώνευσε. *Aurum conflavit*, scil. ut monetam inde conficeret. Vide Diodor. Sic. XVI. 33.

L. 27. πεντήκοντα μυριάσιν. „Aliter Plutarchus in Camillo. [p. 135] Ait enim: ὥφλε τὴν δίκην ἑρήμην, τίμημα μυρίων καὶ πεντακισχιλίων ἔχουσαν· ὃ γίνεται πρὸς ἀργυρίου λόγον χίλιαι δραχ-

Pag. 39. μαὶ καὶ πεντακόσιαι. Cum Plutarcho consentit Livius lib. V." VALESIUS. Scil. Livius V. 32. *absens*, inquit, *quindecim millibus gravis æris damnatur.* Et Zonaras Annal. VII. 22. eisdem verbis rem tradit quibus Plutarchus. Nostro hoc loco, si vera esset scriptura, ad μυριάσιν intelligendum foret nomen δραχμῶν, quod constanter apud Græcos scriptores, ubi per myriades exprimunt pecuniæ summam, intelligi debet. (conf. Joh. Frid. Gronov. de Pecunia vetere Lib. III. c. 16. & Fabricium ad Dionem Cassium lib. LVI. c. 10.) Qua ratione pro 1500 drachmis, L millia drachm. &, pro XV millibus assium s. gravis æris, 5,000,000 asses prodirent. Quæ quidem summa, licet non nisi quintam partem illius efficiat pecuniæ, *quam si Cæsar habuisset, nihil erat habiturus*, ut ait Noster Civ. II. c. 8. tamen pro re atque tempore, de quibus h. l. agitur, tam multis modis superat fidem, ut numerus iste, quem exhibebat codex, pro corrupto utique haberi debeat; quare nec in versione latina eum exprimere ausus sum.

L. 31 *sq.* τὴν Αχίλλειον εὐχήν. „Eadem sententia utitur Plutarchus; [l. c.] ἐκεῖνος μὲν οὖν, ὥσπερ ὁ Αχιλλεὺς, ἀρὰς θέμενος ἐπὶ τοὺς πολίτας, καὶ μεταστὰς &c. Vota autem intelligit, quæ Achilles facit apud Homerum, Ιλ. ά. [v. 407 sqq.] matrem orans, ut a Jove contendat, ut Trojanis auxiliari tantisper velit, & Græcos in fugam vertere, quo Græci & ipse Agamemnon præsentiam suam desiderent. At quanto modestius Aristides Atheniensis, qui, cum in exilium decennale suffragiis testarum missus esset, Deos immortales abiens precatus est, ne unquam in illud tempus inciderent cives sui quo Aristidem desideraturi essent. Τῆς δὲ πόλεως ἀπαλλαττόμενος, inquit Plutarchus, [p. 323.] ηὔξατο τὴν ἐναντίαν εὐχὴν τῷ Αχιλλεῖ, μηδένα καιρὸν Αθηναίους καταλαβεῖν, ὃς ἀναγκάσει τὸν δῆμον Αριστείδου μνησθῆναι." VALESIUS. Non nimis tamen infenso in civitatem suam animo Αχίλλειον illam εὐχὴν a Camillo fuisse ad Deos fusam, paulo post ipse docuit. Conf. Fragm. V. ex Libro IV. Appiani decerptum, p. 80. Suidas v. Αχίλλειος εὐχὴ phrasin illam ad Iliados versum 240 adludere significat:

Ἡ ποτ' Ἀχιλλῆος ποδὼ ἵξεται υἷας Ἀχαιούς.

L. 36. συγξεγραπται. ἀναγέγραπται legitur apud Suidam, v. Ἀχιλ. εὐχὴ, ubi poſtrema pars hujus ἐκλογῆς repetitur. *Pag.* 39.

FRAGM. IX. apud *Valeſium p.* 549. Idem Fragmentum ad verbum exhibet SUIDAS, in Μάρκος Μάλλιος. *Pag.* 40.

L. 37. Ὅτι Μάρκος Μάλλιος. Notum eſt, plerumque vulgo *Manliorum* nomen Μάλλιος exprimi ſolere a Græcis ſcriptoribus. De Capitolio per Manlium liberato, Libro IV. in Rebus Gallicis ex profeſſo egit Appianus; eamque hiſtoriam h. l. obiter ſolum tetigerat. De reliquo ac proprio hujus fragmenti argumento conf. Livium VI. 11. & 14.

L. 38. ταύτην πεμίσωσι. Poſt ταύτην commode particula τε inſeritur apud Suidam. *L.* 40. ὑπό του δανιστοῦ. Retineri poterat vulgata ſcriptura ὑπὸ τοῦ δαν.

L. 45 *ſq.* ἀποδοῦναι, τὴν γῆν &c. Sic diſtinguendum putavi, quum orationem non diſtinxerit Valeſius, & poſt γῆν diſtinxerint Suidæ editores. Mox, niſi τὴν inſeras ante ἔτι οὖσαν, intelligendum erit, paulo ante verba feciſſe Appianum de definito quodam agro, qui nupero aliquo bello erat partus.

AD EXCERPTA ET FRAGMENTA EX LIBRO III. *Pag.* 41.

DE REBUS SAMNITICIS.

EXCERPT. I. *Lin.* 47. M. Valerius Corvus III. A. Cornelius Coſſus Conſules (hi enim ſunt illi στρατηγοὶ. Liv. VII. 28 extr. & 32.) ad A. U. C. 411. in Faſtis Janſonianis referuntur. De Valerii cognomine, quem *Corvum* Livius cum Faſtis Capitolinis, alii Scriptores *Corvinum* vocant, vid. Pighium in Annal. Roman. ad A. U. CDV. Tom. I. p. 296, & Criticos ad Liv. VII. 26. Excerpt. hoc legitur apud *Valeſium* p. 549 ſq.

L. 48. Δέκιος δημάτης „ *Tribunum militum* interpretatus ſum. P. enim Decius eo bello tribunus militaris fuit, &

Pag. 42. [illegible] *Pergæ Dianorum annua* — — —.

Vernaculum. ‘Quia ea interpretatio ac lectio nunc ingrata videtur, nam aliter interpretati.’ Valesius. Mihi scilicet qui satis intelligerent, ac *primum* quidem in hac sententia, quam hic proxima pectora, sed magistratus, esse tribunos militares, nec ea re prorsus nihil nominis habere, nisi aliud. Ac quod sequitur, aliter demum lectum, nisi verissimum. Ac quod sequitur, ac nec omnes ubi est Valesio ea sententia, ac tamen quidem locus videtur: ac culpa non vacare. Sed Livius. sed tribunos: qui, quum prava nunc lectione tueri ac Livius VI. 25 exc.: in interpretatione differre nonnullos, quos illos Camillos putasse fuisse, omisso illo, nec omnia potuit quod ad illud adjecerunt. Sed Livium, qui majorem ex eo bello gloriam quam Camillus tenuit, *pietas* fuisse *generis*.

Pag. 42. *L. Cæcilio Metello* — — — *et C. Marcio Rutilo* dicitur a T. Livio VII. 38. & in Fastis, Cæcilio cum Servilio Ahala anno U. C. 399. Varro, cum Junio Almelov. A. U. 412.] Vernaculum autem non Cæcilio fuit Rutilus Mamercus cum Publio Valerio: sed quia Mamerci seu Mamercini nullæ gentes a me unquam fuerunt. Valesius. Forsan ita Rutilus cognomen cum Mamerco s. Mamercino tribuerunt, qui annalis, consul fuit. Sed idem etiam Mamercinus, teste Livio V. 31 exc. eodem eo anno, qui consulatum ipsius proxime, Magister equitum fuit M. Valerii Corvi, qui ad subigendam istam Seditionem Dictator erat dictus: quæ res Rutilo cognomen fecit nominum originem dedit.

Pag. 43. *L. 24. e nostrorum.* In hoc numero fuit ponendum, sicut prius, nec etiam recentes scripsit.

Pag. 44. *VICESIMUS* II. exhibet *Valesius p.* 550. *Lin.* 89. *Minus Tyrannis e Tarra.* Videtur de eis rebus egisse h. l. Appianus, quæ tertio T. Manlii consulatu A. U. 414. gesta

ſunt, quas Livius VIII. 5 ſeqq. exponit. Sane temporum ordo id ſuadet, quum ſuperioris Excerpti argumentum fuerit res A. U. 411 & 412. geſta. Ea autem occaſione repetit Scriptor pietatis documentum, quod olim A. 392. idem Manlius juvenis in patrem ediderat; de quo vide Liv. VII. 4. & Valerium Max. lib V. c. 9. n. 3. & VI. 9. 1. Pag. 44.

L. 93. Πομπονίου. Rectius alibi apud Noſtrum per ω nomen hoc ſcribitur: & ſic h. l. editum oportuerat, Πομπωνίου.

III. *Lin.* 5 *ſqq.* De argumento hujus Fragm. vid. Livium VIII. 7. Rem tangit Valer. Max. VI. 9. 1. & IX. 3. 4. Pag. 45.

EXCERPT. IV. Eſt numero ſecundum in *Codice Bav.* Apud *Urſinum* N°. III. p. 338 ſeqq.

Lin. 8. Ὅτι Σαυνῖται ἐς τὴν Φρεγελλανῶν. „Ex Libro, qui *Samniticus* ab Appiano inſcriptus eſt, hoc Fragmentum deſcriptum fuiſſe, cognovimus ex annotatione ad oram exemplaris. περὶ Σαυνιτικῆς [potius Σαυνιτικῆς] autem ἱστορίας in eodem Procemio ita meminit Appianus [cap. 14. p. n. 18:] τελευταίῳ δὲ ἔθνει Σαυνίταις [Σαυνίταις] οἱ παρὰ τὸν Ἰόνιον ᾤκηντο κ. τ. λ." URSINUS. In Urſini Notis prima verba hujus Excerpti h. m. citantur, ὅτι Σαυνῖται: ſed in contextu recte editum erat Σαυνῖται, quam ſcripturam etiam præfert cod. Bav. Conf. adnot. ad p. 18, l. 72. Φρεγελλάνων penacute citatur in Notis Urſ. ſed in context. ut in Bav. ἐξωτέρως recte. Ceterum initium hujus Excerpti non verbum de verbo ex Appiano transſcriptum, ſed ab Excerptore (ſatis quidem inconcinne) in epitomen contractum eſſe facile adparet. Idem paſſim & in aliis ex his Excerptis factum intelligitur.

L. 11. ἀπανίσλησαν αὐτοὺς ἀπὸ τῆς Φρεγέλλης. „Ita videtur legendum, cum ἐπανίσλησαν ſit in exemplari." URSINUS. Cum Urſini exempl. conſentit Bav. Recte autem ille emendavit. ἐπανισλάναι eſt *ad defectionem concitare.* Hiſp. 225, 14. Σερτώριος Ἰβηρίαν ἐπανίσλησε Ρωμαίοις. Contra, οἱ πολιορκοῦντες ἀπανίσλησαν, Hiſp. 152, 76. *obſidentes recepérunt ſe, abierunt.* Thucyd. I. 2. οὐ χαλεπῶς ἀπανίσλαντο. I. 140. Ποτιδαίας ἀπανίσλασθαι κελεύουσι.

Pag. 45. *L.* 12. καὶ πάλιν ἐς Ρώμην ἐπρέσβευον. „De hac re ita scribit Dio in fragmentis: [ap. Ursin. N°. IV. p. 374. apud Reimarum T. I. p. 59. N°. CXLIII.] Νικηθέντες οἱ Σαυνῖται ὑπὸ Ρωμαίων, ἐπεκηρυκεύσαντο τοῖς ἐν τῇ πόλει Ρωμαίοις, τούς τε αἰχμαλώτους ὅσους εἶχον αὐτῶν πέμψαντες σφίσι, καί τινος Παπιρίου, ἀνδρὸς ἔς τε τὰ πρῶτα τῶν παρ' αὐτοῖς ἀξιουμένων, καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ πολέμου πᾶσαν Φερομένου, τήν τε οὐσίαν καὶ τὰ ἐσθῆτα, ἐπειδὴ φθάσας ἑαυτὸν κατεχρήσατο [προκατεχρήσατο, διέρριψαν·] &c. Livius lib. VIII. [cap. 39.] *Brutulum Papium* appellat, his verbis: *Vir nobilis potensque erat, haud dubie proximarum induciarum ruptor. De eo coacti referre prætores decretum fecerunt: ut Brutulus Papius Romanis dederetur, & cum eo præda omnis Romana captivique ut Romam mitterentur. Feciales Romam, ut censuerunt, missi, & corpus Brutuli exanime: ipse morte voluntaria ignominiæ se ac supplicio subtraxit. Placuit, cum corpore bona quoque ejus dedi.* &c." URSINUS.

L. 13. φέροντες. Nullo modo ferri poterat εὐφέντες, quod & Ursin. & cod. Bav. h l. ponunt. Nam (ut de re ipsa, quæ hic agitur, taceam) ad participium, quod h. l. scripserat Appianus, referri simul debet nomen χρυσίον. Mox (*L.* 16.) in τετρῦσθαι secutus sum scripturam cod. Bav. cum qua convenit Hesych. h. v. & apud Herodot. I. 22. libri nonnulli dant τετρῆσθαι, ex τετρῦσθαι proxime deflexum. Cf. tamen infr. ad p. 93, 20.

Pag. 46. *L.* 18 *sq.* καὶ εἴ τι καὶ - - - ἀνετίθεντο. Malim hæc omnia vel absque interpositа distinctione scripta, (atque sic fortasse ex mente Ursini edi debuerat, ut operarum vitio interpositum punctum minus sit post παρητοῦντο,) vel saltem levius sic distincta, καὶ εἴ τι καὶ ἀντέλεγον, ἢ παρητοῦντο καὶ παρεκάλουν, ἢ ἐς τὰς πόλεις ἀνετίθεντο· περὶ δὲ &c. *licet nonnihil contradicerent, aut deprecarentur orarentque, aut in civitates rejicerent.* Sed in extrema phrasi nonnihil hæreo: ac fuit quum ejus vim hanc esse putarem, *aut in (singulas nonnullas) civitates culpam rejicerent*; ut fere idem sit, quod alio tempore dicentes Samnitium legatos Livius VIII. 23. inducit, *haud ullo publico consilio auxiliove juvari Græcos.* Verum

hac quidem significatione verbum ἀνατιθέναι activa forma, non media; tam apud Noſtrum quam apud alios Scriptores uſurpatum video. Ceterum & hæc etiamnum in brevius redacta, non ad verbum ex Appiano a compilatore exſcripta, videntur. Pag. 46.

L. 23. καὶ τὴν πεῖραν ἔχοντες τὴν περὶ τῆς ἡγεμονίας. Quæcunque ſit vera hujus loci ſcriptura, poterit fortaſſe πεῖρα, ut ſæpe alibi, *certamen* denotare; ut ſententia ſit, *ac certamen de imperio habentes*; i. e. *intelligentes de ipſo imperio ſibi certamen eſſe.* Sic jam aliquot annis ante legati Samnitium apud Livium l. c. *Noſtra certamina*, ajunt, *non verba legatorum, ſed - - - communis Mars belli decernet... Samnis, Romanusne, imperio Italiam regat, decernamus!*

L. 24. μηδὲ. Si μήτε legas, deficit alterum membrum, quod ad hoc referatur. μηδὲ, *ne quidem*, in ſimillima ſententia habes pag. ſq. lin. 35.

L. 28. Θεὸς δ' ἐνεμέσησε &c. Vide eamdem Hiſtoriam apud Livium, Lib. IX. c. 1 ſeqq.

L. 36. καὶ αὐτοὺς παραδοῖεν. Nihil frequentius apud Noſtrum, quam Attica illa forma αὐτοῦ, αὐτῷ, αὐτὸν &c. pro ἑαυτοῦ, ἑαυτῷ, ἑαυτόν. Sed eamdem illam formam ſæpiſſime apud eumdem Noſtrum, ut apud alios Scriptores, prava quædam Editorum ſedulitas eliminatam & in αὐτοῦ, αὐτῷ, αὐτὸν &c. (quæ, vereor, ne nihil aliud ſint quam recentiorum Grammaticorum inventum) mutatam voluit. Pag. 47.

L. 43. φυλάσσειν. Sic pro φυλάττειν repoſui, quia illam formam conſtanter uſurpatam Appiano inveni. Infra, eod. hoc Exc. p. 49. l. 66. conſentientibus mſſtis editum erat φυλασσόμενος.

L. 45. Ὁ δὲ τῷ πατρὶ &c. „Livius Lib. IX. [c. 3.] *Itaque univerſi Herennium Pontium, patrem imperatoris, per literas conſulendum cenſent* &c. Paulo poſt: *Nec gravatus ſenex, plauſtro in caſtra dicitur advectus, vocatuſque in conſilium*, &c. URSINUS. Pag. 48.

L. 49. αἱ δὲ ἐνέργ. πρόσαγ. Verba hæc, ad complendam ſententiam neceſſaria, largitus eſt cod. Bav. Mox (*L.* 50.)

Pag. 48. ἴσθι νῦν τάνδε &c. idem fere est, quod paulo inferius dicit, ἔχεις, ἐνίσχυρον τάνδε τὴν εὐεργεσίαν εἰρήνης ἀθανάτου λαβεῖν. Simili quodam modo dictum h. l. θησαυρίζειν videtur, atque ταμιεύεσθαι Syr. 607, 14.

L. 51. καὶ πάντας ἀπόλυσον &c. „Livius ibidem: *censuit omnes inde quamprimum inviolatos mittendos.*" URSINUS.

L. 52. ἵνα σῶον ἢ σοι &c. „Livius: *cum potentissimo populo per ingens beneficium perpetuam firmare pacem amicitiamque.*" URSINUS.

L. 53 *sq.* „εἰσὶ δ' ὡς φιλότιμοι. Placeret ἴσθι, pro εἰσὶ, interpunctionis nota ad vocem φιλότιμοι translata." IDEM. — Hiatum, quo laborabat oratio, peropportune liber Bav. explevit. Quin mendosum sit κακὸν, quod in eodem Bav. sicut apud Ursinum cum φιλότιμοι conjungitur, dubitari non potest. Si quis commodiorem, quam quæ nobis in mentem venit, emendationem adferat, lubens accipiam. Forsan ex καὶ & alio adjectivo, quod ad φιλότιμοι referebatur, corruptum est illud κακόν. Mox (*L.* 54 *sq.*) recte διαγωνιοῦνται dedit Bav. a verbo διαγωνίζομαι.

L. 56 *sq.* ἣν δέ σε ταῦτα μὴ πείθῃ. „Livius: *quæ ubi spreta sententia est, iterumque eodem remeante nuncio consulebatur; censuit, ad unum omnes interficiendos.*" URSINUS. ἣν, quod in contextu erat ut in Bav., in Notis correxit Ursinus.

Pag. 49. *L.* 58. Ρωμαῖοι γὰρ ἐτιοῦν ὑβρισθέντες. „Livius: *Ea est Romana gens, quæ victa quiescere nesciat* &c. *neque eos ante multiplices pœnas expetitas a vobis quiescere sinet.*" URSINUS.

L. 68 *sq.* οὐδ' αὐτῷ μὲν μοὶ δοκεῖ, *ne mihi quidem ipsi placet*: cui deinde opponitur, *sed, a me si discesseris*, (vel, *me omittens*,) *considera Samnites, qui malorum consolationem aliquam posiunt.* *L.* 71. τοὺς δὲ recte dedit Bav.

Pag. 50. *L.* 7[illegible]παρεῶμεν τὰς ὑπερβολάς. Propius paulo ad vestigium scripturæ librorum fuerit παρῶμεν, quod perinde est. Paulo ante dixerat, παρεὶς ἐμὲ: sicut ἀλλ' ἐκεῖνο παρεὶς, *verum*

prætermiſſo illo, Xenoph. Mem. Socr. III. 4. 11. & παρὲμπα ἅπαντα, *omnia hæc omittimus*, *miſſa facimus*, Noſter Pun. 418. 91. Pag. 50.

L. 83. αἰεὶ. Adeo frequenter in editis, & multo etiam frequentius in mſſtis Appiani libris, antiqua illa forma occurrit αἰὲι, ut eadem conſtanter propemodum uſus videatur Scriptor noſter: cum quo conſentit, quod in Bav. ubique ſit ἀὲι cum ι ſubſcripto. Sed, præcedente præpoſitione ἐκ, frequentius ἐσαεὶ, quam ἐσαιεὶ, apud eumdem Noſtrum mihi videor inveniſſe. Verum in hujuſmodi rebus, quemadmodum nec Editores nec librarii, ſic ne ipſi quidem Scriptores (quod jam alibi monui) ratam aliquam legem religioſe ubique ſervaſſe cenſendi ſunt. Mox (*L.* 85.) perperam Bav. παρ' ἡμῖν.

L. 87. τῶν τι ἱππίων &c. „ Livius ibidem [cap. 5.] *& propter neceſſariam fœderis dilationem obſides etiam ſexcenti imperati, qui capite luerent, ſi pacto non ſtaretur. Tempus inde ſtatutum tradendis obſidibus, exercituque inermi mittendo.* &c" URSINUS.

L. 90 *ſqq.* καὶ φιλανθρώπου· Ρωμαίους τι - - - ἀντιπαιεῖσθαι, „ Corruptus erat hic locus in exemplari." URSINUS. Nil recedit a contextu Urſini codex Bav. niſi quod perperam Ρωμαίους det. Pag. 51.

L. 93. Ταῦτα τοῦ Ποντίου λέγοντος &c. „ Livius ibidem, [cap. 4.] *Neutra ſententia accepta, Herennius domum e caſtris eſt avectus.* &c. Appiani verba, quibus hæc Romanorum clades Caudina deſcribitur, tantam habent cum Livianis ſimilitudinem, ut merito aliquis exiſtimare poſſit, vel ex ipſo Livio ſumſiſſe Appianum, vel ex eodem ſcriptore quem ſecutus ſit Livius." URSINUS. Diſſentit tamen paululum a Livio Appianus, ſupra p. 45. l. 12 ſqq. ubi dixit, Samnites interfeciſſe belli auctores; quum Livius VIII. 39. non niſi unum Brutulum Papium commemoret, eumque morte voluntaria ſupplicio ſe ſubtraxiſſe ſcribat.

L. 11 *ſqq.* „ καὶ πολλὰ συγχωρούντων, ὑπερέφανα ἡμῖν ἀπ' ἐπιτάσσετε, τὴν ἀρχὴν ὅλην ἀποδίδοθαι. Ita videtur interpungen- Pag. 54.

dus hic locus, ut aptus ex eo ſenſus elici poſſit." URSINUS
Pag. 52. — Scilicet in mſſtis & in edito contextu diſtinctio poſt ἡμ
poſita erat, non poſt συγχωρούντων. Ante τὴν ἀρχὴν ver
neceſſario inſerenda videtur partic. καὶ, hac ſententia, *cu*
alia inſolenter nobis imperaſtis, tum ut &c.

L. 19. „ ἢν ὑμεῖς ὑπερίδιεσθε. In exemplari pro ὑπερίδιε
corrupte προϊδέσθαι legebatur." URSINUS. Quodſi co
ruptum eſſet προϊδέσθαι, tamen non ita procul a vero abeſſe
quam viſum erat Urſino: & quoniam *imperativo* modo opt
eſſe ille putavit, ſatis fuerat προΐδεσθε reponere; quod ego
ſecutus hactenus partim Urſini auctoritatem partim veſtig
ſcripturæ cod. Bavarici, poſui. Certe perapte huc conven
verbum hoc προείδεσθαι, idem notans quod φυλάσσεσθα
cavere ſibi ab aliquo vel ab aliqua re. Noſter Mithr. 81
82 ſqq. ἀπιστίαν εἶρατοῦ καὶ παίδων καὶ φίλων οὐ προειδόμην
ὁ τὰ ἐπὶ τῇ διαίτῃ πάντα προϊδὼν καὶ φυλαξάμενος. Civ. I. 14, 1
καὶ τόδε προειδόμενος, *etiam hoc cavens.* Et in contextu ſimi
limo huic in quo nunc verſamur, verbo φυλάσσεσθαι utitur
Pun. 366, 62 ſq. ἃ χρὴ θεωροῦντες ἡμᾶς, καὶ τὴν ἐπ' αὐτοῖς
μεσιν φυλασσομένους &c. Sed, verum ut fatear, ne levio
quidem illa mutatione, quam verbo iſti adtuli, opus fuiſ
arbitror: ac plane revocatum malim προϊδέσθαι. Nc
alienum eſt Appiani ſtilo illud loquendi genus, optimis Sc
ptoribus frequentatum, quo elliptica quadam ratione (
qua vid. Lamb. Bos, artic. θέλειν) pro Imperativo modo In
nitivus ponitur. Annib. 287, 78. σὺ δ' ὑπομένειν μοι δεῦρ
καὶ τὰ ἔνδον ἐπιτηρεῖν. Mith. 711. 84. εἴ τις ὑμῶν πύθοιτο,
λέγειν κ. τ. λ. *ſi quis e vobis quærit, -- reſpondete* &
Eademque loquendi forma procul dubio reſtituenda Noſt
eſt, Civ. IV. p. 683, 77. ὅταν οὖν αὐτοὺς . . . τότε ἡγεῖσθα
ubi contra fidem mſſtorum pro ſua auctoritate primus edit
quem ſecuti ſunt ceteri, ἡγεῖσθε poſuit. Conf. Jac. Gronov.
Arrian. Exped. Alex. lib. V. c. 11. & Weſſeling. ad Herod
IV. 126.

Pag. 53. *L.* 25. Ἀπαγγελθέντων δὲ τούτων &c. „ Livius: [IX. 4
Hæc cum legatio renuntiaretur, tantus gemitus omniu

ſubito exortus eſt, tantaque mœſtitia inceſſit &c." URSINUS. — Bav. ἐπαγγελθέντων; ſed idem (p. ſq. 41.) recte cum Urſ. ἀπαγγελθείσης. Pag. 53.

L. 32. ταξιάρχαι - - χιλίαρχοι. Nomina ex ἄρχω compoſita promiſcue & apud alios Scriptores & apud Noſtrum vel in prima declinatione vel in ſecunda uſurpantur: ταξιάρχης & ταξίαρχος, ἱππάρχης & ἵππαρχος, χιλιάρχης & χιλίαρχος, &c. Et in his formis ſæpe variant libri. Sed h. l. in diverſis utrobique formis convenit Bav. cum Urſ. Perperam autem χιλιάρχοι uterque penacute exhibebant, quum formæ illæ ex ſecund. declin. omnes ſint proparoxytonæ.

L. 40. δορικλώτοις ex Bav. recepi. Et ſic conſtanter optimi quique Libri, δορικάλωτος, δορίληπτος, δορίκλητος, per ι, non per υ, efferunt. Recte: nam ex tertio caſu δορὶ compoſita illa nomina ſunt, quod vel per ſe patet, vel ex hujuſmodi exemplis, ut δορὶ λαβών Civ. IV. 541, 63. δορὶ ἐλάβομεν ib. 653, 80. Pag. 54.

L. 41. Ἀπαγγελθείσης δὲ τῆς συμφορᾶς ἐς τὴν πόλιν κ. τ. λ. „Livius: [IX. 7.] *poſtquam deditionem tam fœde factam acceperunt: extemploque ſine ulla publica auctoritate conceſſum in omnem formam luctus eſt.* &c." URSINUS.

L. 44. ἥ τε βουλὴ τὴν ἐπιπόρφυρον κ. τ. λ. „Livius [ib.]: *lati clavi, anuli aurei poſiti*, &c." IDEM.

L. 47 *ſqq.* Τῶν δὲ ἀφειμένων - - - τὰ σημεῖα τῆς ἀρχῆς ἐπίκειτο αὐτοῖς. „Magis placeret ἀπέκειτο. Livius ibidem: *ingreſſi ſero in urbem, ita ſe in ſuis quiſque tectis abdiderunt, ut poſtero atque inſequentibus diebus nemo eorum forum aut publicum aſpicere vellet. Conſules in privato abditi, nihil pro magiſtratu agere*, &c." URSINUS. διέφευγον dedit Bav. & ὑπὸ αἰδοῦς (*L.* 48.) recte idem. Cur autem ἀπέκειτο pro ἐπέκειτο, maluerit Urſinus, non video.

V. FRAGM. *apud Suidam.* Retuli ad primum M? Curii Dentati conſulatum, de quo in Epitome libri XI. Liviani ita ſcribitur; *Curius Dentatus Conſul, Samnitibus cæſis, ac Sabinis qui rebellaverant victis, bis in eodem magiſtratu triumphavit.* Conf. Eutrop. II. 5. & Auct. de Viris Illuſtr. c. 36. Eumdem deinde altero conſulatu Pyrrhum ex Sicilia

dus hic locus, ut aptus ex eo ſenſus elici poſſit."
Pag. 52. — Scilicet in mſſtis & in edito contextu diſtin-
poſita erat, non poſt συγχωρούντων. Ante τὴν
neceſſario inſerenda videtur partic. καὶ, hac
alia inſolenter nobis imperaſtis, tum ut

L. 19. „ ἢν ὑμεῖς ὑπερίδεσθε. In exempl
corrupte προϊδέσθαι legebatur." URSINU
ruptum eſſet προϊδέσθαι, tamen non ita pr
quam viſum erat Urſino: & quoniam *im*
eſſe ille putavit, ſatis fuerat προϊδεσθε
ſecutus hactenus partim Urſini auctor
ſcripturæ cod. Bavarici, poſui. Cert
verbum hoc προείδεσθαι, idem r
cavere ſibi ab aliquo vel ab aliq
82 ſqq. ἀπιστίαν στρατοῦ καὶ παίδων L. II.
ὁ τὰ ἐπὶ τῇ διαίτῃ πάντα προϊδὼν καὶ anno ante
καὶ τόδε προειδόμενος, *etiam hoc* c idem, puto,
limo huic in quo nunc verſam ria interfectum
Pun. 366, 62 ſq. ἃ χρὴ θεωρ 59 ſq.) συμφρονήσαν-
μεσιν φυλασσομένους &c. S ξαντο Ρωμαίοις, κ. τ. λ.
quidem illa mutatione, qu , voc. Απιανός: (vide
arbitror: ac plane revo *Galli non ſuo nomine*,
alienum eſt Appiani ſtilo *quorundam Italicorum*,
ptoribus frequentatum *Romanos geſſerunt; id in*
qua vid. Lamb. Bos, *Appiano exponitur, & in*
nitivus ponitur. Anni *commemoratur.* Atque
καὶ τὰ ἔνδον ἐπιτηρεῖ in Libro de Rebus Gal-
λέγειν κ. τ. λ. *ſi q* hinc inde mutatis, repe-
Eademque loquen deſideratur hoc Excerpt.
eſt, Civ. IV. p. 6
ubi contra fidem κηρυκείων κ. τ. λ.
quem ſecuti ſu corrupte ſit κηρυσίων.
Arrian. Exped libri XII. [Liviani:]
IV. 126. *Romanorum interfecti eſſent,*
Pag. 53. *L.* 25. Propius ad ve-
Hæc cum : & ſic repoſitum
malim.

p. 83, 77. τὰ τε κηρύκια φέροντες : Pag. 55.
cum ſuperioribus editt. dedi
tum Pun. 363, 12. editi
bi, uno Bav.) κηρύκιον
ura in libris in-
lici, utitur.
& v. δόρυ.
. Steph. Theſ.

ῥεῦ μίσους [potius
. Ita emendavimus
tioſum μίσους non cor-
n infra repetitur, p. 84,
ror in reliquos etiam Appia-
dd. minus adcurate ſcriptis,
cibus, invaſerat.] „P. Corne-
cum Cn. Domitio Calvino anno
ltos Almelov. A. U. 471.] Oroſius:
q. edit. Haverc.] *Dolabella & Domitio*
tii, Samnites quoque, cum Etruſcis
lis facta ſocietate, cum redivivum contra
m molirentur; Romani ad exorandos Gallos
s. Quos cum Galli interfeciſſent, &c. De re
Gallis a P. Cornelio Dolabella Coſ. ita Florus:
13. n. 21.] *Poſt aliquot annos, omnes reliquias*
um in Etruria ad lacum Vadimonis Dolabella delevit,
quis extaret in ea gente, qui incenſam a ſe Romanam
bem gloriaretur, &c." URSINUS. Adde Dionyſ. Halic.
Eclog. V. p. 306. ap. Urſin. p. 744. edit. Sylburg. ac conf.
Polyb. lb. c. 19 ſq. & Drackenb. ad Liv. Epit. XII.

L. 66 ſq. ἦγεν ἐς τὸν θρίαμβον. „Dolabellam de Gallis Senonibus & Britomari rege triumphaſſe, præter Appianum nemo tradit." URSINUS. Et hoc & alia ad bellum Samniticum pertinentia legeremus procul dubio apud Livium & Dionyſium Hal. ſi, quæ ab illis de rebus hac ætate geſtis

in Italiam reverſum viciſſe Italiaque expuliſſe, conſtat. Conf. Liv. Epit. libri XIV.

Pag. 55. EXCERPTUM VI. exhibet URSINUS p. 443. ac de eo in Notis ſic monet: „Ex eodem *Samnitico* hoc quoque fragmentum depromptum eſt. Ad oram enim exemplaris ita notatum animadvertimus: *ἐκ τῆς Σαυνιτικῆς Ἱστορίας.*" Scilicet ad *bellum Samniticum* pertinet hujus Fragmenti argumentum, quia nunc Galli non ſuo nomine, ſed tamquam *ſocii Samnitium* & Etruſcorum arma adverſus Romanos ferebant. Nam licet *Etruſcos* tantum nominet Excerptor noſter, tamen *Samnites* quoque in primis nominare debuerat; ut fecit Oroſius loco paulo poſt ab Urſino cit. & Eutropius II. 5. *Iterum ſe Gallorum copiæ contra Romanos Tuſcis Samnitibuſque junxerunt: ſed cum Romam tenderent; a Cn. Cornelio Dolabella Coſ. deletæ ſunt.* Et Polybius L. II. c. 19. mentionem faciens ſuperioris belli, decimo anno ante a Gallis & Etruſcis adverſus Romanos geſti, (ejuſdem, puto, belli quo patrem ſuum a Romanis in Etruria interfectum *Britomaris* queritur hoc noſtr. fragm. l. 59 ſq.) *συμφρονήσαντες*, ait, *ἅμα Σαυνίταις καὶ Γαλάταις, παρετάξαντο Ρωμαίοις, κ. τ. λ.* Diſerte autem monetur apud Suidam, voc. *Ἀπιανός*: (vide ſupra, hoc vol. p. 9 ſq.) *Si quid Galli non ſuo nomine, ſed vel tamquam ſocii populorum quorumdam Italicorum, vel mercede conducti, adverſus Romanos geſſerunt; id in illorum populorum hiſtoria ab Appiano exponitur, & in Gallorum Hiſtoria obiter tantum commemoratur.* Atque inde fit, ut idem argumentum infra in Libro de Rebus Gallicis, Excerpto XI. p. 83. paucis hinc inde mutatis, repetitum legatur. Sed utroque loco deſideratur hoc Excerpt. in codice Bavar.

l. 57. *τοὺς δὲ πρέσβεις Βριτόμαρις μετὰ τῶν κηρυκείων κ. τ. λ.* „Ita legendum, cum in exemplari corrupte ſit *κηρυσίων*. De hac re ita ſcriptum eſt in Epitoma libri XII. [Liviani:] *Cum a Gallis Senonibus legati Romanorum interfecti eſſent, bello ob id Gallis indicto* &c." URSINUS. Propius ad veſtigium ſcripturæ mſpti fuerat *κηρυκίων*: & ſic repoſitum malim.

malim. Certe ſic infra, p. 83, 77. τὰ τε κηρύκια φέροντες: & Hiſp. 159, 97. (ubi quidem cum ſuperioribus editt. dedi κηρυκείου) in Med. & Bav. eſt κηρυκίου: tum Pun. 363, 12. editi cum libris omnibus, (excepto tamen ibi uno Bav.) κηρύκιον exhibent. Ac licet promiſcue utraque ſcriptura in libris inveniatur, probatior tamen videtur illa quæ ſimplici utitur. Vid. Thucyd. I. 53. & ibi Schol. Heſych. h. v. & v. δόρυ. Etymol. M. v. κηρύκειον, & in fine v. κήρυξ. H. Steph. Theſ. T. II. col. 197. G. Pag. 55.

L. 60 ſqq. „ Κορνήλιος δὲ ὁ ὕπατος, τοῦ μίσους [potius μύσους] ἐν ὁδῷ πυθόμενος ... ἅπαντα καθῆρει. Ita emendavimus ex loco ſimili in Celtico." [Miror, vitioſum μίσους non correctum eſſe ab Urſino, quod etiam infra repetitur, p. 84, l. 80. Sed nimirum frequens is error in reliquos etiam Appiani Libros, partim ex regiis codd. minus adcurate ſcriptis, ſæpe etiam invitis mſſtis codicibus, invaſerat.] „ P. Cornelius Dolabella conſul fuit cum Cn. Domitio Calvino anno CDLXX. [ſecundum Faſtos Almelov. A. U. 471.] Oroſius: [L. III. c. 22. p. 199 ſq. edit. Haverc.] *Dolabella & Domitio Coſſ. Lucani, Bruttii, Samnites quoque, cum Etruſcis & Senonibus Gallis facta ſocietate, cum redivivum contra Romanos bellum molirentur; Romani ad exorandos Gallos miſere legatos. Quos cum Galli interfeciſſent*, &c. De re geſta cum Gallis a P. Cornelio Dolabella Coſ. ita Florus: [L. I. c. 13. n. 21.] *Poſt aliquot annos, omnes reliquias Gallorum in Etruria ad lacum Vadimonis Dolabella delevit, ne quis extaret in ea gente, qui incenſam a ſe Romanam urbem gloriaretur*, &c." URSINUS. Adde Dionyſ. Halic. Eclog. V. p. 306. ap. Urſin. p. 744. edit. Sylburg. ac conf. Polyb. Ib. c. 19 ſq. & Drackenb. ad Liv. Epit. XII.

L. 66 ſq. ἦγεν ἐς τὸν Θρίαμβον. „ Dolabellam de Gallis Senonibus & Britomari rege triumphaſſe, praeter Appianum nemo tradit." URSINUS. Et hoc & alia ad bellum Samniticum pertinentia legeremus procul dubio apud Livium & Dionyſium Hal. ſi, quæ ab illis de rebus hujus aetatis geſtis

[illegible] rum urbem cepit, & milites defectionis auctores Romam [illegible], ut ex Livio scribit Orosius [IV. 3. coll. Epit. Liviana XV.] anno Urbis 482; [secundum Fastos Almelov. A. 483.] cum anno 471 [474] milites Romani eam civitatem occupassent. Ita per decem annos eam urbem tenuerunt, quod & Livius in Libro XXVIII. [c. 28.]" VALESIUS.

L. 60. ἐξεῤῥίφησαν ἄταφοι. „Notanda sunt Valerii Max. verba: „*Milites, qui Rhegium injusto bello occupaverant, [illegible] carcere inclusit, ac, M. Furio* [Fulvio] *Flacco trib. pl. denunciante ne in cives Rom. adversus morem maiorum animadverteret, nihilominus propositum executus est. Caeterum minore cum invidia id ut perageretur, quinquagenos per singulos dies, virgis caesos, securi percuti jussit, eorumque nullum* [*eorumque corpora*] *sepulturae mandari, [illegible] lugeri vetuit.* Idem scribit Frontinus Lib. IV. Strateg. [c. 1. n. 38] qui totam legionem millia hominum quatuor securi percussa esse narrat: cui accedit & Livius in Lib. XXVIII. Sed Polybius [Lib. I. c. 7.] circiter trecentos in foro necatos esse tradit; cæteros enim fortiter pugnantes in obsidione cecidisse: quod verisimilius est. Sane Appianus noster τοὺς αἰτίους duntaxat morte mulctatos fuisse memorat." VALESIUS.

L. 61. φυλασσ. ἐπιμελῶς, οἷα πηρός. An ἀμελῶς?

EXCERPT. X. Apud *Ursinum* p. 345 seqq. Est numero tertium in codice Bavar.

Lin. 61 *sqq.* „Ὅτι ὁ Πύῤῥος - - - ἐκ μάχης ἐντόνου. In exemplari scriptum est εὐτόνου: sed ἐντόνου germanam lectionem esse existimamus. Est autem hoc fragm. ex eadem Samnitica hist. descriptum." URSINUS. Tenendam lectionem librorum putavi: non quod spernam Ursini emendationem, sed quod ea non admodum opus esse videatur. Syr. 575, 65. τῆς πληγῆς (sc. νεὼς ἐμβαλούσης) εὐτόνου γενομένης *quum validus l. vehemens fuisset ictus irruentis navis.* Hesych. εὔτονος, γενναῖος. εὐτόνως, ἰσχυρῶς. εὐτονία, καρτερία. Cf. Hemsterh. ad Polluc. L. IX. Segm. 107.

L. 66. ἔπεμπεν ἐς Ῥώμην Κινέαν τὸν Θεσσαλὸν. „Livius in

Epitoma Lib. XIII. *Cineas, legatus a Pyrrho ad ſenatum miſſus, petiit, ut componendæ pacis cauſa rex in urbem reciperetur. De qua re cum ad frequentiorem ſenatum referre placuiſſet, Appius Claudius, qui propter invalitudinem oculorum jamdiu a conſiliis publicis abſtinuerat, venit in curiam, & ſententia ſua tenuit ut id Pyrrho negaretur.* Valer. Max. Lib. IV. c. 3. [n. 6.] *Cum apud* [Pyrrhum] *Cineam Theſſalum narrantem audiſſet* &c." URSINUS. *Pag.* 62.

L. 82. ἕως Ἄππιος Κλαύδιος, ὁ Καῖκος. „ Cicero, Philipp. Lib. I. [c. 5.] *De Pyrrhi pace agebatur, cum Appius & cæcus & ſenex in ſenatum delatus eſt.* Videndus Florus [I. 18.] & Plutarchus in Pyrrho [p. 394 ſq.]" URSINUS. *Pag.* 63.

L. 83. αὐτὸν ἀγαγεῖν Bav. recte: forſan & MS. Urſini. Sic p. ſq. l. 2. εἴ τις - - αὐτὸν ἐπιδίδωσι. Conf. ad p. 47. l. 36.

L. 86. οἱ δ' ἓν ἀτύχημα ἀθρόως οὕτως ἑαυτῶν ἐκλέλησθε. „ Cicero in Catone: [cap. 6.] *Ad Appii Claudii ſenectutem accedebat etiam ut cæcus eſſet; tamen cum ſententia ſenatus inclinaret ad pacem cum Pyrrho fœduſque faciendum, non dubitavit illa dicere, quæ verſibus perſecutus eſt Ennius:*

Quo vobis mentes, rectæ quæ ſtare ſolebant
ante hac, dementes, ſeſe flexere, viri?

Notum enim vobis carmen eſt: & tum ipſius Appii extat oratio &c. Non eſt autem dubium, quin Appii orationem legerit Appianus, ex eaque ſententiam ſumſerit, quam æmulatus eſt Ennius." URSINUS.

L. 88. βουλεύεσθε, & *Pag. ſq. L.* 98. ἡ βουλὴ recte dedit Bav. *Pag.* 64.

L. 8 *ſq.* Καὶ γὰρ ὁ ἕτερος - - - μεθ' ἧς εἶχε παρασκευῆς. „ Ita legendum, cum in exemplari [ut & in Bav.] ſit ἧκε pro εἶχε, & Λαιβῖνω pro Λαιβίνῳ. Ti. Coruncanio, qui cum P. Valerio Lævino conſul fuit anno CDLXXIII, [474.] Etruſcos obtigiſſe, ex hoc loco colligimus." URSINUS.

L. 11. ὅτι πόλις ἐστὶ στρατιωτῶν ὅλη - - - βασιλέων μᾶλλον ἢ στρατηγῶν. „ Livius Lib. IX. [c. 17.] *Victus eſſet conſiliis juvenis Ennius, ne ſingulos nominem, Senatus ille? quem qui ex regibus conſtare dixit, unus veram ſpeciem Romani ſenatus cepit.*" URSINUS. *Pag.* 65.

Pag. 65. *L.* 20. λύσασθαι. Forte λῦσαι ſcripſit Appianus. De uſu illius verbi non opus eſt repetere quæ monuit Clarkius ad Hom. Ιλ. ά. v. 20. & Küſter. in libello de Uſu Verborum Mediorum apud Græcos.

Pag. 66. *L.* 32. τοῖς τὴν ἐρήνην ἐργασαμένοις, *eis qui pacem feciſſent:* ἐργασομένοις, *qui pacem facturi eſſent.* Non ſpernam lectionem Urſini; alteram tamen præferendam putem. *L.* 37. οὐχ οὕτω φασὶν αὐτὸν, intell. φάναι. Ad Ηπειρῶται autem rectius adjicietur artic. οἱ, qui a ſeq. η ex Itaciſmo abſorptus videri poteſt.

L. 38. ἐμὲ σοῦ προθήσουσι. Plutarchus, Pyrrh. p. 396. A. αὐτοὶ (Ἠπειρῶται) οἱ νῦν σὲ τιμῶντες καὶ θαυμάζοντες, ἂν ἐμοῦ πεῖραν λάβωσιν, ὑπ' ἐμοῦ μᾶλλον ἐθελήσουσιν, ἢ σοῦ, βασιλεύεσθαι.

Pag. 67. EXCERPT. VII. Apud *Urſinum* p. 348.

Lin. 52. Ὅτι τὸν Πύῤῥον ἤδη τὰ Ρωμαίων κατέπλησσεν. „ Ita ſcribendum: non κατέπλησθεν, ut eſt in exemplari. Hoc autem fragmentum ex eodem Samnitico ſumtum conſtat ex annotatione ad oram libri." URSINUS. Emendationem Urſini confirmat Bav.

L. 55. οὗ θυγατέρα Λάνειαν. Λάνασσαν vocat Plutarch. in Pyrrho p. 387. F. & p. 388. D. & E. Neque aliter Diodor. Sic. in Eclogis ab Hœſchelio editis p. 151. T. II. ed. Weſſeling. p. 490. *L.* 56. corrige οἰκείαν.

Pag. 68. *L.* 58. τῆς περὶ τὸν αὐτόμολον. „ Livius in Epitoma lib. XIII. *Cum C. Fabricio conſuli is, qui ad eum a Pyrrho transfugerat, polliceretur ſe regi venenum daturum, cum indicio ad regem remiſſus eſt.*" URSINUS. Adde Plut. p. 396.

L. 62. ὅπη δύναιτο. ὅποι non niſi de *loco* uſurpatur: ὅπη frequentiſſime de *modo rationeque* qua quid fit. In primis familiaris Appiano formula illa ὅπη δύναιτο. Loca index indicabit. *Ibid.* ἐς *l. ſq.* Δῶρα δ' ὁ Κινέας - - πολλὰ δὲ γυναιξί. „ Ita legendum pro γυναικῶν, ut eſt in exemplari. [& in Bav.] Livius lib. XXXIV. [c. 4.] *Patrum noſtrorum memoria per legatum Cineam Pyrrhus non virorum modo, ſed etiam mulierum, animos donis tentavit.*" URSIN.

Pag. 69. *L.* 74. Vitioſum διέπλη in Notis quoque repetiit URSINUS;

AD EXCERPTA ET FRAGMENTA EX LIBRO IV.

Pag. 71.

DE REBUS GALLICIS.

EXCERPTUM I. exſtat in edit. 1. Hiſtoriarum Appiani p. 11 ſq. proxime poſt Procœmium Auctoris. Henr. Stephanus, quem ſecutus eſt Tollius, in finem operis rejecit, poſt Libros de Bellis Civilibus. Exhibent illud Codices Regii, & plerique alii, qui eoſdem illos Appiani Libros continent, qui ex Regiis in edit. 1. expreſſi ſunt. Sed in MS. Aug. in Vat. C. & in Ven. M. Epitome hæc rerum Gallicarum deſideratur. Titulum Ἀππιανοῦ Ἀλεξ. Ρωμ. Κελτικὴ ſua auctoritate, Candidum tamen quodammodo ſecutus, præfixit Car. Stephanus. Rectius ἐκ τῶν Ἀππιανοῦ Κελτικῶν præfert Reg. B. cum Med. Vat. A. D. E. In Cod. Regio A. caret Inſcriptione hæc Epitome.

Lin. 1. ἐπεχείρησαν πρῶτοι, *priores arma intulerunt.* Minus recte *primi* poſueram cum Gelenio. *L.* 4. χρέους invitis miſſis editum erat; eodem errore, quo λόγους, Præf. p. 18, 78. *Lin.* 5-7. τρίτῳ κελτῶν εἴρατιὰ - - - ἣν Ρωμαῖοι διεφθάρκασιν ὑφ' ἡγεμόνι Τίτῳ Κοιντίῳ. Livius VII. 10. 11. dictatore T. Quinctio, poſt certamen ſingulare T. Manlii cum Gallo, nullius præterea cladis Gallorum meminit: tantum, relictis trepide proxima nocte caſtris, in Campaniam Gallos tranſiiſſe ſcribit. Anno vero ſeq. a Q. Servilio Ahala dictatore, cujus Magiſter equitum Quinctius fuit, acie fuſos Gallos prodit ibid. c. 11. Sed Oroſius III. 6. eoſdem in hac re, ut fere alibi, annales cum Appiano ſecutus, *Atrociſſimam*, ait, *pugnam Manlius Torquatus ſingulariter inchoavit, T. Quinctius Dictator cruentiſſima congreſſione confecit.* Ad quem locum Franc. Fabricius Appiani verba hæc, de quibus agimus, adferens, ὑφ' ἡγεμόνι Τίτῳ Κοϊντιλίῳ ſcripſit: certe ſic in edit. Haverc. expreſſum. Nomina Κόϊντος & Κοίντιος ſæpe a librariis confundi, nil mirum. Cujuſmodi errores,

etiam nullius ſcripti libri accedente auctoritate, in re certa corrigere debet adcuratus editor. / Conf. præter alios Weſſeling. ad Diodor. Sic. lib. XII. p. 499. l. 97. & l. 14.

L. 9. ὁ]ρατηγήματι τοιούτῳ. Non hujus artis, ſed alterius cujuſdam, qua in eadem pugna uſus Sulpicius fertur, meminit Livius VII, 14. & Frontin. Strateg. II. 4. n. 5. *L.* 13. malim ἀφέντας, pro ἀφέντες. *Ibid.* αἰεὶ bene Vratisl. Pag. 72.

L. 17 *ſq.* Τὰ δὲ δόρατα ἦν οὐκ ἐοικότα ἀκοντίοις. „Dele οὐκ, vel lege οὐκ ἀπιθανότα ἀκοντίοις." MUSGRAV. Similiter, nec tamen ita adſeveranter, LIPSIUS, *de Milit Rom.* lib. III. Dial. 4: „Quod negat (Appianus) *ſimilia jaculis fuiſſe* (*pila*,) ferri hoc ſenſu poteſt, non ſimilia ſcilicet vulgaribus levibuſque jaculis. Alioqui profecto ſimilia ſunt, imo ipſa jacula: & ſuſpicetur aliquis, reſcribendum potius, ἦν οὐκ ἐοικότα, vel ἦν οὐκ ἀπιθανότα, ſenſu ajente." Nihil variant codices; neque mutandum quidquam videtur. Bene GELENIUS: *eſt autem pilum, telum jaculo diſſimile; videlicet haſtile quadrangulum.* ἀκοντίοις præivit ibidem Lipſius, adſtipulante Muſgravio. Mox, καλεῦσιν ὑσσοὺς legendum, ab eiſdem viris doctis monitum video, & ante Lipſium jam a BRODÆO, Miſcell. lib. III. c. 16. in Gruteri Theſ. Crit. Tom. II. p. 498. Neque aliter libri noſtri, ne Regiis quidem exceptis; in quibus illud modo leviter erratum, quod omiſſus ſit ſpiritus ſuper lit. υ. Cand. *Romani Yſſos vocant.*

L. 19 *ſq.* τετραγώνου καὶ τοῦδε. Duo poſteriora verba cum præced. τετραγώνου jungenda ſunt, *pariter*, *itidem quadrangulum.* (Cf. ad p. 10, l. 48.) Adeoque carere non poſſumus ſequenti copula καὶ, ante μαλακοῦ.

L. 24. Παάπιος Αἰμίλιος. Conſul hic, qui rebus adverſus Gallos proſpere geſtis inſignem triumphum commeruit, partim ſimpliciter gentilitio nomine *Æmilius*, partim adjecto prænomine *Lucius Æmilius* vocatur apud Polyb. lib. II. c. 26 ſqq. Florum II. 4. Eutrop. III. 2. Zonaram VIII. 20. In cognomen autem, *Papus* vel *Pappus*, conſentiunt Faſti quotquot ad ætatem noſtram pervenere, Capitolini cum Pag. 73.

AD EXCERPTA ET FRAGMENTA EX LIBRO IV.

Pag. 71.

DE REBUS GALLICIS.

EXCERPTUM I. exſtat in edit. 1. Hiſtoriarum Appiani p. 11 ſq. proxime poſt Proœmium Auctoris. Henr. Stephanus, quem ſecutus eſt Tollius, in finem operis rejecit, poſt Libros de Bellis Civilibus. Exhibent illud Codices Regii, & plerique alii, qui eoſdem illos Appiani Libros continent, qui ex Regiis in edit. 1. expreſſi ſunt. Sed in MS. Aug. in Vat. C. & in Ven. M. Epitome hæc rerum Gallicarum deſideratur. Titulum Ἀππιανοῦ Ἀλεξ. Ρωμ. Κελτικὴ ſua auctoritate, Candidum tamen quodammodo ſecutus, præfixit Car. Stephanus. Rectius ἐκ τῶν Ἀππιανοῦ Κελτικῶν præfert Reg. B. cum Med. Vat. A. D. E. In Cod. Regio A. caret Inſcriptione hæc Epitome.

Lin. 1. ἐπεχείρησαν πρῶτοι, *priores arma intulerunt.* Minus recte *primi* poſueram cum Gelenio. *L.* 4. χρόνους invitis miſtis editum erat; eodem errore, quo λόγους, Præf. p. 18, 78. *Lin.* 5-7. τρίτῳ κελτῶν στρατιὰ - - - ἣν Ρωμαῖοι διαφθείρασιν ὑφ' ἡγεμόνι Τίτῳ Κοιντίῳ. Livius VII. 10. 11. dictatore T. Quinctio, poſt certamen ſingulare T. Manlii cum Gallo, nullius præterea cladis Gallorum meminit: tantum, relictis trepide proxima nocte caſtris, in Campaniam Gallos tranſiiſſe ſcribit. Anno vero ſeq. a Q. Servilio Ahala dictatore, cujus Magiſter equitum Quinctius fuit, acie fuſos Gallos prodit ibid. c. 11. Sed Oroſius III. 6. eoſdem in hac re, ut fere alibi, annales cum Appiano ſecutus, *Atrociſſimam*, ait, *pugnam Manlius Torquatus ſingulariter inchoavit, T. Quinctius Dictator cruentiſſima congreſſione confecit.* Ad quem locum Franc. Fabricius Appiani verba hæc, de quibus agimus, adferens, ὑφ' ἡγεμόνι Τίτῳ Κοϊνκτίῳ ſcripſit: certe ſic in edit. Haverc. expreſſum. Nomina Κόϊντος & Κοΐντιος ſæpe a librariis confundi, nil mirum. Cujuſmodi errores,

Pag. 73. lib. eod. p. 191. B. & C. Μάξιμον Αἰμιλιανὸν adpellatum video. De re vide Liv. Epit. LXI. Flor. III. 2. Oroſ. V. 14. Plin. Hiſt. VII. 50.

Pag. 74. *L.* 43. ὑπογύου. Servari poterat lectio librorum ὑπογύου, in quam cum Regiis conſentit Vratisl. Et ſic alibi conſtanter Aug. & Bav.

L. 47 *ſq.* Ελουητίους καὶ Τιγυρίους. λουητίους Vat. A. E. truncato nomine. Infra, p. 87, 31. Ελβήτιοι ſcriptum erat in Cod. Urſ. & Bav. In Τιγυρίους, & mox Τιγύριοι, conſentiunt libri: atque in Exc. de Leg. loco modo cit. p. 87, 31. Λιγύριοι, quod dederunt codices, ex eodem Τιγύριοι deflexum eſſe adparet. Quare, licet *Tigurini* dicantur Latinis, & Τιγυρηνοὶ vel Τιγυρινοὶ legatur apud Strabonem & Plutarchum, nihil tamen apud Noſtrum novandum cenſui. De L. Caſſii & L. Piſonis calamitate vid. Liv. Epit. LXV. Oroſ. V. 15. Cæſar de B. G. lib. I. c. 7. & c. 12.

L. 51. ὡς ἐν Χρονικαῖς Συντάξεσι δοκεῖ Παύλῳ τῷ Κλαυδίῳ. *Claudii*, *Annalium* Scriptoris, frequens mentio cum apud alios auctores, quos Voſſius nominat de Hiſtoricis Lat. lib. I. c. 10. tum apud Livium præſertim & A. Gellium occurrit. Neque ullus videtur dubitandi locus, quin Claudius ille, quem *Græcos Acilianos libros ſecutum eſſe*, *eoſdemque ex Græco in latinum ſermonem vertiſſe* Livius ait lib. XXV. c. 39. & XXXV. 14. idem ſit cum eo, quem aliàs ſimpliciter *Claudium*, aliàs *Q. Claudium*, tum *Claudium Quadrigarium* aut etiam nude *Quadrigarium* Gellius vocat: quem eumdem Vellejus Paterc. II. 9. Siſennæ æqualem facit, qui hoc ipſo tempore vixit, in cujus temporis hiſtoria ad Claudii Annales provocat Appianus. Sed quod *Paulus* apud Noſtrum cognominetur, in hoc corruptum locum eo meliori jure Voſſius judicavit, quod non ſolum *Claudii Pauli* Annales nemo novit, ſed ne Paulus quidem ullus in gente Claudia uſquam memoratus reperitur. Verum quum nec varient libri, neque ex literarum veſtigiis, quid potiſſimum ſcripſerit Appianus, certo colligi poſſit; nil auſus ſum in Græco contextu immutare, in latina vero verſione *Claudium Quadrigarium* nominare

non dubitavi. Ejuſdem Claudii Annales alibi etiam ſecutum eſſe Appianum, (ſcil. in referendo colloquio Scipionis cum Annibale, Syr. c. 10,) colligitur ex Liv. XXXV. 14. Ex hoc autem loco, in quo verſamur, ſimul intelligitur, Claudium Acilianos Annales, quorum auctor tempore belli Punici ſecundi vixerat, (Voſſ. de Hiſt. Gr. lib. I. c. 17.) non modo in latinum ſermonem convertiſſe, ſed ad ſuam etiam uſque ætatem continuaſſe. Pag. 74.

L. 53 *ſq.* Τριχουρους. *Tricurios* Cand. Populi hujus mentionem in Cæſaris hiſtoria neque ab ipſo Cæſare, neque ab alio Scriptore qui ad nos pervenerit, factam reperio. Τριχορίους Alpinam gentem, in Galliæ Narbonenſis confinio juxta Vocontios, memorat Strabo lib. IV. p. 185. C. & p. 203. C. & Livius XXI, 31.

L. 59. παρὰ τὰς ἀπορίας. In vitioſ. lect. περὶ, ex male intellecto ſcripturæ compendio ortam, conſpirant omnes libri. Nota vis præpoſ. παρὰ, tempus denotandi, quæ præpoſitioni περὶ nullo modo ineſt. Civ. I. p. 200, l. 30. παρὰ τόνδε τὸν ἀναρχίαν. Ibid. p. 207, 51. παρὰ τὴν ἰδίαν ὑπατείαν. &c. Pag. 75.

Lin. ead. καὶ ὁ ἵππος ξύλοις. ξύλα, ſi vera lectio, *frutices* vel *virgulta*, ut cum Gelenio in verſ. lat. expreſſi, denotare debent: cujus ſignificationis aliud exemplum deſidero. Vide, an ὕλαις ſit legendum. Nam ſicut apud Theophraſtum ὑλήματα non ſolum *frutices* denotant, ſed & herbas, velut centaurium, abſinthium; ſic ὕλη apud Xenoph. in Oecon. quaſvis *herbas* ſignificat, agreſtes præſertim & ſponte naſcentes quæ fruges enecant, monente Gu. Budæo in Comment. Ling. Gr. p. 674. edit. Rob. Stephani. Neſcio an huc referendum, quod eſt apud Herodot. I. 203. ἔθνη ἀπ' ὕλης ἀγρίας ζώοντα. — πόα, quod præceſſit, non ſolum herbas omnis generis & olera, ſed *radices* etiam herbarum, comprehendit. Civ. II. 258, 19. τὴν πόαν ἠρτοποίουν, *ex herbarum radicibus panem conficiebant*: cf. Cæſar de Bell. Civ. III. 48.

L. 61. λογισμῷ ἢ ἐπιστήμῃ τινὶ. Cum vulgo abeſſet partic. ἢ, nomen ἐπιστήμη delere juſſit MUSGRAVIUS. Similiter LENNEP ad Phalar. Epiſt. p. 143. „ duo verba, inquit, ἐπι-

Pag. 73. lib. eod. p. 191. B. & C. Μάξιμον Αἰμιλιανὸν adpellatum video. De re vide Liv. Epit. LXI. Flor. III. 2. Oroſ. V. 14. Plin. Hiſt. VII. 50.

Pag. 74. *L.* 43. ὑπογύου. Servari poterat lectio librorum ὑπογύου, in quam cum Regiis conſentit Vratisl. Et ſic alibi conſtanter Aug. & Bav.

L. 47 *ſq.* Ελουητίους καὶ Τιγυρίους. λουητίους Vat. A. E. truncato nomine. Infra, p. 87, 31. Ελβήτιοι ſcriptum erat in Cod. Urſ. & Bav. In Τιγυρίους, & mox Τιγύριοι, conſentiunt libri: atque in Exc. de Leg. loco modo cit. p. 87, 31. Λιγύριοι, quod dederunt codices, ex eodem Τιγύριοι deflexum eſſe adparet. Quare, licet *Tigurini* dicantur Latinis, & Τιγυρηνοὶ vel Τιγυρινοὶ legatur apud Strabonem & Plutarchum, nihil tamen apud Noſtrum novandum cenſui. De L. Caſſii & L. Piſonis calamitate vid. Liv. Epit. LXV. Oroſ. V. 15. Cæſar de B. G. lib. I. c. 7. & c. 12.

L. 51. ὡς ἐν Χρονικαῖς Συντάξεσι δοκεῖ Παύλῳ τῷ Κλαυδίῳ. *Claudii*, *Annalium* Scriptoris, frequens mentio cum apud alios auctores, quos Voſſius nominat de Hiſtoricis Lat. lib. I. c. 10. tum apud Livium præſertim & A. Gellium occurrit. Neque ullus videtur dubitandi locus, quin Claudius ille, quem *Græcos Acilianos libros ſecutum eſſe*, *eoſdemque ex Græco in latinum ſermonem vertiſſe* Livius ait lib. XXV. c. 39. & XXXV. 14. idem ſit cum eo, quem aliàs ſimpliciter *Claudium*, aliàs *Q. Claudium*, tum *Claudium Quadrigarium* aut etiam nude *Quadrigarium* Gellius vocat: quem eumdem Vellejus Paterc. II. 9. Siſennæ æqualem facit, qui hoc ipſo tempore vixit, in cujus temporis hiſtoria ad Claudii Annales provocat Appianus. Sed quod *Paulus* apud Noſtrum cognominetur, in hoc corruptum locum eo meliori jure Voſſius judicavit, quod non ſolum *Claudii Pauli* Annales nemo novit, ſed ne Paulus quidem ullus in gente Claudia uſquam memoratus reperitur. Verum quum nec varient libri, neque ex literarum veſtigiis, quid potiſſimum ſcripſerit Appianus, certo colligi poſſit; nil auſus ſum in Græco contextu immutare, in latina vero verſione *Claudium Quadrigarium* nominare

non dubitavi. Ejuſdem Claudii Annales alibi etiam ſecutum eſſe Appianum, (ſcil. in referendo colloquio Scipionis cum Annibale, Syr. c. 10,) colligitur ex Liv. XXXV. 14. Ex hoc autem loco, in quo verſamur, ſimul intelligitur, Claudium Acilianos Annales, quorum auctor tempore belli Punici ſecundi vixerat, (Voſſ. de Hiſt. Gr. lib. I. c. 17.) non modo in latinum ſermonem convertiſſe, ſed ad ſuam etiam uſque ætatem continuaſſe. Pag. 7

L. 53 *ſq.* Τριχούριους. *Tricurios* Cand. Populi hujus mentionem in Cæſaris hiſtoria neque ab ipſo Cæſare, neque ab alio Scriptore qui ad nos pervenerit, factam reperio. Τριχορίους Alpinam gentem, in Galliæ Narbonenſis confinio juxta Vocontios, memorat Strabo lib. IV. p. 185. C. & p. 203. C. & Livius XXI, 31.

L. 59. παρὰ τὰς ἀπορίας. In vitioſ. lect. περὶ, ex male intellecto ſcripturæ compendio ortam, conſpirant omnes libri. Nota vis præpoſ. παρὰ, tempus denotandi, quæ præpoſitioni περὶ nullo modo ineſt. Civ. I. p. 200, l. 30. παρὰ τοῦδε τὴν ἀναρχίαν. Ibid. p. 207, 51. παρὰ τὴν ἰδίαν ὑπατείαν. &c. Pag. 7

Lin. ead. καὶ ὁ ἵππος ξύλοις. ξύλα, ſi vera lectio, *frutices* vel *virgulta*, ut cum Gelenio in verſ. lat. expreſſi, denotare debent: cujus ſignificationis aliud exemplum deſidero. Vide, an ὕλαις ſit legendum. Nam ſicut apud Theophraſtum ὑλήματα non ſolum *frutices* denotant, ſed & herbas, velut centaurium, abſinthium; ſic ὕλη apud Xenoph. in Oecon. quaſvis *herbas* ſignificat, agreſtes præſertim & ſponte naſcentes quæ fruges enecant, monente Gu. Budæo in Comment. Ling. Gr. p. 674. edit. Rob. Stephani. Neſcio an huc referendum, quod eſt apud Herodot. I. 203. ἔδη ἀπ' ὕλης ἀγρίας ζώοντα. — πόα, quod præceſſit, non ſolum herbas omnis generis & olera, ſed *radices* etiam herbarum, comprehendit. Civ. II. 258, 19. τὸν πόαν ἀρτοποιοῦντες, *ex herbarum radicibus panem conficiebant*: cf. Cæſar de Bell. Civ. III. 48.

L. 61. λογισμῷ ἢ ἐπιστήμῃ τινί. Cum vulgo abeſſet partic. ἢ, nomen ἐπιστήμῃ delere juſſit Musgravius. Similiter Lennep ad Phalar. Epiſt. p. 143. „duo verba, inquit, ἐπι-

Pag. 75. ἐλήμῃ τινι ex iis quæ ſubjiciuntur huc male translata eſſe, nullus dubito." Mihi commodior ratio medendi huic loco ea viſa eſt, qua uſus ſum: facillime enim abſorberi particula ἢ a ſequenti vocali ε in proxima voce potuit. Θυμὸν & ἐπισλήμην ſimiliter opponit Thucyd. lib. I. c. 49. Θυμῷ καὶ ῥώμῃ τῷ πλέον ἐναυμαχοῦν, ἢ ἐπισλήμῃ. Eamdem Germanorum belluinam ferociam notavit Dio lib. XXXVIII. c. 35. De Gallis Livius V. 49. *ira magis, quam conſilio, in Romanos incurrunt.* Et commode hoc noſtro loco Θυμὸς *ira* verti poterat. — De *Arioviſto* duo Fragmenta ex Appiano paulo inferius exhibuimus, p. 88 ſq.

L. 65. κατεσλρατήγουν αὐτούς. Idem eſt, quod paulo ante dixerat, ὑπὸ τῆς Ρωμαίων ἐπισλήμης ἡσσῶντο, vel quod Dio lib. XXXVIII. c. 49. his verbis effert, ἰσοῤῥοποι αὐτοῖς . . τῇ τέχνῃ ἐγίγνοντο. Cæſar B. G. I. 52. *Reperti ſunt complures noſtri milites, qui in phalangem inſilirent, & ſcuta manibus revellerent, & deſuper vulnerarent.*

Pag. 76. *L.* 73. τοὺς δὲ ταξ. καὶ λοχ. ἅπαντας. Hoc ad ſolam duodecimam legionem refert Cæſar II. 25. Mox quod *L.* 77. Epitomator noſter ait: ἦσαν δὲ τῶν Κίμβρων καὶ Τευτόνων ἀπόγονοι, id de ſolis Aduaticis, qui Nerviis auxilio erant profecti, dixit Cæſar, ac fortaſſe etiam Appianus.

L. 78. Ἀλλοβρίγων. Quos Latini *Allobroges* nominant, eos a Polybio, Dione & Græcis pleriſque Ἀλλοβρίγας vocari, monuit Steph. Byz. h. v. & Caſaubonus ad Strabonem lib. IV. p. 193. Eademque nominis forma plus ſemel apud Appianum occurrit, Gall. p. 84, 93. Civ. II. p. 179. l. 88, 89 & 92. Errorem, qui erat h. l. in Editis, a Muſgravio quoque correctum video.

L. 79. Οὐσιπετῶν δὲ καὶ Τενχαρέων. Conf. infra Excerpt. XVIII. p. 89. *L.* 81. Σούκαμβροι δὲ &c. Duas res, diverſis temporibus geſtas, inter ſe confudit commutavitque Abbreviator noſter. Uſipetes ac Tenchtheri, octingentis equitibus (non quidem quingentis, quod & ipſum vitioſe h. l. ſcriptum videtur) Cæſaris equites numero quinquies mille de improviſo adorti, in fugam conjecerant &c. Conf. Appian.

noſtr. Exc. XVIII. modo cit. Cæſar. B.G. IV. 12 ſqq. Plutarch. in Cæſ. p. 718. Anno ſeq. Sigambri, ad quos reliquiæ Uſipetum & Tenchtherorum ſe receperant, cum duobus millibus equitum transgreſſi Rhenum, caſtra Cæſaris, quibus Q. Cicero præerat, ſubito adorti ſunt multoſque interfecerunt. Cæſ. VI. 35-40. Dio Caſſ. XL. 32. Pag. 76.

L. 86. τοῖς τῇδε ἀνθρώποις ἄγνωστον ἔτι. Hæc Gelenius latine ſic reddiderat: *In Britanniam inſulam... ignotam ad eam ætatem noſtris hominibus;* quem nos ſecuti, eamdem ſententiam in noſtra verſ. expreſſimus: perperam. Potius: *ipſis illarum regionum incolis*, i. e. ipſis Gallis, *etiam tum ignotam.* Plane ut Cæſar IV. 20. *Magno ſibi uſui fore arbitrabatur, ſi modo inſulam adiſſet, & genus hominum perſpexiſſet; loca, portus, aditus cognoviſſet: quæ omnia fere Gallis erant incognita.* Neque vero aliam vim habet illa partic. τῇδε. Sic Gall. p. 85, l. 99. οἱ τῇδε βάρβαροι. Hiſp. 176, 82. &c. Pro eadem partic. τῇδε lib. Syr. 538, 28. ταύτῃ a Gemiſto Plethone, pro ipſius more, poſitum videtur.

EXCERPTUM II. Apud *Urſinum* p. 349. Ad oram autem exemplaris Urſini rurſus adnotatum erat, ex *Celtico*, i. e. ex Libro de Rebus Gallicis, ſumtum eſſe hoc Fragmentum. Pag. 77.

Lin. 91. Ὅτι Ολυμπιάδων τοῖς Ἕλλησιν ἑπτὰ καὶ ἐννενήκοντα γεγενημένων. Quin corrupta ſit vulgata ſcriptura, quamvis nil adnotaverit Urſinus, nemo non videt. In promtu autem fuit, reſtituere verum. Sic fere Civ. I. p. 141, 72. ὀλυμπιάδων οὐσῶν ἐν Ἕλλησιν ἑκατὸν κ. τ. λ. Alibi his fere utitur formis, ἀμφὶ τὰς -- ὀλυμπιάδας Hiſp. 150, 44 ſq. Pun. 499, 31. μετὰ -- ὀλυμπιάδας, p. 105, 59. Quod autem numerus ϞϚ per figuram ϛ expreſſus eſt in edit. Urſini, id, ſicut alibi paſſim in impreſſis libris, eo factum puto, quod ad manus non fuerit typographo figura ea, non multum a ϛ diſcrepans, qua ad compendioſe deſignandum hunc numerum uſi ſunt Græci. Ad ipſum numerum Olympiadum quod adtinet, quoniam Olympias XCVII. incipit A. U. 362, ſatis adcurate tempus notatum ab Appiano eſt. „ De Gallorum adventu in Italiam videndus

Pag. 77. Livius libro V. [c. 34 ſqq.] ex quo multa ad hujus Fragme intelligentiam peti poſſunt." URSINUS.

L. 95 *ſq.* Κλουσῖνοι, cum accentu in penultima, ſcribi apud Dionyſ. Hal. & alios, ut Ρηγῖνοι, Ταραντῖνοι. Apud I nem Κλούσιοι editum eſt; apud Zonaram vero Κλουσινοὶ, Κλουσινοὶ deflexum.

L. 96. Οὐ πάλαι δὲ οἱ Κλουσινοὶ &c. Non ita Livius lib. [c. 35.] *quamquam adverſus Romanos nullum eis jus ſo tatis amicitiæve erat, niſi quod Vejentes conſanguineos verſus populum Romanum non defendiſſent.* Cum Li conſentit Dio in Fragmentis." URSINUS. Dio, T. I. p. ed. Reim. & apud Urſin. p. 373.

L. 99. εἰ τοῖς Κελτοῖς ἔμελλον προαγορεύειν. „ Ita emend mus, cum προσαγορεύειν eſſet in exemplari." URSIN.

L. 2. Ὑποκρινομένων. Antiqua forma, pro ἀποκρινομέν Herodoto frequentata, nec Thucydidi inuſitata; de Heſychius, Suidas, Etymologus, Euſtathius, monueru Conf. viros doctos ad Thucyd. VII. 44. p. 474. edit. Duke & Erneſtum ac Zeunium ad Xenoph. Memor. Socr. I. 3 Eodem ſenſu verbum illud accipiendum videtur Maced. 5 34. & Annib. 248, 38.

Pag. 78. *L.* 4. ἐνῆγον. Conf. Samn. p. 67. l. 47. Hiſp. 217, 77. V. p. 806, 82. &c.

L. 7 *ſqq.* καὶ τὸν ἡγούμενον - - - ἐσκύλευε. „ Ita emend mus ex Livio, apud quem ita ſcriptum eſt in eodem Lib [V. 36.] *Quin etiam Q. Fabius, evectus extra aciem equ ducem Gallorum, ferociter in ipſa ſigna Etruſcorum inc ſantem, per latus transfixum haſta occidit; ſpoliaque e legentem Galli agnovere.*" URSINUS.

III. Apud *Urſinum* p. 350. In cod. Bavar. eſt Ecloge thero quinta ex Appiano decerpta.

Lin. 11. Ὅτι ὁ τῶν Κελτῶν βασιλεὺς Βρέννος. „ Ex eodem tico hæc quoque deſcripta ſunt. Videndus Livius lib. [c. 36.] de Gallorum legatis Romam miſſis Fabiorum inju queſtum." URSINUS.

L.

L. 13. ἐπὶ τούτοις. *post hæc*: vel *contra hos* sc. Fabios.
L. 14. Κελτῶν ἀπάντων μεγάλων &c. Conf. ad p. 73, 26.

IV. Videtur utique de periculoso illo mandato agi, quod *Pontius Cominius* suscepit, (Liv. V. 46.) pro quo in seq. Exc. Valesiano, excerptoris fortasse errore, *Cædicius* nominatur. Pag. 80.

V. Apud *Valesium* p. 557.

Lin. 33. Ὅτι Καιδίκιος. „ *Pontius Cominius* is dicitur a T. Livio lib. V. [c. 46.] & Zonara in Annalibus [L. VII. c. 23.] & Plutarchus [in Camillo p. 141.] At *Cædicius* is est, qui paulo ante nunciarat Tribunis plebis, vocem humana clariorem noctis silentio ab se auditam fuisse, quæ juberet magistratibus dici, Gallos adventare; ut scribit Livius. [V. 32.]" VALESIUS.

L. 34. περὶ τῆς ὑπάτου ἀρχῆς. „ Fallitur hic quoque Appianus. Neque enim Camillus Consul, sed Dictator, a Senatu dictus est. Sed non dubito, quin hic error Compilatori adscribendus sit. Vide supra, pag. 549." VALESIUS. Scilicet alio Excerpto, quod p. 39. exhibuimus, diserte apud Appianum quoque, ut apud alios Scriptores, legimus, Dictatorem dictum esse Camillum. Quare aut ὕπατος ἀρχὴ generali quadam notione *supremum magistratum* h. l. denotare debet, (atque sic in vers. lat. poni poterat, *de supremo magistratu Camillo deferendo*,) aut error compilatori tribuendus erit. De his, quæ sequuntur, conf. idem Excerpt. modo cit. p. 39.

VI. Apud *Valesium*, ead. pag. 557.

Lin. 43 *sq.* ἱερεὺς, ὄνομα Δέρσων. *C. Fabius Dorso.* Vide Liv. V. 46. Dionem Cass. in Fragm. Peiresc. (T. I. p. 14. edit. Reim.) Florum I. 13. 16. Valer. Max. I. 1. 11. Pag. 81.

L. 49. Κάσσιος ὁ Ρωμαῖος. Est *L. Cassius Hemina*, qui apud A. Gellium quoque lib. XVII. c. 21. simpliciter *Cassius* citatur, de quo vid. Voss. Hist. Lat. lib. I. c. 7. Quod autem additur ὁ Ρωμαῖος, id quo potissimum pertineat, haud facile dixeris. Videtur excerptoris culpa ita nude & abrupte positum: ac fortasse Appianus simile quid h. l. adnotaverat atque

Pag. 81. Plinius, quum *vetuſtiſſimum auctorem Annalium* Romanorum Caſſium illum vocat, lib. XIII. c. 13. ſect. 27. & XXIX. 1. 6. Forſan etiam eo tantum conſilio hæc verba adjecit compilator, ut Caſſium illum a Dione Caſſio, Hiſtoriarum ſcriptore, diverſum eſſe indicaret.

VII. Apud *Valeſium* p. 557. ab his verbis incipit hoc Fragmentum: ὅτι Κελτοὶ τήν τε φύσιν. Ad quæ verba monuit VALESIUS: „Hic locus integrior extat apud Suidam, in v. Ἄδην."

Lin. 53 *ſqq.* Τά τε σώματα αὐτοῖς κ. τ. λ. Livius V. 44. *Gens eſt, cui natura corpora animoſque magna magis quam firma dederit: eo in certamen omne plus terroris, quam virium, ferunt.* Conf. Liv. X. 28. Sic & Florus II. 4. *Alpina corpora*, ait, *humenti cœlo educata, habent quiddam ſimile nivibus ſuis; quæ, mox ut caluere pugna, ſtatim in ſudorem eunt, & levi motu, quaſi ſole, laxantur.* Similiter de Gallis Aſiam incolentibus, Liv. XXXVIII. 17. *Si primum impetum, quem fervido ingenio & cæca ira effundunt, ſuſtinueris, fluunt ſudore & laſſitudine membra, labant arma: mollia corpora, molles (ubi ira conſedit) animos ſol, pulvis, ſitis, ut ferrum non admoveas, proſternunt.* De crapula & vinolentia monuit quoque Plut. in Camill. p. 141. & Liv. V. 44. *vagi per agros palantur, cibo vinoque raptim hauſto repleti.*

Pag. 82. VIII. *Lin.* 59 *ſqq.* Οὓς (Κελτοὺς) γυμνοὺς ἐπεδείκνυε κ. τ. λ. Retuli, neſcio quam recte, ad *Camillum* Romanos recuperare patriam jubentem, Liv. V. 49. Ad *Gallos* pertinere hoc Fragm. ipſe Suidas monuit, his verbis: Ἀπιανὸς περὶ τῶν Κελτῶν φησίν· Οὓς γυμνοὺς ἐπεδείκνυε Ρωμαίοις· οὗτοί εἰσιν &c. — Γυμνούς, *nudos* (*ſuper umbilicum*, ut Livius addit, XXII. 46.) pugnare ſolitos *Gallos*, refert Polyb. lib. III. c. 115, & Liv. l. c. εἰ τὴν βοὴν βαρεῖαν &c. Liv. XXI. 28. *Galli obcurſant cum variis ululatibus cantuque moris ſui, quatientes ſcuta ſuper capita, vibranteſque dextris tela.* Et VII. 26. *Gallus quatiens ſcutum haſta.* ξίφη μακρά. *Gladii*

Gallis prælongi ac fine mucronibus, Liv. XXII. 46. κόμας αἰωροῦντες. Notum nomen quoque *Comatorum*, Gallis, Allobrogum præfertim incolis, inditum. Plin. XI. 37. fect. 47. De Hiſpanis App. Hiſp. 182, 78 ſq. . . . κόμης μακρᾶς, ἣν ἐν τοῖς πολέμοις ἐπιστείουσι τοῖς ἐχθροῖς. Pag. 82.

IX. *Lin.* 64. Τὸν δὲ δῆμον ἀπὸ τοῦ τείχους ὁρᾶν. Retuli fragm. hoc ad hiſtoriam quæ eſt apud Livium VII. 11. *Pugnatum haud procul porta Collina eſt totis viribus urbis, in conſpectu parentum conjugumque ac liberorum.* &c.

X. Notum argumentum hujus fragm. ex Livio VII. 26. Pag. 83.
Lin. 70. δεύτερον τοῦτο μονομάχιον. Prius certamen ſingulare T. Manlii fuerat. Ex altero hoc, *Corvi* vel *Corvini* cognomen inditum Valerio.

XI. Apud *Urſinum*, p. 350 ſq. Conf. ſupra, Exc. VI. ex Libro de Reb. Samn. p. 55.

Lin. 78. τὸν ἄσυλον ἰσοθῆτα περικειμένους. „Placeret περιειμένους. Et mox [pag. ſq. l. 87.] legendum, οὐκ ἔχοντες ἔτι πατρίδας, εἰς ἃς διαφύγωσιν, ſine partic. οὐκ. Eſt autem hoc fragmentum ex eodem Celtico." URSINUS. Minime ſolicitandum verbum περικειμ. Cf. Civ. II. p. 291 extr. I. 104. 46. II. 193, 18. Quæ ſit vis alterius Adnotationis Urſini, non video: Pag. 84.
nam ſic editum eſt, ut in Notis monuit; neque declaravit, quid in exemplari ſuo legerit.

XII. Apud *Urſinum* p. 351. In cod. Bav. eſt Exc. VI. & ibi initium hujus fragmenti eiſdem mendis inquinatum eſt ac apud Urſinum.

Lin. 95. ἡγουμένου σφῶν Γναίου Δομετίου. „*Cn. Domitium* *Ahenobarbum cum Betulto rege Arvernorum* pugnaſſe ſcribit Valerius Max. lib. IX. [6. 3.] & Strabo lib. IV. [p. 191.] Et Pro conſule de Arverneis triumphaſſe conſtat ex lapide Capitolino, in quo ita inciſum eſt: CN. DOMITIVS. CN. F. CN. N. AHENOBARB. A. DC. . . PRO. COS. DE. GALLEIS. ARVERNEIS. XVI. K. . ." *URSINUS.* Pag. 85.

L. 99. δορυφορούνται γὰρ δὴ καὶ πρὸς κυνῶν. „Corrupta hæc erant in exemplari, & προσκυνῶν, pro πρὸς κυνῶν, ſcriptum erat."

Pag. 85. URSIN. Eadem menda obtinet in Bav. Morem Gallorum, *canibus* in bello utendi, notavit Strabo lib. IV. p. 200. A. Plura huc facientia ex variis Auctoribus congeſſit Lipſius in Epiſt. ad Belgas, Centur. I. Epiſt. 44. Tom. II. opp. edit. Veſal. p. 779.

L. 1 *ſq.* „τὸν βασιλέα Βιτοῦλτον, εἶτ' Ἀλλόβριγας, εἶτα τὸν πρεσβευτὴν αὐτόν. Ita emendavimus, cum eſſet in exemplari εἶτ' ἄλλόβριγας &c. [Forſan ἀλλοΰβριγας fuerat, ut in Bav.] Βιτοῦλτον autem repoſuimus, ſecuti auctoritatem triumphi Capitolini. Nam Græcum Appiani exemplar [ſic & cod. Bav.] habet Βιτοῖτον, & eodem modo Strabo [IV. p. 191.]. *Bituitum* Livius in Epit. libri LXI. nominat, & Valerius Maximus [IX. 6. 3.] & Oroſius [V. 14. Adde Flor. III. 2.] Eſt autem fragmentum hoc depromtum ex eodem Celtico." URSINUS. — Fragmentum illud ex Faſtis triumphalibus Capitolinis, ad quod Urſinus, emendationem ſuam (Βιτοῦλτος pro Βιτοῖτος) defenſurus, provocavit, exhibet Gruterus T. I. Inſcr. p. 298. n. 3. & Pigh. Arnal. T. III. p. 78. Sed vereor, ut conſtanti, quæ apud complures Auctores obtinet, ſcripturæ, Βιτοῖτος, *Bituitus*, recte opponi auctoritas unius illius marmoris poſſit; & recte judicaſſe Joſ. Scaliger mihi videtur, in Animadv. in Chronol. Euſebii, n. MDCCCXC. quum *non dubito*, inquit, *erratum eſſe aut lapicidæ, aut ejus qui ex lapide hoc deſcripſit.* Conf. de iſto nomine quæ viri docti ad loca ea, quæ ex variis Scriptoribus citavimus, adnotaverunt. Sed in eo ab omnibus aliis diſcedentem vel Appianum vel horum Excerptorum compilatorem video, quod hoc loco *Allobrogum* rex Bituitus perhibeatur, quem ceteri regem *Arvernorum* faciunt, qui arma cum Allobrogibus ſociaverant. Alium Βιτοῖτον, vel *Bituitum*, Gallorum ducem, memorat Noſter, Mithr. 812. l. 74. & 84. εἶτα τὸν πρεσβ. Sicut in Notis verba hæc citavit Urſinus, ſic dedit Bav.

XIII. Apud *Urſinum* p. 352. ex eadem Celtica Hiſtoria. In cod. Bav. n. VII.

Lin. 8 *ſq.* καὶ ὁ Ρωμαίων ὕπατος Παπίριος Κάρβων. „Livius in Epitoma libri LXIII. *Cimbri, gens vaga, populabundi in*

Illyricum venerunt. Ab iis Papirius Carbo Coſ. cum exercitu fuſus eſt. &c. Julius Obſequens, in libro de Prodigiis: *C. Cæcilio, Cn. Papirio Carbone Coſſ. Cimbri Teutonique, Alpes tranſgreſſi, fædam ſtragem Romanorum ſociorumque fecerunt.* Strabo quoque libro V. [p. 214.] Cn. Carbonem ad Norejam oppidum inani conatu cum Cimbris conflixiſſe ſcribit his verbis: εἰς Νωρήιαν πόλιν, περὶ ἣν Γναῖος ὁ Κάρβων συμβαλὼν Κιμβρίοις οὐδὲν ἔπραξεν. Videndus Vellejus libro II. [c. 12.] Eutropius [IV. 10.]" URSINUS. *Cimbros Teutonoſque*, armorum conſiliorumque & fortunæ ſocios, conjunctim plerumque nominare ſolent Scriptores. (Confer, præter jam citatos, Cæſ. B. G. I. 33. Plutarch. Cæſ. p. 716. C. & in Mario 411. B. &c. Epit. ex App. libro de reb. Gall. p. 76.) Utrum ad *Teutonos* ſolos hanc rem, de qua in fragm. hoc agitur, retulerit Appianus, an compilatoris culpa ſolorum *Teutonorum* fiat mentio, definire non poſſumus. De eiſdem populis breviter ſupra in Epitome hujus libri p. 73. dictum eſt, neque tamen ibi nomina populorum adjecta. *Cimbrorum* latrocinia & cladem nominatim, ſed obiter, tetigit Noſter Illyr. c. 4. Pag. 85.

L. 14 *ſq.* ξένους . . . φίλους. φίλους h. l. ut frequentiſſime aliâs, intelligi συμμάχους, *ſocios*, res ipſa docet. Itaque ξένοι ſunt, qui *amici* (vel *hoſpites & amici*, cf. Cæſ. B. G. I. 31. 7.) *populi Rom.* erant adpellati. Similique ratione paſſim Livius inter amicos & ſocios pop. Rom. diſtinguit; velut XLV. 25. ubi de Rhodiis ait: *ita per tot annos in amicitia fuerant, ut ſociali foedere ſe cum Romanis non inligarent, - - ne ſpem regibus abſcinderent auxilii ſui.* Pag. 86.

L. 17. ὁ δ' ἐπαινέσας. „Ita legendum, cum οὐδ' ἐπαινέσας ſit in exemplari." URSINUS. Emendationem Urſini confirmat cod. Bav. qui & *L.* 20. & *L.* 25. probas lectiones αὐτὰς & ὑπὸ ſuppeditavit.

XIV. *Lin.* 29. Ὁ δὲ τοῖς σώμασι τῶν Κίμβρων κ. τ. λ. Ad Marium, Cimbrorum victorem, hoc referendum putavi. Pag. 87.

L. 30. πολύχρυσα εἶναι δοκῶν. Sic recte legebatur quoque apud eumdem Suidam, voc. Κίμβρων, ubi totidem verbis

Pag. 87. fragmentum hoc repetitur. Ex rapinis ditatos fuisse Cimbros, probabile erat.

XV. Apud *Ursinum* p. 352 sq. Bav. n. VIII.

Lin. 31. „Ὅτι ἔθνη δύο λιγύριοι καὶ ἑλβήτιοι. Ex eodem Celtico hoc quoque fragm. translatum est, ad cujus intelligentiam videndus Cæsar libro I. de Bello Gallico. Pro λιγύριοι videtur legendum Τιγυρινοὶ, ut est apud Plutarchum in Cæsare, & apud Cæsarem ipsum libro I. de B. G." URSINUS. Cf. supra, Epit. Rer. Gall. p. 74.

L. 33 *sq.* διετείχισεν ὅσα - - - σταδίους μάλιστα. „Ita emendavimus ex Cæsare, apud quem ita scriptum est in libro I. [c. 8.] *Interea ea legione, quam secum habebat*, &c." URSINUS. Eodem prorsus modo locus hic in cod. Bav. legitur, ut eum exhibuit Ursinus.

L. 36 *sq.* ἀποκριναμένων δὲ . . οὐ διδόναι. „Ex Cæsare; apud quem est in eodem libro: [c. 14.] *Divico respondit, ita Helvetios a majoribus suis institutos esse, uti obsides accipere, non dare consueverint.*" URSINUS.

Pag. 88. *L.* 41. Καὶ γίγνεται Λαβιήνῳ τὸ ἔργον εὐμαρὲς. Sibi ipsi victoriam de Tigurinis reportatam tribuit Cæsar I. 12. nullam Labieni mentionem faciens. Labieno tamen in Epitome quoque hujus libri Celtici p. 74, 52 sq. adscribitur illa victoria. Cum Appiano consentit Plutarch. in Cæs. p. 716. D. Paulo ante, *Ead. lin.* ἐς δισμυρίους dedit Bav. & ignorat alteram lect. ὡς, qua numquam in ea significatione utitur Appianus. Atque ἐς URSINUS quoque probavit, scribens: „Placet ἐς δισμυρίους."

XVI. Apud *Ursinum* p. 353. Bav n. IX.

Lin. 45. Ὅτι Αριοούϊστος, Γερμανῶν βασιλεὺς. „Cæsar libro I. de Bello Gallico [c. 31.] *Ariovistus*, inquit, *rex Germanorum* &c. Videndus Livius in Epit lib. CIV. Est autem hoc fragmentum sumtum ex eodem Celtico." URSINUS. — Adde Cæs. I. 35. De Ariovisto vide etiam supra, Epit. rer. Gall. p. 74 sq.

Pag. 89. XVII. Apud *Ursinum* ibid. „Ex eadem Celtica historia hoc quoque fragm. descriptum est. Ad ejus intelligentiam

videndus Cæſar [I. 42-47.] & Plutarchus in Cæſare [p. 716 ſq.]" URSINUS. Pag. 89.

XVIII. Apud *Urſinum* p. 353 ſq. - Bav. n. X.

Lin. 58. Ὅτι Οὐσιπέτας . . καὶ Τανγχρέους. „ Hoc fragm. ex eod. Celt. depromptum eſt. Pro Οὐσιπέτους, Plutarchus habet Ἴπας, [p. 718. D. οὓς Ἴπας, corruptum ex Οὐσιπέτας.] & pro Τανγχρέους, Τενκτηρίδας. Cæſar lib. IV. [c. 1.] *Uſipetes Germani, & item Tenchtheri.* In exemplari mſpto Appiani erat Ἀπίτας, corrupte prorſus." URSINUS. Bav. quoque Ἀπίτας dabat, ſed mox propius vero τοῖς οἰσυπέτας.

L. 59. σφετέροις ἱππεῦσιν ὀκλακοσίοις : τρεῖς . . . πεντακισχιλίους. „ Ita legendum ex Cæſare, apud quem ſcriptum eſt in lib. IV. [c. 12.] *At hoſtes, ubi primum noſtros equites conſpexerunt, quorum erat quinque millium numerus, cum ipſi non amplius octingentos equites haberent,* &c." URSINUS. ὀκλακοσίους perperam dat Bay. & ſic fortaſſe quoque erat in mſpt. Urſini.

L. 61 *ſq.* τοὺς πρέσβεις κατασχών. „ Cæſar IV. [13.] *quos ſibi Cæſar oblatos gaviſus retineri juſſit.*" URSIN.

Lin. 63. „ ὡς τεσσαράκοντα χιλιάδας τούτων συγκοπῆναι. Pag. 90. Ita magis placet, quam ut eſt apud Plutarchum [p. 718. E. F.] τεσσαράκοντα μυριάδες, vel, ut apud Cæſarem: [IV. 15.] Cum hoſtium numerus capitum CCCCXXX millium fuiſſet." URSINUS. Licet conſentiat h. l. codex Bav. cum mſpt. Urſini, tamen, quoniam cum Cæſaris & Plutarchi exemplaribus conſentit Epitome rer. Gall. p. 76, l. 79 ſq., reponendus utique hoc etiam loco numerus ille fuit: quo numero non ſoli illi, qui arma ferebant, comprehenduntur, ſed omnino *capita*, ut ait Cæſar, στρατεύσιμοί τε καὶ ἀστράτευτοι, ut diſerte Appianus l. c. monet.

L. 64 *ſq.* Κάτωνά τε ἐν Ῥώμῃ τῶν τις συγγραφέων φησὶ. „ Totidem fere verbis Plutarchus: [l. c.] Γανύσιος δὲ λέγει, Κάτωνα, τῆς βουλῆς ἐπὶ τῇ νίκῃ ψηφιζομένης ἑορτὰς καὶ θυσίας, ἀποφήνασθαι γνώμην, ὡς ἐκδοτέον ἐστὶ τὸν Καίσαρα τοῖς βαρβάροις &c. Apud Appianum mendoſe legebatur τάτωνά τε, & alia, quæ ex Plutarcho emendavimus." URSINUS. Κάτωνα recte dedit

Rav. sed mox idem mendose γνώμην συνενεγκεῖν, ἐνδοῦναι &c. — Ταυσιον legendum esse apud Plut. pro Γανσιον, Vossius monuit de Hist. Lat. lib. I. c. 12. p. 59. ut *Tanusius Geminus*, Annalium scriptor, & apud illum & apud Appianum h. l. intelligatur.

L. 67 sqq. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἐν ταῖς ἰδίαις ἀναγραφαῖς τῶν ἐφημέρων ἔργων φησὶ, τοὺς Οὐσιπέτας . . . . φάναι· ὑρίσθαις ἐς τοὺς ἐκβαλόντας Σουήβους ἀπεσταλκέναι. „ Locus est in libro IV. de Bello Gallico, quem citat etiam Plutarchus." URSINUS. Quæ apud Plutarchum (p. 718. D. E. cap. 22.) leguntur: περὶ δὲ τῆς πρὸς τούτους γενομένης μάχης ὁ μὲν Καῖσαρ ἐν ταῖς Ἐφημερίσι γέγραφεν, ὡς οἱ βάρβαροι, διαπρασσευόμενοι πρὸς αὐτὸν, ἐν σπονδαῖς ἐπιθοῖντο καθ' ὁδὸν, καὶ διὰ τοῦτο τρέψαιντο τοὺς αὐτοῦ, πεντακισχιλίους ὄντας ἱππεῖς, ὀκτακοσίοις τοῖς ἐκείνων, μὴ προσδοκῶντας· εἶτα πέμψαιεν ἑτέρους πρὸς αὐτὸν, αὖθις ἐξαπατῶντας· οὓς κατασχὼν κ. τ. λ. his quidem bene convenit cum eis quæ apud *Cæsarem* in *Commentariis*, lib. IV. c. 7-13. uberius expositа legimus. Itaque RUALDUS, in *Animadversionibus ad insigniora σφάλματα Plutarchi*, Animadv. XXI. quum, nullum esse dubium, dixisset, quin ex eisdem Cæsaris Commentariis eam narrationem Plutarchus transtulerit, hoc tantum nomine eumdem reprehendit, quod *inscite*, ut ait, *Commentarios* illos Ἐφημερίδας *Græce appellarit*. Nam quum, quos *Commentarios* Latini vocant libellos memoriales, qui summa capita rerum gestarum complectuntur, eos ὑπομνήματα vel ἀπομνήματα proprio vocabulo, usu scriptorum omnium (& in his ipsius Plutarchi atque etiam Appiani) recepto, Græci adpellent; non debuerunt, inquit, Commentarii illi, quibus res annorum plurium a se in Gallia gestas tantum observato cujusque anni ordine Cæsar perscripsit, Ἐφημερὶς vel Ἐφημερίδιος a Plutarcho dici; quoniam in Ephemeridibus non per annos, sed per dies singulos, res gestæ commemorantur, ut docet A. Gellius V. 18. [his verbis: *quum non per annos, sed per dies singulos, res gestæ scribuntur, ea historia Græco vocabulo* Ἐφημερὶς *dicitur.*] & Suidas: Ἐφημερὶς, τῶν ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας συμπιπτόντων

Pag. 90. ſuis Cæſar ſecutus eſt; Appianus tamen, ſi, Commentariorum Cæſaris mentionem faciens, neſcio qua cauſa Ὑπομνημάτων titulo uti nolebat, quo & alii Græci Scriptores utuntur, & ipſe de Auguſti Commentariis loquens uſus eſt, (Civ. IV. p. 674. Illyr. p. 849.) eo difficilius poterit excuſari, quod, quum ſaltem ἀναγραφὰς τῶν ἰδίων ἔργων dicere debuiſſe videatur, diſerte ἀναγραφὰς τῶν ἐφημέρων ἔργων, *actuum diurnorum* (vel *rerum de die in diem a ſe geſtarum*) *conſignationem* maluit dicere. Jam vero quod Appianus ſcriptum a Cæſare ait: „ Uſipetes atque Tenchtheros Cæſari dixiſſe, *ſe ad Suevos, a quibus domo pulſi fuiſſent, miſiſſe legatos, eorumque reſponſa exſpectare,*" id ſane in Cæſaris Commentariis, quamquam ibi multus eſt Auctor in exponendis Uſipetum & Tenchtherorum ad ſe legationibus eorumdemque vel poſtulatis vel reſponſis, (cap. 7-13.) fruſtra quæras. Contra, poſtremum barbarorum poſtulatum, priuſquam Cæſarianos equites de improviſo adorti eſſent, hoc refert Cæſar, IV. 11. *petebant . . . ſibi uti poteſtatem faceret, in Ubios legatos mittendi . . . Ad has res conficiendas ſibi triduí ſpatium daret.* Neque vero multum proficiet, ſi quis pro νήσους, quod erat in mſſtis, non Σουήβους, ut Urſinus fecit, ſed Οὐβίους reponendum dicat: nam ἐκβαλόντας, quod adjicitur, ad Σουήβους refertur, qui Uſipetes Tenchtheroſque *ſedibus ſuis ejecerant*, ad Ubios nil pertinet. Cf. Cæſ. IV. 1 & 3 ſq. Poſſis etiam νήσους ex νήσους fortaſſe corruptum ſuſpicari, præſertim quum etiam τὰς artic. pro τοὺς ex exemplari ſuo adferat Urſinus: ut inſulæ illæ intelligantur, (Cæſ. ib. c. 10.) quæ a Rheno, ubi Oceano adpropinquavit, (Ῥήνου ἐς τὸν Ὠκεανὸν ἐκβάλλοντος) efficiuntur: ſed nec ſic ulla pars difficultatis levata erit, quæ huic loco ineſt, ſi *Commentarios* Cæſaris ibi dicere voluiſſe Appianum ſtatuamus.

Hæc mihi reputanti veriſimile utique videtur, non *Commentarios Cæſaris*, ſed (id quod & verba clare indicant & res ipſa monet) alterum ejuſdem Cæſaris ſcriptum, quod Servius loco a Rualdo citato commemorans *Ephemeridem* diſerte nominavit, apud Appianum h. l. (ac forte etiam apud

Plutarchum) debere intelligi. Nam quamvis ſint viri docti (in his Daviſius, Adnot. ad illud Cæſaris fragmentum, in edit. Oudendorp. p. 998 ſq.) qui præciſe negent, ullam umquam Julii Cæſaris ſcriptionem, diverſam ab ejuſdem *Commentariis*, exſtitiſſe, quæ *Ephemeris* eſſet inſcripta; tamen etiam atque etiam videndum puto, an Suetonii ſilentium opponi poſſit diſertæ aliorum Scriptorum commemorationi. Quod autem inveniuntur codices mſſti, ipſos Commentarios Jul. Cæſaris hoc titulo exhibentes, *C. Cæſaris Pont. Max. Ephemeris rerum geſtarum belli Gallici*; (quod Voſſius monuit de Hiſt. Lat. lib. I. c. 13. cujuſmodi etiam codicum duorum membr. ex Biblioth. Mediceo-Laurentiana meminit Montfaucon in Biblioth. Bibliothecar. T. I. p. 373.) ex eo tantum abeſt ut neceſſaria ratione colligi debeat, numquam exſtitiſſe *Ephemeridem* Cæſaris diverſam ab ejus Commentariis, ut potius, ſi ponas duo olim diverſa Cæſaris opera, ſed ſimilis fere argumenti, in vulgus manaſſe, quorum alterum *Commentarii*, alterum *Ephemeris*, fuerit inſcriptum, facillime intelligatur, unde permutatio illa titulorum in codicibus nonnullis orta ſit. Jam in Ephemeride mirum eſſe non debet ſi in ejuſdem rei narratione adjecta fuerint nonnulla, quæ abſint a Commentariis, aut ſi ibi alia paulo aliter, quam in his, fuerint expoſita; præſertim ſi Aſinii Pollionis de eiſdem Cæſaris Commentariis judicium illud, quod Suetonius c. 56. refert, cogitemus. *Pag.* 90.

Lin. 75. περὶ τοῦ παρασπονδήματος ἀπολογουμένων. „Cæſar, [IV. 13.] *Simul, ut dicebatur, ſui purgandi cauſa.*" URSINUS. Mox „ pro ὑποτοπήσας, corrupte erat in exemplari ὑποτομήσας." IDEM.

XIX. Res *Britannicas* in hoc Libro de Rebus Gallicis adtigiſſe Appianum, ex Epitome hujus Libri, ſupra p. 76 ſq. c. 5. intelligitur. Forſan huc pertinet Cæſ. IV. 30. *Pag.* 91.

L. 78 *ſq.* ἔγκλημα ἔχοντας. Küſterus: „quippe quibus crimini dabatur." Sed quamquam nonnumquam paſſive accipiatur iſta phraſis, velut Annib 298. 71. tamen active h. l. erat ſumenda, ut Pun. 310, 91. Sic Thucyd. lib. I. c. 26. IV. 23.

Pag. 91. XX. De *Q. Ciceronis* periculo, in Nerviis cum una legione hiemantis, vide Cæſ. V. 38 ſqq. De Cæſaris profectione ad eumdem periculo eximendum, ibid. c. 48.

AD EXCERPTA ET FRAGMENTA EX LIBRO V. DE REBUS SICULIS ET RELIQUARUM INSULARUM.

Pag. 92. EXCERPT. I. Apud *Urſinum* p. 354. Bav. n. XI. *Lin.* 1. Ὅτι ἀτυχοῦντες Ρωμαῖοί τε καὶ Καρχ. „ Appianus in Procœmio Hiſtoriæ ſuæ, [c. 14.] meminit τῆς Σικελικῆς Ἱστορίας: ex qua hoc fragmentum deſcriptum eſſe, conſtat ex annotatione ad oram exemplaris. Pertinet autem ad annum Urbis DV, in quo Polybius [lib. I. c. 59.] ſcribit Romanos, prioris anni naufragio afflictos, per quindecim annos ſive (ut magis placet) quinque, mari abſtinuiſſe." URSINUS. — Annus Urbis DV, ad quem fragmentum hoc pertinere ait Urſinus, ille annus eſt ad quem Iſ. Caſaubonus in Synopſi Chronologica hiſtoriæ Polybianæ retulit id quod Polybius lib. I. c. 55. coll. cum cap. 59. ſcripſit, Romanos mari Pœnis (iterum) per quinque annos ceſſiſſe: ſcil. Claudio Pulchro, L. Junio Pullo Coſſ. quem eumdem annum Caſaubonus cum aliis annum Urbis DIV numerat. Ego vero, ſicut in tota ratione Chronologica, quam ad marginem hiſtoriæ Appianeæ adnotavi, ubicumque non ex Polybio, ex Livio aut Dione Caſſio clare patebat ad quoſnam Conſules res quæque eſſet referenda, FREINSHEMII potiſſimum auctoritatem ſecutus ſum, ita quidem ut Conſules, ad quos ille res quaſque refert, retulerim ad eos annos, qui eiſdem Conſulibus in Faſtis Almeloveenianis reſpondent; ſic Fragmentum hoc, in quo verſamur, ad eum annum retuli, quo Freinshemius in Supplem. libri XVIII Liviani c. 47. Pœnorum ad Ptolemæum legationem, de qua hic agitur, poſuit; quo eodem anno, vel

exeunte anno ſuperiore, Romani, calamitatibus maritimis adtriti, primum a paranda claſſe abſtinuerunt, & in terreſtribus copiis ſpes ſuas omnes reponere cœperunt, teſte Polybio I. 39. Conf. Freinsh. l. c. cap. 43. & Caſaub. Synopſ. Chron. Is autem annus eſt, qui C. Aurelium Cottam, P. Servilium Geminum Conſules habuit; Freinshemio quidem, ſicut Caſaubono & Pighio, annus Urbis 501, ſed ſecundum Varronis computum, quem Faſti Almeſov. ſequuntur, A. U. 502. Hanc noſtram rationem in Chronologicis verſandi, in uno quodam exemplo, oblata occaſione, enucleatius exponere libuit; quo & in aliis rebus, præſertim ubi dubii aliquid aut difficultatis ſubeſſe videatur, lector cujus id intereſt, vel me non monente, facilius intelligere poſſit, unde temporum notationes arripuerim. Pag. 92.

L. 7. Τῷ δ' ἦν ἴς τι Ρωμαίους καὶ Καρχηδονίους φιλία. „Ita ſcribendum; cum in exemplari mſpto non ſatis emendate hic locus legatur." URSINUS. Fortaſſe pro ἴς τι fuit ἴσλαι, quod eſt in Bav. De Ptolemæi Philadelphi cum Romanis amicitia conf. Liv. Epit. XIV. Dionem Caſſ. in Excerpt. de Legat. & quos ad Dionem citavit Reimarus T. I. p. 61. Legationis hujus Carthaginienſium ad eumdem Ptolemæum mentio, præter hunc Appiani locum, in ceterorum Scriptorum reliquiis nuſquam, quod ſciam, reperitur.

EXCERPT. II. Apud *Urſinum* p. 354-356. In cod. Bav. n. XII. Pag. 92.

Lin. 11. Ὅτι οἱ Καρχηδόνιοι δὶς ἐν τῇ γῇ. „Hoc quoque fragmentum ἐκ τῆς Σικελικῆς ἱστορίας depromptum eſſe cognovimus ex annotatione ad oram libri mſpti. Pertinet autem ad annum DXII, in quo petentibus Carthaginienſibus pax data eſt." URSINUS. In Excerpto hoc res atque tempora nonnihil turbavit permiſcuitque Compilator. *L. Lutatius Catulus* Conſul, qui haud procul initio hujus fragm. (l. 14.) commemoratur, A. U. 512. bellum Punicum I. confecit, & pacem Carthaginienſibus dedit, confirmatam a pop. Rom. anno ſeq. 513, & fœdere ſancitam; de qua pace agitur cap. 2. hujus Excerpti, p. 94 ſq. Conf. Polyb. I. 62 ſq. Liv. Epit. XIX.

Pag. 93. & lib. XXX. c. 44. Sed multo ante confectam hanc pacem, *M. Regulus* cum Pœnorum legatis Romam erat missus. Captus fuerat Regulus A. 499: &, *non ita multo post* Romam a Pœnis missum fuisse, Appianus scribit Pun. c. 4. Id autem proxime post cladem Pœnorum A. U. 503. a Metello Cos. acceptam factum esse, sive eodem anno, sive anno seq. 504. C. Atilio, L. Manlio Consulibus, discimus ex Liv. Epit. XVIII. coll. cum initio Epit. XIX. tum ex Oroſio IV. 10. Zonara VIII. 15. Eutrop. II. 11. Adde Dion. Cass. T. I. p. 62. Exc. 149. & ibi Reimar. De *Reguli* autem *supplicio* vide quæ monuit Palmerius ad Appiani Pun. c. 4.

L. 14. Λουτατίου dedit Bav. *L.* 16. ἐπὶ βραχυτέροις. Sic ἐπὶ μετρίοις τισὶ in eadem re Dio loc. modo cit. Opponitur ἐπὶ πλέοσι, apud Noſtrum p. ſq. l. 26.

L. 19. ὑπολειφθεὶς δὲ τῶν πρέσβεων. „Videtur deeſſe adverbium ὑπὸ, ut ſit, ὑπολειφθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν πρέσβεων." URSINUS. — Præpoſitione illa ὑπὸ, quæ in contextum quoque Urſinianum fuit recepta, nullo modo opus eſt. ὑπολείπεσθαι notat *ſubſiſtere*, *remanere*, ut apud Xenoph. Cyrop. I. 4. 27. & jungitur genitivo caſui. Sic Demoſth. contr. Midiam, p. 569. edit. Reiskii, ὑπολιφθεὶς τοῦ σίλου, *quum ſubſtitiſſet & remanſiſſet a claſſe*, contra mandatum quod datum erat trierarchis, ne ſe cum navi quiſque ſua a claſſe ſejungerent.

L. 20. τετρῦσθαι. Conf. ad p. 45, l. 16. In τετρύσθαι tamen h. l. cum Urſino convenit Bav. & ſic apud Suidam & apud Herodot. I. 22. editum eſt.

Pag. 94. *L.* 31. „Συρακοσίοις δὲ. Ita emendavimus, cum pro Συρακοσίοις in exemplari Συρακουσῶν male ſcriptum eſſet." URSINUS. Operæ tamen in officina Plantiniana, ut ſæpius alibi, ſic rurſus h. l. non obediverunt Urſino; nam Συρακουσῶν δὲ in contextu expreſſum eſt. Συρακουσίοις autem recte dedit cod. mſpt. Bavar.

L. 34. Εὐβοικὰ. Parum intereſt, hanc formam, an alteram Εὐβοϊκὰ, præferas. Simplici vocali in penult. non ſolum h. l. cum Urſino, ſed & Pun. 370, 20. & 377. 29. conſtanter codex Bav. utitur: & ſic apud plures ſcriptores vulgo ſcri-

ptum nomen illud legitur. Sed quum diphthongum *ει* diſerte requirant Steph. Byz. v. Εὔβοια & Etymol. v. αἰδοῖος, eamdemque Pun. 370, 20. editi cum mſſtis noſtris omnibus, excepto uno Bavarico, & rurſus Syr. 595, 3. Aug. & Ven. dederint; prætuli hanc formam, quam & Syr. l. c. H. Stephanus repoſitam maluerat. Pag. 94.

L. 39. ἐν αὐτῷ. „Ita legendum, cum αὐτῇ corrupte ſit in exemplari." URSINUS. Eadem menda laborat mſ. Bav.

L. 41. ὅσου Καρχηδόνιοι κατεῖχον. Sic dedi ex Bav. De regimine verbi κατέχειν apud Noſtrum, vid. Adnot. ad p. 10, l. 59 ſq. Pag. 95.

L. 43 *ſq.* στρατηγὸν ἐτήσιον ἔπεμπον ἐς Σικελίαν. „Satis patet vel ex hoc Appiani loco, Siciliam hoc bello populi Romani provinciam factam eſſe, regno Hieronis Syracuſani excepto." URSINUS. *L.* 44. τὸν Συρακ. τυρ. Concinniorem prætuli lectionem: eaque ratione conſtanter utitur Appianus in ſubſtantivi cum ſubſtant. conſtructione.

L. 47 *ſqq.* καταλωθέντος δὲ τοῦ πολ. Conf. Hiſp. c. 4. & Pun. c. 5. Ceterum quæ hoc CAP. III. hujus Exc. continentur, rectius fortaſſe ad A. U. 514. retuli in libro de reb. Punicis. Et ad marginem CAP. II. pag. præc. rectius adſcriptus fuiſſet A. U. 513. quo anno confectam illam pacem ex Polybio Livioque conſtat.

L. 49. „ὅσας ὑπέσχη αὐτοῖς. Ita emendavimus, cum in exemplari ὑπέσχη τοῖς mendoſe ſcriptum eſſet." URSINUS. Non melius Bav. Sed ipſum mendoſum ὑπέσχη quo pacto probare potuerit Urſinus, non video. Omnino ὑπέσχητο fuit reponendum, quod in eadem re recte legitur Hiſp. p. 105. l. 64.

L. 51. στρατείας. Cf. ad p. 13, 90.

L. 62. ἐπεκαλοῦντο. „Ita ſcribendum, cum in mſpto corrupte ſit ἐπεκαλούντων." URSINUS. Recte Bav. qui & *L.* 66. verum dedit, ἐς Λιβύην. Pag. 96.

EXCERPT. III. Apud *Valeſium* p. 558. & ap. *Suidam*, v. Επικύδης. De Argumento confer Livium lib. XXIV. paſſim, præcipue c. 29.

Pag. 97. *Lin.* 74 *ſq.* μόνοι Συρακ. σφίσιν αὐτοῖς ἀναχαινίσειαν. Vide Liv. XXIV. 29. μόνοι abeſt a Suidæ edit. mediol. & Porti. Pro ἀναχαινίσειαν, apud Suid. eſt ἀνακοινώσειαν, emendandum ex hoc Exc. Valeſiano; quod ibi adnotare oblitus eſt Küſterus. *L.* 78. αὐτὸν Ἱπποκρ. Suidas, αὐτῶν Ἱπποκρ.

EXCERPT. IV. Apud *Valeſium* pag. ead. 558. Adſcripſi annum, quo per proditionem captæ ſunt Syracuſæ; quo eodem etiam anno Hippocrates, Marcellum Syracuſis oppugnans, peſte abſumtus eſt, ut refert Liv. XXV. 26. Siculorum querelas de crudelitate Marcelli vide apud eumdem Livium XXVI. 30.

Lin. 84. μὴ διαλύσασθαι χωρὶς ἀλλήλων, *numquam alteros abſque altero pacem eſſe compoſituros.* Hanc eſſe vim putavi horum verborum. Non ſolum διαλύειν τὸν πολέμον dicimus, verum etiam abſolute, διαλύσασθαι, *componere bellum, pacem facere.* Conf. Civ. I. p. 95, 92. Sed malim h. l. διαλύσεσθαι in futuro, quod tempus frequentiſſimo librariorum lapſu cum Aoriſto ſolet commutari. VALESIUS: *numquam alterum ab altero diſceſſurum.* Sed id Græce eſſet, μὴ διαλυθήσεσθαι ἀπ' ἀλλήλων.

Pag. 98. EXCERPT. V. Apud *Valeſium*, pag. ead.

EXCERPTUM VI. DE REBUS CRETICIS. Apud *Urſinum* p. 371 *ſq.* In cod. Bavarico eſt n. XIII. nec tamen ibi exſtat integra hæc Ecloge, ſed prætermiſſo initio ab his demum verbis incipit, (pag. 98 extr. ſq.) Ὑφισαμένων δὲ Ῥωμαίων &c.

„ De hoc Fragmento parum conſtat, ex quo libro depromptum ſit. Ad oram exemplaris, περὶ Κρήτης, tantum notatum erat. Opinor autem, bellum hoc Creticum in Macedonicum librum ab Appiano conjectum fuiſſe." URSINUS. — At quum diſerte monuerit Photius (vid. ſupra, hoc vol. p. 5. l. 39 ſq.) *Quintum Appiani Librum* inſcriptum fuiſſe Ῥωμαϊκῶν Σικελικὴν καὶ Νησιωτικὴν, ἐπὶ πρὸς τοὺς Σικελοὺς καὶ Νησιώτας, *Hiſtoriam* SICULAM *&* INSULAREM, *quod res tam in Sicilia, quam in ceteris Inſulis* (illis, puta, quas

ἐξαιρέτως

ἐξωφίτως *Majores insulas* adpellari Appianus dixerat in Præf. c. 5.) *gestas* complecteretur; consentaneum est, in eodem Libro, post Res Siculas, præter aliarum Insularum historiam, peculiari titulo ΠΕΡΙ ΚΡΗΤΗΣ, DE CRETA, res in illa Insula a Romanis gestas exposuisse. Quem Titulum non solum ex Ursini exemplari novimus, ad cujus oram adscriptus ille erat huic fragmento; sed eumdem ipse etiam Appianus citavit, Libro de Rebus Illyricis c. 6. Cui rei accedit, quo minus dubitari debeat ex illo V^to^ Appiani Libro Eclogam hanc *de Rebus Creticis* esse excerptam, quod in codice Bavarico idem hoc Fragmentum locum occupet proximum post Eclogas de Rebus Siculis, præcedatque eas quæ ex Sexto Libro, de Rebus Hispanien sibus, excerptæ sunt. Parique ratione Eclogam nostram VII. p. 100., quæ in Peirescian codice Excerptis de Rebus Siculis, quamquam cum Sicilia argumentum illius nihil commune habet, subjecta adnexaque erat, probabile admodum fecit Valesius, esse ex illa ejusdem *V^ti^ Libri* parte, quæ *de Cypro insula* agebat, depromtam. Quemadmodum vero Appianus, sic jam ante eum Diodorus Siculus, primum Siciliæ tum reliquarum Insularum historiam uno eodemque libro complexus est, quem pariter Νησιωτικὴν (βίβλον) inscripsit: est autem & apud ipsum Liber quintus, ubi vide initium cap. 2. Pag. 98.

Lin. 91. Ὅτι Κρήτη ἐξ ἀρχῆς εὐνοϊκῶς ἔχειν ἐδόκει Μιθριδάτῃ. — „Florus, in hujus belli Historia, [lib. III. c. 7.] hæc de Creta insula ad hunc locum pertinentia scribit: *Favisse* [Creta] *Mithridati videbatur: hoc placuit armis vindicare. Primus invasit insulam M. Antonius, cum ingenti quidem victoriæ spe atque fiducia, adeo ut plures catenas in navibus, quam arma, portaret. Dedit pœnas vecordiæ.* &c." URSINUS. Adde Liv. Epit. XCVII.

L. 92. καὶ αὐτῷ μισθοφορῆται. „In exemplari abundat adverbium ὑπὲρ: nam habet, ὑπὲρ αὐτῷ μισθοφορῆται." URSINUS. — Suspicari quis posset, ὑπ' αὐτῷ μισθ. *sub eo stipendia fecisse*; sed magis placet Ursini emendatio. Sic Hisp. 105, 63. μισθοφορουσίν οἱ: & rursus p. 137, 8 sq. Μάγωνι ἐμισθοφόρουν.

Pag. 92. Similiter Dio p. 82, l. 54: edit. Reim. οἱ τῷ Μιθριδάτῃ μισθοφορήσαντες. &c.

L. 93. τοῖς πλεύσασι. „Pro πλεύσασι, ut nos emendavimus, exemplar habebat πλευσάσασι, ut opinor, corrupte." URSINUS. At hoc quidem loco nulla cauſa fuit, cur corruptam rejiciendamque Urſinus putaret lectionem, quam liber mſptus dabat. Et video, *me auctori reſtituere debuiſſe, in ipſumque contextum recipere, verbum* illud πλευσάσασι; cujus ne mentionem quidem a me in Notis textui ſubjectis factam doleo. Similiter enim de eadem re Noſter, Mithr. 734, 73. λῃστήρια. . . πλευσάσαντα τότε μάλιστα. Civ. II. p. 174, 10. λῃστηρίων τότε μάλιστα πλευσασάντων.

L. 95. ὑπὸ Μάρκου Αντωνίου. „Ita legendum, cum in exemplari ſit Γαΐου Αντωνίου. Mendoſe etiam Diodorus Siculus in fragmentis habet Αυκίου Αντωνίου. [Sic & ibid. codex Bav. ſed in editis correctum eſt ab Urſino p. 332. & T. II. p. 631. edit. Weſſeling.] Nam M. Antonium, Triumviri patrem, primum contra Cretenſes rem geſſiſſe, cum ex aliis, tum ex Appiano ſatis conſtat in hoc ipſo fragm. in quo infra ſcriptum eſt, καὶ ὅδε ὁ πατὴρ Μάρκου Αντωνίου. Livius etiam in epitoma lib. 97. Marci prænomine Antonium afficit, cum de bello Cretico ita ſcribit: *Marcus Antonius prætor bellum adverſus Cretenſes parum proſpere geſtum morte ſua finivit.*" URSINUS.

L. 99. „χρηματίσαι δ' ὅμως διὰ τὴν πρᾶξιν Κρητικός. Plutarchus etiam [in Anton. p. 915. cap. 1.] ſcribit, *M. Antonium* hunc, ob rem cum Cretenſibus geſtam, *Creticum* appellatum fuiſſe. Sed pro χρηματίσαι, libentius κληθῆναι reponerem." URSINUS. Quod repoſitum malle ſe profeſſus erat Urſinus, id ipſum typographus ejus in contextu expreſſit, rejecta lectione quam ſcriptum exemplar dabat. De qua novatione rurſus oblitum me eſſe video in Notis contextui noſtro ſubjectis monere lectorem: quum non monere ſolum de ea re debuerim, ſed & recta revocare lectionem codicis mſpti, temere loco ſuo motam. Nam quamvis nunc nobis non ſuccurrat alius Appiani locus, quo verbum χρηματίζειν

idem valeat quod κληθῆναι, *audire, vocari, adpellari*; tamen a probatis Scriptoribus hac notione uſurpari verbum illud abunde docent loca ea, quæ ex Plutarcho & Polybio H. Stephanus (Theſ. T. IV. col. 607. med.) in eamdem ſententiam protulit; quibus facile alia loca adjici poſſent. Pag. 98.

L. 5. Λασθένη hoc loco, ut deinde, dedit Bav. Pag. 99.

L. 10. καὶ νικᾷ μὲν ὁ Μέτελλος ἐν Κυδωνίᾳ Λασθένη. Florus: [III. 7.] *Metellus deinde totam inſulam igni ferroque populatus* &c. & mox: *victiſque Laſthene & Panare, Cydoneæ ducibus, victor rediit.*

L. 15. καὶ οἱ Κρῆτες εἰς Πομπήϊον &c. „Florus: *alii dedi-tionem ſuam ad Pompejum abſentem mitterent.*" URSINUS.

L. 17. ἐπιτρέψειν dedit Bav.

L. 21. ὁ δὲ οὐ φροντίσας. „Ita legendum, pro οὐδὲ οὐ φρον- Pag. 100.
τίσας, ut eſt in exemplari [& in Bav.]" URSINUS.

L. 23. καὶ Κρητικὸς ἐκλήθη ὅδε. „Ad oram libri, pro οὗτος emendatum eſt ὅδε. [Id ipſum in contextu exhibet Bav. recte, & congruenter uſui Appiani.] Livius in epitoma libri 99. [XCVIII.] *Q. Metellus pro Coſ. bello ſibi adverſus Cretenſes mandato, Sydoniam* [*Cydoniam*] *urbem obſedit.* Ex hoc Livii loco, & ex Appiani ἐν Κυδωνίᾳ, & τὴν Κυδωνίαν, *Cydoniam & Cydoniæ* apud Florum legendum videtur." URSINUS.

EXCERPT. VII. Apud *Valeſium* p. 558.

Lin. 30. Μυσηρίων ἀγομένων. „Sacra bonæ Deæ intelligit, quæ *myſteria* etiam appellat Cicero lib. V. Epiſt. 21. ad Atticum, & lib. VI. Epiſt. 1. *Facieſque me in quem diem Romana incidant myſteria certiorem.* Porro, qua occaſione in hoc libro de hoc Clodii adulterio ſit locutus, obſcurum eſt: niſi forte narrabat hoc loco, *quo modo* CYPRUS *inſula in ditionem populi Romani veniſſet rogatione Clodii.* Hic enim Liber *de Inſulis* agebat, inſcriptuſque erat, Ρωμαϊκῶν Σικελικὴ καὶ Νησιωτικὴ, teſte Photio." VALESIUS. Conf. Adnotata ad initium Excerpti præcedentis. Eadem occaſione etiam de Clodii traductione ad plebem ex ordine patricio

Pag. 100. dixiſſe videtur Appianus; quam rem præteriens epitomator, epitheton ſolum ὁ πατρίκιος, non nimis quidem apte, ex illa narratione huc traxit.

ADNOTATIONES
AD APPIANI LIBRUM VI.
DE REBUS HISPANIENSIBUS.

Pag. 101. CAP. I. *Lin.* 1. Ὄρος ἐστὶ Πυρήνη. „Mirari lector non debet quod quum unus interpres, Franciſcus Beraldus, *Pyrenæus mons* dixerit, ab altero, Cælio Secundo, *Pyrenæi montes* dictum ſit: nec exiſtimare, aliam hunc quam illum ſcripturam ſequutum eſſe, ſed Latinis uſitata & trita etiam appellatione uti voluiſſe. Ac pro hoc interprete & iſtud facere dici poteſt, quod illud quoque plurale nomen Πυρηναῖα ὄρη ipſemet Appianus agnoſcit, pag. 263. [nobis p. 120, l. 18.] ~~& 315.~~ [232, 63.] Atque adeo alter quoque interpres p. 270. [135, 75.] ubi Πυρήνην legimus, Pyrenæos montes dicit. Vocavit autem Pyrenen cum Græcis & Silius, & alibi montem Pyrenæum." H. STEPHANUS.

Lin. ead. διῆκον. „Etiamſi verbo παρήκειν eum det uſum alibi (ſicut & in Præfatione [p. 4, 58.] videre eſt) quem hic verbum διήκειν habet, minime tamen de hac ſcriptura dubitandum eſt. Nec vero male illa Appiani verba a Secundo redduntur, *Pyrenæi montes a mari Tyrrheno ad borealem Oceanum procurrunt:* etiamſi alter *extendi* dicere maluerit: qui & *protendi* & *pertinere*, vel *porrigi*, dicere poterat." H. STEPHANUS.

L. 3. Κελτοὶ, ὅσοι Γαλάται τε καὶ Γάλλοι νῦν προσαγορεύονται. — „Cælius Secundus, *Celtæ qui nunc Galli appellantur*, omittens Γαλάται: quod Beraldus non omiſit, quippe qui vertit, *qui Galatæ & Galli cognominantur*, prætermittens tantum interpretationem adverbii νῦν; quæ addi debet,

quum ab Appiano fruſtra non adjiciatur, ſicut nec in aliis plurimis hujuſmodi locis: quorum unus eſt in fine hujus paginæ, [nobis p. 102. l. 16 ſq.] τῆς Ἱσπανίας νῦν ἀντὶ Ἰβηρίας ὑπὸ τινῶν λεγομένης. Eſtque obſervandum, Appianum, præ quovis alio hiſtorico diligenter de aliqua regionis aut urbis aut alius loci appellatione, quæ ſuo tempore introducta fuerit, aut alioqui nova ſit, admonere: ut videre eſt pag. etiam ſequente, [nobis 103, 32 ſq.] de Carpeſſo, quæ antea Tarteſſus dicta fuit. Pag. 101.

„ Verum quadam de re lectorem commonefaciam, de qua ab utroque interprete diſſentio. Quod enim ab Appiano ſcribitur, Κελτοὶ ὅσοι Γαλάται τε καὶ Γάλλοι νῦν προσαγορεύονται, ambo non aliter accipiunt quam ſi Appianus quoſvis *Celtas* aliis nominibus *& Galatas & Gallos* dici intelligeret. At ego eum, ſi hæc mens ejus fuiſſet, dicturum fuiſſe οἵ, non ὅσοι, arbitror; ideo autem voce ὅσοι uſum eſſe, quod perinde ſit acſi dixiſſet, Κελτῶν ὅσοι Γαλ. τε καὶ Γάλλοι νῦν προσαγ. Sic autem in ea quam præfixit toti ſuo operi Præfatione [p. 4, 58 ſqq.] dicit, καὶ ἀπὸ τοῦ Ἰονίου (ita enim ſcribendum hoc nomen litera ο, non ω, quamvis hæc, non illa, ſcriptura & in aliis ſit hujus præfationis locis) παρήκουσα ἐπὶ πλεῖστον τῆς Τυρρηνικῆς θαλάσσης, μέχρι Κελτῶν οὓς αὐτοὶ Γαλάτας προσαγορεύουσι: quum alioqui Γαλατῶν, ſed aliorum, paulo ante meminiſſet, ſcribens, Γαλάται τε καὶ Βιθυνοὶ, καὶ Μυσοὶ, καὶ Φρύγες. At Gelenius illud Γαλάτας in ſua interpretatione prætermiſit, & pro illis omnibus, μέχρι Κελτῶν οὓς αὐτοὶ Γαλάτας προσαγορεύουσι, tantum dicit *uſque Galliam.* Atque ita contrarium ab eo fieri videmus ei quod fit a Cælio Secundo in illo hiſtoriæ Hiſpanicæ loco: nam hic ex duobus nominibus *Galatæ & Galli* poſterius hoc *Galli* omittit: at ille Galliam dicit, quum Galatarum appellationem habeat Græcum exemplar. Alioqui certe & Suidam, in nomine *Appianus*, dicentem audimus, Galatas eſſe Gallos: ſicut & Celtos eſſe Germanos, ſed Germanos qui Rhenum accolunt. Denique Appianum (ut ad illum Hiſpanicæ hiſtoriæ locum revertar) de univerſis Celtis illa non dicere, oſtendunt aperte quæ proxime ſequun-

Pag. 101. tur. Vide & annotationem quandam in locum hiſtoriæ A balicæ, qui legitur pag. 315. [nobis 232, 63.] nec no locum hujus hiſtoriæ qui exſtat p. 279. [153, 91.] de C beris qui Belli cognominantur. Sunt alioqui & Galatæ ii qui & Gallograeci, teſte Appiano, [Mithr. 817, 69.] ſcribe Γαλλογραικῶν μὲν, οἳ νῦν εἰσὶ Γαλάται Καππαδόκαις ὅμοροι. A ut hic dicit Galatas Cappadocibus eſſe conterminos, ſi alio ejus loco [Mithr. 742, 4 ſq.] Galatas & Cappadoca pulari videmus." H. STEPHANUS.

Si urgenda omnino eſſet vis illa reſtringendi, quam nomini ὅσοι ineſſe monuit H. Stephanus; equidem cum T rhenanos illos Celtas, quos in Præf. p. 6, 80. dixit, (Adnot. ad p. 73, 26.) tum eos, quos Pyrenæum tranſgr ſcribit caſ. ſeq. denique Ciſalpinos Gallos, reſpexiſſe A num putem; a quibus nimirum diſtinguendos hos C ſignificet, quos ab oriente Pyrenæi montis dicit hab Sed, non magnopere premendam iſtam emphaſin eſſe, d poterat alter locus, huic geminus, quem ex Præf. Ap p. 4, 59 ſq. ipſe H. Stephanus adtulit, μέχρι Κελτῶν, οὓς Γαλάτας προσαγορεύουσι: nam & aliàs ſæpe numero pron ὅσοι nil aliud fere valere quam ſimplex relativum οἵ, notum eſt, & ab eodem quoque H. Stephano in Theſ. T 496. C. adnotatum. Ceterum verba illa Γαλάται Γάλλοι προσαγορ. ita intelligenda puto, ut in lat. verſ. ex Quos Romani *Gallos*, eoſdem Græci (poſtquam nomen quo antiquiores Græci conſtanter uſi erant, paulatim quari cœpit) Γαλάτας vulgo vocabant; ad imitationem Romanorum, ſed producentes pauliſper nomen, & al literam λ ejicientes. Conf. Steph. Byzant. in Γαλάται. quam vero Gallos illos, quos h. l. Appianus ſignificat (næo, Alpibus, Rheno fluvio, mari mediterraneo ocean circumſcriptos) *Galatas* vocarunt Romani; nec eoſdem ci, Appiani quidem ætate aut omnino ante quartum a C nato ſeculum, Γάλλους adpellarunt: vid. Cellar. Orb. lib. II. c. 2. p. 163. Adeoque, ſi Γαλάται h. l. ſimplicit in Præf. 4, 60. dixiſſet Appianus, id latine non *Galat*

Galli, fuerat reddendum. Sed quoniam nomen Γαλάται patebat latius, & ad Gallogræcos etiam pertinebat Aſiam incolentes; Appianus nunc, ambiguitatem omnem ſublaturus, nomini Γαλάται adjecit eam formam, qua Romani utebantur, & qua ipſius Appiani ætate (ex quo Galliæ Ciſalpinæ nomen Auguſtus ſuſtulerat) nullus alius populus deſignabatur præter illum ipſum quem hic intellectum Appianus voluit. — Neque vero vitio magnopere equidem vertam latinis interpretibus Sigiſm. Gelenio & Cælio Secundo Curioni, quod Gelenius in verſione Præf. 4, 59 ſq. verba illa μέχρι Κελτῶν οὓς αὐτοὶ Γαλάτας προσαγορ. ſimpliciter reddiderit, *uſque Galliam*; aut quod Curio (in Verſione Latina libri hujus de Rebus Hiſpanienſibus, quam Gelenianæ verſioni reliquorum Appiani librorum a ſe primum editæ ſubjecit) verba iſta de quibus quærimus, ὅσοι Γαλάται τε καὶ Γάλλοι νῦν προσαγορεύονται, omiſſo nomine *Galatæ*, per hæc ſola expreſſit, *qui nunc Galli appellantur*: (nam aliud pro alio poſuit H. Stephanus, quum nomen *Galli* a Cælio Secundo omiſſum ait.) Scilicet quoniam latine hi ſcripſerunt, in gratiam eorum qui Græca legere non poſſent, in hiſtoria Romana uſum potiſſimum ſermonis Romanorum ſpectarunt, & officio interpretis ſatis feciſſe ſibi viſi ſunt ſi ſententiam omnino auctoris latine expreſſiſſent. Pag. 101.

L. 5. ἀρχόμενοι μὲν ἀπὸ τοῦ Τυῤῥ. „ Cælius Secundus: *a Tyrrheno ſimiliter mari per Herculeas columnas circumducti, aduſque ſeptentrionalem Oceanum.* Durum hoc *circumducti*, nec fortaſſe ſatis Latinum in hoc aliove hujuſmodi loco: ideoque magis placet Beraldica interpretatio." H. STEPHANUS. Scilicet ſic Beraldus: *quantum ſpatii eſt a Tyrrheno mari, ductо per Herculeas columnas in orbem ad ſeptentrionalem oceanum ambitu.*

L. 8. καὶ ἰθυτάτῳ σχεδὸν ἁπάντων. „ Non debuit a Secundo prætermitti particula σχεδὸν, id eſt *prope*, ſive *propemodum*: ſicut a Beraldo prætermiſſa non eſt. Dicimus autem proverbio Gallico, adjectionem hujus aut ſimilis particulæ ſæpe obſtare quominus quis mentiatur. Cæterum ἰθυτάτῳ non minus libenter vertiſſem *maxime arduo*. [Et id ipſum

fortaſſe ponere in lat. verſ. debueram. *Rectiſſimo* dederat
Pag. 101. Beraldus.] At vero *altiſſimum* cum Secundo male quis reddiderit; (qui tamen non ſingulari ſed plurali utitur, montes hic quoque pro monte dicens;) quum poſſit altiſſimus eſſe mons aliquis, id eſt ὑψηλότατος, non tamen maxime arduus, id eſt ἰθύτατος, ſive ὀρθιώτατος, aut μάλιστα ὄρθιος, & talis plane qualis eſt petra quam Homerus αἰγίλιπα vocare ſolet." H. STEPHANUS. At ſicut ὄρθιος idem etiam interdum valet quod ὑψηλὸς, (conf. Heſych. in ὄρθιον) ſic ἰθὺς eadem notione accipi poſſe viſum erat. Quod autem σχιδὸν addit, Alpes fortaſſe exceptas voluit.

L. 9. „ Hæc verba, τοῦ δὲ περίπλου τοῦδε τὸ μὲν Τυρ. &c. Cælius Secundus ita vertit, *Hac igitur in orbem facta navigatione, uſque ad Herculis columnas perveniunt gentes.* Longe aliter Beraldus, *Sed quum navibus circumiri poſſit, ſolum tamen Tyrrhenum pelagus incolæ navigant, ad col. Herculis.* Cui interpretationi potius ſubſcribo: ſuſpectum interim locum illum habens, & ſuſpicans ita ſcriptum ab Appiano fuiſſe, τοῦ δὲ περίπλου τοιοῦδε ὄντος. Quam ſcripturam ſequendo, ita verteretur, *Sed quum navibus ita circumiri poſſit;* vel, brevius, *Sed quum ita circumnavigari poſſit.* At vero illa Cæliana interpretatio neutri lectioni reſpondet." H. STEPHANUS.

Pag. 102. *L.* 13. „ Pro his, ταῖς ἀμπώτεσι τοῦ πελάγους συμφερόμενοι, habes apud Cælium, *quod quidem* (videlicet in Britanniam trajicere) *acceſſus & receſſus maris commoditate uſi facilitare ſolent.*" H. STEPH. Beraldus: *niſi quando in Britanniam una cum æſtu maris tranſvehuntur.* Cf. p. 76 extr. & ſq.

L. 15. πειρῶνται. „ πειρῶνται." REISKIUS. Perſpecte ſane ac vere, ſi quid video: idque in contextu velim repoſitum. Nuſquam, quod ſciam, πειράω in paſſ. vel medio genere ita ponitur; at frequenter πειρῶμαι, *tento, periculum facio*; quod & ſenſum fundit commodiorem: *cæterum*, vel, *de reliquo* (ſic enim adverbialiter accipiendum τἀ λοιπὰ, fere ut Præf. p. 18, 77.) *neque Romani, neque gentes Romanis ſubditæ, oceani illius periculum faciunt.*

L. 18. „Hæc verba, ὡς ἐν χώρᾳ μιᾷ, Beraldus videtur male interpretatus esse, quum totum hunc locum, μέγεθος δὲ τῆς Ἰβηρίας ἐστὶ πολὺ καὶ ἄπιστον, ὡς ἐν χώρᾳ μιᾷ, ita reddat, *Iberiæ vero magnitudo vastior est quam ut unius solum regionis esse credi possit.* Sed ita vertit, non distinguens (ut nec puto distinguendum) post ἄπιστον, & fortasse scribendum censens, ὥς γε χώρας μιᾶς. Cælius vertit, *Iberiæ igitur magnitudo, quod ad unam provinciam attinet, incredibilis propemodum est.* Mirum est autem eum hic de suo addere *propemodum*, quod respondet Græco σχιδόν: at paulo ante, ubi ab Appiano adjicitur, ejus interpretationem neglexisse." H. STEPHANUS. *Pag.* 102.

L. 19. μυρίους σταδίους. Haud paulo minorem mensuram tradit Strabo lib. III. p. 137. B. & II. p. 106. D.

CAP. II. Lin. 23. ταῦτα φροντίζειν. „Cælius, pro ταῦτα, quod ad illa duo præcedentia refertur, dicit, *atque id genus alia.* Idem male hæc reddit, μόνα τὰ Ρωμαίων συγγράφοντι, perinde videlicet acsi scriptum esset, ἀλλὰ μόνα τὰ Ρωμαίων συγγράψω. Vertit enim, *Sed ea tantum quæ ad Romanos pertinent, commemorabo.*" H. STEPHANUS.

L. 29. Ἀργανθώνιον. Vide Herodotum I. 163. & Strabonem lib. III. p. 151. ibique Wesseling. & Casaubonum. *Pag.* 103.

L. 31 *sq.* ἡ γὰρ Ἀργανθωνίου βασ. „Fœdissime in hujus loci interpretatione impegit Cælius Secundus, e nomine urbis faciens nomen regis; (quum alioqui ambo hæc nomina ex aliis etiam scriptoribus esse nota possint:) hæc enim sunt ejus verba, *Nam in Iberia tum, ut ego existimo, Argantonius ac Tarteſſus regnabant. Ea tempestate urbs erat maritima, quæ nunc Carpessius appellatur.* [*Carpteſſus* h. l. est in Cælii editione: sed altero loco, quem infra citavit Stephanus, *Carpeſſus* est, ut apud nos.] Atqui, quum ita scriptum sit, ἡ γὰρ Ἀργανθωνίου βασιλεία ἐν Ἰβήρσιν ἦν. καὶ Ταρτησσὸς μοὶ δοκεῖ τότε εἶναι πόλις ἐπὶ θαλάσσης, ἡ νῦν Καρχησσὸς ὀνομάζεται: quum, inquam, ita scriptum sit, oportuisset ita scriptum esse, (ut scripturæ interpretatio illa responderet)

Pag. 103. quos excitavit Bochart. in Chan. lib. I. c. 34. p. 675 ſq. Et id ipſum Appianus quoque agnoſcit c. 65. p. 179. At, quum h. l. ἐν σήλαις fuiſſe ait, ad *fretum Herculeum* illud ponit, ad quod ſita Carteja erat, quam cum Gadibus & Tarteſſo eamdem putat: nam Ἡρακλείους σήλας manifeſte aliâs (ut ſolent fere Græci ſcriptores) magnum illud Fretum intelligit, per quod ex Oceano in Mediterraneum mare introitus patet; vid. Præf. p. 1, 5. & 4, 52. Nimirum ambiguitate illa deceptus eſt nominis Ἡρακλείων σηλῶν, de qua ambiguitate ex profeſſo commentatus eſt Strabo lib. III. p. 169 extr. & ſeq.

L. 35. „Φοινικῶς. Malim Φοινικικῶς." H. STEPHANUS. — Recte: & ſic dedit cod. Med. idque reponere etiam juſſerat MUSGRAVIUS, & ante eum Bochartus l. c. p. 675. Sic & Noſter ſupra, p. 93, 19.

L. 36 *ſq.* „Hic παλαιολογοῦσι idem eſt quod ab aliis potius dicitur ἀρχαιολογοῦσι." H. STEPH.

CAP. III. Lin. 41. τὸ δ' ἐπέρρουν. „Cælius Sec. paulo aliter, & non male tamen, vertit, *quotidianis incurſionibus vaſtabant.*" H. STEPH. Beraldus, *diripiebant*, dederat.

Pag. 104. *L.* 47 *ſqq.* μοῖραν μὲν &c. „Hæc etiam verba, μοῖραν μὲν ἐς Καρχηδονίους τὴν πρώτην ἔχον, Beraldus quidem recte, at Secundus perperam vertit. Quum enim liber hic (nam cum ἔχον ſubaudiri debet βιβλίον) dicatur habere τὴν πρώτην μοῖραν ἐς Καρχηδονίους, id eſt, primam partem ad Carthaginienſes pertinentem; Secundus ita eſt interpretatus, *Primum igitur cum populo Carthaginienſi Romani bellum geſſerunt.* Hæc autem proxime ſequentia verba, ὅτι δὲ καὶ τοῦτο περὶ Ἰβηρίας ἦν, ita vertit ut præcedentibus reſpondeant; hoc videlicet modo: *Sed quoniam illud propter Iberiam ſuſceptum eſt.* Ac fateor, τοῦτο hic ad βιβλίον referri non videri, ſed intelligendum eſſe, τοῦτο τὸ πολεμεῖν Καρχηδονίοις." H. STEPHAN.

L. 50. περὶ Σικελίας. Sic edidi ex cod. Med. & Vat. B. quemadmodum & paulo poſt (lin. 55.) conſentientibus libris editum erat. Et ſic h. l. Cæl. Secundus quoque in ſuo exempl. inveniſſe videtur, quum in verſ. lat. poſuerit *pro ejus inſulæ poſſeſſione*; quamquam Beraldus etiam, qui tamen

non nisi Stephani exemplar præ oculis habuit, similiter *pro Sicilia* dedit. Nolim tamen hic sperni περὶ Σικελίαν, *circa Siciliam*, *in Sicilia*: ac notum ceteroquin est, quam sæpenumero in terminationibus αν & ας, ob scripturæ compendium in diversam partem acceptum, hallucinati sint librarii. *Pag.* 104.

CAP. IV. Lin. 63. Κελτοῖς τότε μισθοφορεῦσίν οἱ. „ In Punica historia horum donorum seu præmiorum, quæ Aphris & Celtis militibus promissa fuerant, fit mentio: sed ita, ut illa non privatim ab Amilchare, sed a Carthaginiensibus, reposci dicantur. Vide p. 3. [nobis, c. 5. p. 309 sq.] Λίβυες δ' ὅσοι Καρχηδονίων ὄντες ὑπήκοοι συμμεμαχήκεσαν αὐτοῖς περὶ Σικελίαν, καὶ Κελτῶν ὅσοι μεμισθοφορήκεσαν, ἐγκλήματα τινὰ μισθῶν καὶ ὑποσχ. &c. Dicitur autem de hoc ipso Amilchare, initio hist. Annibalicæ, [c. 2. p. 229.] eum rapinis ac donis suum exercitum deliniisse." H. STEPHANUS. Conf. Exc. ex Hist. Sicula, p. 95, c. 3. *Pag.* 105.

L. 68. Σαρδόνα δὲ &c. „ Sic hist. Pun. p. 4. [nobis 311, 8.] Σαρδὼ ποινὴν ἔδωκαν. Sic vero & in Censorini oratione, quam habet eadem historia, [p. 422, 59.] ἕως ἀλόντες ποινὴν ἡμῖν ἔδοτε Σαρδώ." H. STEPH.

L. 73. Ασδρούβας. Sic in hoc quidem libro & in hist. Annibalica editiones omnes constanter nomen illud efferunt, cum quibus, ni fallor, MS. Vat. B. consentit. Sed Med. & Vat. A. non minus constanter Ασρούβας; eodemque modo in hist. Punica, quoties id nomen occurrit, dat edit. 1. (Car. Stephani) cum omnibus mssis libris, excepto Bavarico. In Punica lingua est litera ea, quæ Hebræorum ז (*Sain*, vel *Zain*) respondet, quæ æque per σ, ac per ζ, exprimi potest: ex ζ autem Dorico more a Siculis in σδ resoluto ortam illam formam Ασδρούβας, recte observavit Bochart. in Chan. lib. II. c. 12. p. 825.

Ibid. „ ὁ τὴν αὖ τοῦ Βάρκα. Scribendum puto, ὁ τὴν αὐτοῦ τοῦ Βάρκα." H. STEPH. αὐτοῦ dedit Med. Nec opus est, ut repetatur articulus: vide p. 2, 25. 97, 78.

L. 74. „ Melius Beraldus, τάς τε δίκας διεκρούετο vertit, *judicium evasit*: quam Secundus *pœnam evasit*: tantum

enim erat ὑπαχθὶς ἐς κρίσιν, nondum κατακριθὶς." H. STEPHANUS.

Pag. 106. *CAP. V. Lin.* 83. καὶ δημοκοπίας. „ Beraldus pro his, καὶ δημοκοπίας, dicit, *& populares largitiones exercere poſſet:* at Secundus, *ac ſic populi favorem ſibi conciliaret.* Sed tamen in interpretatione loci qui non longo intervallo præcedit, ubi ſcriptum eſt, ὧν ἦν δημοκοπωτάτους, ſatis inter eos convenit: quum Beraldus quidem vertat, *maxime popularis*: at Secundus, *maxime plebi acceptus.* Malim tamen interpretari, *ad populi favorem emerendum aptiſſimus*: aut etiam, *ad populum in partes ſuas pertrahendum maxime idoneus.*" H. STEPHANUS. De αὐτῷ, quod *ead. lin.* bene edit. 1. (cum mſſtis, ut puto) dat pro αὐτῷ, conf. Adnot. ad p. 47, 36.

L. 85. συναδικοῦν. Vat. A. Med. Sic plerumque cum nóminibus collectivis, ac præſertim cum nomine ὄχλος, verbum in plur. numero poſitum reperimus. Conf. Adnot. ad 109, 34.

L. 89. „ ἐς βοῦς ὑπίζευξαν. Videtur propoſitio ἐς redundare ante nomen βοῦς: ac fortaſſe eſt ultimæ ſyllabæ participii ἄγοντες repetitio, cujuſmodi error frequenter occurrit. Mirum eſt autem, nullam a Cælio Secundo mentionem illorum boum fieri in hujus loci interpretatione. Ita enim ille; *Currus aliquos lignis onuſtos præmiſerunt, quos ipſi deinde inſtructa acie ſequebantur.*" H. STEPHANUS. αἷς, pro ἐς, dederunt Vat. A. & Med. Et ſic corrigendum perſpecte MUSGRAVIUS & REISKIUS viderunt. Strategema iſtud Amilcaris prætereunt Polybius II. 1. & Nepos XXII. 4. ſed commemorat Frontinus Strateg. II. 4. 17. & Zonaras Annal. VIII. 19.

L. 90. „ εἵποντο ταῖς ἁμάξ. Scribendum videtur, εἵποντο δὲ ταῖς ἁμαξ." H. STEPH. Et *Lin.* 91. „ Scribo, οὐ συνιᾶσαν γὰρ τοῦ ὄχλ." IDEM. Quid ſit συνιᾶσαν, quod maluit Stephanus, fateor me neſcire. Delevi γὰρ, cum libro Med. & ſic rite procedit oratio.

Pag. 107. *L.* 92 *ſq.* αὐταῖς βουσὶν. „ Videtur αὐταῖς βουσὶν accipiendum eſſe pro σὺν αὐταῖς βουσίν: ut hanc particulam ſæpe

ſubaudiendam relinqui ſcimus. Quod tamen neutri interpreti veniſſe in mentem videtur: quum & Secundus ita locum hunc verterit, *Iberi currus accenderunt: quo incendio boves in Numidas incitabantur.*" H. STEPHANUS. Utique intelligenda præpoſ. ἐν: ſcil. hoc ſenſu, *incenſos eſſe carros, quum etiamnum juncti eis boves eſſent.* Pag. 107.

CAP. VI. Lin. 3. κηδειστὴν. Sic pro mendoſo κηδευτὴν, quod erat editum, recte dedit Med. puto & Vat. A. e quo alibi certe, ubi eadem vitioſa lectio in hoc libro & in Annib. occurrebat, verum enotatum eſt in ſchedis noſtris. Κηδειστὴν eſt etiam in Excerptis Valeſianis, p. 561. & apud Suidam in Ἀνίβας, ubi locus hic repetitur uſque lin. 9. ad verba τῷ μειρακίῳ χρώμενος: ſed Valeſius initium tantum hujus fragmenti exhibuit, & reliqua, cum aliis bene multis Fragmentis, quæ Peireſcianus codex continebat, conſulto (ut ait l. c.) prætermiſit, quoniam partim in Hiſpanienſi libro, partim in Annibalicø, partim in Libyco, jam edita exſtarent.

L. 4. „ Poſt στρατηγίαις deeſt γενόμενον." REISKIUS. Sed illud nec libri noſtri, nec Suidas, nec Valeſianus liber agnoſcit: nec admodum deſiderari videtur.

L. 6. νέον ὄντα καὶ φιλοπ. Vat. A. Med. & Suidas. Id in Vat. B. mendoſe in νεόντα contractum eſt: & ſic forte in Stephani etiam exempl. fuit, unde is tacite νέον τι fecit. — Paulo ante, pro γεγυμένον, Suidas dat γενόμενον.

Ibid. φιλοπόλεμον. „ Hic φιλοπόλεμον tantum dicit; at vero in Annibal. hiſt. p. 1. [nobis c. 3. p. 230.] ubi eum ab exercitu electum imperatorem ſcribit, addit etiam συνετόν. Ac quod hic legimus de eodem, καὶ ἀρίσκοντα τῷ στρατῷ, convenit cum eo quod ibi ab eo electus traditur." H. STEPH.

L. 7. καὶ τῆς τε Ἰβηρίας. Sic ex Suida dedi. καὶ τῆς Ἰβηρίας Edd. τῆς τ' Ἰβηρίας Med. & caret καὶ. Mox πειθοῖ caret Suidas; pro προσήγετο autem, dat προσηγάγετο.

L. 10. μισόγαιον. Forma μισόγεως, quam ne in Theſ. quidem ſuo adnotavit H. Stephanus, nuſquam alibi apud App. reperitur: ſed, quum apud eumdem ſatis frequenter nomen illud occurrat, ſemper vel μισόγαιος vel μισόγειος legitur.

Pag. 107. Itaque μεσόγαιον ex Bav. h. l. recepi. Nam in *codice* BAVARICO, inter Eclogas vel Excerpta *de Legationibus*, cum alia multa Fragmenta ex hoc Libro de Reb. Hiſp. & ex Lib. de Reb. Punicis exhibentur, tum ex hoc ipſo, in quo verſamur, loco excerpta ſunt ea quæ ad *Fœdus cum Aſdrubale a Romanis initum* pertinent, a cap. 6. hujus libri uſque ad finem cap. 7. & ad oram exemplaris adſcriptum eſt, Λόγος ς'. i. e. (*Appiani*) *Liber Sextus*. Sed, quod jam alibi monui, exordia iſtarum Eclogarum plerumque non verbum de verbo eſſe ex Auctore deſcripta, verum in brevius contracta, idem in hoc quoque Excerpto factum a compilatore intellexi. Ut autem Lectores quoque noſtri intelligant, qua fere ratione in ea re verſari homo noſter conſueverit, id in uno ſaltem exemplo, ex quo de reliquis poſſit conjectura capi, oſtenſurus, exordium hujus, quod dico, *Excerpti* ad verbum *ex cod. Bavarico* huc transſcribam. Eſt autem hujuſmodi: Ὅτι Ασδρούβ ἐκ τοῦ στρατηγοῦ Καρχηδονίων, σὺν Αννίβᾳ, τῷ ὕστερον ἀοιδίμῳ ἐπὶ στρατηγίαις, γυναικός οἱ γεγαμένῳ ἀδελφῷ, προελθόντος ἀπὸ τῆς Ἑσπερίου θαλάσσης εἰς τὸ μεσόγαιον ἐπὶ Ἴβηρα ποταμὸν, ὃς μάλιστα τίμων τὴν Ἰβηρίαν, καὶ τῆς Πυρήνης ἀφεστὼς ὁδὸν ἡμερῶν πέντε, ἐξίησιν εἰς τὸν Ἑσπέριον ὠκεανόν· Ζακανθαῖοι, ἄποικοι Ζακυνθίων, ἐν μέσῳ τῆς τε Πυρήνης καὶ τοῦ Ἴβηρος ποταμοῦ ὄντες, καὶ ὅσοι ἄλλοι Ἕλληνες ἐκεῖσε ᾤκουν, ὀείσαντες ὑπὲρ σφῶν, ἐπρέσβευον εἰς Ρώμην. Καὶ ἡ σύγκλητος ἔφ᾽ς. Abhinc ad verbum reliqua transſcripſit, uſque ad προστεγράφη cap. 7. extremo; exceptis levibus nonnullis varietatibus, de quibus deinceps monebo.

Pag. 108. *L.* 11. ἐπὶ Ἴβηρα dedi ex Med. & Bav. quum ἐπ᾽ Ἴβηρα editum fuiſſet. Raræ admodum eliſiones hujuſmodi apud Appianum occurrunt: & videtur, ut Thucydides, concurſu vocalium delectatus.

L. 13 *ſqq.* ἐξίησιν. i. q. ἐκβάλλει, ἐκδιδεῖ, ſcil. τὰ ῥεύματα. Quod autem in *Oceanum borealem* aquas ſuas evolvere *Ibetum* fluv. ait Appianus, id eodem utique erit referendum, quo quæ mox, CAP. VII. *Lin.* 14 *ſq.* de *Sagunto* urbe perhibet: Ζακανθαῖοι . . ἐν μέσῳ τῆς τε Πυρήνης καὶ τοῦ ποταμοῦ Ἴβηρος ὄντες. Ad quæ verba JAC. PALMERIUS in Exercitat. in Auctores

Auctores Græcos, p. 165. „ *Peſſimus Geographus*, inquit, *in rebus Hiſpaniæ Appianus*; qui Saguntum inter Pyrenæos & Iberum fluvium locat, quæ omnium Geographorum conſenſu fuit inter Iberum & Sucronem, non longe a loco, ubi nunc Valentia." Conf. Bochart. Chan. I. 35. p. 689. Idem de Sagunti ſitu error recurrit infra, cap. 10. & Annib. c. 3. Denique, cumulato errore, rurſus cum Nova Carthagine Saguntum confunditur cap. 11 extr. & alibi. *Pag.* 108.

L. 18. ἐπρέσβευον ἐς Ρώμην. Neſcio, unde Cælius Sec. Curio hauſerit, *quatuor Romam legatos miſerunt*. Cf. ad p. 112, 79.

L. 22. τοῖς πέραν. τοὺς πέραν Bav. perperam, niſi præmittas εἰς vel πρὸς, ut apud Polyb. II. 13. extr. & alibi. Mox pro ὑπηκόοις *L.* 23. idem Bav. mendoſe dat ἐπηκόους: & *L.* 24. Καὶ Ζακανθίους δὲ καὶ, idem. *Ead. lin.* 24. pro διαβαίνειν, in libro ſcripto H. Stephani, ut in Vat. B. a pr. manu, erat διαμένειν, correctum ab ipſo STEPHANO, ut monuit in Notis ad edit. 1. ubi etiam „ rectius, inquit, legeretur (*lin. ſq*) τοὺς ἄλλους τοὺς ἐν Ἰβ." Sed repetitum illum articulum ſæpius ab Appiano negligi ſolere, ſupra jam docui.

L. 24 *ſq.* Ζακανθαίους δὲ &c. Sic & Livius XXI. 2. Saguntinos fœdere hoc Romanorum cum Aſdrubale comprehenſos fuiſſe tradit: atque ſic apud alios etiam auctores reperiſſe Appianus videtur. Sed Polybius lib. II. c. 13. *in eodem fœdere nullam mentionem*, ait, *reliquæ Hiſpaniæ factam fuiſſe, præter eam quæ cis Iberum eſt*: qui, quum tamen rurſus lib. III. c. 14 extr. & c. 30. ſatis indicare videatur, Saguntinorum mentionem factam eo in fœdere fuiſſe, neſcio an ipſe in errorem induxerit Appianum noſtrum, ut Saguntum cis Iberum ſitam fuiſſe inde colligeret. *L.* 27. Loco προστεγράφη, in Annib. p. 230, 27. ubi de eadem re agitur, eſt ἐνεγράφη, eadem ſententia.

CAP. VIII. Lin. 34. στρατηγὸν ἀπέδειξαν αὐτῶν. Sic abſque hæſitatione fuit reponendum. Refertur ad ἡ στρατιά: quod non magis intellexerunt imperiti librarii, quam paulo ſuperius (p. 106, 85.) συναδικοῦν ad ὁ στρατὸς relatum. Non præteriit hæc menda REISKIUM, qui αὐτῶν ſcribendum monuit. *Pag.* 109.

Pag. 109. *l.* 35. τοῦ Βάρκα διαπολῖται. „ Quamvis verbi διαπολιτεύομαι & nominis ex eo facti διαπολιτεία exempla inveniantur, nihilominus hoc quoque διαπολῖται haud facile alio poſſe exemplo confirmari exiſtimo. Poſſet autem eodem dici modo eademque ſignificatione & ἀντιπολῖται, ſicut & verbum ἀντιπολιτεύομαι & verbale nomen ἀντιπολιτεία dicta fuiſſe ſcimus eodem ſignificatu quo διαπολιτεύομαι & διαπολιτεία: (ſic tamen ut illa magis uſitata fuerint.) Hoc autem quamvis dicam, non ignoro aliquid diſcriminis a nonnullis inter hæc & illa conſtitutum fuiſſe: ſed hoc quoque novi, illud non ſervari. Verum ad illud διαπολῖται quod attinet, quid ſi ejus loco διαπολιτευταὶ ſcriberetur? hoc certe a verbo διαπολιτεύομαι eſſe poſſet, quum contra διαπολῖται prius eſſe quam διαπολιτεύομαι neceſſe ſit." H. STEPHANUS. „ Apud alios auctores vox διαπολῖται, credo, non invenitur. Hoc loco ab Appiano ponitur pro ἀντιπολιτευόμενοι, ut ex totius loci lectione patet. Sed Appianus, ut ſupra notavi, [in Adnotat. ad Annib. p. 269. l. 93 ſq. quam nos infra ſuo loco referemus;] non debet nobis eſſe in exemplum purioris helleniſmi." PALMERIUS. Mendoſa verba, τοῦ Βάρκα διαπολῖται, MUSGRAVIUS quoque pronunciavit; ſed ita, ut librariis, non auctori, tribuere culpam videatur, neque tamen medicinam ullam adferre tentaverit. Palmerio equidem ſupra adſenſus ſum, (ad p. 108. l. 14 ſq.) rerum Geographicarum ad ultimum Occidentem pertinentium non nimis gnarum fuiſſe Alexandrinum noſtrum Appianum: de Græcitate ejuſdem, quam a puritate multum abeſſe idem Palmerius contendit, ſecus ſentio; ac mitius mecum de Scriptore nimis diu male habito ſpero ſenſuros, qui dehinc ſine ira & ſtudio Hiſtorias Appiani, a majori parte macularum, quibus ad hunc diem citra Auctoris utique culpam inquinatæ erant, purgatas legerint. Satis-ne autem cauſæ ſit, cur vocabulum διαπολῖται abſque venia condemnemus, quove maxime modo emendari debeat, penes doctiores judicium eſto. De verbo διαπολιτεύομαι ejuſque vi, videndus Ammonius de differ. vocab. hac ipſa voce, & Reisk. in Æſchin. contr. Cteſiph. p. 584. not. 40.

Jam ſicut πολίτης græce dicitur ὁ πολιτευόμενος, *qui verſatur in republica, membrum reipubl.* ſic fortaſſe διαπολίτης haud inconcinne dicetur ὁ διαπολιτευόμενος, *qui alteri in republ. contrarius eſt, qui diverſarum partium eſt:* i. q. ἀντισλασιώτης, Civ. I. p. 112, 82. 123, 71. cui opponitur ὁ φίλος καὶ σλασιώτης hac ipſa pag. l. 37 ſq. & ὁ ὑπέρ τινος πολιτευόμενος, p. 106, 86 ſq. Sed nihil equidem definire auſim: hoc ſaltem adhuc liceat monere, vocabulum διαπολιτευτὴς, quod H. Stephanus propoſuit, non magis apud alium quempiam auctorem, quam διαπολίτης, reperiri. *Pag.* 109.

L. 37. φίλους τε καὶ σλασιώτας. „ Non ſolum hæc duo vocabula alio quodam in loco [Civ. II. p. 175, 22 ſq.] conjungit Appianus, ſed tertium etiam addit: ubi ſcribit, Σύλλα φίλος τε καὶ σλασιώτης καὶ ζηλωτὴς μάλιστα γεγονώς." H. STEPH.

L. 39. Recte ab editoribus & interpretibus verbum ἐγίγνετο ad præpoſ. ἅμα relatum videtur, *populus aderat illis, eis favebat, cum illis faciebat.*

L. 40. τῆς βαρύτητος τῆς. Repetitum articulum, qui h. l. deſiderabatur, dedit Med. *Ibidem*, quum operarum errore in edit. 2. irrepſiſſet ἐπὶ Βάρκᾳ τε καὶ Ασδρούβᾳ, monuit H. STEPH. in Notis: „ Scribe ἐπὶ Βάρκα τε καὶ Ασδρούβα, ut genitivi ſit utrumque caſus." Recte: *Barcæ & Aſdrubalis tempore.* Sed TOLLIO ſecus viſum eſt: tenuit Βάρκᾳ τε καὶ Ασδρούβᾳ, & (conſulto-ne, an caſu?) ne Adnotationi quidem illi H. Stephani inter ceteras, quas cunctas atque integras repetiit, locum dedit.

L. 42. ἐπεσέμφεσαν. Sic paulo ante (lin. 36.) ἐδεδοίκεσαν; & p. 119, 5 ſq. ἀνηρέθισαν.

CAP. IX. Lin. 50. ὁ πατὴρ. Articulum dedit Med. & Vat.B. *Pag.* 110.

L. 51. ἐπὶ τῷ Καρχηδονίων νουφόνῳ. „ In exemplari eſt νουφόνῳ νῳ. Ex quo fortaſſe aliquis faciendum putaſſet νούφῳ νῷ. Sed quum τὸ νουφόνουν eleganter dicatur, ut τὸ μεγαλόνουν, quin vera ſit lectio hæc ne dubitandum quidem puto. Fortaſſe autem & pro ἐπὶ τῷ legendum ὑπὸ τῷ." H. STEPHANUS, in *Caſtigationibus* Editioni *primæ* adjectis. „ Quid

Pag. 110. sit κουφόνῳ, prorsus ignoro. Mendosa forte ea vox. Forte scripserat auctor κούφῳ νῷ, id est, *vana mente*, vel *levi animo*: quod suadent quæ immediate sequuntur, ῥαδίως εἰς ἐνεργέτας πρὸς ἀχαριστίαν τρεπομένων. Totum locum sic emendatum latine reddere conabor: *neque levi Carthaginiensium animo semper subjectum esse, qui facile erga beneficos ingratum animum induunt*: vel, si melius erit reponere κωφῶνι, ut sit sensus, *semper Carthaginiensium supplicio suppositos esse*: nam κύφων Hesychius κολασθήμιον ξύλον, vel δεσμὸς ξύλινος, interpretatur." PALMERIUS. Quidquid dicat Palmerius, lubens amplexus sum H. Stephani emendationem, quam & ipse statim in contextum recipere non dubitaverat: eamdemque lectionem, κουφόνῳ, tres nostri scripti libri cum contextu Stephaniano collati, e quibus nulla discrepantia ad h. l. enotata in schedis est, confirmare utique videntur. Præpositio autem ἐπὶ, illa notione *in potestate esse alicujus*, *pendere ab aliquo*, suspecta esse non debuit Stephano. Noster Civ. V. 893, 52. ἠδόξει, Πομπηΐου ὢν, ἐπὶ Τιτίῳ γενέσθαι, *in Titii esse potestate*: &, alia ut taceam, nimis nota sunt illa Stoicorum ἐφ' ἡμῖν καὶ οὐκ ἐφ' ἡμῖν.

L. 54. ὁρκωθῆναι ἐπὶ ἐμπύρων. *Incensis aris*, Beraldus. „Secundus hæc verba ita reddidit, *tactis hostia ardente aris*." H. STEPH.

„Hujus jurisjurandi, quod aram tenentes, tactisque ipsis adeo sacris, concipiebant, frequens mentio apud Scriptores. Tit. Livius lib. XXI. [c. 1.] *Altaribus admotum, tactis sacris, jurejurando adactum, se, quum primum posset, hostem fore populo Romano.* ἁψάμενον τῶν ἱερῶν dicit Polybius lib. III. [c. 11.] Quod autem Appianus ὁρκωθῆναι ἐπὶ ἐμπύρων, hoc etiam dicebant ὀμνύναι κατὰ vel ἐπὶ τῶν σφαγίων. Dionys. Halic. lib. IV. Antiq. Rom. [c. 58. p. 257.] καὶ διωμόσατο κατὰ τῶν σφαγίων. Plutarch. in Poplicola: [c. 2. p. 98. A.] ἐβούλετο ἐπὶ [διὰ dant editt. omnes] σφαγίων ὁρκῶσαι τὴν βουλήν. Item ἐπὶ τῶν τομίων. Unde ὅρκια τέμνειν, & ὁρκοτομεῖν. Homerus Iliad. Γ'. [v. 73.]

Οἱ δ' ἄλλοι φιλότητα καὶ ὅρκια πιστὰ τάμοντες.

„ Ubi Euſtathius: τὸ δὲ, φιλότητα καὶ ὅρκια ταμεῖν, ἀντὶ τοῦ φιλίαν καὶ ὅρκον ποιῆσαι διὰ ἐντόμων, ἤγουν, θυσιῶν. Dionyſ. Hal. V. [1.] καὶ ὅρκια τεμόντες, αὐτοί τε πρῶτοι σφάγιά τε ἐπὶ τῶν τομίων, ὤμοσαν. Demoſthenes, contra Eubuliden [p. 1106, 21. ed. Reisk.] ὀμόσαι καθ' ἱερῶν ſimpliciter dicit, & καθ' ἱερῶν τελείων contra Neæram. [p. 1365, 17.] Unde & πίστιν καθ' ἱερῶν λαμβάνειν dicit Plutarchus in Bruto. [c. 12. p. 989. C.] Philoſtratus lib. VI. de Vita Apollonii, cap. 11. δικάζει μέν τοι ὁ τοιόσδε, καὶ πολλῷ δικαιότερον ἢ οἱ κατὰ τῶν τομίων ὀμνύντες. Stulte interpres: *qui ſuper ſectis carnium fruſtis juramenta concipiunt.* Jurisjurandi iſtius imaginem expreſſam habes apud Æſchylum in Thebaide: [v. 42 ſeqq.] Pag. 110.

Ἄνδρες γὰρ ἑπτὰ, θούριοι λοχαγέται,
ταυροσφαγοῦντες ἐς μελάνδετον σάκος,
καὶ θιγγάνοντες χερσὶ ταυρείου φόνου,
Ἄρην, Ἐνυὼ, καὶ φιλαίματον Φόβον
ὡρκωμότησαν, ἢ πόλει κατασκαφὰς
θέντες λαπάξειν ἄστυ Καδμείων βίᾳ &c.

„ Sed quid eſt ὀμόσαι καθ' ἱερῶν τελείων apud Demoſthenem, & quid appellat ἱερὰ τέλεια? Id vero notum exiſtimabamus omnibus, quum Laurentius Valla coëgit nos mutare ſententiam. Vide enim, quæſo, quomodo interpretetpr iſta Thucydidis [lib. V. c. 47.] ex Argivorum & Athenienſium fœdere: ὀμνύντων δὲ τὸν ἐπιχώριον ὅρκον ἕκαστοι τὸν μέγιστον κατὰ τῶν ἱερῶν τελείων. Quæ ita interpretatur vir eruditiſſimus, *Jurent autem proprium quique jusjurandum, quod maximum eſt, apud templa auguſta.* Sed quæ ſint ἱερὰ τέλεια, & quid ὅρκος καθ' ἱερῶν τελείων, docere eum debuerat Demoſthenes, in ea contra Ariſtocratem, [p. 642. ed. Reisk.] ubi agit de jurejurando, quo ſe obſtringebat is qui apud Areopagitas cædis aliquem accuſabat: εἶτ' οὐδὲ τὸν τιχόντα τιν' ὅρκον τοῦτον ποιήσει· ἀλλ', ὃν οὐδεὶς ὄμνυσιν ὑπὲρ οὐδενὸς ἄλλου, σὺ ἐπὶ τῶν τομίων κάπρου καὶ κριοῦ καὶ ταύρου, καὶ τούτων ἐσφαγμένων ὑφ' ὧν δεῖ. Callimachus Grammaticus [apud Etymolog. in τριτὶν] τριτὶν θυσίαν eſſe ait, ac conſtare ἐκ βοῶν, αἰγῶν, ὑῶν ἀ, σίνων, πάντων τριετῶν.

Pag. 110. sit κουφόνῳ, prorsus ignoro. Mendosa forte ea vox. Forte scripserat auctor κούφῳ νῷ, id est, *vana mente*, vel *levi animo*: quod suadent quæ immediate sequuntur, ῥαδίως εἰς εὐεργέτας πρὸς ἀχαριστίαν τρεπομένων. Totum locum sic emendatum latine reddere conabor: *neque levi Carthaginiensium animo semper subjectum esse, qui facile erga beneficos ingratum animum induunt*: vel, si melius erit reponere κυφῶνι, ut sit sensus, *semper Carthaginiensium supplicio suppositos esse*: nam κύφων Hesychius κολαστήριον ξύλον, vel δεσμὸς ξύλινος, interpretatur." PALMERIUS. Quidquid dicat Palmerius, lubens amplexus sum H. Stephani emendationem, quam & ipse statim in contextum recipere non dubitaverat: eamdemque lectionem, κουφόνῳ, tres nostri scripti libri cum contextu Stephaniano collati, e quibus nulla discrepantia ad h. l. enotata in schedis est, confirmare utique videntur. Præpositio autem ἐπὶ, illa notione *in potestate esse alicujus*, *pendere ab aliquo*, suspecta esse non debuit Stephano. Noster Civ. V. 893, 52. ἠδέξει, Πομπηίου ὤν, ἐπὶ Τιτίῳ γενέσθαι, *in Titii esse potestate*: &, alia ut taceam, nimis nota sunt illa Stoicorum ἐφ' ἡμῖν καὶ οὐκ ἐφ' ἡμῖν.

L. 54. ὁρκωθῆναι ἐπὶ ἐμπύρων. *Incensis aris*, Beraldus. „Secundus hæc verba ita reddidit, *tactis hostia ardente aris*." H. STEPH.

„Hujus jurisjurandi, quod aram tenentes, tactisque ipsis adeo sacris, concipiebant, frequens mentio apud Scriptores. Tit. Livius lib. XXI. [c. 1.] *Altaribus admotum, tactis sacris, jurejurando adactum, se, quum primum posset, hostem fore populo Romano.* ἁψάμενον τῶν ἱερῶν dicit Polybius lib. III. [c. 11.] Quod autem Appianus ὁρκωθῆναι ἐπὶ ἐμπύρων, hoc etiam dicebant ὀμνύναι κατὰ vel ἐπὶ τῶν σφαγίων. Dionys. Halic. lib. IV. Antiq. Rom. [c. 58. p. 257.] καὶ διωμόσατο κατὰ τῶν σφαγίων. Plutarch. in Poplicola: [c. 2. p. 98. A.] ἐβούλετο ἐπὶ [διὰ dant editt. omnes] σφαγίων ὁρκῶσαι τὴν βουλήν. Item ἐπὶ τῶν τομίων. Unde ὅρκια τέμνειν, & ὁρκοτομεῖν. Homerus Iliad. Γ [v. 73.]

Οἱ δ' ἄλλοι φιλότητα καὶ ὅρκια πιστὰ τάμοντες.

Pag. 114. τινὰς ἐς πρόφασιν κατηγορεῖν Ζακανθαίων, &c. Male igitur hic interpres locum istum ita reddit, acsi Saguntini de his incursionibus non accusarentur falso, & ad quærendum prætextum, sed re vera illis uterentur, & quidem talibus ut iis regio suorum vicinorum vastaretur." IDEM *ad edit.* 2. „ Post καταδοῦν insere αὐτῶν ἔπραξε vel aliquid simile." MUSGRAV. — „ Post καταξιοῦν deest ἔπειθε, aut ἐποίησε, aut simile quid." REISK. Habet hoc commodi emendatio H Stephani, ut non multum a vestigiis scripturæ παρὰ οἱ verbum παράγει recedat. Sed si repositum hoc verbum placeret, non tamen idcirco ejicienda illa παρὰ οἱ putarem. Nam in eamdem sententiam mox [p. 112. l. 78 sq.] ἔπραξεν ἐντυχεῖν οἱ dicit Appianus, *perfecit ut iterum ad se venirent quæstum de Saguntinis.* Itaque utrumque junctum mallem, παράγει παρὰ οἱ καταδοῦν: atque sic ob soni in duabus continuis vocibus similitudinem facile alteram excidere potuisse intelligitur. Sed, ut prætulerim verbum παρασκευάζει, (ex eadem præpos. παρὰ compositum, quo & in eadem re utitur Appianus Annib. 231, 59.) commovit me, quod παράγειν significat *subdole cum aliquo agere, blanda ac dolosa oratione alicui quid persuadere.* At nimirum dolo non adversus Turboletas usus est Annibal, sed adversus Saguntinos: cum Turboletis aperte egit, eosque doli sui participes fecit. Pronomen autem αὐτῶν, quod percommode ex nexu orationis intelligitur, neutiquam necesse videtur ut diserte adjiciatur.

L. 72. ἐν ἀποῤῥήτοις „ Hæc, ἐν ἀποῤῥήτοις ἔγραφε, Beraldus vertit, *inter alia arcana scribit*; quum tamen ἐν ἀποῤῥήτοις pro ἀποῤῥήτως (i. e. *secreto*, seu *clam*, κρύφα) accipi videatur, ut sæpe Græci verbis illis utuntur: qui & ἐν ἀποῤῥήτῳ dicunt: ut hic ipse Scriptor, in historia Punica, pag. 3. [309, 74.] ἐν ἀποῤῥήτῳ τοῖς τέλεσι Ρωμαίων ἐπισκήψας." H. STEPHANUS.

Pag. 112. *L.* 79 *sq.* „ Quamvis his tantum verbis usus sit Appianus, καὶ μετεπέμπετο πρέσβεις· οἱ δὲ ἀφίκοντο μὲν, Secundus tamen his Latinis (quod quis non abs re miretur) usus est, *quorum etiam oratores vocavit, qui ad eum quindecim virum legationem miserunt.*" H. STEPHAN. Tamquam legisset οἱ ἱ

ἀφίκοντο μὲν. Idem interpres ſupra (p. 108, 18.) *quatuor* legatos poſuerat, ubi in Græcis numerus non erat definitus.

L. 84 *ſqq.* In Cod. Bav. inter Excerpta *de Legationibus* leguntur hæc: Ὅτι Ἀννίβας, τὸν Ἴβηρα ποταμὸν περαιωθεὶς, τὴν χώραν ἐπόρθει, καὶ τῇ πόλει μηχανήματα ἐφίστη. & quæ ſequuntur apud Appianum, uſque ad finem CAP. XI. καὶ ἐκράτησεν ἡ γνώμη. Pag. 112.

L. 87. περιθεὶς, ἐκ διαστημάτων ἐπεφοίτα. Sic orationem diſtinxit Bav. Pariter Cælius: *paucis diebus interpoſitis ſæpius eodem redibat.* Ut ἐκ διαστήματος, ſic ἐκ διαστημάτων, tam de loco quam de tempore uſurpatur. Vid. Indicem, v. διάστημα.

CAP. XI. *Lin.* 92. ἐς Καρχηδόνα πλευσεῖσθαι κατ' αὐτοῦ. Verba ἐς Καρχηδόνα dedit Bav. nec amplius quidquam requiri videtur. — Cælius Curio, neſcio utrum ex ſuo exemplari, an ex facili conject. ſupplens: *Carthaginem eum accuſatum navigarent.* Eodem modo MUSGRAVIUS: „πλευσεῖσθαι ἐπὶ Καρχηδόνος κατηγορήσοντες αὐτοῦ." Et REISKIUS: „Ante κατ' αὐτοῦ deeſt aliquid; v. c. πλευσεῖσθαι ἐς τὴν Καρχηδόνα κατηγορήσοντες αὐτοῦ." — Conf. p. ſeq. lin. 96 ſq. & Liv. XXI. 6 extr.

L. 96. πρεσϐ. τοῖς Ζακανθαίοις Bav. πρεσϐ. τοῖς Ζακυνθαίων Vat. A. Med. nam Ζακυνθ. hos codices pro Ζακανθ. conſtanter exhibere, jam ſupra monui. Pag. 113.

L. 4. ἐπεῖχον ἔτι. „Male Secundus ἐπεῖχον vertit *repugnabant*, quaſi ἐπεῖχεν idem valeret quod ἀντεῖχον: quanquam ne hoc quidem fortaſſe, ſed alio potius, ad id ſignificandum uteretur. At Beraldus non male ἐπέχειν accepiſſe videtur pro *Differre*: quum tamen poſſit etiam accipi pro *Suſpendere aſſenſum, ſive ſententiam.* Quam ſignificationem ſequitur nomen ἐφεκτικός: unde philoſophi ἐφεκτικοί." H. STEPHAN.

L. 6. Verba ἀναγεγράφθαι· ἐλευθέρους δὲ deſiderantur in Bav.

Ibid. ſq. „Longe aliena eſt Secundi interpretatio ab his Appiani verbis, ἐλευθέρους δὲ ἔτι καὶ τοὺς πολιορκουμένους εἶναι. Vertit enim, *Itaque propriis legibus tam obſidentes, quam obſeſſos uti debere.* Nulla certe apud Appianum mentio τῆς ἐλευθερίας eorum qui obſiderent, ſed tantum eorum qui obſiderentur." H. STEPH.

Pag. 114. *CAP. XII. Lin.* 17. καὶ οὐδὲν τοιοῦτον δ' ὑπον. Vat. A. B, & Med. quæ lectio fortaſſe abſque ulla mutatione ferri potuerat. Sæpe poſt καὶ, interjecto uno aut altero verbo, ſequitur δέ. Sed utique præferendum οὐδ': nam video, non ita raro in hoc libro & in Annib. alia quoque manifeſta librariorum occurrere ſphalmata, in quæ omnes illi tres noſtri codices conſpirant: veluti mox l. 23 ſq. ταγῶν pro τεγῶν.

L. 24. προκατέσφαζον Vat. A. & Med. Sic & Cælius Curio, *prius occiſis natis.* Suſpectum jam H. STEPHANO fuerat ἀποκατέσφαζον: itaque monuerat, malle ſe ἐπικατέσφαξον.

Pag. 115. *L.* 28 *ſqq.* τὴν δὲ πόλιν ὁρῶν ἐπιθάλασσόν τε - - - Καρχηδόνα καλεῖσθαι τὴν Σπαρτακηνήν. Poſſit fortaſſe dici ἐπιθάλασσος, ut ἀμφιθάλασσος: ſed nuſquam, quod ſciam, præter hunc Appiani locum illa nominis forma occurrit. Pro τὴν Σπαρτακηνὴν, REISKIUS τὴν καὶ Καρτακένην reponere juſſit; (*quæ alio nomine quoque Carthagena dicitur;*) non cogitans ſcilicet, recentius nomen *Carthagenam* eſſe, nec ulli ex veteribus memoratum. *Spartaria* (a ſparti copia in vicinis campis naſcente,) apud Plinium XXXI. 8. ſect. 43. Antoninum in Itin. p. 396. ed. Weſſeling. & apud Iſidorum XV. 1. cognominatur Nova illa in Hiſpania Carthago. Conf. Bochart. in Chan. vel de Phœnicum Coloniis lib. I. c. 35. & Harduin. ad Plin. XIX. 2. ſect. 7. Idque cognomen Græce haud incommode ἡ Σπαρταγενὴς redditum fuerit: hanc enim formam Σπαρταγενὴς (in primo caſu) malim cum Harduino l. c. ut in quarto caſu Σπαρταγενῆ potius ſcribendum fuiſſe videatur. *Spartarius* quoque *campus*, (τὸ καλούμενον Σπαρτάριον πεδίον,) in Novæ Carthaginis vicinia, ex Strabone lib. III. p. 160 ſq. notus eſt. Hactenus igitur non ita male habent verba Auctoris. Sed alius ineſt error, qui ſeveram PALMERII non effugit cenſuram: „Hoc loco rurſus, inquit, miſere prodit ſuam ignorantiam in rebus Hiſpaniæ Appianus; qui Carthaginem novam ſeu Spartariam, eandem eſſe putat, quæ olim Sagunthus, quæ invicem diſtabant plus quam 50 leucis." Nec minus acriter SAM. BOCHARTUS, loc. cit. p. 689. ubi in eumdem Scriptoris noſtri locum commentatur: „Nihil, ait, dici potuit

magis ἀγεωγράφητον, nihil magis ἀνισόρητον. Neque enim maritima urbs, ſed mediterranea, fuit Saguntum, a Carthagine non parum diſſita, quatuor in Ptolemæo fluminibus intermediis. Neque ab Annibale, ſed a Romanis, [Liv. XXIV. 42. XXVIII. 39.] octavo poſt excidium anno, inſtaurata eſt & cultoribus antiquis reſtituta, dum circa Tarentum & Brutios bellum gerebat Annibal." Ab Aſdrubale vero, non ab Annibale, conditam Novam Carthaginem, Polybius lib. II. c. 13. & Strabo III. p. 158. referunt. Eumdem errorem, quo Saguntum cum Nova Carthagine permutavit commiſcuitque Appianus, repetitum legimus p. 123, 66 ſq. Alium Auctoris noſtri lapſum, de ſitu Sagunti, ſupra notavimus, ad p. 108, 14 ſq. Et omnino ex omnibus Hiſtoriarum Appiani Libris, qui ad nos pervenerunt, nullus eſt, in quo paſſim ἀκρίβεια & limæ labor magis deſiderari videatur, quam in eadem hac Hiſpanienſi Hiſtoria. *Pag.* 115.

Cap. XIII. Lin. 35. προσαγορεύειν mendoſe Med. Vat. B. *L.* 39. τὸν κόλπον ἐπιδεικνύς. „ Secundus τὸν κόλπον, neſcio cur non verterit ſimpliciter *ſinum*, cum Beraldo: ſed *gremium veſtis in ſinum collectum.* Quum tamen ſtatim poſt pro ἐνταῦθα dicat *Hoc in ſinu.*" H. Steph. Livius XXI. 18. *ſinu ex toga facto.* *L.* 49. Γαλάταις τε. τε pro δὲ dedit Med. *Pag.* 116.

Cap. XIII extr. & XIV. init. Lin. 51 *ſq.* „ Τὸν ἀδελφὸν ἐν Ἰβηρίᾳ σφίσι καὶ Λιβ. &c. Locum hunc depravatum eſſe & mutilum, nemo non videat: ſed unde natus ſit error, non cujuſvis fuerit fortaſſe animadvertere. Ego plane exiſtimo, librarium ex uno Ἰβηρίᾳ ad alterum excurriſſe. Hæc enim verba, aut his ſimilia, reliquiſſe ſcripta Appianum credo: τὸν ἀδελφὸν ἐν Ἰβηρίᾳ καταλιπών. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι προοῤῥῶντες, καὶ ἐν Ἰβηρίᾳ σφίσι καὶ Λιβύῃ &c. Hæc autem omnino per parentheſin poſita intelligendum eſt: Οὐ γὰρ δὴ μὴ Λίβυές ποτε ἐς τὴν Ἰταλίαν ἐστράτωσιν, οὐδὲ ὑπεισόντων. [Eaque nos parentheſeos ſignis incluſimus.] Sed & illa verba, καὶ ὅτε λόγος uſque ad συγγεγραπται, eſſe per parentheſin addita, ſcire

oportet; ut, omissa utraque parenthesi, hujus periodi membra ita conjungamus: Οἱ δὲ Ρωμαῖοι προσῴοντες, καὶ ἐν Ἰβηρίᾳ σφίσι καὶ Λιβύῃ τὸν πόλεμον ἔστασθαι, Τιβέριον μὲν Σεμπρ. Λόγγον ἐπὶ νεῶν ἑκατὸν ἑξήκοντα σὺν δύο σίρατοῦ τέλεσιν ἐς Λιβύην ἐξέπεμπον, Πούπλιον δὲ Κορνήλιον &c. Repono autem hic participium προσῴοντες potius quam aliud, quod id Scriptori huic familiare esse observaverim." H. STEPHANUS *ad edit.* 1. „Secundus, tanquam lacunas hujus loci explens, vel potius tanquam exemplar in quo nullæ hic lacunæ erant, sequens, ita eum vertit: *Alpium itinera explorare, & copias in Italiam traducere, Asdrubale in Iberia relicto. Romani sibi cum Carthaginiensibus in Iberia & in Africa bellum gerendum rati, nec ulla vel levi suspicione, Pœnos in Italiam venturos, Sempr.* &c. Verum illa, διεπρεσβεύετο & κατεσκέπτετο hic ita reddit acsi in διαπρεσβεύεσθαι & κατασκέπτεσθαι mutanda essent, ut cohærerent cum his, ἐς δὲ τὴν Ἰταλίαν ἐπινοῶν ἐμβαλεῖν. Eodemque modo ex διῆλθεν facit διελθεῖν." H. STEPH. *ad edit.* 2. In *schedis* REISKIANIS ad h. l. hæc adnotantur: „Videtur locus ita integrandus: καὶ διῆλθεν, Ἀσδρούβαν τὸν ἀδελφὸν ἐν Ἰβηρίᾳ καταλιπών. οἱ δὲ Ρωμαῖοι προσδοκῶντες ἐν Ἰταλίᾳ σφίσι." Sed videtur vir doctus ἐν Ἰβηρίᾳ σφίσι, non ἐν Ἰταλίᾳ σφίσι, scribere voluisse.

Pag. 116.

L. 55. Σεμπρ Λόγγον. „Quod attinet ad nomen Λόγγον, in eo discedere a meo exemplari (quod in nullis fere aliis nominibus propriis ausus eram) non dubitavi: quod, etsi authores istos in scribendis Romanis nominibus magna licentia scirem uti solitos, hoc tamen non licenter ab Appiano fuisse scriptum unico γ, sed a librario ex duobus alterum omissum esse dicerem: quippe qui in inscriptionibus quatuor librorum Λόγγου Ποιμενικῶν (cujus ego Scriptoris lepores soleo severioribus meis studiis ἐπιτραγικατίζεσθαι, & aliquando fortasse fruendos illos lectori σιλοσοίμενι dabo) quater a librario nescio quo ita peccatum fuisse cognoviss̃em. Duo enim vidi illius scriptoris exemplaria, in quorum uno in ulis erat uniculque libro Λόγου ποιμενικῶν, quum in altero esset Λόγγου." H. STEPH. *ad edit.* 1. Eodem errore Λόγον & mox Λόγος

eſt in Vat. B. *Ibid.* Cælius in verſ. lat. (neſcio quo vel caſu vel conſilio ſemper aliquid adjiciens numeris) h. l. habet *cum CLXII navibus & duabus legionibus.* Pag. 116.

L. 56 *ſqq.* Καὶ ὅσα Λόγγος τε &c. „Nihil horum ſuo loco [in hiſt. Punica] legitur." REISK. Vide Adnotat. ad Pun. c. 6. ubi hæc, quæ h. l. promiſit Auctor, inſerenda fuerant, ſed fruſtra ibi quæruntur. De nomine Καρχηδονικὴ vide ſupra, ad Præf. p. 18, 80. *L.* 59. ἐς Ἰβηρ. pro ἐπὶ ſcripſi ex Med. quod concinnius videtur, quoniam continue ſequitur ἐπὶ νεῶν.

L. 61 *ſq.* „τὸν ἀδελφὸν τούτου. ὁ μὲν Πούπλ. Rectius legeretur ὁ μὲν δὴ Πούπλιος, vel ὁ μὲν οὖν Πούπλιος, aut, καὶ ὁ μὲν Πούπλιος. Eſt enim initium ſententiæ: & recte illi μὲν reſpondet δὲ (licet pauculis interjectis) poſt Γναῖος." H. STEPHANUS *ad edit.* 1. „Scribendum puto, καὶ ὁ μὲν Πουπλ. vel, ἀλλ' ὁ μὲν Πούπλ. Et quidem hanc lectionem illi prætulerim. Niſi forte particulam μὲν abeſſe ſit ſatius, quum nuſquam ſit δὲ, quod illi reſpondeat." IDEM *ad edit.* 2. — „τούτου ſuſpectum: forte τούτου. Sed quæratur, fuerintne Sempronius Longus & Scipiones fratres uterini." REISK. — Parva res erat, ad quam non adtendentes Viri docti difficultatibus ſeſe & locum iſtum Auctoris noſtri implicuerunt. Leviter mutata diſtinctione orationis, plana ſunt omnia. Τούτου ὁ μὲν Πούπλιος &c. Tum ſuo loco ſequitur Γναῖος δὲ lin. 73. Sic jam perſpicue Cæl. Curio in verſ. lat: *Sed horum alter, ſcil. Publius* &c. Pag. 117.

L. 72. Ἀννιβαϊκή. Vide ad Præf. pag. 18, 80.

CAP. XV. Lin. 73. ὅτι καὶ εἰπεῖν. Nomine ἄξιον, quod adjectum Muſgravius voluit, commode carere poſſe videtur oratio. *Ibid.* ἐν poſt ἔπραξεν, ſolenni librariorum errore, omiſſum in Med.

L. 84. ἐκοῦσαι. „In exemplari legitur ἀκούσαι, quum aut ἐκοῦσαι ſcribendum ſit, aut ἄκουσαι. Eſſe autem legendum illo non hoc modo, cum ex verbo μετατίθεσθαι apparet, (quo & alibi utitur, nimirum de iis qui ſponte ſe dedunt & alias partes ſequuntur,) tum ex iis quæ addit, καὶ γὰρ Pag. 118.

Pag. 118. ἄλλην πιθανωτάτω: neque enim is, qui aliquid facit ἄκων, dicitur πείθεσθαι." H. STEPH. *ad edit.* I. Emendationem Stephani comprobant codices noſtri & Curio.

CAP. XVI. Lin. 91. ὁς Τίσκωνος. „In exempl. meo reperi ἄλλις κωνος: [Sic & Med. ὁς Τίσκωνος.] ſed mea emendatio, ipſius etiam exemplaris fide alio in loco comprobatur." IDEM *ibid.*

L. 96. ἡ Καστελλῶνι. Καστελλὼν illud oppidum Bæticæ Hiſpaniæ apud Polybium vocatur, & ſic Berkelius (ad Steph. Byz. h. v.) apud Appianum quoque ſcriptum maluerat. Sed quum latine *Caſtulo* diceretur, non male Appianus, ut perſæpe in nominibus propriis Græci faciunt, *u* breve per ο expreſſit. Ptolemæus, ſonum *u*, ut ſolet, religioſe ſervans, Καστουλὼν adpellat. Infra p. 138, 36. & 139, 50, ubi *Caſtulonem* Livius habet, Appianus Κάστλωνα poſuit. Οὐρσὼν, Straboni Οὔρ-
Pag. 119. σων, Latinis *Urſo*. *L.* 97. ἀπηγγέλθη ſcripſi ex Vat. A.

L. 2. ἐς τὸν ἀδελφὸν ἐπὶ σίτου ἔπεμπε πληροτὰς. „Secundus hæc verba ἐς τὸν ἀδελφὸν jungit cum participio πεμφθὲν. Vertit enim, *fratris caſu nondum cognito*. Sed potius dixiſſet Appianus, οὐδέν τι πεμφθὲν περὶ τοῦ ἀδελφοῦ." H. STEPHANUS. Livius XXV. 35: *Ad Romanos* (qui cum Cn. Scipione erant) *nondum fama tantæ cladis pervenerat*. Sed ex Livio tori huic narrationi Appiani de duplici fratrum Scipionum calamitate parum lucis adfundi poteſt, quoniam ab illo Scriptor noſter, alios nimirum auctores ſecutus, paſſim in diverſum abit. In verbis ἐπὶ σίτου latere mendam, MUSGRAVIUS putavit: quod quanam ratione viſum ſit docto Viro, quoniam nec cauſam declaravit, neque emendationem tentavit, non magis perſpicio, quam quid Cælius Secundus ſpectaverit, quum eadem illa verba interpretatus eſt, *ad inſtrumenta comparanda*; niſi apud hunc errore operarum *inſtrumenta* pro *frumenta* legitur, quod quidem admodum probabile eſt. Videtur autem h. l. ἐπὶ σίτου non, ſicut plerumque alibi, (conf. Hiſp. p. 195, 17. Civ. II. p. 268, l. 84 & 81 ſq.) idem valere quod ἐπὶ σιτομετρίαν, *frumentatum*, *ad comparandum frumentum*, ſed *ad annonam* vel *ad ſtipendium*

petendum. Certe, si verba ἐς τὸν ἀδελφὸν cum eis quæ sequuntur jungas, non tam frumentatum Cn. Scipio ad Publium fratrem mississe milites intelligendus erit, quam ad petendum ab illo stipendium, quippe qui pro consule imperium tenebat, (vid. p. 117, 77.) & apud quem adeo quæstor erat, qui stipendia militibus persolvebat. Sic, quod apud Polybium XI. 23. κομίζεσθαι τὰς σιταρχίας, & mox rursus (c. 24.) ἡ κομιδὴ τῶν ὀψωνίων dicitur, id Livius XXVIII. 25. *stipendium petere* interpretatus est; atque id ipsum Appianus, in eadem historia, ἰέναι ἐπὶ σῖτον dixit, Hisp. p. 142, l. 98. Eodemque pertinere videtur, quod apud Hesychium vocabulum σῖτος, inter alia, etiam per ὁ μισθὸς expositum legimus. Pag. 119.

Cap. XVII. Lin. 10 *sq.* ἐς πάντα. ἅπαντα Vat. B. & caret ἐς. *Ibid.* ἐπεποίθησαν. „ Scribendum ἐπῴθησαν aliquis fortasse putet: sed compositio ἐπιποθεῖν sic uti videmus & principio paginæ 265. [nobis p. 122, 57.]" H. Steph.

L. 12 *sqq.* καὶ Μάρκελλον, ἐκ Σικελίας ἄρτι ἀφιγμένον, καὶ σὺν αὐτῷ Κλαύδιον . . ἐξέπεμπεν ἐς Ἰβηρίαν. Rursus hic & res & nomina miscet Appianus, nescio quos incertos duces parum caute secutus: nam vereor, ut ab auctore in librarios rejici culpa possit. Numquam *M.* ille *Claudius Marcellus*, rebus in Sicilia gestis clarus, in Hispaniam missus est: nam vix ex Sicilia circa hoc tempus redierat, quum quartus ei consulatus delatus est, quem A. 544. gessit; & A. 546. quintum Consul bellum cum Annibale gerens periit, ut refert ipse App. in Annib. c. 50. Alius M. Marcellus, (de quo infra, cap. 48 sqq.) diu post hæc tempora, A. 602. Consul res in Hispania gessit. Nunc Scipionibus *C. Claudius Nero* successor in Hispaniam A. 543. missus est; Liv. XXVI. 17. Sed ante ejus adventum, *L. Marcius*, ad quem post Scipionum calamitatem summa imperii ab exercitu fuerat delata, (Liv. XXV. 37.) res perditas Romanorum aliquantum restituit; qui advenienti quidem *Claudio Neroni* exercitum tradidit, sed diu etiamnum posthac in eadem Hispania legati munere functus, sub juvene potissimum Scipione multa fortiter gessit Appiano etiam memorata cap. 31 seqq. cf. cap. 26 extr.

Pag. 120. *L.* 14. ἐπὶ νεῶν. „Post ἐπὶ νεῶν numerus navium deesse videtur: eum enim alibi solet adjicere, ut videre est cum alibi, tum initio paginæ 262. [116, 55 & 59.] duobus locis, ἐπὶ νεῶν ἑκατὸν ἑξήκοντα, & paulo post, ἐπὶ νεῶν ἑξήκοντα. Atque hunc ipsum numerum hic deesse verisimile est, & vocem hanc ἑξήκοντα intercidisse propter sequens proxime vocabulum, quod ab eadem syllaba incipit; est enim ἑξέπεμψαν. Cæterum quum omissa sit [apud Beraldum] interpretatio harum vocum ἐπὶ νεῶν, addenda est, hoc modo, *cum navibus*: ut sequatur, *& equitibus mille*: nisi quis malit, *cum classe*." H. STEPHANUS.

Ibid. μετὰ χιλίων ἱππέων. „Secundus, cum duobus millibus equitum, perinde ac si legisset μετὰ δισχιλίων ἱππέων." H. STEPH.

L. 17. ὑπερηύξατο. ὑπερηυξάνετο reponere jussit REISKIUS. — Malim ὑπερηύξετο, leviori mutatione, a verbo ὑπεραύξομαι. *Ibid.* „Hæ voces ἐς βραχὺ sequentibus sunt jungendæ: quarum interpretatio a Beraldo est prætermissa: Secundus autem, tanquam a sequentibus eas separans, ita vertit, *Romanis in angustum redactis, adeo ut ad Pyrenæos usque montes contracti essent.*" H. STEPH.

L. 18. κατακεκλεισμένων. κατακεκλημένων Med. Sic & Vat. B. in quo tamen (dubium, a prima manu, an a secunda) ν superscriptum. Neutrum male, si modo ε sub η intelligas subscriptum, quod in plerisque scriptis libris negligi solet. Sicut a κλείω promiscue κεκλεισμένος & κεκλειμένος dicitur; (conf. Civ. IV. 630, 86.) sic ab Jonicis & Atticis formis κλήω, κληίζω, κληΐζω, Homero, Herodoto & passim Thucydidi usitatis, est κεκλημένος & κεκλησμένος. Ab eodem themate κλήω vel κληΐζω est συνέκλησαν in cod. Aug. Civ. II. 386, 88. & ἀποκλήσαντες in cod. Vat. A. Hisp. 125, 9. & συγκλήσας in cod. Med. Hisp. 212, 91. & 216, 61. Sed ad ἐπέκλεισεν p. 127, 48. nil adnotatum in schedis reperio.

L. 20. τὰ πρόσω τῆς Ἰταλίας. „Quum Beraldus τὰ πρόσω τῆς Ἰταλίας verterit *anteriorem Italiam*; Cælium Secundum videmus vertisse, *eas regiones quæ in ipsis visceribus hærcbant*

bant Italiæ. Ego malim ſimplicius non quidem anteriorem Italiam, cum Beraldo, ſed *interiorem* interpretari. [An *ulteriorem* ſcribere voluit Stephanus?] Utitur hoc adverbio & in fine pag. ſequentis, [p. 124, 87.] ſcribens, τὰς μηχανὰς ὠθεῖν ἐς τὸ πρόσω. Ubi *ulterius* ſonare videtur." H. STEPHANUS. „Forte πρὸς ἕω." REISK. Ulteriorem Italiam intellige eam, quæ ab altera parte urbis Romæ eſt, oppoſita ei parti quæ Galliam ſpectat. *Pag.* 120.

CAP. XVIII. Lin. 26. οὐδενὸς παραγγείλαντος. „Hæc Cælius ita vertit, *Ad quam quidem provinciam quum nullus ſe offerret:* ſed aptior & hic videtur eſſe Beraldi interpretatio." H. STEPHANUS.

L. 28. ἐς ὃ. ἐς οὗ, quod h. l. cod. Med. habet, alibi (ad p. 125. 11.) ex Vat. A. & B. enotatum eſt. De ea formula vid. Weſſeling. ad Herodot. lib. I. c. 67. n. 80.

L. 30. τεσσάρων γὰρ καὶ εἴκοσιν ἐτῶν ἦν. Sic & Livius XXVI. 18. *quatuor & viginti ferme annos natus.* Sed Polyb. X. 6. ſeptimum annum ſupra viceſimum tunc egiſſe Scipionem ſcribit.

L. 33. „Vocem οἰκεῖος, quam Cælius omiſit, Beraldus vertit *domeſticus.* Sed quid ſi potius pro *idoneo* accipiamus, præſertim quum ἐκ πάντων addatur?" H. STEPH. Non omiſit vocem οἰκεῖος Cælius, ſed haud incommode his verbis expreſſit: *ad ſe unum patris patruique & patriæ ultionem ſpectare.* Poterat dicere, *ad ſe ſinguliter præ ceteris pertinere.* *Pag.* 121.

L. 35. λαίθρως ſcripſi ex Med. Sic & alibi λαίθριον πνεῦμα ex eodem Med. & ex Vat A. pro λαμπρὸν πνεῦμα Appiano reſtitui. Λαίθρως autem expoſui *magna vocis contentione*, ſicut Homericum λαθραγόρην apud Suidam exponitur σφοδρῶς δημηγοροῦντα, & apud Heſych. λαθραγορεῖν, σφοδρᾶς δημηγορεῖν. Nam & aliàs λαίθριος idem valet quod σφοδρὸς, βίαιος, ταχύς; & hæc notio aptius huc, ubi additur ὥσπερ ἔνθους, convenire videtur, quam ea qua in Schol. ad Iliad. Ψ'. 474. λαθρεύεσθαι exponitur προπετεύειν, & λαθραγόρης (v. 479.) προπετὴς καὶ θρασύς:

Pag. 121. id ipsum enim deinceps demum monet Appianus, aliis quidem κουφολογῆσαι νεανικῶς visum esse Scipionem, sed populum oratione ejusdem fuisse recreatum; & paulo post οἱ πρεσ. οὐκ εὐτολμίαν, ἀλλὰ προπέτειαν, ἐπαίνουν. Ceterum non alienum ab hujus loci sententia fuerit illud Hesychii interpretamentum, λαβρεύεται, μεγαληγορεῖς. Sic Noster paulo inferius, c. 19. p. 122, 54 sq. de eodem Scipione, καὶ διελέχθη καὶ τοῖσδε (scil. militibus) μεγαληγόρως.

L. 36. οὐκ ἰδηρ. λπψ. „Videtur necessaria esse copulativa particula, ante οὐκ." H. STEPH. *ad edit.* 1. *L.* 37. κουφολογῆσαι. „Ad hunc locum respicitur in iis quæ legimus pag. 276. [146, 73 sq.] οἵ τε φθονοῦντες αὐτῷ τὴν παλαι κουφολογίαν ὡμολόγουν ἐς ἔργον ἀποβῆναι. Ubi observa nomen κουφολογίαν, sicut hic verbum κουφολογῆσαι." H. STEPH. *ad edit.* 2.

L. 38. „τὸν δὲ δῆμον ἀνέλαβε κατεσθηκότα. Si quorundam in corrigendis libris temeritatem sequi voluissem, hoc loco nullam mendi suspicionem tibi reliquissem. Statim enim in κατεσθηκότα dixissem perperam a librario tenuem pro aspirata positam fuisse, & pro κατεσθηκότα reposuissem καθεσθηκότα. Nec fortasse me ob unicam literam immutatam, quisquam audacem judicaturus erat. At vide, quantum eruditō lectori negotii exhibuissem, & in quantum errorem, occultatis veræ lectionis vestigiis, illum impulissem. Nam quid me ad veræ lectionis cognitionem deduxit? Nimirum illud τ. Si enim καθεσθηκότα scriptum reperissem, certe παράλογον quandam significationem habere hic participium istud dixissem: sed tamen, quum nulla mendi suspicio adfuisset, illi tandem acquievissem. Nunc autem quum viderem illud τ; dixi quidem, si a καθίσθημι esset, & pro τ reponendum esse: verum postquam considerassem, qua ratione hoc verbum in significationem aliquam huic loco convenientem trahere possem, (id enim revera trahere fuisset;) cœpi apud me cogitare, num τ illud ex aliquo alio verbo depravato salvum manssisset. Tandem, in omnem partem versatis his syllabis, animadverti, non ibi ubi quis putasset, nimirum in secunda syllaba, sed in tertia & quarta erratum esse,

ac ſyllabam τε recte ſcribi, dummode πλη pro σλη, & χο pro κο legeretur, ut ex κατεσληκότα fieret κατεπληχότα: cum quo participio, huic loco appoſitiſſimo (quum ſequatur δεδιότες) & quo etiam ipſe Appianus alibi ita utitur, [vide infra, 127, 40. & Illyr. 842, 80 ſq.] illud ἀνέλαβε in uſitatiſſima ſignificatione accipietur; nimirum pro eo quod dicunt alio modo Græci, eleganti metaphora, ἀνεσταλιχῶσαι. Sed cur ego tam multa de hoc loco? Nimirum ut oſtendam, quam graviter illi peccent, qui veterum exemplarium voces, corruptas quidem, ſed tamen aliqua veræ lectionis veſtigia ſervantes, ita emendant ex conjectura, ut ne mendi quidem ſuſpicionem illic ubi vel maximus error eſt relinquant, & hoc modo lectorem miſere ſe cruciare cogant. Nam ex eorum hominum numero aliquis ſtatim ita hunc locum correxiſſet, uti dixi, faciendo καθεσληκότα ex κατεσληκότα: quod deinde legens aliquis vir doctus, poſtquam diu multumque ſe torſiſſet, licet nullam tandem participii καθεσληκώς ſignificationem huic loco congruam reperiens, non tamen corruptam eſſe vocem ſuſpicari fas ſibi eſſe putaviſſet. Ah, quot locos habemus hoc modo corruptos, in quibus intelligendis multi nimium laborant, ἀνάντα μοχθοῦντες. Sed de his aliàs." H. STEPHANUS, *ad edit.* 1.

Pag. 121.

„ τὸν δὲ δῆμον ἀνέλαβε καθεσληκότα. Quid ſibi velle hìc vocem καθεσληκότα dicemus? vel quem habere locum hìc poteſt? Aut valde fallor, aut nullus ei locus eſt: ideoque in κατεπληχότα mutare non dubito. Tantum abeſt certe ut particip. καθεσληκότα huic quadrare loco dici poſſit, ut contrariam habere aliquando ſignificationem ei quam ſententia poſtulat, merito quis dicturus ſit. Ita enim a Plut. in Camillo [p. 146. A. cap. 33.] οὕτω καθεσληκότες & οὐκ ἀνειλημμένοι αὐτοὺς ad unam eandemque rem ſignificandam ponuntur. — Sed male Secundus ἀνέλαβε τὸν δῆμον vertit, *favorem populi ſibi conciliavit*: quum vertere debuerit, *populi animos refecit & recreavit*; vel, *ex illo timore recreavit.*" H. STEPHANUS *ad edit.* 2. „ καθεσληκότα ſuſpectum: eſt enim incongruum. Sententia flagitat aut παρεσληκότα, *adſtantem*,

præſentem, aut ἐξεσληκότα; *exſternatum*, aut κατεσπαλαγμένον." REISKIUS.

Pag. 121.

Recte & perſpecte divinaverat H. Stephanus. κατεσληκότα dat cod. Med. propius ad verum accedens. Verum ipſum, κατεσληχότα, exhibet Vat. A. Neque aliter Secundus Curio legiſſe videtur, quum vertit *qui metu conſternatus erat.*

L. 41. „ Beraldus ἀυτολμίαν quidem *fiduciam animi*, at προπέτειαν, *confidentiam* vertit: Cælius, illud, *animi magnitudinem*, hoc, *temeritatem* reddidit. Cælio hic potius, quam illic, aſſentior: nam animi magnitudinem quum ſignificare volunt, dicunt potius μεγαλοψυχίαν." H. STEPH.

Pag. 122.

CAP. XIX. Lin. 53 *ſq.* παραλαβὼν δὲ τὴν. „ In exemplari legitur παραλαβόντες τὴν, quod manifeſtiſſimum erratum ita correxi. [In Vat. B. eſt παραλαβόντων.] In verſu autem proxime ſeq. [*L.* 54.] pro ἐκάθηρε, quod loco huic nullo pacto convenire poteſt, videri poſſit alicui legendum ἐκάθισε." H. STEPH. *ad edit.* 1. „ Locum hunc ita reddit Cælius Secundus: *omnibuſque copiis ſimul conjunctis, totum recenſuit exercitum, ac luſtravit.* Ubi verbum ἐκάθηρε, quod prætermiſit, (nimirum ut ſuſpectum,) vertit *luſtravit*: at *recenſuit* de ſuo addidiſſe videri poſſit. Neque enim id ſumpſiſſe dici queat ex his quæ proxime præcedunt verbis, ἐς ἓν συναγαγών. Nam hæc illis verbis redduntur, *omnibuſque copiis ſimul conjunctis*, quæ interpretatio (ut ingenue fatear) magis mihi placet quam Beraldica." H. STEPH. *ad edit.* 2.

L. 58. „ ἦκοι ὁ Σκιπίων ὁ Σκιπίωνος. Malim ἦκοι Σκιπίων, abſque artic. in priore loco." H. STEPHAN. Delevi illum artic. jubente Med. & Vat. B. *Ibid.* κατὰ θεὸν, conf. p. 127, 44. & ibi Adnot. H. Steph. Adde p. 132, 18 ſq.

Pag 123.

L. 66. ἐν τῇ πρότερον μὲν Ζακάνθῃ. Conf. ſupra, ad p. 115, lin. 28 ſqq. *L.* 71. ἔξων. „ In exempl. legitur ἐξ ὧν, & jungitur cum ſequentibus, manifeſto errore." H. STEPH. *ad edit.* 1.

L. 72. „ Non dubito, quin ἀργυρεῖα ſcribere oporteat, id eſt *argenti fodinas*. Alioqui enim cur ἀργύρια, non ἀργύριον dixiſſet? Illud mendum tamen nec Beraldus nec Secun-

dus animadverterunt: nam hic ita, *urbem pecunia omnique genere opum abundantem*; Beraldus, *argento*. Sic autem τὰ χρύσια pag. 650. [Civ. IV. 667, 97.] ubi ſcribendum eſt χρυσεῖα, quum aurifodinas ſignificet." H. STEPH. *ad edit.* 2. *Pag.* 123.

Ibid. χώρα vel γῆ εὐδαίμων eſt *regio opulenta*, *ager fœcundus*: p. 103, 38. 177, 9 ſq. Gall. 77, 95. πόλις, ἀνὴρ εὐδαίμων eſt *civitas opulenta*, *homo dives*, Hiſp. 127, 42. Pun. 313, 55. πλοῦτος εὐδαίμων inconcinne omnino dictum videtur: & tranſpoſita utique verba h. l. puto.

CAP. XX. Lin. 74. τοσοῦτος λογισμοῖς ἐπαιρόμενος. Poſſis latine etiam dicere, *his tantis cogitationibus elatus* vel *incenſus*.

L. 78. ἐτοιμάζετο. Omnino πολιορκεῖν, aut potius ἐγχειρεῖν, aut ſimile aliquod verbum, adjectum malim: quamquam vel ſic ſtare utcumque poterit oratio. Bene Cælius Sec. Curio; (ſed & ipſe ex conjectura, ut videtur:) *foſſa atque aggere cinxit, atque ita ſeſe ad eam inſequenti die oppugnandam comparavit.* De hac oppugnatione Carthaginis Hiſpanienſis conferendus Polybius X. 9 ſqq. & Livius XXVI. 42 ſqq. Septimo demum die ab Ibero Carthaginem veniſſe Scipionem, uterque ſcriptor citatus prodit: nec vero diſtantia urbis, quam perperam Appianus propius Iberum, imo cis Iberum, ſitam putavit, aliter patiebatur.

L. 90. οὐ γὰρ εἶναι. ἦν legere juſſit REISKIUS: quod minime videtur neceſſarium. Intelligitur *dixit* vel *cogitavit* ſcil. Mago, qui eos ad portam locaverat & eruptionem facere juſſerat. *Pag.* 124.

CAP. XXI. Lin. 3. „Malim hæc verba, ξὺν τοῖς ξίφεσι γυμνοῖς, cum particip. ἐκδραμόντες jungere; ut paulo poſt [lin. 8.] de iiſdem dicitur, οἱ δὲ ξιφήρεις ἐς τὰς πύλας ἐσίτρεχον." H. STEPHANUS. Promovi diſtinctionem, quæ poſt ἐκδραμόντες fuerat, & poſui poſt γυμνοῖς. σὺν dedit Med. *Pag.* 125.

L. 4. ἔδρων. ἔδρον Vat. A. quod videri poſſet Aor. 2. niſi eo tempore carere hujuſmodi verba monerent Grammatici.

L. 6. ὑπανίσλατο. „Aliquis fortaſſe malit ἐπανίσλατο; ſed

Pag. 125. poſſe ferri illud crediderim: ut intelligamus, res Romanas velut reſurgere paulatim cœpiſſe. At Secundus locum hunc ita vertit, *donec Romani, quibus in laboribus & periculis animus augetur, animos reſumpſerunt.* Sed Appianus hanc Romanorum naturam volens deſcribere, aliquid adjeciſſet." H. STEPHANUS.

L. 8. „ Dicens ξιφήρεις, loquitur de iis quos dixit erupiſſe ξὺν τοῖς ξίφεσι γυμνοῖς: quum alioqui ξιφήρεις reddatur etiam ſimplicius *accincti gladiis*, ut pag. 274. [142, 9.] ξιφήρεις ἔχειν: at Secundus vertit, *qui gladiis depugnarant.*" H. STEPHANUS.

L. 9. ἀποκλείσαντες. ἀποκλήσαντες Vat. A. quod valet ἀποκλήσαντες. Conf. ad p. 120, 18. De formula ἐς οὗ pro ἐς ὅ, (lin. 11.) conf. ad p. 120, 28.

L. 11 *ſq.* περιθέων. „ In exemplari male ſcriptum eſt περιθέαν; ut & in verſu ſequenti [lin. 13.] ἕλεως, pro quo repoſui ἕλος." H. STEPH. *ad edit.* 1. Eiſdem erroribus contaminatus eſt cod. Vat. B.

L. 13. ἢ τὸ βραχὺ τεῖχος ἦν. „ Scripſiſſe Appianum puto, ἢ τε βραχὺ τεῖχος." H. STEPHANUS. Non erat ſolicitandus artic. τὸ, nam de brevi illo muro jam ante dixerat Appianus, p. 124, 80.

L. 15 *ſq.* καὶ ὁ κλύδων κ. τ. λ. „ Hæc περὶ τοῦ κλύδωνος aliter Calius vertit, quam Beraldus: hoc videlicet modo, (paulo autem altius repetam:) *Ac circa eum* [locum] *aquam*, (*mari ſingulis diebus reciprocante*,) *paulatim decreſcere: ita ut quæ prius pectore tenus eſſet, tum vix medium crus ſuperaret.* Utriuſque interpretatio poſcit ut Græca aliter ſcribantur." H. STEPHANUS. Beraldus, cujus verſionem H. Stephanus in edit. 2. Græco contextui adjecit, pro verbis illis, καὶ ὁ κλύδων &c. hæc latina poſuit: *ipſaque vada adeo nudata* (animadvertit,) *ut aqua alibi pectore tenus eſſet, alibi vix medias tibias ſuperaret.* Et hoc loco, ex ſexcentis aliis, de quibus ſigillatim monere lectorem nil adtinet, Græca Appiani fidelius in latinum ſermonem tranſtuliſſe mihi videor, ſtudui certe transferre.

L. 18. ἴθει πάντη. „ἴθει πάντων βοῶν. Exiſtimo legendum ἴθει διὰ πάντων: quod alibi, præpoſitione cum verbo juncta, dicitur διατρέχειν. Modo dixerat [pag. præc. l. 11.] πάντη περιθέων; at pag. 162. [potius pag. 172. nobis p. 133, 44 ſq.] utitur τῷ ἐπιθέειν cum accuſativo." H. STEPH. *ad ed.* 1. — In editione ſecunda non obſecutus eſt Stephanus legi illi, quam ipſe ſibi tam recte quam ſevere præſcripſerat in prolixa illa Adnotat. quæ ſupra ad pag. 121, 38. integra a nobis inſerta eſt. Edidit enim διὰ πάντων, nec tamen in Adnotationibus ad eamdem ſecundam editionem monuit lectores de mutatione, quam ſua auctoritate in contextum intulit. Hoc ſolum ibi monet: „Omittit Beraldi interpretatio hæc verba, ἴθει διὰ πάντων: Cælius unica voce *circumcurſando* pro his uſus eſt." In adnotatione autem ad p. 133, 44 ſq. rurſus hunc locum ita citat, ac ſi conſentientibus libris διὰ πάντων legeretur. Reſcripſi πάντη ex libris Vat. A. & Med. *Pag.* 126.

L. 20. ἢ θάλασσα. „ἢ ἡ θάλασσα." REISKIUS.

CAP. XXIII. Lin. 44. μᾶλλον ἰδόντι κατὰ θεὸν ἕκαστα δρᾶν. — „Non dubium eſt, quin μᾶλλον hic ſit, *magis etiam quam antea.* Quod Cælius non intelligens, ita hunc locum reddidit, *quibus perſuaſum erat, cum omnia inſtinctu divino potius quam humano conſilio gerere;* perinde quaſi aliquot verba deeſſent, aut certe relicta eſſent ſubaudienda. Cæterum idem Cælius, κατὰ θεὸν, principio p. 265. [nobis 122, 58.] (ubi eadem eidem [Scipioni] laus tribuitur) vertit, *non ſine deorum providentia.* Sed magis placet altera illa interpretatio: quum etiam magis reſpondeat his illius paginæ 265. verbis, [ibid. lin. 59.] πάντα ποιεῖν πιθόμενος θεῷ." H. STEPHANUS. *Pag.* 127.

L. 47. πολλάκις. Sæpe forma illa πολλάκι, quam h. l. habet Med., ultima lit. ν poëtarum more (vel Æolum, ut alii perhibent) abjecta, neſcio caſu-ne an conſilio, in eodem cod. Med. potiſſimum recurrit: vid. pag. 198, 55. 202, 27. Sic πυκτάκι ex codd. Regiis (conſentiente puto Ven.) editum eſt Civ. IV. 687, 41. ubi Aug. quidem πυκτάκις præfert; & Civ. I.

Pag. 127. p. 104, 42. τετράκι pro τετράκις revocavimus ex edit. 1. cum Regiis, Aug. & Vratisl. Sic vero & apud Herodotum πολλάκι legitur, lib. I. c. 36. & passim alibi, si bene memini.

L. 49 *sq* ἐν ταῖς πομπαῖς. In *Circensibus* puto *pompis*: in quibus non Deorum modo, sed & clarorum virorum, statuæ præferebantur. Conf. Sueton. in Tito, c. 2. & in Jul. c. 76. Adde infra, ad Civ. V. 879, 14.

Pag. 128. *L.* 51 *sq.* εἰρηνικὸν ὁμοῦ καὶ πολεμικὸν ταμιεῖον. „Non minus [quam Beraldi versio; quam nos fere sumus secuti] placet Cæliana interpretatio istorum verborum, quæ est hujusmodi: *Scipio igitur, hac urbe capta, quæ tanquam receptaculum atque armamentarium omnium rerum quæ ad pacem bellumque conducunt.* Non minus placet, (inquam) hoc solo excepto quod pro ταμιεῖον maluissem *promptuarium* aut *penus* dicere. Rationi enim consentaneum non videtur ut armamentarium non minus εἰρηνικὸν quam πολεμικὸν esse velimus, quum pax armis non indigeat: & illud tamen ab illis dictum esse constet. Cæterum idem paulo post, νεωσοίκους non simpliciter, sed *armamenta navalia*, reddidit." H. STEPH.

L. 54. „Pro his, καὶ ἀγορὰν ποικίλην, habet Cælii interpretatio, *aliaque multa velut in publico mercatu inventa.* Quæ nova est interpretandi forma: at Beraldi interpretatio, *& commeatum varium*, nihil novitatis habet. Sed voluissem inseri vocem *alium*: hoc modo, *& alium commeatum varium.* Alioqui frumentum in numero eorum, quæ commeatus nomine intelliguntur, esse negabimus." IDEM.

L. 58. καὶ ἐθριάμβευε. „θριαμβεύειν hic loci est, in pompa per castra & series militum geminas traducere captivos & spolia." REISKIUS.

L. 62. ἀριστεῖα. Miror, de truncato vocabulo ἀριστεῖ ne verbulum quidem adnotatum esse ab H. Stephano. Rem fusius exponit Livius XXVI. 48.

Pag. 129. *CAP. XXIII. Lin.* 76. δύο ὄντε λοιπὼ καὶ δύο Ασδρούβα. Bene hæc habere videntur, nisi quod commode post λοιπὼ, leviter incidi possit oratio. De duobus Asdrubalibus jam dixerat, init. cap. 16. p. 118. Duos autem summos impera-

tores h. l. dicit, ſub quibus velut legatorum munere reliquos functos intelligit. Pag. 129.

L. 80. Μάγωνα δ' ἕτερον. Scil. diverſum ab eo, quem Carthagini præfectum fuiſſe, ibique a Scipione captum, paulo ante dixerat, cap. 19. & 22 extr. Eſt autem hic is ipſe, quem ſupra (cap. 16.) cum Aſdrubale Giſconis filio nominaverat, Amilcaris filius, adeoque frater alterius Aſdrubalis atque Annibalis, ut ex Livio diſcimus.

L. 82. τὴν Λέρσα γῆν τῶν ἀφισταμένων. Quin corrupta ſint tria media verba, in eiſque lateat unum aliquod populi nomen, vix quiſquam dubitaverit: ſed quodnam illud ſit, difficile fuerit definire.

L. 84. ἐς Βαιτύκην. Quod ſi de hoc oppido conſtaret; certius quid etiam fortaſſe haberemus, quod in emendando eo loco, quem modo attigimus, ſequeremur. *Bætycam*, Hiſpaniæ oppidum, ignorant Geographi. Quod *Beticam* vel *Bæticam* h. l. Cæl. Sec. Curio poſuit, nihil inde ſubſidii peti poteſt: neque enim illud oppidi nomen, ſed regionis, eſt, & id quidem Auguſti demum ætate uſurpari coeptum. Oppidum autem, non regionem, deſignat Appianus, ſubjiciens, καὶ πρὸ τῆς πόλεως ἐστρατοπέδευσεν. WESSELINGIUS ad Antonini Itinerar. p. 411. Βαιτύκην Appiani, ob Livium lib. XXVIII. 13. ait in *Bæculam* commutandam. Poterat commodius ad Liv. XXVII. 18 & 20. provocare: nam ſi rem eam, quam breviter hic perſtringit Appianus, cum Livii Hiſtoriis velimus conferre, non ad aliam facile partem Livianæ narrationis, niſi ad eam quæ lib. XXVII. 18. continetur, (coll. Polyb. X. 35 ſq.) referri poſſe videtur: atque in id fere tempus etiam, quoniam certius nil habui, rem iſtam retuli; quamquam (ut alia taceam, quæ dubium hic movere poſſint) cladem illam ad Bæculam Polybius Liviuſque Aſdrubali Amilcaris filio, non Giſconis, ut Appianus ſcribit, accidiſſe produnt. *Bæculam* autem hanc (Βαικύλαν vel Βαίκυλα) iidem Scriptores prope Caſtulonem ponunt; Stephanus Byz. haud longe ab Herculeo freto remotam facit: monueruntque qui de his rebus commentati ſunt, non confundendam hanc Bæculam Pag. 130.

Pag. 130. cum ea esse, quæ in Authetanis in citeriori Hispania Ptolemæo memoratur Βαίκουλα, cujus cives Bæculonenses Plinio dicuntur. Neque vero minus difficultatis habere ipsam illam Polybii Liviique *Bæculam* video; neque veteribus Geographis, Straboni, Ptolemæo, Plinio, Antonino, magis, quam Appiani nostri Βαιτύκην, memoratam reperio. Neque præteundum est, quod apud Livium editiones veteres cum pluribus scriptis codicibus (conf. inprimis Drakenb. ad XXVII. 20, 3.) non *Bæculam* dant, sed *Betulam*, quod ad Βαιτύκη paulo propius accedit. Apud Strabonem, lib. III. p. 141. C. in Bætica Hispania Βαῖτις memoratur, urbis nomen; quod corruptum esse & in Βαίκυλα mutandum (consentiente Berkelio ad Byzant. v. Βαίκυλα) contendit ad illum Strabonis locum Casaubonus; at ibidem varia nomina, quibus apud alios Scriptores idem oppidum designatum videatur, colligens Casaubonus, in eis nominibus ex Appiano non Βαιτύκην hanc, de qua quærimus, sed Οδόλκολαν retulit, quæ apud Nostrum p. 183, 10. commemoratur, nec huc referenda videtur. Βαῖτις apud Strabonem, & Βαιτύκην apud Appianum, defendit Rod. Carus in Antiq. Hispal. lib. III. c. 35. citatus a Wesseling. ad Anton. p. 411. Bæculam illam Polybii Liviique, Obulcum esse Ptolemæi, (Obulconem Plinii, diversam ad Obulcula vel Obucula) censuit Bochart. in Chan. I. 34. p. 667. Denique in alia omnia, nec tamen sine singulari quadam veri specie, hic abit Doujatius ad Livium, laudatus Drakenborchio ad XXVII. 19, 1. 20, 3. & XXVIII. 13, 5.

Cap. XXIV. Ὁ δὲ τὴν σφετεραὶαν τὴν Καρχηδ. &c. Vide Polybium lib. XI. c. 18 seqq. & Livium XXVIII. 12 sqq.

Iin. 89. ἐς Καρεώνην πόλιν. „ Quamvis hic Καρεώνην habeamus, tamen p. 270. [134, 56.] Καρβώνην eandem appellari videmus. Secundus autem *Cerbonam* utroque loco habet." H. Stephanus. Καρμώνην legendum esse, jam a Wesselingio ad Anton. p. 414. & (ad quem ille provocavit) Rod. Caro in Ant. Hispal. III. 41. video observatum. Neque dubitare debueram, in contextum hoc recipere; quemadmodum apud Hirtium de Bell. Alex. cap. 57. ubi similiter *Carbonam*

legebatur, quod ibid. c. 64. in *Narbonem* etiam fuerat detortum, jam pridem factum reperio. Nam in græca quidem ſcriptura, qui meminerit figuræ illius literæ *beta*, leviſſimo calami ductu a μ diverſa, qua ſæpe uſi ſunt librarii, eo facilius intelliget quam proclivis fuerit ex Καρμώνη in Καρβώνη tranſitus. Eſt autem *Carmone*, *Carmona* vel *Carmon* ex Strabone III. 141. C. ex Antonino p. 414. ex Cæſare Civ. II. 19. nota, in Bætica Hiſpania ad ortum urbis Hiſpalis, modico intervallo a Bæti fluvio diſtans, hodieque eodem nomine *Carmona* non ignobilis: ac miror, hujus urbis mentionem a Cellario in Orb. Antiq. eſſe præteritam, quum ejus ſitum ab eodem Cellario in Adnotat. ad Cæſ. l. c. adcurate notatam videamus. Eamdem Καρμώνη fortaſſe reſtituendam Appiano eſſe p. 171, 1. ubi Καρμέλον Editi, & Καρμόνη dant libri noſtri, monui ad illum locum. Sed de Carmone in hac hiſtoria, quam nunc adgreditur Scriptor noſter, apud Polybium rurſus Liviumque altum ſilentium. Οὐ μακρὰν ἀπὸ τῆς πόλεως τῆς προσαγορευομένης ΗΛΙΓΓΑΣ contractas eſſe ex variis Hiſpaniæ ulterioris partibus copias Pœnorum, apud Polybium legimus; *ad SILPIAM urbem*, apud Livium; corrupto utroque nomine: pro quibus ſi quis apud Polyb. ΙΛΙΠΑΣ, apud Livium *ILIPAM*, reſtituendum ſuſpicetur, proxime fortaſſe ad verum acceſſiſſe videbitur. (De *Ilipa*, ad alteram Bætis ripam inter Hiſpalin & Cordubam, vide Strab. III. 141. C. Antonin. p. 411. Plin. III. 1. 3.) Tum vero Livius rurſus prope Bæculam, neſcio quam, commiſſum prælium ſignificat. Sed Polybius, a Caſtulone & Bæcula ulterius progreſſum Scipionem in conſpectum tandem hoſtium perveniſſe ſcribit; cui non admodum repugnat, ad Carmonem uſque (ad quam Appianus, alios Annales ſecutus, prælium illud accidiſſe refert) perveniſſe Romanos: intelligique poterit, Pœnos ab Ilipa, in cujus vicinia primum contraxerant copias, ſuperato Bæti, eodem fuiſſe progreſſos; quamquam idem Polybius dicere videatur, Pœnos ad ipſam illam urbem quæ Ηλιγγία apud eum nominatur, exſpectaſſe Romanos. Pag. 130.

Pag. 130. *L.* 92. Μασσανάσσης. H. STEPHANUS, quum nomen illud in hoc libro ſemper Μασανάσσης ſcriptum edidiſſet, in Notis ad edit. 1. ad pag. noſtr. 133, l. 34. ubi contra ejus voluntatem ſemel Μασσανάσσης erat poſitum, hæc adnotavit: „ In exemplari, hoc nomen modo unico σ ſcriptum erat in principio, modo duplici. Ego ſemper unicum σ ponendum cenſui, quod apud poëtas ſyllaba prima corripiatur. Hic tamen neſcio quomodo ex illo noſtro exemplari irrepſerunt illa duo σσ: quorum alterum expunge." Eodem tamen loco, in edit. 2. rurſus Μασσανάσσης editum eſt. Hanc eamdem vero ſcripturam, quam equidem conſtanter tenui, duplici utrimque σ, ubique (vix uno aut fortaſſe altero loco excepto) præivere Bav. & Med Tum vero & Vat. A. & (in hiſt. Pun) Aug. in principio quidem vocis conſtanter duplici σσ utuntur: ſed ſub finem vocis in Vat. A. alterum σ, quum a prima manu poſitum eſſet, ubique eraſum eſt, & in Aug. partim duplici σσ ſuperſcriptum ſimplex σ, partim a prima etiam manu Μασσανάσης poſitum eſt, quemadmodum in Pun. hiſt. ex Regiis libris conſtanter exhibent ſuperiores editiones.

L. 93. ὑπὸ χάρακι ἐστρατοπέδευεν. Poterant hæc cum Beraldo verti, *ſub vallo caſtra metati ſunt*; vel, *ſub vallo caſtra poſuerunt.* *L.* 95. Conjunctionem δὲ, poſt ὧδε, dederunt Vat. A. & Med.

Pag. 131. *L.* 5. εὐσταθῶς. SUIDAS, hæc ipſa Appiani verba adferens, Εὐσταθῶς interpretatur ἀσφαλῶς, βεβαίως.

L. 8 *ſq.* „ τριτημόριος. Scribendum τριτημόριον." H. STEPH. — Si tenendum τριτημόριος fuiſſe dicas, intelligendum fuerit δύναμις. Poſſis & τριτημορὶς ſuſpicari.

CAP. XXV. Lin. 14. ἐς ἐπήκοον ἐλάσας. „ Forte συνελάσας, aut συγκαλέσας, aut ἀθροίσας." REISKIUS. Ardorem & properationem Scipionis notare illud ἐλάσας videtur.

L. 14 *ſq.* καὶ τὸ βλέμμα - - ἔνθους. Beraldus: *& vultu & habitu, velut divino numine afflatus.* „ Malim ita interpretari, & ita certe interpretandum fuit, *quum vultum & habitum perinde compoſuiſſet acſi a deo afflatus foret.* Secundus; *aſpectuque & vultu in ſpeciem hominis a deo af-*

flati commutatus. Quaſi vero inter aſpectum & vultum id eſſet diſcrimen quod inter βλέμμα & σχῆμα." H. STEPHAN. — Utitur his Appiani verbis SUIDAS, vocem Ἔνθους exponens per θεόληπτος. conf. p. ſeq. l. 29. Apud eumdem Suidam mox recte (p. ſq. l. 16.) καλεῖν legitur. Literam β cum κ permutatam alibi etiam videmus, Civ. II. 283 ſq. l. 51 ſq. Pag. 131.

L. 16. τὸ δαιμόνιον, „ Hic τὸ δαιμόνιον Secundus *genium* vertit: quum tamen τὸν δαίμονα vocare potius Græci conſueverint quem Latini genium appellarit: veluti quum unicuique ſuum δαίμονα dicunt προσκεκληρῶσθαι, aut unumquenque certo cuidam δαίμονι προσκεκληρῶσθαι. Atqui videmus & ſtatim poſt dici θεῷ, non δαίμονι: & κατὰ θεὸν, non κατὰ δαίμονα. Itidemque in principio paginæ 265. [122, 58 ſqq.] κατὰ θεόν: item πειθόμενος θεῷ. Sic & pag. 267. [127, 44.] κατὰ θεὸν ἕκαστα δρᾶν. Quin etiam hoc illi Secundi interpretationi poteſt opponi, quod in hac ipſa pag. [lin. 23.] ſequitur, ὅτι οἱ σύμβουλα νίκης οἱ θεοὶ καὶ ταῖδε ἔπεμψαν. Atque idem Secundus, ſibi non conſtans, in pag. illa 265. ubi dicitur κατὰ θεὸν, numerum ſingularem in pluralem mutans, dicit, *non ſine deorum providentia.* Scio alioqui & Socratem dictum fuiſſe habere ſuum δαιμόνιον: ſed nec ibi *Genium* interpretari nos debere puto. Nec vero Egeria dici poteſt (ut opinor) fuiſſe genius Numæ: qui primus tali ſimulatione ad comparandam ſibi autoritatem uſus eſt." H. STEPHANUS. Pag. 132.

L. 18 *ſq.* τῶν πρότερον ἔργων . . . κρατῆσαι. „ Scribendum puto ἐπὶ τῶν πρότερον ἔργων. Quale enim hoc eſſet, aliquem κρατῆσαι τῶν ἔργων dici? quum ἔργα vocentur res in bello fortiter geſtæ, aut etiam ſimpliciter, facta bellica." H. STEPH. — At quum τὸ ἔργον ſæpe & apud Noſtrum & apud probatiſſimos quoſque Scriptores [conf. Thucyd. lib. I. c. 107 extr. & paſſim alibi,] idem prorſus valeat quod ἡ μάχη; ſimiliter fortaſſe dici poterit τοῦ ἔργου κρατεῖν, atque τῆς μάχης κρατῶν Hiſp. 154, 18. & alibi. Poſſis autem h. l. commodius fortaſſe τῶν προτέρων ἔργων legere, ut τῶν προτέρων συνθηκῶν Pun. 418. 90. & id genus alia.

Pag. 135. ctionem, quæ, contra quam volueram, ex Stephaniano contextu in noſtrum irrepſit) ut jungantur verba δίησιν Ρωμαίων, ſicut paulo ante, τῶν Σκιπιώνων ἀνάμνησιν, ſitque hæc ſententia, *& ut ad eum deferret preces populi Romani*, vel, *ut nomine populi Romani ab eo peteret* &c. Sic ad verbum συναμβάνειν intelligendus fuerit, ut ſæpe aliàs ſolet, caſus perſonæ, αὐτοῖς.

Pag. 136. *L.* 89. καὶ μέγα ποιούμενος ἐπὶ Καρχηδονίοις πρεσλαβεῖν - - Σύφακα. „ Eſt bonum & bene Græcum μεταποιεῖσθαι: ſed aut addendus hic articulus τοῦ, aut certe pro μεταποιούμενος legendum μέγα ποιούμενος. *Magnum in omnia momentum Syphax affectanti res Africæ erat*, Livius [XXVIII. 17.]" H. STEPHANUS, *ad edit.* 1. „ Ex μεταποιούμενος faciendum puto μέγα ποιούμενος, quo genere loquendi utitur cum alibi tum pag. 275. [145, 49.] Ferri certe illud μεταποιούμενος non poteſt. Verum & ἐπὶ Καρχηδονίους ſcribendum puto: id eſt, *adverſus Carthaginienſes*. Secundus vertit, *Carthaginienſes antevertere*, tanquam ſcribens, Καρχηδονίους προλαβεῖν, expuncta præpoſitione ἐπί. Sed, legendo ἐπὶ Καρχηδονίους, & exponendo ut dixi, nec προσλαβεῖν in προλαβεῖν mutare, nec præpoſitionem illam mutare neceſſe fuerit." H. STEPH. *ad edit.* 2. Non nimis ſane commodum foret μεταποιούμενος, etiamſi ſequeretur artic. τοῦ: quod & ipſe H. Stephanus, quum iterum ederet Appianum, ſenſiſſe videtur. De vera lectione, μέγα ποιούμενος, (de qua reſtituenda MUSGRAVIUS etiam monuit) dubitare nos non ſinunt loca huic gemina, p. 145, 49. & Pun. 316, 93. Quo accedit, quod Annib. 275, 85 ſq. idem rurſus librariorum lapſus, qui quam fuerit proclivis facile intelligitur, recurrat. De προσλαβεῖν dubitet fortaſſe aliquis, &, quamquam idem verbum duobus locis paulo ante citatis uſurpetur, tamen προλαβεῖν, *præripere adverſus Pœnos Syphacis amicitiam*, locum hic ſuum, quem ei tres Codices tribuerunt, tueri poſſe dicat. Sed grammatica utique ratio hoc etiam loco προσλαβεῖν, in quod Vat. A. cum exemplari H. Stephani conſentit, poſtulare videtur. — Quod ἐπὶ Καρχηδονίους ſcribendum contendit H. Stephanus, præſidium

præſidium invenerit in illo ἐπὶ Ρωμαίους p. 145, 50. tum in frequentiſſimo præpoſitionis illius uſu cum quarto caſu in hac ſignificatione, *adverſus*, *contra*. At vero & apud optimos quoſque Scriptores (Herodotum, Thucydidem, Demoſthenem, alios) ἐπὶ, eamdem vim habentem, cum tertio caſu conſtructam videmus, & apud Noſtrum Pun. 307, 43. 313, 50. Civ. I. p. 33, l. 33. IV. 651, 42. V. 780, 30. &c. Pag. 136.

Cap. XXX. Lin. 93 *ſq.* ναυσὶν αἷς εἶχον μακραῖς ἐπανήγοντο. — „ Secundus, *triremes, quas ipſi habebant, contra eum eduxerunt:* quaſi νῆες μακραὶ non aliud eſſent, quam triremes. Verbum autem ἐπαναγέσθαι ſunt qui & ita reddant." H. Steph. — Nec tamen admodum alienum ab uſu latini ſermonis videtur, quaslibet naves longas ad bellum armatas *triremium* nomine complecti.

L. 1. „ Hæc verba παρὰ μὲν δὴ τοσοῦτον ἦλθε κινδύνου, (quæ apud hiſtoricos frequenter occurrunt) neſcio an intellexerit Secundus: male eſſe interpretatum ſcio, *Hujuſmodi pericula evaſit.* Sed & Beraldus non ſimpliciter, *Hoc diſcrimen adiit*, dicere debuit, verum, *Tantum diſcrimen*, vel, *Adeo magnum diſcrimen adiit.*" H. Stephanus.

Cap. XXXI. Lin. 9 *ſq.* „ Ut hic ἐς Ρωμαίους μετατίθενται dicit, ita pag. 263. [p. 119, 11.] ἐς Ρωμαίους μετέθεντο. Vertit autem uterque interpres μετέθεντο, *defecerant*: ſed Beraldus, *ad Romanos defecerant*; Cælius, *a Carthaginienſibus defecerant*: quum hoc deficere ſit ἀφίστασθαι, & oporteat ab aliquo prius ἀφίστασθαι, deinde ad alium μετατίθεσθαι. At in illo paginæ 263. loco, μετέθεντο vertit Cælius, *fidei Romanorum ſe commiſerant:* Beraldus, *in Romanorum ſocietatem venerant.* Ex quibus interpretationibus aliquis minime conjectura poſſit aſſequi Græcum ſcriptorem tali verbo eſſe uſum. Habes autem eundem hujus verbi μετατίθεσθαι uſum & pag. proxime ſequente; [139, 42.] at initio pag. 270. [133, 45.] paulo alium." H. Stephanus. Pag. 137.

L. 11 *ſq.* οἱ δὲ λοιποὶ διέφυγον αὐτῶν. Dubito an ferri poſſit hujuſmodi Hyperbaton: ac malim certe αὐτὸν, cum Musgravio.

Pag. 137. *L.* 17. „Verbum πρεσβεύειν, quod Beraldus vertit, *de pace agere*: Secundus reddit, *legationem ſuam explicarent*. Ac illa certe Beraldi interpretatio nimis reſtringere verbi Græci ſignificationem videtur." H. STEPH.

Pag. 138. *L.* 25. ὑφ' ἡμῖν. „Non ὑμῖν, ſed ἡμῖν, uterque etiam interpres legendum cenſuit. Nam & Secundus ita, *quod quum ſinguli veſtram patriam ſub noſtro imperio habeatis.*" H. STEPHANUS. ὑφ' ἡμῖν dedit Vat. B. & ſic ſcribendum monuit etiam MUSGRAVIUS.

CAP. XXXII. Lin. 35. Σιλανὸς δὲ. Apud Livium XXVIII. 39. non M. Silano, ſed L. Marcio, mandatum hoc a Scipione datum legimus. Et apud Noſtrum etiam, in fine hujus hiſtoriæ, cum Silano ſimul L. Marcius memoratur, p. 139 extr. & ſq. *L.* 36. Κάσλακα πόλιν. Sic mox rurſus, pag. ſq. lin. 50. & gentile Κασλακαῖοι lin. 37, & p. ſq. 52 & 56. *Caſtulonem*, quam in hac hiſtoria Livius l. c. nominat, Καστλωνα ab Appiano adpellatam ſupra vidimus p. 118, 96. Eamdem urbem nunc diverſo hoc nomine ab eodem deſignatam eſſe, nolim cum Weſſelingio ad Antonin. p. 403. confidenter adfirmare. Potuerunt Annales, quos Appianus ſecutus eſt, ad aliam urbem referre hanc hiſtoriam atque illi, e quibus ſua Livius hauſit. A librariis autem, recentioribus certe, non eſſe corruptum hoc nomen, ex Stephano Byzant. adparet, apud quem idem urbis nomen cum gentili ex ipſa hac Appiani Hiſtoria citatur. Vide ſupra, hoc vol. p. 3. l. 5 ſq.

L. 40. Ιλυργίαν. Ιλούργειαν vocavit Polybius, referente Byzantino ad hanc vocem. Ιλουργὶς eſt apud Ptolemæum, lib. II. cap. 4. in Turdulis.

Pag. 139. *L.* 49. αὐτοῖς ἐπικατέσκαψαν. „Neuter interpres animadvertit uſum hujus compoſiti ἐπικατέσκαψαν cum pronomine αὐτοῖς: ſed perinde vertit ac ſi ſimplici κατέσκαψαν abſque illo dativo uſus Appianus eſſet: quum ſignificare velit urbem ſuper occiſorum cadaveribus fuiſſe dirutam." H. STEPHAN. — Poteſt & hæc vis verbo illi tribui, *denique* (*occiſis omnibus*) *ipſum etiam oppidum inſuper diruerunt:* ut ἐπικατασφάξαι p. 140, 68.

L. 52 *ſq.* αὐτοὺς οὕτω φρονεῖν. „ αὐτοὺς οὐ ταὐτὰ φρονεῖν." REISKIUS. Non ſatis cauſæ videtur, cur vulgatam ſollicitemus lectionem. Pag. 139.

CAP. XXXIII. Lin. 60. Ἀσλακα δ' ἦν πόλις. Gentile Ἀσλκαῖος, quod infra in eod. hoc cap. ſæpius occurrit, ex hac Appiani Hiſtoria citatur apud Stephanum Byz. ubi tamen mendoſe Αἰβύης ἔθνος, pro Ἰβηρίας, legitur. Vid. Fragmenta ex Appiano collecta, hoc Vol. p. 3. n. I. 1. Cf. Liv. XXVIII. 22. Pag. 140.

L. 60 *ſq.* Καρχηδονίους αἰεὶ διαμείναντα ὁμαλῶς. „ Notandus iſte adverbii ὁμαλῶς uſus, quod Beraldus prætermiſit: [& nos cum illo imprudentes prætermiſimus.] Gœllius autem vertit, *eodem modo*: ita enim hunc locum reddit, *quæ ſemper eodem modo in fide Carthaginienſium manſerat.* Videri autem poſſit deeſſe aliquod nomen adjectivum (cujuſmodi eſt πιστὰ, aut φίλα) quod poſt vel ante διαμείναντα ponatur. Illud certe ὁμαλῶς non male fortaſſe reddatur *æquabiliter.* At vero in fine pag. proxime præcedentis [p. 139, 48.] ejuſdem adverbii interpretatio ab utroque omiſſa eſt: ubi ſcriptum eſt, ἔχθιστον ὁμαλῶς καὶ παιδία καὶ γυναῖκας. Verti autem hic queat (ut opinor) *nullo diſcrimine.*" H. STEPHANUS. Sicut pag. præced. ὁμαλῶς *nullo diſcrimine* verti poſſe Stephanus dicit: in eamdem fere ſententiam hoc loco, de quo nunc quærimus, commode, *pariter omnes*, *peræque omnes*, *unanimi conſenſu*, reddi poterit. διαμείναντα autem, videndum, an in διεμμείναντα fortaſſe debeat mutari. Nam ſicut p. 129, 79. dixerat Καρχηδονίους ἐμμένειν, *in fide Carthaginenſium manere*: ſic διεμμένειν (quod verbum, nulla quidem ſuffultum auctoritate, in Indice ad H. Stephani Theſaurum citatur) fuerit *conſtanter* ἐμμένειν, *in fide perſeverare*; quatenus διὰ in compoſitione verborum interdum ſignificationem intendit & perſeverantiæ addit notionem.

L. 68. ἐπικαταφάξαι recte Vat. A. & Med.

CAP. XXXIV. Lin. 81 *ſq.* Σκιπίων ἐς ἀῤῥωστίαν ἐνέπεσεν. De *morbo* illo *Scipionis*, & de *defectione exercitus*, quæ ea occaſione exorta eſt, confer Livium XXVIII. 24 ſeqq. & Polyb. XI. 23 ſqq. Pag. 141.

Pag. 142. *L.* 95. μεταπείθωσιν. „ Alibi dicit μεταδιδάσκειν τοὺς πλησιάζοντας." H. STEPH. *L.* 98. ἐπὶ σῖτον. Polyb. XI. 23. καμίζεσθαι τὰς σιταρχίας, & c. 24. ἐπὶ τὴν κομιδὴν τῶν ὀψωνίων. Livius XXVIII. 25. *ad ſtipendium petendum convenirent Carthaginem.* Conf. ſupra, ad p. 119, 2.

CAP. XXXV. Lin. 11. ἄνευ παραγγέλματος. Cum Beraldo interpretatus ſum, *haud exſpectato ſigno.* „ Non placet ita exponi. Sed quomodo ἄνευ παραγγέλματος dicit, quum jam παράγγελμα daret? Perinde eſt, ac ſi diceret, *abſque alio mandato*, ſive, *non exſpectato alio mandato.*" H. STEPHANUS. Sic Cælius: *nullo præterea exſpectato juſſu.*

Pag. 143. *L.* 15 *ſq.* ἔτι νοσοῦντα τὸν σῖτητὴν σφῶν παρακρατεῖν. — „ Longe aliter locum hunc intellexit Secundus quam Beraldus. Vertit enim, *Tanquam puderet, imperatorem ægrotum ipſis vigilantem & ſolicitum magis eſſe.* Sed dubium non eſt, quin Beraldi potius interpretationem [quam & nos tenuimus] ſequi oporteat. Eſt enim παρακρατεῖν interdum *retinere quempiam abire volentem.* Sed recentiorum potius ſcriptorum eſt hoc vocabulum. Dixit tamen Dioſcorides, τρίχας μούσας παρακρατεῖ." H. STEPHANUS. Nulla ſtipatum auctoritate adfertur hoc verbum apud Steph. in Ind. Theſ. pro *contineo*, *retineo*, *firmor.*

L. 19. „ Non dicit, οὐ φθάσαντες οὐδὲ τὴν ἐσθῆτα ἐπιθέσθαι, ſed οὐδὲ τὴν ἐσθῆτα πᾶσαν. Nec certe poterat ita loqui, niſi τοὺς χιτῶνας inter ἐσθῆτας numerare nollet. Non igitur dicendum fuit *veſtibus omiſſis*, ſed *reliquis veſtibus omiſſis*, vel, *reliquo veſtitu omiſſo*, quem videlicet τοῖς χιτῶσι ſuperponebant. Ideoque dicit ἐπιθέσθαι." H. STEPHANUS.

CAP. XXXVI. Lin. 20. ἀμφ' αὐτὸν Vat. A. Conf. ad p. 47, 36. *L.* 21. καὶ, ante πρῶτα, tacite H. Stephanus ſua auctoritate, neſcio quo conſilio, adjeciſſe videtur. Certe abeſt a tribus noſtris codicibus, neque in Curionis legebatur exemplari: & erat utique ab hoc loco alienum. *L.* 23. λίγων ἔτι. Sic recte Vat. A. & ſic legendum perſpecte viderunt REISK. & MUSGRAV. neque aliter dare voluit librarius Vat. B. quum ἔτι ſcripſit.

L. 30 *ſq.* τοὺς εἰς τὸ μέσον παραχθέντας αἰκισάμενος. „Vix queo probare hanc interpretationem, *virgis cædi*: etiamſi ei Secundus aſſentiatur. Scimus enim, apud hunc quoque αἰκίζεσθαι de illis dici qui cruciatus & tormenta adhibent: ut videre eſt cum alibi, tum pag. 258 & 261. Sed illo non hoc interpretati eſſe modo videntur, ut Scipio more Romano potius quam barbaro uſus dici poſſet. Non ignoro alioqui αἰκίζεται exponi μαστίζει in hoc Sophoclis verſu, [in Ajace, 65.] *Pag.* 144.

Καὶ νῦν κατ' εἴκους συνδέτους αἰκίζεται.

Sed quid ſi per catachreſin ſeu per hyperbolen ita uſus ſit illo verbo Sophocles? Habemus tamen & πληγαῖς ᾐκίζετο apud Xiphilinum e Dione, [lib. LXI. c. 7.]" H. STEPHANUS. — Sic & Dio in Fragm. Peireſc. T. I. edit. Reim. p. 11, l. 18 ſq. ἐλαυνοῖς τε γυμνοὺς προσέδησεν, καὶ ῥάβδοις αἰκισάμενος ἀπέκτεινεν: *virgis ad mortem cædi juſſit.* Poſſentque facile, ſi opus eſſet, cumulari exempla.

CAP. *XXXVII. Lin.* 43 *ſq.* Μασσανάσσης - - - φιλίαν τῷ Σκιπίωνι συνθέμενος. Conf. hiſt. Pun. c. 10. *L.* 48. Σύφακα δ' ἔρα . . ἔρως ἔκνιζε τῆς παιδός. Citavit Suidas, in Σύφαξ, & in Ἔκνισε; Aoriſtum in altero hoc loco ponens, pro tempore imperfecto. *Pag.* 145.

L. 52 *ſq.* Ἀσδρούβας αὐτὰ ἐπίκρυπτε, τὸν Μασσανάσσην αἰδούμ. Rectius fortaſſe abeſſet hypoſtigme poſt ἐπίκρυπτε, *celavit rem a Maſſanaſſe*; ut ἐπίκρυπτε cum duplici accuſativo conſtruatur, & ad αἰδούμενος intelligatur αὐτόν. *L.* 54. Μάγων. Amilcaris filius, frater Annibalis. Livius XXVIII. 36. coll. c. 46. & XXX. 19. Conf. Noſtrum ſupra, p. 138. cap. 31. extr. & Pun. c. 9. &c. Idem, qui nunc claſſi, ſuperiori anno in pugna ad Carmonem equitatui fuerat præfectus.

CAP. *XXXVIII. Lin.* 59. Στρατηγοὺς Ἰβηρίας ἐπησίους. Hi primum *Proconſules* dicti ſunt, & extra ordinem bini in Hiſpaniam miſſi. Liv. XXVIII. 38. coll. XXIX. 13. &c. Deinde aucto A. U. 557. numero Prætorum, duo quotannis Prætores regulariter in duas Hiſpanias, Citeriorem & Ulteriorem miſſi ſunt. Liv. XXXII. 27 ſq. Pigh. Annal. T. II. p. 253.

Pag. 145. *L.* 62. ἁρμοσταὶ ἢ ἐπιστάτας αὐτοῖς τῆς εἰρήνης γενησομένους. — „ Cæl. Secundus ἁρμοστὰς vertit *imperatores*, ſicut ἐπιστάτας, *prætores*: ita enim ille, *qui in pace imperatorum & prætorum officio fungebantur.* Quæ interpretationes non ſatis aptæ videntur: præſertimque ἁρμοστὰς interpretari *imperatores*, non placet. Eſtque & hoc obſervandum, eum vertere *in pace*, perinde acſi ἐπὶ τῆς εἰρήνης ſcriptum eſſet. At ego non dubito quin genitivum τῆς εἰρήνης cum nomine ἐπιστάτας jungere oporteat, perinde acſi diceretur, *pacis præſides*, vel, *qui paci præeſſent*: vel, *qui ad pacem pertinentia moderarentur.* At vero ἁρμοστὰς ab illo genitivo ſeparari puto: quod vocabulum e republ. Lacedæmoniorum petitum eſſe conſtat." H. STEPH. Ἁρμοσταὶ, οἱ ὑπὸ Λακεδαιμονίων εἰς τὰς ὑπηκόους πόλεις ἄρχοντες ἐκπεμπόμενοι· Harpocration, & iiſdem fere verbis Suidas. Confer Noſtrum, Civ. IV. cap. 7.

Pag. 146. *L.* 73 *ſq.* „ Vocat τὴν πάλαι κουφολογίαν ea quæ Scipionem eſſe pollicitum narravit Appianus pag. 264. [p. 121, 37] nam & κουφολογῆσαι ibi dixit, quemadmodum hic κουφολογίαν dicit. Secundus hæc ita vertit, *Illi etiam ipſi qui prius ei invidebant, eumque levitatis ac jactantiæ inſimulabant, rem ad glorioſum finem adductam fatebantur.* Sed dicendum potius erat, *eam ad glor. finem add. fatebantur*, ut Latina Græcis omnino reſponderent. Intelligere autem oportet *eam levitatem & jactantiam* de ejus promiſſis, quæ levitatem & jactantiam eſſe interpretabantur." H. STEPH.

L. 75. Ινδίβιλις. Vide Livium XXIX. 1-3. & XXVII. 17.

Pag. 147. CAP. *XXXIX. Lin.* 86. τι ad Κελτοῖς adjeci cum Vat. A. & Med. *L.* 87 *ſq.* „ Ut hic dicitur, ἐνεωτέρισαν αὖθις ἐς τὴν ἀσχολίαν αὐτῶν οἱ Ἴβηρες: ita legimus pag. 209. [Mithr. 725, 22.] τὴν ἀσχολίαν τήνδε ἡμῶν φυλάξας: & pag. 212. [p. 732, 37 ſq.] καὶ τὴν ἀσχολίαν ἡμῶν φυλάξαντες. Sed ad illum hujus p. 276. locum quod attinet, Secundus eum ita vertit, *iterum res Hiſpaniæ laborare cœperunt:* perperam. At recte Beraldus, *Romanis bello occupatis, Hiſpani hac captata occaſione res novas moliri*: pro, moliri cœperunt. Recte, inquam, niſi quod omiſit interpretationem adverbii αὖθις: quum di-

cendum eſſet, *iterum moliri*. Poſſit alioqui magis ad verbum ita reddi hic locus, *Adverſus eorum occupationes res novas iterum moliri.*" H. STEPHANUS. Præpoſitionem ἐς vel εἰς in illa phraſi non tam *adverſus*, quam *occaſione ejus rei*, *propter eam rem*, eſſe exponendam, intelligitur ex aliis Noſtri locis cum hoc conferendis: Civ. IV. 645, 41 ſq. Syr. 556, 30. Pag. 147.

L. 90. Τουδιτανὸς . . Ἐλούϊος. Vide Livium XXXII. 27 ſq. & XXXIII. 25. XXXIV. 10. Hujuſmodi nomina, quantumvis nota inter Romanos, nil mirum eſt frequenter a librariis, Græcis præſertim, corrupta eſſe: quæ corrigere diligens Editor debet, modo moneat lectorem, quid codices dederint. *Tuditani* nomen alibi (Illyr. 843, 9. Civ. I. 28, 46.) in Τουδιτανὸς & Τουδιανὸς detortum erat. Sempronio Hiſpaniam citeriorem, Helvio ulteriorem obtigiſſe ex Livio diſcimus.

L. 91. Μινούκιος. *Q. Minucius Thermus* citeriorem Hiſpaniam ſortitus eſt provinciam: Livius XXXIII. 26. & 44. XXXIV. 10. *L.* 93. Κάτων. *M. Porcius Cato* ille Major: cui, hoc anno Conſuli, Hiſpaniam citeriorem obtigiſſe ex Livio diſcimus XXXIII. 43. Adde XXXIV. 8 ſeqq. Laudat hunc Appiani locum Suidas, v. Κάτων. Demoſthenem fuiſſe cognominatum Diodorus etiam Siculus auctor eſt, in Excerpt. Peireſc. apud Weſſel. T. II. p. 605. & Plutarch. in ejus vita, pag. 338.

CAP. XL. Lin. 1. ἀγηγειράτο. ἐγηγέρατο Med. ex ἀγηγέρατο proxime corruptum; ſicut paulo ſuperius ἐγείραντες dederat pro ἀγείραντες. *L.* 3. ἀπέπεμψεν. Sic ex Vat. B. edidi. Mendoſe Vat. A. & Med. πέπεμψεν, quod fortaſſe etiam in ſuo exemplari H. Stephanus invenit, & in περιέπεμψεν mutandum cenſuit ex pag. ſq. lin. 24. ubi verbum περιπέμπειν, ſed alia ſignificatione, quæ non eſt hujus loci, occurrit. Certe nec Cæl. Curio περιέπεμψεν in ſuo exemplari hic repertiſſe videtur; nam ſimpliciter *miſit*, non *circummiſit*, interpretatus eſt. Pag. 148.

L. 5. „ Non auſim hic diſſimulare, Beraldum inſigniter in ſententiæ inſignis interpretatione lapſum eſſe, quum hæc

Pag. 148. τὸν γὰρ εὐψυχίαν αἰεὶ τοῦ πλέονος ἐπικρατεῖν, ita reddidit, *nihil enim tam arduum quod animi fortitudine ſuperari non poſſit.* Nam videmus his verbis rationem reddi illius quod dictum eſt, οὐ τοῦτο εἶναι φοβερὸν ὅτι πλήθει προὔχουσιν οἱ πολέμιοι: & his duobus verbis, πλήθει προὔχουσιν, reſpondere ad illa, τοῦ πλέονος ἐπικρατεῖν. Alioqui certe Appianus, id dicere volens quod Beraldi verba ſonant, (nam & illud eſſe verum nemo negaverit,) dicere debuiſſet, non τοῦ πλέονος, ſed καὶ τοῦ δυσχειρωτάτου, aut certe aliquo ſynonymo ſuperlativo uti. Fuit itaque locus hic ita reddendus: *Et ſuum exercitum docebat, non debere hoc metum afferre, quod multitudine ſuperiores eſſent hoſtes (ſemper enim a fortitudine majorem numerum ſuperari) ſed quod navibus caremus.* De hoc autem & alios quoſdam imperatores audimus monentes ſuos milites: & convenit cum eo quod de Lacedæmoniis dixit quidam, eos non interrogare de hoſtibus, πόσοι εἰσὶ, ſed ποῦ εἰσί. Cæterum ad locum de quo agitur ut revertar, ideo totum libuit interpretari, ut conſideraret lector, ne hoc quidem ſatis ex mente ſcriptoris dici, *non tantum imminere periculi ab hoſtibus numero ſuperioribus, quantum ex penuria navium.* Aliud enim eſt, dicere, non tantum imminere periculi: aliud, nihil periculi imminere. Atque hinc diſcat lector quam periculoſum ſit interpreti a verbis ſui ſcriptoris diſcedere, etiam ubi nihil eſſe periculi videtur." H. STEPH. Notum eſt tamen, & in confeſſo apud omnes, locutionem illam, οὐ τοῦτο - - - ἀλλά, ſæpe nil aliud valere niſi *non tam hoc, quam illud.* Ceterum ſententiam hanc Appiani laudat Suidas, v. Εὐψυχία: ubi pro οὐ τοῦτο εἶναι φοβερὸν, legitur μὴ εἶναι φοβ.

L. 8. οὐκ ἐλαττόσας. „Melius, aut uſitatius ſaltem, eſſet ἐπελαττόσας." H. STEPHAN. *ad edit.* 1. „Scribendum eſſe ἐπελαττόσας perſuaſum habeo. Alioqui ἐλαττόσας pro ἐπελαττόσας nove (niſi valde fallor) dictum eſſe oporteret." H. STEPHANUS. Quod diſcrimen inter ἐλαττίζειν & ἐπελαττίζειν Ammonius ſtatuit, de Differ. Voc. v. ἥλαττον, ut illud denotet αὐτὴν ἐλαττόα ἔχειν, hoc ἕτερον εἰς ἐλαττόα ἄγειν, id conſtanter aliàs

obſervaſſe Appianum reperio. *Spem facere alteri*, ſemper ἐπιλπίζειν dicit; (conf. Ind. noſtr. h. v.) niſi quod Syr. 552, 73. pro ἐπιλπίζων, quod ceteri habent, Aug. & Ven. ἐλπίζων exhibeant. Sed nimirum, ſicut lapſus hic inter frequentiſſimos eſt librariorum, ut in verbis compoſitis præpoſitionem omiſerint; ſic ibi procul dubio erraſſe duo illi, quos dixi, codices, pariterque hoc loco, in quo nunc verſamur, libri qui ſuperſunt omnes, cenſendi ſunt. De Thomæ Magiſtri loco, (v. ἐλπίζειν) qui dubium hic movere poterat, ſcrupulum pæne omnem exemit Hemſterhuſius, de verbo ἐπιλπίζειν adcurate diſputans ad Lucian. T. I. p. 345. & ad Dialog. Select. p. 7. Pag. 148.

L. 10. ἐς πάντα μετεωρίζα. „Suſpicetur fortaſſe mecum quiſpiam ἐς πάντας ſcripſiſſe Appianum: aliter tamen & Cælius, qui vertit, *commiſſo jam prælio ipſe in omnem partem hortans ſedulo pugnantes, diſcurrebat.*" H. STEPHANUS.

L. 20. ἀνέπαυσε τὴν εἰρατιάν. „Beraldus nimium hanc ἀνέπαυσιν ſive ἀνάπαυλαν reſtringere videtur, quum ἀνέπαυσε τὴν εἰρατιὰν vertit, *Reficiendis corporibus nonnihil quietis datum.* Malim igitur, cum Cælio, *Exercitui quietem conceſſit.*" H. STEPHANUS. Pag. 149.

CAP. XLI. Lin. 22 *ſq.* ὅμηρά τε ἤτησεν ἄλλα. „Cur ἄλλα ὅμηρα, quum nullorum facta mentio fuerit? Merito certe ab interpretibus illud ἄλλα prætermiſſum fuit. Poſſet autem fortaſſe, expuncta vocula τε, ita ſcribi hic locus, ὅμηρα ἤτησεν· ἄλλα καὶ βιβλία ἰσφ. &c. Alioqui, ſervando illam particulam, videri poſſit ſubſtituendum πάλαι in locum illius ἄλλα." H. STEPHANUS. At quidni intelligemus alios jam olim, in deditionem a Scipione accepta Hiſpania, obſides imperatos fuiſſe civitatibus, quemadmodum moris erat Romanis? Vide Liv. XXVIII. 34. Obſides autem aliàs etiam, interjecto aliquo tempore, mutare, & novos in locum ſuperiorum poſcere conſueverant. Conf. Noſtrum, Syr. c. 39. p. 596, 26.

L. 23. βιβλία ἰσφραγισμ. „Vocem βιβλία recte ab utroque interprete reddi *literas*, oſtendit vox γράμματα, quæ poſtea bis eadem de re dicta fuit, quum jam & γραφὴν dixiſſet. Sic

Pag. 149. autem & Dionem illo uti vocabulo memini." H. STEPHANUS.

L. 32. „ Φοβούμενοι, μόνοι μὲν, ὡς εὐκαταφρόνητον· μετὰ τῶν ἄλλων, μὴ &c. Non dubito quin legendum ſit εὐκαταφρόνητοι. μετὰ δὲ τῶν ἄλλων, μὴ &c." H. STEPHANUS *ad edit.* 1. In edit. 2. neque mutavit quidquam in contextu Stephanus, neque Adnotationem ullam ad hunc locum adjecit. εὐκαταφρόνητοι legendum quoque cenſuit MUSGRAVIUS: & ſic perſpicue dedit cod. Med. & invitis codicibus adjeci, conſentientibus MUSGRAVIO & REISKIO. — Tum verba μόνοι μὲν uſque βραδύνωσι, perſpicuitatis cauſa, parentheſeos ſignis includenda putavi.

Pag. 150. *L.* 36. ἱφισθῶτας recte tres noſtri mſſpti. Sic etiam reponere juſſit REISKIUS.

L. 38. ἐν ᾧ γὰρ ἅπαξ ὑπακ. „ Novus videri poſſit uſus harum vocum, ἐν ᾧ ὑπακούειν: ſed ita intelligenda hæc ſunt ut ſi dictum eſſet, ἐφιλοτιμοῦντο [προσλαβεῖν] καὶ τὸ ταχέως εἰργάσθαι ἐκεῖνο ἐν ᾧ ἅπαξ ὑπακούειν ἐδόκει, id eſt, *illud in quo faciendo ſemel parere decreverant.*" H. STEPHAN. ἐν ᾧ potius, intelligendo nomen χρόνῳ aut alio huic ſimili, ut ſæpe aliàs, ſignificare videtur *dum*, *quum*, *quandoquidem.* Vide loca a Wettſtenio ex Thucydide, Herodoto & aliis collecta ad Epiſt. I. Petri 2, 12. & ad Evang. Johann. 5, 7. Adde Epiſt. ad Rom. 8, 3.

L. 40 *ſq.* „ Cælius male hæc verba ὑφ' ἑνὸς στρατηγήματος, vertit, *ſola ducis calliditate*: quaſi ἑνὸς ſit a nominativo εἷς: quum dicat Appianus, non per plura στρατηγήματα, ſed per unum hoc effectum eſſe. Recte igitur Beraldus, *uno imperatoris aſtuto conſilio.* Magis autem ἀφ' ἑνὸς quam ὑφ' ἑνὸς mihi placeret." H. STEPH.

L. 42 *ſq.* Ρωμαίοις ἐς τὸ μέλλον εὐέφοδοι γενόμεναι, διέμειναν ἐς πλεῖστον ἐπὶ εἰρήνης. „ De hoc moneo obiter, Secundum, his verbis, *ſub Romanis pacatæ fuerunt*, omnia quæ ab Appiano dicuntur, non comprehendere. Hoc enim verba hujus ſonant: *Ac quum Romanis in poſterum redditæ eſſent aggreſſu faciles, longiſſimo tempore in pace permanſerunt.*

Beraldus autem in his duabus vocibus, *propter infirmitatem*, reſpexit quidem ad illud ἐυίφεδοι, ſed ejus ſignificationem non expreſſit: quum multa & varia ſint, propter quæ urbes aliquæ dici infirmæ poſſint, etiamſi non reddantur ἐυίφεδοι, ob muros dirutos, id eſt, *aggreſſu faciles*, ut dixi, ſive *tales ut facile invadi queant.*" H. STEPHANUS. Pag. 150.

CAP. XLII. Lin. 44 *ſq.* Ολυμπιάσι δ' ὕστερον τέσσαρσιν κ. τ. λ. — „Hæc verba proxime præcedentibus adnectuntur a Secundo, in ſua interpretatione. Ita enim ille: *Sicque ſub Romanis pacatæ per quatuor olympiades fuerunt.* Sequuntur autem iſta: *Poſt, circa centeſimam quinquageſimam olympiadem, bona Hiſpaniæ populorum pars a Romanis defecerunt:* perinde videlicet, acſi Appianus ita ſcripſiſſet, διέμεινεν ἐς πλείστον ἐπὶ εἰρήνης, ὀλυμπιάσιν ὕστερον τέσσαρσιν. Ἀμφὶ δὲ τὰς πεντήκ. &c. Muto autem τὰ in τὰς, ut vox ὀλυμπιάδας ſubaudiatur: quamvis fatear dicendum potius fuiſſe, ἀμφὶ τὴν πεντηκοστὴν καὶ ἑκατοστὴν, ad ſignificandum, *Circa centeſ. & quinquageſ. olympiadem*; adeo ut fieri non poſſit quin locus hic mihi ſit ſuſpectus, præſertim quum aliquis fortaſſe defendens quam habemus lectionem, dicturus ſit ſubaudiri ἔτη cum illis verbis, ἀμφὶ τὰ πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. Sed quomodo illis quatuor olympiadibus cum his centum quinquaginta annis conveniet? Cogor itaque ἐπέχειν, niſi prior illa emendatio mea, qua muto τὰ in τὰς, recipiatur, & chronologiæ conſentanea comperiatur. Beraldus, pro ὀλυμπιάσιν ὕστερον τέσσαρσιν, maluit dicere, *Annis aliquot poſt.*" H. STEPHAN. — τὰς pro τὰ ponendum eſſe, recte H. Stephanus conjectatus erat: ſic certe dederunt Vat. A. & Med. Similiter Pun. p. 499, 31. ἀμφὶ τὰς ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν ὀλυμπιάδας. Adde Mithr. 665, 89. Conveniunt autem h. l. ſatis adcurate rationes chronologicæ; quoniam initium Olympiadis CL. incidit in A. U. 574. Conf. Adnotat. ad lin. 48.

L. 45. γῆς ἀπορούντες. „Omiſit Beraldus harum vocum interpretationem: at Secundus ex duabus Græcis tot Latinas fecit, *quod penuria, propter angustias ſoli, earum rerum quæ ad victum neceſſariæ ſunt, laborarent.* Poterat tamen

Pag. 149. autem & Dionem illo uti vocabulo memini." H. STEPHANUS.

L. 12. „ Φοβούμενοι, μόνοι μὲν, ὡς εὐκαταφρόνητον· μετὰ τῶν ἄλλων, μὴ &c. Non dubito quin legendum ſit εὐκαταφρόνητοι. μετὰ δὲ τῶν ἄλλων, μὴ &c." H. STEPHANUS *ad edit.* 1. In edit. 2. neque mutavit quidquam in contextu Stephanus, neque Adnotationem ullam ad hunc locum adjecit. εὐκαταφρόνητοι legendum quoque cenſuit MUSGRAVIUS: & ſic perſpicue dedit cod. Med. Sed invitis codicibus adjeci, conſentientibus MUSGRAVIO & REISKIO. — Tum verba μόνοι μὲν uſque βραδύνωσι, perſpicuitatis cauſſa, parentheſeos ſignis includenda putavi.

Pag. 150. *L.* 36. ἰφεσίῶτας recte tres noſtri mſſpti. Sic etiam reponere juſſit REISKIUS.

L. 38. ἐν ᾧ γὰρ ἅπαξ ὑπακ. „ Novus videri poſſit uſus harum vocum, ἐν ᾧ ὑπακούειν: ſed ita intelligenda hæc ſunt ut ſi dictum eſſet, ἐφιλοτιμοῦντο [προσλαβεῖν] καὶ τὸ ταχέως αἰρεῖσθαι ἐκεῖνο ἐν ᾧ ἅπαξ ὑπακούειν ἐδόκει, id eſt, *illud in quo faciendo ſemel parere decreverant.*" H. STEPHAN. ἐν ᾧ potius, intelligendo nomen χρόνῳ aut alio huic ſimili, ut ſæpe aliàs, ſignificare videtur *dum*, *quum*, *quandoquidem*. Vide loca a Wettſtenio ex Thucydide, Herodoto & aliis collecta ad Epiſt. I. Petri 2, 12. & ad Evang. Johann. 5, 7. Adde Epiſt. ad Rom. 8, 3.

L. 40 *ſq.* „ Cælius male hæc verba ὑφ' ἑνὸς εἰρετηγήματος vertit, *ſola ducis calliditate*: quaſi ἑνὸς ſit a nominativo ἕν, quum dicat Appianus, non per plura εἰρετηγήματα, ſed per unum hoc effectum eſſe. Recte igitur Beraldus, *uno imperatoris aſtuto conſilio.* Magis autem ἀφ' ἑνὸς quam ὑφ' mihi placeret." H. STEPH.

L. 42 *ſq.* Ρωμαίοις ἐς τὸ μέλλον εὐέφοδοι γενόμεναι, διέμεινε πλεῖστον ἐπὶ εἰρήνης. „ De hoc moneo obiter, Secundum verbis, *ſub Romanis pacatæ fuerunt*, omnia quæ ab Appiano dicuntur, non comprehendere. Hoc enim verba haud ſonant: *Ac quum Romanis in poſterum redditæ eſſent greſſu faciles, longiſſimo tempore in pace permanſere*

Beraldus autem in his duabus vocibus, *propter infirmitatem*, respexit quidem ad illud εὐέφοδοι, sed ejus significationem non expressit: quum multa & varia sint, propter quæ urbes aliquæ dici infirmæ possint, etiamsi non reddantur εὐέφοδοι, ob muros dirutos, id est, *aggressu faciles*, ut dixi, sive *tales ut facile invadi queant*." H. STEPHANUS. Pag. 150.

CAP. XLII. *Lin.* 44 *sq.* Ολυμπιάσι δ' ὕστερον τέσσαρσιν κ. τ. λ. — „Hæc verba proxime præcedentibus adnectuntur a Secundo, in sua interpretatione. Ita enim ille: *Sicque sub Romanis pacatæ per quatuor olympiades fuerunt.* Sequuntur autem ista: *Post, circa centesimam quinquagesimam olympiadem, bona Hispaniæ populorum pars a Romanis defecerunt*: perinde videlicet, acsi Appianus ita scripsisset, διέμεινον ἐς πλεῖστον ἐπὶ εἰρήνης, ὀλυμπιάσιν ὕστερον τέσσαρσιν. Ἀμφὶ δὲ τὰς πεντήκ. &c. Muto autem τὰ in τὰς, ut vox ὀλυμπιάδας subaudiatur: quamvis fatear dicendum potius fuisse, ἀμφὶ τὴν πεντηκοστὴν καὶ ἑκατοστήν, ad significandum, *Circa centes. & quinquages. olympiadem*; adeo ut fieri non possit quin locus hic mihi sit suspectus, præsertim quum aliquis fortasse defendens quam habemus lectionem, dicturus sit subaudiri ἔτη cum illis verbis, ἀμφὶ τὰ πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. Sed quomodo illis quatuor olympiadibus cum his centum quinquaginta annis conveniet? Cogor itaque ἐπέχειν, nisi prior illa emendatio mea, qua muto τὰ in τὰς, recipiatur, & chronologiæ consentanea comperiatur. Beraldus, pro ὀλυμπιάσιν ὕστερον τέσσαρσιν, malebat dicere, *Annis aliquot post*." H. STEPHAN. — τὰς pro τὰ ponendum esse, recte H. Stephanus conjectatus erat: sic certe dederunt Vat. A. & Med. Similiter Pun. p. 499, 31. ἀμφὶ τὰς ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν ὀλυμπιάδας. Adde Mithr. 665, 89. Conveniunt autem h. l. satis adcurate rationes chronologicæ; quoniam initium Olympiadis CL. incidit in A. U. 574. Conf. Adnotat. ad lin. 48.

L. 44. γῆς ἀπορούντες. „Omisit Beraldus harum vocum interpretationem: at Secundus ex duabus Græcis tot Latinas fecit, *quod penuria, propter angustias soli, earum rerum quæ ad vectum necessariæ sunt, laborarent.* Poterat tamen

Pag. 153. *magnum ſit nomen;* (tanquam διώνυμος ſonet tantum eum *qui duplex nomen ſeu duo nomina habeat:*) at, ſi περιώνυμος eum ſcripſiſſe dicant, id ſignificare volentem, cum alios aliorum ſcriptorum locos tum vero quoſdam ejus ſibi aſſentientes habebunt. Quibus addi poterit hic p. 657. [Civ. IV. 682, 54 ſq.] καὶ τὸ τέταρτον τέλος, ὁ περιώνυμον αὐτοῖς ἦν. Sed quid afferri contra adverſus hanc eorum dubitationem poſſit, dicam annotatione quadam in pag. 311. [222, 61 ſq.]" H. STEPHANUS. Heſychius: διώνυμος· περιβόητος, ἐνομαστός. Sic & Suidas, qui περίφημος addit.

CAP. XLIV. Lin. 89. Ἔτεσιν δ' οὐ πολλοῖς &c. Vide Freinsh. Supplem. Liv. XLVII. 36 ſqq. *L.* 91. Σεγίδη. Locum hunc fortaſſe ſpectavit Steph. Byz. quum Σεγίδη, ait, πόλις Κελτιβήρων. Τὸ ἐθνικὸν Σεγιδαῖος. Conf. p. ſq. l. 10. & 14. Arevacorum finitimos fuiſſe Segedenſes, ſignificat Appianus cap. ſeq. Strabo in ipſis Arevacorum finibus ſitam Σέγιδαν πόλιν prodit, III. 162. C. Diſtinguenda hæc *Segeda* vel *Segida* a duabus aliis cognominibus, altera in Bætica, altera in Celticorum regione prope Luſitaniam, quarum Plinius meminit III. 1. 3.

L. 91. *et* 95. Κελτιβήρων τῶν Βελλῶν λεγομένων ... Τιτθούς τι ὔμορον γένος. „ Ita Secundus: *Urbs fuit in Celtiberorum finibus, qui Belli appellantur.* Beraldus autem: *Celtiberorum, qui Belli cognominantur, urbs.* Atqui ab utroque dicendum fuit *eorum Celtiberorum*, ne quis falleretur, exiſtimans omnes Celtiberos ita cognominari. Talem autem in errorem inciderunt qui ex hujus ipſius ſcriptoris verbis non intellectis, id cognomen eſſe omnium Celtarum crediderunt, quod ille certæ cuidam illorum parti tantummodo tribuit. [Conf. Adnot. Stephani ad p. 101, 3.] Ad Secundum quidem certe quod attinet, eum de omnibus Celtiberis illud non intellexiſſe oſtendit quod paulo poſt apud eum ſequitur, *Hujus exemplum Titthios, Celtiberorum nationem alteram, ad idem faciendum induxit.* Cæterum hanc gentem *Titthios*, non hic ſolum, ſed aliis omnibus in locis, idem Secundus appellat, ſuum (ut credibile eſt) exemplar ſequens, quod a

noſtro diſſentiebat." H. STEPHANUS. *Bellos* Harduinus ad Plin. III. 1. 3. p. 139. eoſdem cenſuit, qui *Belitani* apud Plinium ibid. p. 142, l. 10. vocantur. De quo dubitari poteſt: quoniam Belitani, quos Plinius dicit, quicumque demum ſint, unius urbis cives eſſe intelliguntur, conf. Cellar. Orb. Ant. II. 1. p. 132. quum *Belli* nomen populi ſit. Arevacorum finitimos *Bellos*, non ſolum cap. ſeq. ſed rurſus c. 48. & c. 66. Appianus perhibet. Straboni in ipſis Arevacis cenſeri, intelligitur ex eo, quod Segedam Arevacorum urbem dicat loco paulo ante citato. *Bellorum* nomen, præter Appianum, apud unum Polybium reperio, Legat. CXLI. Et quemadmodum apud Appianum cum *Bellis*, non hic ſolum, ſed ubicumque eorum fit mentio, ſemper *Titthi* una nominantur, ut confines conjunctique populi *Belli Titthique* fuiſſe intelligantur; ſic & apud Polybium l. c. Bellos ac Titthos conjunctos videmus. Reſtituendum enim ibi Polybio ex codice Urſini & Bavarico nomen ΤΙΤΤΩΝ vel Τιτθῶν eſt; quod perperam Urſinus in ΤΙΓΓΩΝ mutavit, præferens corruptam lectionem, quam codex ipſius paulo inferius dabat, ubi ejuſdem populi nomen repetitur, ubi & in Bav. mendoſe ΤΙΓΩΝ legitur: nam quod ad Ptolemæum etiam provocavit Urſinus, id quo pertineat neſcio, ac mihi quidem Τίγεις apud Ptolemæum nullos contigit reperire. Τίτλων, ſicut apud Polybium, apud noſtrum quoque p. 162, 40. dat edit. 1. & ſcripti nonnulli. Eoſdem vero *Titthos Belloſque* Polybius pariter, atque Appianus, Arevacorum finitimos fuiſſe ſignificat. Unde intelligitur, minus recte ab Ortelio pro eiſdem habitos, qui Dittani apud Strabonem vocantur III. 162. B. præſertim quum ex alio nomine, quod nihil cum Titthis commune habet, detortos eſſe *Dittanos* illos docuerit Caſaubonus. Ceterum Τίτθους, Τίτθοι, vulgo penacute ſcriptum eſt apud Appianum, & Τίτλων ſimiliter penacute apud Polybium in cod. Urſ. & Bav. Sed quum apud Noſtrum p. 159, 99. Τιτθοὶ in cod. Bav. ὀξυτόνως ſcriptum invenerim, formam illam, utpote quæ Analogiæ convenientior viſa eſt, præferendam putavi. Pag. 1

Pag. 153. *magnum sit nomen*; (tanquam διώνυμος sonet tantum eum *qui duplex nomen seu duo nomina habeat*:) at, si περιώνυμος eum scripsisse dicant, id significare volentem, cum alios aliorum scriptorum locos tum vero quosdam ejus sibi assentientes habebunt. Quibus addi poterit hic p. 657. [Civ. IV. 682, 54 sq.] καὶ τὸ τέταρτον τέλος, ὃ περιώνυμον αὐτοῖς ὄν. Sed quid afferri contra adversus hanc eorum dubitationem possit, dicam annotatione quadam in pag. 311. [222, 61 sq.] H. STEPHANUS. Hesychius: διώνυμος· περιβόητος, ὀνομαστός. Sic & Suidas, qui περίφημος addit.

CAP. XLIV. Lin. 89. Ἔτεσιν δ' οὐ πολλοῖς &c. Vide Freinsh. Supplem. Liv. XLVII. 36 sqq. *L.* 91. Σεγήδη. Locum hunc fortasse spectavit Steph. Byz. quum Σεγίδη, ait, πόλις Κελτιβήρων. Τὸ ἐθνικὸν Σεγιδαῖος. Conf. p. sq. l. 10. & 14. Arevacorum finitimos fuisse Segedenses, significat Appianus cap. seq. Strabo in ipsis Arevacorum finibus sitam Σέγιδαν πόλιν prodit, III. 162. C. Distinguenda hæc *Segeda* vel *Segida* a duabus aliis cognominibus, altera in Bætica, altera in Celticorum regione prope Lusitaniam, quarum Plinius meminit III. 1. 3.

L. 91. *et* 95. Κελτιβήρων τῶν Βελλῶν λεγομένων ... Τιτθοί τε ὅμορον γένος. „ Ita Secundus: *Urbs fuit in Celtiberorum finibus, qui Belli appellantur.* Beraldus autem: *Celtiberorum, qui Belli cognominantur, urbs.* Atqui ab utroque dicendum fuit *eorum Celtiberorum*, ne quis falleretur, existimans omnes Celtiberos ita cognominari. Talem autem errorem inciderunt qui ex hujus ipsius scriptoris verbis non intellectis, id cognomen esse omnium Celtarum crediderunt, quod ille certæ cuidam illorum parti tantummodo tribuit. [Conf. Adnot. Stephani ad p. 101, 3.] Ad Secundum quidem certe quod attinet, eum de omnibus Celtiberis illud non intellexisse ostendit quod paulo post apud eum sequitur: *Hujus exemplum Titthios, Celtiberorum nationem alteram, ad idem faciendum induxit.* Cæterum hanc gentem *Titthios* non hic solum, sed aliis omnibus in locis, idem Secundus appellat, suum (ut credibile est) exemplar sequens, quod

Pag. 153. *L.* 98. ἐπὶ Γράκχου. „ Ita vertit Beraldus, ut si legeretur ὑπὸ Γράκχου: at Secundus ἐπὶ retinens, sic reddidit, *tributorumque solutionem, quæ Gracchi tempore imposita fuerat.* Sed Beraldo potius assentior." H. STEPHANUS.

L. 2. οὐ, τειχίζειν. Levem distinctionem inserui. Quæ quum vulgo abesset, REISKIUS οὔτε τειχίζειν legere jussit: quod mihi quidem plane repugnare sententiæ Auctoris videtur.

Pag. 154. *L.* 5. δίδωσι δ' ἡ βουλὴ &c. Conf. Fragm. III. ex Appiani Hist. Numid. p. 502.

CAP. XLV. Lin. 8. Νωβελίων. *Q. Fulvius Nobilior:* eo ipso anno DCI Consul; qui apud Polybium Legat. CXLI. p. 800. extr. & seq. edit. Lips. solo prænomine *Quintus* adpellatur.

L. 11. ἐς Αρουακούς. „ *Araschos* & hic & aliquanto post Secundus vocat: sed in sequentibus *Arvacceos* etiam, necnon *Arbacos*: si quidem hæc omnia sic ab eo scripta sunt." H. STEPHANUS. Vide varietatem lectionis infra contextum a nobis indicatam. Ptolemæo Αρεουάκαι dicuntur; Straboni Αρεουάκοι, sed in genit. plur. Αρεουακῶν; Diodor. Sic. Αρουακοὶ, ubi, quum Wesselingius T. II. p. 519. rescribere jubet Αρουεακοὶ, Αρεουακοὶ scriptum voluisse intelligitur, & erratum ab operis esse commissum. Apud Polybium, Ecloga illa sæpius citata CXLI. perpetuo librariorum errore Αρανάκαι iterum iterumque scriptum est. In lat. vers. eam nominis formam secutus sum, qua Plinium usum esse vidi. Apud Aurel. Vict. *Arbachi* vel *Arbaci* vocantur.

L. 14. αὐτὸν Σεγηδαῖον. *qui ipse Segedensis erat.* „ Malim ἐκ τῶν Σεγηδαίων." H. STEPH. Perperam Sec. Curio: *Iidem Segedani Carum sibi ducem elegerunt.* Ab Arevacis ducem fuisse creatum, ex toto contextu adparet.

Pag. 155. *L.* 24. οὐκ ἐλάσσους καὶ οἵδε. Stephanus vocabulum ἐλάσσους in primo casu videtur accepisse, quasi ad οἵδε referatur; quum ad ἑτέρους potius pertineat. Deletis signis parentheseos, omnia plana sunt. καὶ οἵδε, *hi pariter*, scil. οἱ τὰ σκευοφ. Ρωμ. φυλ. ἱππεῖς.

L. 27. ὅθεν οὐδεὶς ἂν &c. „ Secundi interpretatio quasdam voces necessarias omittit: hæc enim sunt ejus verba,

Ex eo

Ex eo tempore nemo ipsorum nisi coactus iniit pugnam. Neque enim Appianus initam ab eo tempore fuisse pugnam negat, præterquam ab iis qui coacti fuissent: sed initam eo die, *Vulcanalium* inquam die. Præterea dicendum potius fuit, *inierit*: ac fortasse ita Secundus ipse scriptum reliquit. Verum ne illud quidem prætereundum est, non dici μάχην συμβάλλοι, aut μάχην συνάπτοι, sed μάχης ἄρξειεν." H. STEPH. Pag. 155.

CAP. XLVI. Lin. 38. διέστησαν. „Secundus paulo obscurius, *Pugna incepta extemplo viam aperuit elephantis.* Ut autem hic διέστησαν sonat *diducti sunt*, a διέστην: ita in fine pag. 274. [p. 143, 24.] διαστῆσαι, diducere: a διέστησα." H. STEPHANUS. Pag. 156.

L. 45. φίλιον. Sic Vat. A. Med. Nec tamen spernam vulgatum φίλον; quemadmodum paulo ante, ἐς τοὺς φίλους, dixerat. Sed simili ratione Syr. 586, 45. & 47. paucis interjectis primum φιλίων consentientibus libris, deinde φίλους, dicit.

CAP. XLVII. Lin. 59. Αξείνιον. An *Uxama* Ptolemæi & Plinii in Arevacis, L mill. pass. a Numantia distans? Cujus nomen apud Florum III. 22. in *Auxima*, apud Antoninum p. 441. in *Vasama* & *Vasania* corruptum videmus. Pag. 157

L. 61 & 65. Βιήσιος corruptum nomen videtur. Certe nusquam alibi, quod sciam, occurrit. *Blasium* nominare Beraldo placuit; ex cujus versione nomen hoc, ubi mox rursus occurrit, in nostram irrepsit. *L.* 67 *sq.* πόλις Ὄκιλις. Inauditum aliâs nomen. An sit Orcelis Ptolemæi, in Bastitanis, non liquere ait Cellarius. Infra apud Nostrum, p. 169, 72. memoratur Οκίλη πόλις; de qua quid statuam magis etiam hæreo.

L. 74. οἱ δὲ καὶ ἔνδον. καὶ dederunt Med. & Vat. B. Pag. 158.

CAP. XLVIII. Lin. 77. Κλαύδιος Μάρκελλος. *M. Claudius Marcellus.* Polyb. Legat. CXLI. Liv. Epit. lib. XLVIII. Conf. Pigh. Annal. T. II. p. 434. & Freinsh. Supplem. Liv. XLVIII. c. 4.

L. 81. ἐστρατοπέδευσεν scripsi cum Vat. A. & Med. pro ἐστρατοπέδευεν quod erat editum. *Ibid.* Revocavi τὰ πολέμια,

Pag. 158. in quod consentiunt scripti libri omnes. HENR. STEPHANUS, quum τὰ πολεμικὰ edidisset, monuit in *Castigationibus ad edit.* 1.: „Pro πολέμια, quod reperiebam in exemplari, reposui hoc πολεμικά." Sed ad *edit.* 2., ubi rursus edidit τὰ πολεμικά, nihil prorsus adnotavit, ac ne lectionem quidem, quam scriptum exemplar exhibuerat, amplius indicandam putavit. Ita rursus, quemadmodum sæpe aliàs, accidit Stephano, ut legem illam, cuivis editori veteris Scriptoris sanctissime observandam, migraret, quam ipse & sibi & aliis in prolixa illa Adnotatione ad edit. 1. hujus libri, supra ad pag. nostr. 121. l. 38. a nobis prolata, scripserat. Quod hoc quidem loco eo magis mirum atque repugnans debet videri, quoniam de eodem vocabulo τὰ πολέμια, quod ex posteriori editione Appiani sui adeo penitus ejecit ut nullum amplius ne indicium quidem ejus reliquerit, interim in Adnotationibus suis ad Thucydidem plurimis verbis idem Henr. Stephanus monuerat demonstraveratque, nullo modo suspectum illud vocabulum hac significatione esse debere, sed optimis probatissimisque Scriptoribus esse frequentatum. Atque eam Adnotationem, alioquin etiam ab hoc loco minime alienam, & aliud præterea utile monitum continentem, integram huc transscribere juvabit; ut, qui de *vulgato Textu* (ut ajunt) Græcorum Scriptorum justum ferre judicium volunt, paululum temperare discant nimiam ἀκριβείας illius, quam ad Stephanicas Editiones adhibitam plerique sibi persuadent, admirationem; tum ut, cogitantes quid sibi sæpenumero indulserint superiores illi Editores, quamve inconstantes sæpe fuerint, caveant, ne nimis severi acerbique sint in nonnullos ex recentioribus eorumdem Scriptorum editoribus, qui, si loca Auctorum, quæ manifeste corrupta ipsis videntur, ex probabilibus conjecturis corrigunt, tamen non alia conditione eam sibi veniam petunt atque indulgent, nisi continuo de quaque facta mutatione diligenter moneant, simulque ipsam scripturam librorum, quæ emendationem poscere flagitareque visa sit, oculis Lectorum subjiciant.

Sic igitur H. STEPHANUS ad illa Thucydidis verba (lib. I. c. 18. p. 16. ed. Dukeri; p. 13. D. edit. 2. H. Stephan.) *Pag. 158.* ἐν παρισκευάσαντο τὰ πολέμια: „ Oſtendit hic locus, quam periculoſum ſit, quempiam tantum ſuæ conjecturæ tribuere, etiam quæ alioquin optimis niti argumentis videatur, ut abſque veteris alicujus libri aſſenſu ſuæ conjecturali lectioni in ipſo textu (ut vulgari voce utar) dare audeat. Hic enim quis vel ex conjectura τὰ πολεμικὰ reponendum eſſe non dicat? fortaſſe autem nec deſit qui juret. At hanc tamen, non illam vocem, in *veteribus* etiam *libris* legimus. Eſto: ſed fieri poteſt, ut in illis etiam libris peccatum ſit, dicet aliquis. Atqui & in quodam alio *Thucydidis* loco, nec non apud *Scholiaſten* idem vocabulum πολέμια in eadem illa ſignificatione legimus. Eſto: (dicet idem) ſed quid ſi & ibi erratum ſit? annon enim quod huic loco, idem & aliis accidere potuit? Hæc reſpondebit, qui ſuam illam conjecturalem lectionem τὰ πολεμικὰ mordicus ſibi retinendam exiſtimabit. Verum quid ad id reſponſurus tandem eſt, illud vocabulum πολέμια apud *Dionyſium Halicarnaſſeum* etiam uſum eundem & quidem non uno in loco habere? Sed quid dico, non uno hanc ſignificationem in loco apud eum occurrere? Si in ducentis dicam, fortaſſe non mentiar. Sic enim, τὰ πολέμια ἔργα διαφανῆς, apud eum legimus: ac plerumque ſine ſubſtantivi adjectione utitur; ut, τὰ πολέμια γενναῖος, & τὰ πολέμια ἄλκιμος, nec non τὰ πολέμια κράτιστος vel λαμπρὸς vel δεινός. Eodem modo denique (ut alia quam plurima exempla omittam) & τὰ πολέμια ἀσκεῖν, nec non τὰ πολέμια πράττειν, item τὰ πολέμια παρασκευάζισθαι apud eum inveniemus. Quin etiam apud aliquem ex iis, qui *Dionyſio* poſteriores fuerunt, hunc nominis iſtius uſum videor mihi obſervaſſe." Scilicet, quum hæc ſcriberet H. Stephanus, confuſa quadam cogitatione recordatus videtur loci hujus noſtri Appianei, e quo vocabulum illud invito ſcripto exemplari ejecerat: neque vero viciſſim deinde, quum alteram plenioremque Appiani pararet editionem, ſubiit eum hujus Adnotationis ad Thucydidem interea temporis ſcriptæ memoria. Et hanc ipſam qui-

Pag. 158. dem Adnot. ad Thucyd. (quam ex Dukeri edit. p. 16. exſcripſi) primæ tantum editioni Stephanicæ Thucydidis adjecta erat, in altera rurſus ab Editore omiſſa. Sed alia etiam ejuſdem Stephani Adnotatio, qua ejuſdem locutionis, τὰ πολίσματα, uſus optimis ſcriptoribus frequentatus adſeritur, exſtat in edit. 2. Stephanica Thucydidis, inter Adnotationes ad Scholia p. 66., apud Dukerum p. 629. col. a.

L. 84. Νεργόβριγες. In Antonini Itinerario p. 437. & 439. memoratur *Nertobrica* vel *Nertobriga* urbs, inter Bilbilin & Cæſarauguſtam. Ibi WESSELINGIUS p. 437. hæc adnotavit: „Hinc fuerunt Νεργόβριγες, de quibus Appianus p. 475. & 477. [edit. 3.] Sunt enim cum Caſaubono, ad Polybii ex Suida Fragmenta p. 1532. [p. 1021. edit. Caſaub. p. 252. T. III. edit. Lipſienſ. & Vindob.] in Νερτόβριγες commutandi. Habet quidem Suidas in μετριοπαθῆν ex Appiano Νεργόβριγας, ſicuti a Cl. Cellario lib. II. G. A. c. 1. p. 128. eſt animadverſum; nec tamen aliud inde collegeris; quam vetus id eſſe mendum. Ptolemæus enim, cum Floro lib. II. c. 17. & Cl. Dukeri nota, pariterque Itinerarium & Ravennas, *Nertobrigam* ſtabiliunt." — Suidæ fragmentum, quo Caſaubonus nititur, legitur ad voc. ἐμβριθεσ τάτη: ubi, quum pro πόλιν Ορτόβριγα, quod ex libris ibi editum eſt, legendum πόλιν Νερτόβριγα contendit Caſaubonus, nolim negare inſigni id dici cum ſpecie veri, ſed tamen dubitari nonnihil poſſe arbitror. Apud eumdem autem Suidam non ſolum in μετριοπαθῆν, ubi hunc locum Appiani laudat, Νεργόβριγες legitur; ſed rurſus ibid. ſub ipſo hoc vocab. Νεργόβριγες idem nomen repetitur. Eodemque modo in Νεργοβρ. pro Νερτοβρ. tribus in locis, ubi nomen illud apud Appianum occurrit, (conf. pag. 159, 95. & 161, 31.) cum exemplari H. Stephani tres noſtri Codices, & exemplar Cælii Curionis conſentiunt, quibus accedit Bav. in Excerpto de quo mox ad p. 159, 95. dicam. In hoc tanto codicum conſenſu non auſus ſum quidquam novare. Aliam *Nertobrigam*, in Bætica Hiſpania, ex Ptolemæo & Plinio memorat Cellarius p. 84 ſq. quæ forſan eadem eſt quam litera initiali truncatam τὴν Ερκόβριξα πόλιν apud Polyb. Legat. CXLI. adpellatam vide-

mus: nam hæc quidem a Polybio sive in ipsa Lusitania sive inter Lusitaniam & Cordubam urbem ponitur. Periisse autem apud Polybium literam initialem probabile est simile fere ratione, ut apud Nostrum p. sq. l. 95. ex παρεστρατοπέδευσε. Νεργόβριγες δὲ, factum est παρεστρατοπέδευσεν. Εργόβριγες δὲ in codd. Vat. A. & Med. Ceterum eodem hoc loco (p. 159, 95.) in Vat. A. est Εργόβρικες, per κ in ult. syllaba. Pag. 158.

Ead. Lin. 84 *& sq.* περὶ τῆσδε τῆς μετριοπαθείας πυθόμενοι, πέμψαντες, ἠρώτων. „Melius μετριοπάθειαν Beraldus vertit *elementiam*, quam Sec. *continentiam*. Immo ne ferri quidem posse hanc interpretationem existimo. Sed Beraldus non minus recte *moderationem animi* dixisset." H. STEPHANUS. — Suidas duobus locis, quibus hunc Appiani locum laudat, post πυθόμενοι addit verbum ἐθαύμαζον, in quod desinit fragmentum ab eo adlatum. Unde videndum, an legi debeat: πυθόμενοι, ἐθαύμαζόν τε καὶ πέμψαντες ἠρώτων.

L. 90. „Hæc verba, ὡς δὴ κατὰ τὸ συγκείμενον, Secundus omnino prætermisit. Beraldus autem [cujus versionem h. l. nos quidem tenuimus] eorum vim non satis expressit. Perinde est autem acsi diceretur, ὡς δὴ κατὰ τὸ συγκείμενον τοῦτο ποιοῦντες, *quasi vero illos adducendo, pacto starent.*" H. STEPHANUS.

L. 95. Νεργόβριγες. Conf. ad pag. præc. l. 84. Ab hoc loco incipit *Excerptum XVI de Legationibus in Cod. Bav.* his verbis: Ὅτι Κλαύδιος, ὁ διάδοχος Νωβελίωνος, τοὺς Νεργόβριγας, οἳ γένος εἰσὶ Κελτιβήρων, καταδραμὼν, τῇ πόλει παρεστρατοπέδευσεν. Οἱ δὲ, προσαγομένων αὐτοῖς μηχανημάτων κ. τ. λ. usque ad verba hæc, καὶ λαβὼν, ἀφῆκεν ἐλευθέρους, sub finem cap. 50. p. 162, l. 40. Pag. 159.

L. 97. Κηρυκείου. Vide ad p. 55, 57. *L.* 99. Αρουακοὶ καὶ Βελλοὶ καὶ Τιτθοὶ. Vide ad p. 153, l. 91. & 95. & ad p. 154, 11.

L. 3. ἐς τὰς Γράκχου συνθήκας. De Gracchi fœdere supra dixit Appianus, cap. 43. extr.

CAP. XLIX. Lin. 6. ἐπέστελλεν. Necessariam hanc emendationem, quam in edit. 2. tacite in contextum receperat H. Stephanus, confirmat Bav. Sic vero & Curio, *scripsit*.

Pag. 160. *L.* 12 *ſqq.* χαλεπῶς φέρουσα &c. „Secundus, *aegre ferenti, eos non redigi in poteſtatem Romanorum.* At Beraldus [quem nos ſecuti ſumus] Græcis verbis inſiſtit. Sic autem pag. proxime ſeq. [p. 161, 37 ſq.] dicitur, ἑαυτοὺς ἐπιτρέπειν Μαρκέλλῳ." H. STEPH. καθάπερ reddi fortaſſe commode poterat *quibus conditionibus*, pariter ut καθ' ἃ quod dant ſcripti libri p. 152, 84 ſq. pro quo καθ' ἃς ibi editum eſt, — αὐτοὺς, poſt καθάπερ, commodius puto abeſſet. In cod. Bav. h. l. ſex verba ὁ πρὸ Μαρκ. uſque, ἐπιτετρόφεσαν deſiderantur, ita ut poſt Νωβηλίων proxime ſequatur Μάρκελλον &c.

L. 14. In Nota infra contextum ſic ponere debueram: αὐτοὺς *Edd. Mutavi accentum*; atque αὐτοὺς *etiam vel* ἑαυτοὺς *puto eſſe in miſſptis. Ead. Lin.* In MUSGRAVII etiam ſchedis ſcriptum erat: „dele καὶ ante Μάρκελλον." Sed hanc Adnotationem, neſcio qua cauſa, rurſus ibidem obliteratam video.

L. 18. καί τινας ἐς τὰς κουφ. ἴλρατ. κατακ. „Fortaſſe vox τινὰς aliquam conjunctam ſecum habuit. Secundus in hujus loci interpretatione multis verbis utitur, non ſine aliqua obſcuritate tamen. Hæc enim ſunt ejus verba: *Plerique enim conſules reprehendebant, qui minus integre caſteque in militaribus delectibus habendis verſarentur: quod opus videretur, ad faciliores expeditiones mitterent.* Niſi forte his verbis, *quod opus videretur*, mendum ſubeſt." H. STEPH. — De re, quæ hic agitur, conferendus Polybius eadem quam ſæpius citavi Ecloga CXLI. & Livius Epit. XLVIII.

L. 20. Λικίνιος Λούκουλλος. Cum in Epit. Liv. XLVIII. mendoſe ſcriptum editumque fuiſſet, L. Lucullo Claudium Marcellum ſucceſſiſſe; monuerunt ad eum locum viri docti, præeunte Sigonio, corrigendum ex Appiano illum errorem eſſe.

Pag. 161. *CAP. L. Lin.* 27. διέτριζεν. Sic emendavit H. STEPHANUS in edit. 2. quum in Caſtigat. *ad edit.* 1. jam dixiſſet: „Omnino legendum exiſtimo διέτριβεν, activa ſignificatione, non neutra." Sic & Sec. Curio: *apud ſe retinuit.*

L. 31. „Male, pro his μετὰ γὰρ τὴν συνουσίαν, dat nobis Secundi interpretatio iſta Latina verba, *Poſt enim eas con-*

troverſias; quum debuiſſet interpretari, *Poſt enim hunc congreſſum*, vel, *hoc colloquium.*" H. STEPHAN. Pag. 161.

Ead. L. 31. Νεργόβριγα. Urbis nomen, non gentis, recte dederunt Vat. A. & Med. Sic & Sec. Curio, *Nergobrigem.* Ad cod. Bav. provocari h. l. non poteſt: nam ibi poſt κατελυθῆναι, præteritis nonnullis, quæ apud Appianum interjecta ſunt, ſic ſtatim pergit compilator: Μαρκέλλου γὰρ ἐπὶ Νωμαντίαν χωροῦντος, καὶ πέντε σταδίους ἀποσχόντος παρεσβολαι. &c. De nomine Νεργοβρ. quod in Νερτοβρ. mutandum duxerunt Caſaub. & Weſſelingius, vide ſupra ad p. 158, 84. *L.* 39. χρήματα. Tributum talentorum DC ex Celtiberia exegiſſe Marcellum, refert Poſidonius apud Strabonem III. p. 162. extr.

CAP. LI. Lin. 48. Καύκαν πόλιν. Etiam Ptolemæus Καύκαν urbem, & Plinius *Caucenſes*, in *Vaccæis* ponunt. De ſitu tamen dubitationem nonnullam movere poterat, quod reliquæ Vaccæorum urbes trans Durium fuerint, hæc cis Durium inter Durium & Tagum ſita fuiſſe videatur. Conf. Cellar. Orb. Ant. p. 116 ſq. & Weſſeling. ad Itin. Anton. p. 435. Pag. 162.

L. 51. ὑπὸ Οὐακκαίων. Ora cod. Vat. A. Καυκαίων ἢ Οὐακκαίων. Et ora Vat. B. Γρ'. Καυκαῖοι ἢ Οὐακαῖοι. Curio: *quos illi injuriis affeciſſent*; ut videatur & ille in ſuo exemplari truncatum nomen inveniſſe, ob eamque cauſam nihil definire voluiſſe. Si quis ὑπὸ Καυκαίων legendum contendat, non admodum repugnem; præſertim quum, ob ſimilitudinem primæ ſyllabæ hujus nominis cum ſecunda, facilius ex Καυκαίων, quam ex Οὐακκαίων, prima ſyllaba intelligatur excidere potuiſſe. Retinui autem quod ab H. STEPHANO editum inveni; qui ſimul ad hanc vocem Οὐακκαίων, ſubindicans quidem dubitationis aliquid hic oboriri poſſe, ſed nihil tamen de lectionis vel corruptione vel varietate monens quam in ſuo exemplari invenerit, hæc adnotavit in *Caſtig. ad edit.* 1.: „Valde falletur quiſquis credet, quod præceſſerit Καύκαν πόλιν, & ſequatur ſæpius Καυκαῖοι, hic quoque legendum Καυκαίων. Certe ſi hic legendum ſit Καυκαίων, pag. item præcedente & p. 189. & 191. & 301. & alibi [ubi ſcil. Οὐακκαίων nomen repetitur] ita legendum fuerit.

Sed cur hanc ſcripturam mutemus, quum conſtet *Vaccæos*
Pag. 162. ita differre a *Caucenſibus*, ut totum a parte? Quod ni ita eſſet, cur Caucenſibus dixiſſet, Καυκανταναῖς ὑπὸ Οὐακκαίων· [Καυκαίων h. l. ſcribere voluiſſe videtur Stephanus] ἀδικουμένοις, ac non potius ὑφ' ὑμῶν?"

Pag. 163. *L.* 58. περί τε τὰς πύλας αὐτῶν ὠθουμένων. „Secundus: *Verum in fuga altero alterum in anguſtiis portarum impediente*; quum potius dicere debuiſſet, *collidente*, aut *comprimente*, aut etiam, magis ad verbum, *protrudente*. Sic autem ſæpe legitur apud hiſtoricos, ὠθισμὸς ἦν περὶ τὰς θύρας." H. STEPHANUS.

CAP. LII. Lin. 70. κλείνειν Καυκαίους ἅπαντας ἡβηδόν. „Conſentiunt inter ſe interpretes de hujus generis loquendi interpretatione. Nam & Secundus vertit, *ut ſine ætatum diſcrimine omnes interficerentur*. At ego ab illis diſſentio: & merito diſſentire oſtendet meus Theſaurus Græcæ linguæ." H. STEPHAN. Scilicet ad *puberes* reſtrictam ſignificationem vocabuli ἡβηδὸν voluit Stephanus, ut *omnem pubem* denotet. Sed contra differit Tan. Faber in Notis ad Luciani Timonem (T. I. Operum Luciani edit. Hemſterh. p. 878.) nititurque, latius patere notionem huic vocabulo ſubjectam, per verba *omnino omnes*, *viritim*, aut ſimilia efferendam, ſuffragante Hemſterhuſio ad Lucian. T. I. p. 149.

L. 73. κατὰ πύλας ἀποκρήμνους. „Interpretatur Secundus, *portas quæ præaltæ in præcipitibus & præruptis locis erant*." H. STEPH.

Pag. 164. *CAP. LIII. Lin.* 81. „Hoc loco in Exemplari Εντιμκατία ſcriptum eſt, ſed poſtea Ιντιμκατίων: [ſic & in Vat. A. & Med.] quam ſcripturam potius ſequor, utpote apud alios authores repertam." H. STEPHAN. *ad edit.* 1. Vide Livium Epit. lib. XLVIII. & Strabonem III. 162. D. qui ex Polybio hujus Vaccæorum urbis mentionem injicit.

L. ead. ὑπὲρ δισμυρίους. „Apud interpretem ſcribe, *pluſquam viginti millia*." H. STEPH. Id utique factum a nobis oportuerat, quod neglectum video.

L. 82. ἑαυτῆς Vat. A. & Med. & ſic ſæpe aliàs; ſive librariorum ſit error, ſive Attica forma ἑαυτῆϛ. Pag. 164.

L. 86. ἀνθ' ἑαυτοῦ τοῖς ἐπιδίζουσιν χαλεπαίνων. „Omittit Beraldus interpretationem harum vocum ἀνθ' ἑαυτοῦ: quas idem valere exiſtimo quod iſtas, ἀντὶ τοῦ ἑαυτῷ χαλεπαίνων, ut ita reddatur hic locus: *At is (ut mos eſt omnium qui peccarunt) illud exprobrantibus ſuccenſens, quum potius ſibi ipſi ſuccenſere deberet.* Comperi autem poſtea, Secundum videri aſſentiri mihi, ſed tamen ita, ut, quod de Lucullo dicitur, cum iis jungat quæ dicuntur de omnibus qui peccarunt. Ita enim ille: *Lucullus, propter ea quæ objiciebantur iratus (ut peccantium mos eſt, quum eos potius ſibi ipſis iraſci deceat) eorum fines vaſtavit, urbemque obſidione cinxit.*" H. STEPHANUS.

L. 95 *ſq.* ὁ Σκιπίων - - - ὑπέθη τὸ μονομάχιον. Vide Valer. Max. III. 2. 6. Utrumque promiſcue dicitur, ἡ μονομαχία, & τὸ μονομάχιον. Pag. 165.

CAP. LIV. Lin. 8. οὐδ' ἁλῶν. „In exempl. ἁλῶν, poſito duplici Λ & tenui ſpiritu, tanquam ab ἅλως, ſed circumflexo in fine, ut ab ἅλις." H. STEPHAN. *ad edit.* I. — Recte Stephanus emendavit.

L. 10. „Hæc verba, κατερρέοντο τὰς γαστέρας, Secundus vertit, *ventris profluvio laborabant.* Sed quis unquam illis Græcis verbis (de quibus aliàs) uſus eſt, hoc tantum ſignificare volens?" H. STEPH. Beraldus: *alvis diffluebant.* Pag. 166.

L. 11. „Beraldus pro μέχρι τοτὲ dicit *Tandem*: at Secundus, tanquam de ſuo addens quod ſubaudiendum videtur ante μέχρι τοτὲ, vertit, *Atque hunc in modum affecti perdurabant quoad agg.* &c. Ac quod ſequitur, τὸ χῶμα ὑψοῦτο, reddit, *Aggeres in juſtam altitudinem educerentur.* [Tum *L.* 15.] Male idem Secundus δεξαμενὴν vertit *paludem.*" H. STEPH. δεξαμενὴν Beraldus *cloacam.*

L. 21. σάγους μυρίους. Conf. p. 151, lin. 56. & 61.

CAP. LV. Lin. 27. Παλαντίαν. Per duplex Λ ſcripſi cum Vat. B. & Curione & cod. Bav. in Excerpt. ex p. 199, 75: cum quibus conſentiunt Strabo, Stephanus Byz. Plinius, Mela &c. Pag. 167.

Pag. 167. Codex Vat. A. in plurimis nominibus, quæ vulgo per duplicatam literam conſonam ſcribuntur, alteram ſolet omittere. Παλαντία tamen per ſimplex λ apud Noſtrum Civil. I. quoque p. 160, 98. conſentientibus libris editum erat, quemadmodum & apud Ptolem. ſcriptum legitur. Pallantiam Strabo in Arevacis poſuit, ſed Ptolemæus & Plinius cum Appiano in Vaccæis.

L. 36. ἐς τὴν Τυρδιτανῶν χώραν διελθὼν ἐχείμαζε. Confer infra cap. 59. ubi ad Luculli hiſtoriam redit Appianus.

L. 37 *ſq.* „Obſervatione dignum eſt, παρὰ ψήφισμα, quod *Contra decretum* vel *Contra mandatum*, ſonat, pro ἄνευ ψηφίσματος, id eſt, *Abſque decreto*, ſive *mandato*. Hoc autem & pag. 283. [162, 45.] dixit, οὔτε τινὸς αὐτῷ ψηφίσματος γεγονότος." H. STEPHANUS.

L. 38 *ſqq.* „Ut mirum mihi videtur, ita & aliis viſum iri ſcio, Secundum pro his, καὶ ὁ Λούκουλλος ἐπὶ τῷδε οὐδὲ ἐκρίθη, (id eſt, *Ac Lucullus propter hoc ne in judicium quidem vocatus eſt*) hæc nobis in ſua interpretatione dediſſe, *Idcirco, ne ſe judicio, qua de re accuſatus erat, ſubjiceret*, — poſita tantum hypoſtigme poſt *ſubjiceret*, utpote pendente & imperfecta manente ſententia, deinde lacunula relicta. Totus enim hic locus in ejus interpretatione ita ſe habet: *Hunc igitur finem habuit bellum quod Lucullus cum Vacceis ſine Romanorum mandato geſſit. Idcirco ne ſe judicio, qua de re accuſatus erat, ſubjiceret,*

* *

Nihilominus alia Hiſpanorum pars, ſuis legibus viventium, qui Luſitani appellantur, quodam Afro duce, regiones Romanis parentes prædabantur. &c. Videmus tamen, ſequi apud Appianum, ſine ulla ſuſpicione ullius omiſſionis verborum: Τοῦ δ' αὐτοῦ χρόνου μέρος ἄλλο Ἰβήρων αὐτονόμων &c. Si enim eodem hæc geſta ſunt tempore, cur aliquid inter hæc & illa deeſſe quis ſuſpicetur? Maluit tamen Beraldus: *Sub dem tempus*, quam *Eodem tempore* vertere." H. STEPH.

— Nullam ex Codicibus noſtris lacunæ ſignificationem vel ſuſpicionem adnotatam in ſchedis video. Pag. 167.

Cap. LVI. Lin. 40 *ſeqq.* Τοῦ δ' αὐτοῦ χρόνου . . . Αυσιτανοὶ &c. Abhine Capite XXXIX. res in ſola *Citeriori Hiſpania* a Romanis geſtas expoſuerat Appianus: (nam Celtiberi quoque ad citeriorem referebantur provinciam. Conf. Sigon. de Antiq. Jure Provinc. lib. I. c. 5. Glarean. ad Liv. XXXIX. 21. & Duker. ad Epit. Liv. XXXIII.) Nunc, priuſquam ad enarrandum *Viriathicum Bellum* progreditur, (cap. LXII. extr. & ſeqq.) quod in *Luſitania* hoc fere tempore ortum Numantino dein bello originem dedit, digreditur pauliſper ad percurrenda ea, quæ proximis his annis in *Ulteriori Hiſpania* memoratu digniora ab illius provinciæ prætoribus geſta ſunt. De *Luſitanis* conf. p. 169, 67. & ibi notata.

L. 41. Πουνίκου σφῶν ἡγουμένου. „Πουνίκου pro Nomine proprio non habuit Secundus, ut oſtendunt ea quæ modo ex ejus interpretatione attuli: quum ibi dicat, *quodam Afro duce*. Sed Beraldo aſſentior, hanc ipſam vocem retinenti." H. Stephanus. *Punici* hujus apud neminem alium Scriptorem, cujus Hiſtoriæ ad nos pervenerunt, mentionem factam reperio.

L. 43 *ſqq.* Μανίλιόν τε καὶ Καλπούρνιον Πείσωνα &c. Et horum prætorum & *Varronis* quæſtoris (p. 168, 45.) memoria apud reliquos Scriptores intercidit. Circa hoc tempus (L. Opimio, Q. Poſthumio Coſſ.) *res in Hiſpania a compluribus parum proſpere geſtas* fuiſſe, indicat Epitomator Livii, in Epit. lib. XLVII. Et Julius Obſequens, (de Prodig. cap. 76.) *a Luſitanis Romanos* hoc tempore *per arma graviter vexatos* fuiſſe ſcribit. Reliqua ex uno Appiano diſcenda. Conf. Freinsh. Supplem. lib. XLVII. c. 28. & 35. & Pigh. Annal. T. II. p. 425. 429. & 430. Perperam autem, & invitis Græcis libris, pro *Manilio*, *Manlium* hic poſuit Beraldus; quemadmodum mendoſe hoc nomen apud alios nonnullos Auctores ſcriptum legitur. (Vide Pigh. T. II. p. 445. Sigon. & Drakenb. ad Liv. Epit. XLIX. & Appianum noſtrum, Pun. cap. 75 ſqq.) Intelligendus enim h. l. utique, cum Pighio,

Pag. 167. Codex Vat. A. in plurimis nominibus, quæ vulgo per duplicatam literam conſonam ſcribuntur, alteram ſolet omittere. Παλαντία tamen per ſimplex λ apud Noſtrum Civil. I. quoque p. 160, 98. conſentientibus libris editum erat, quemadmodum & apud Ptolem. ſcriptum legitur. Pallantiam Strabo in Arevacis poſuit, ſed Ptolemæus & Plinius cum Appiano in Vaccæis.

L. 36. ἐς τὴν Τυρδιτανῶν χώραν διελθὼν ἐχείμαζε. Confer infra cap. 59. ubi ad Luculli hiſtoriam redit Appianus.

L. 37 *ſq.* „Obſervatione dignum eſt, παρὰ ψήφισμα, quod *Contra decretum* vel *Contra mandatum*, ſonat, pro ἄνευ ψηφίσματος, id eſt, *Abſque decreto*, ſive *mandato*. Hoc autem & pag. 283. [162, 45.] dixit, οὔτε τινὸς αὐτῷ ψηφισμάτος γεγονότος." H. STEPHANUS.

L. 38 *ſqq.* „Ut mirum mihi videtur, ita & aliis viſum iri ſcio, Secundum pro his, καὶ ὁ Λούκουλλος ἐπὶ τῷδε οὐδὲ ἐκρίθη, (id eſt, *Ac Lucullus propter hoc ne in judicium quidem vocatus eſt*) hæc nobis in ſua interpretatione dediſſe, *Idcirco, ne ſe judicio, qua de re accuſatus erat, ſubjiceret*, — poſita tantum hypoſtigme poſt *ſubjiceret*, utpote pendente & imperfecta manente ſententia, deinde lacunula relicta. Totus enim hic locus in ejus interpretatione ita ſe habet: *Hunc igitur finem habuit bellum quod Lucullus cum Vacceis ſine Romanorum mandato geſſit. Idcirco ne ſe judicio, qua de re accuſatus erat, ſubjiceret.*

* *

Nihilominus alia Hiſpanorum pars, ſuis legibus viventium, qui Luſitani appellantur, quodam Afro duce, regiones Romanis parentes prædabantur. &c. Videmus tamen, ſequi apud Appianum, ſine ulla ſuſpicione ullius omiſſionis verborum: Τοῦ δ' αὐτοῦ χρόνου μέρος ἄλλο Ἰβήρων αὐτονόμων &c. Si enim eodem hæc geſta ſunt tempore, cur aliquid inter hæc & illa deeſſe quis ſuſpicetur? Maluit tamen Beraldus: *Sub dem tempus*, quam *Eodem tempore* vertere." H. STEPH.

— Nullam ex Codicibus noſtris lacunæ ſignificationem vel ſuſpicionem adnotatam in ſchedis video. Pag. 167.

Cap. LVI. Lin. 40 *ſeqq.* Τοῦ δ' αὐτοῦ χρόνου . . . Ανστιανὸι &c. Abhine Capite XXXIX. res in ſola *Citeriori Hiſpania* a Romanis geſtas expoſuerat Appianus: (nam Celtiberi quoque ad citeriorem referebantur provinciam. Conf. Sigon. de Antiq. Jure Provinc. lib. I. c. 5. Glarean. ad Liv. XXXIX. 21. & Duker. ad Epit. Liv. XXXIII.) Nunc, priuſquam ad enarrandum *Viriathicum Bellum* progreditur, (cap. LXII. extr. & ſeqq.) quod in *Luſitania* hoc fere tempore ortum Numantino dein bello originem dedit, digreditur pauliſper ad percurrenda ea, quæ proximis his annis in *Ulteriori Hiſpania* memoratu digniora ab illius provinciæ prætoribus geſta ſunt. De *Luſitanis* conf. p. 169, 67. & ibi notata.

L. 41. Πουνίκου φῶν ἡγουμένου. „Πουνίκου pro Nomine proprio non habuit Secundus, ut oſtendunt ea quæ modo ex ejus interpretatione attuli: quum ibi dicat, *quodam Afro duce.* Sed Beraldo aſſentior, hanc ipſam vocem retinenti." H. Stephanus. *Punici* hujus apud neminem alium Scriptorem, cujus Hiſtoriæ ad nos perveneruut, mentionem factam reperio.

L. 43 *ſqq.* Μανίλιόν τε καὶ Καλπουρνιον Πείσωνα &c. Et horum prætorum & *Varronis* quæſtoris (p. 168, 45.) memoria apud reliquos Scriptores intercidit. Circa hoc tempus (L. Opimio, Q. Poſthumio Coſſ.) *res in Hiſpania a compluribus parum proſpere geſtas* fuiſſe, indicat Epitomator Livii, in Epit. lib. XLVII. Et Julius Obſequens, (de Prodig. cap. 76.) *a Luſitanis Romanos* hoc tempore *per arma graviter vexatos* fuiſſe ſcribit. Reliqua ex uno Appiano diſcenda. Conf. Freinsh. Supplem. lib. XLVII. c. 28. & 35. & Pigh. Annal. T. II. p. 425. 429. & 430. Perperam autem, & invitis Græcis libris, pro *Manilio*, *Manlium* hic poſuit Beraldus; quemadmodum mendoſe hoc nomen apud alios nonnullos Auctores ſcriptum legitur. (Vide Pigh. T. II. p. 445. Sigon. & Drakenb. ad Liv. Epit. XLIX. & Appianum noſtrum, Pun. cap. 75 ſqq.) Intelligendus enim h. l. utique, cum Pighio,

Pag. 167. *Manius* ille *Manilius* videtur, quo deinde Conſule A. U. DCV. tertium bellum Punicum cœptum eſt. Nam id, illis quidem temporibus, ita fere factum videmus, ut, qui Prætores vel Proprætores fuiſſent, deinde ſexto vel ſeptimo a Prætura anno Conſules crearentur. Sic Calpurnius Piſo, quem proximum poſt Manilium ulterioris Hiſp. Prætorem nominat Appianus, Conſul fuit A. U. 606. L. Mummius, prætor A. U. 601, Conſul A. 608. Galba, Prætor A. U. 603, Conſul A. 610. Sic olim M. Marcellus, quum A. U. 585. prætor fuiſſet Hiſpaniæ, quo tempore quatuor tantum prætores provinciarum erant, (Liv. XLIII. 15.) tertio inde anno 588. primum Conſul eſt creatus, & cum eo C. Sulpicius Gallus, qui eodem anno 585. Prætor urbanus fuerat. In quemnam vero ab U. C. annum inciderint præturæ Manilii, tum Calpurnii Piſonis, & eorum quos his ſucceſſiſſe Appianus ſcribit, intelligitur retrogrediendo a Galbæ prætura, quam in idem tempus incidiſſe quo Lucullus Conſul (A. U. 603.) citeriorem Hiſpaniam ſortitus erat, cum ex Appiano noſtro cap. 58 ſq. coll. cap. 49. extr. tum ex Livii Epit. XLVIII. diſcimus.

Pag. 168. *L.* 45. Οὐάββωνα. Conf. Adnot. præc. Quemadmodum h. l. in Vat. A. & Med. eſt Οὐάρωνα pro Οὐάββωνα, ſic & in Hiſt. Mithr. p. 785, 22. nomen docti illius *Varronis* pariter per ſimplex ρ, Οὐάρων, in alio codice Vat. & in Reg. B. ſcriptum reperitur. Ceterum eo minus hic de cognomine dubitari debet, quod gentis nomen *Terentius* adjectum eſt.

L. 46. Οὐίτλωνας. Sic recte & conſtanter Vat. A. & Med.

L. 47. ἐς τὴν στρατιὰν προσλαβών. Mallem στρατείαν, atque id ipſum reſcribendum puto; ut ſententia ſit, *ſocios expeditionis adſcivit.* Sic προσλαβεῖν Hiſp. 145, 50. Pun. 316, 94. De commutatione vocabulorum στρατιὰ & στρατεία, præter Ruhnkenium ad Timæum, quem ſupra ad Præf. 13, 90. laudavi, vide Brunckium ad Ariſtoph. Lyſiſt. v. 592. & Heynium in Notis ad Apollodor. p. 457.

L. 48 *ſeqq.* οἵς φασιν Ἀννίβαν . . ἐπειπεῖσαι τινὰς &c. „Secundus [haud ſane incommode] ita: *Cum quibus Annibalem Carthaginienſem ajunt quoſdam Punicæ gentis miſcuiſſe: id-*

circo Blaſtophœnices appellatos. Beraldi autem verſio tibi in promptu eſt." [Hanc nos rurſus ad hunc locum retinuimus, totius refingendæ & funditus reformandæ Latinæ Appiani Verſionis ſive laborem ſive invidiam etiam tum reformidantes.] „Ego, ad exprimendam verbi ἐπωνίσεται ſignificationem, ita vertendum hunc locum cenſerem: *Quibus ajunt Annibalem Carthaginienſem quoſdam e Libya, tanquam ductam ab eo coloniam immiſcuiſſe*: vel, *tanquam ducentem coloniam*, aut, *ducere volentem.*" H. STEPHAN. — De hoc populo, qui *Blaſtophœnices* apud Appianum (non ſine mendæ ſuſpicione) vocantur, videndus Bochartus in Chan. lib. I. c. 34. extr. p. 684 ſq. Sunt Βασσυλαῖοι οἱ καλούμενοι Ποινοὶ Ptolemæi, oram maris mediterranei ad fretum Herculeum & Calpen montem habitantes; qui apud Marcianum in Periplo lib. II. (monente eodem Bocharto) Βλασσυρεῖ dicuntur οἱ καλούμενοι Ποινοί. Forſan Βασσυλοφοίνικας ſcripſit Appianus. Pag. 168.

L. 52. Καίσαρας. „Scribo Καισαρᾶς." H. STEPHANUS. — Et hæc ſane forma Analogiæ convenientior videtur. Sed non video, cur non trium noſtrorum codicum lectionem potius ſequeremur: & ea ſane in contextum recipi poterat.

Ibid. Μουμμίῳ. *Lucium* illum *Mummium* dicit, qui ſeptimo inde anno ad conſulatum promotus *Achaici* nomen commeruit. Conf. ſupra ad p. 167, 43 ſqq. Adde Pigh. T. II. p. 432. & Freinsh. Suppl. Liv. XLVII. 40. Ex hoc autem Appiani loco corrigendum Diodor. Sic. lib. XXXI. Eclog. 5. vidit Weſſelingius; & Eutropium lib. IV. (c. 4.) ſect. 9. ſuffragantibus etiam codicum nonnullorum veſtigiis correxit Verheyk, quum apud utrumque Scriptorem *Memmius* mendoſe pro *Mummius* legeretur.

CAP. LVII. Lin. 64 *ſq.* φυλάξας δὲ &c. Rectius hæc latine ſic redderentur: *tempus obſervans, quo barbari . . transferebant.* Pag. 169.

L. 67 *ſq.* „Quum hic legamus κἀκεῖνοι Ῥωμαίοις πεπολεμωμένοι (id eſt, *& ipſi in Romanos hoſtili odio concitati*, aut ita, *& ipſi ad bellum Romanis inferendum accenſi*)

Pag. 167. *Manius* ille *Manilius* videtur, quo deinde Consule A. U. DCV. tertium bellum Punicum cœptum est. Nam id, illis quidem temporibus, ita fere factum videmus, ut, qui Prætores vel Proprætores fuissent, deinde sexto vel septimo a Prætura anno Consules crearentur. Sic Calpurnius Piso, quem proximum post Manilium ulterioris Hisp. Prætorem nominat Appianus, Consul fuit A. U. 606. L. Mummius, prætor A. U. 601, Consul A. 608. Galba, Prætor A. U. 603, Consul A. 610. Sic olim M. Marcellus, quum A. U. 585. prætor fuisset Hispaniæ, quo tempore quatuor tantum prætores provinciarum erant, (Liv. XLIII. 15.) tertio inde anno 588. primum Consul est creatus, & cum eo C. Sulpicius Gallus, qui eodem anno 585. Prætor urbanus fuerat. In quemnam vero ab U. C. annum inciderint præturæ Manilii, tum Calpurnii Pisonis, & eorum quos his successisse Appianus scribit, intelligitur retrogrediendo a Galbæ prætura, quam in idem tempus incidisse quo Lucullus Consul (A. U. 603.) citeriorem Hispaniam sortitus erat, cum ex Appiano nostro cap. 58 sq. coll. cap. 49. extr. tum ex Livii Epit. XLVIII. discimus.

Pag. 168. *L.* 45. Οὐάῤῥωνα. Conf. Adnot. præc. Quemadmodum h. l. in Vat. A. & Med. est Οὐάρωνα pro Οὐάῤῥωνα, sic & in Hist. Mithr. p. 785, 22. nomen docti illius *Varronis* pariter per simplex ρ, Οὐάρων, in alio codice Vat. & in Reg. B. scriptum reperitur. Ceterum eo minus hic de cognomine dubitari debet, quod gentis nomen *Terentius* adjectum est.

L. 46. Οὐέττωνας. Sic recte & constanter Vat. A. & Med.

L. 47. ἐς τὴν στρατιὰν προσλαβὼν. Mallem στρατείαν, atque id ipsum rescribendum puto; ut sententia sit, *socios expeditionis adscivit.* Sic προσλαβεῖν Hisp. 145, 50. Pun. 316, 94. De commutatione vocabulorum στρατιὰ & στρατεία, præter Ruhnkenium ad Timæum, quem supra ad Præf. 13, 90. laudavi, vide Brunckium ad Aristoph. Lysist. v. 592. & Heynium in Notis ad Apollodor. p. 457.

L. 48 *seqq.* οἷς φασιν Αννίβαν . . ἐποικίσαι τινὰς &c. „ Secundus [haud sane incommode] ita: *Cum quibus* [illegible] *Carthaginiensem ajunt quosdam Punica* [illegible]

Pag. 169. adjectivi ἄλλην, quam vel diſſimularunt interpretes vel non animadverterunt; videbimus, ſententiam Græcis verbis, prouti nunc leguntur, hanc ineſſe: *alii in reliquam Africam excurrerunt, alii Ocilen urbem obſederunt.* Quo fit, ut, ſi genuina & incorrupta verba illa ſtatuamus, *Ocile* quoque urbs *in Africa* ponatur: quod a ſententia Auctoris & a totius narrationis connexione alienum videtur. Jam *Ocilen* quidem urbem apud alios Scriptores non magis in Hiſpaniâ, quam in Africa, memoratam reperio; neque de ea quidquam definire auſim, niſi quod in Bætica Hiſpania, haud procul a mari (mediterraneo fortaſſe) quærenda videatur. Sed illud pæne pro certo adfirmare poſſe mihi videor, verba τὴν ἄλλην Λιβύην mendo laborare: quamquam, quid pro his ſcripſerit Appianus, utrum τὴν ἄλλην Ἰβηρίαν, an τὴν παραλίαν, aut quidnam tandem aliud, ne conjectando quidem ſtatuere conabor. In univerſum vero verbis, de quibus quærimus, hæc videtur ſententia ineſſe: *Luſitanos illos, expugnata Coniſtorgi, navibus oceanum* (ſcil. amplum illum ſinum qui inter Cuneum promontorium & freti Herculei oſtium occidentale intercipitur) *ad fretum uſque ſuperaſſe, aut per ipſum etiam fretum eſſe transvectos, ibique locorum exſcenſione facta partim agros Romanæ ditionis depopulatos eſſe, partim Ocilen urbem obſediſſe.* Infra rurſus (cap. 59. p. 171 ſq.) Luſitanos legimus *prope Gades* exſcenſione facta in Hiſpaniam irruiſſe. Ac fieri poteſt, ut hoc etiam loco, cum Ἡρακλείους νήλους dicit, pariter *Gades*, & *fretum* illud *quo Gades inſula a continenti ſeparatur*, intelligat; ſcil. ob ambiguitatem illam nominis Ἡρακλείων νήσων, de qua ſupra monui ad pag. 103, l. 33 ſq. — Ad nomen Ὀκίλην brevis eſt H. STEPHANI Adnotatio, in Caſtigat. *ad edit.* 1. „Alibi inquit, legitur Ὄκιλις: [vide ſupra, cap. 47 ſq.] hic tamen exemplar Ὀκίλην & paulo poſt Ὀκίλης habet." Sed an eodem pertineant Ὀκίλη hæc atque illa Ὄκιλις, etiam atque etiam dubitari poterit.

L. 77. ἃ σεσυλήκεσαν. ἃς ἐσυλήκεσαν Vat. A. B. Med. Quo magis in promtu fuit reſtituere verum. *L.* 78 ὡς μηδ' ἄγγελον ἀπὸ τοῦ κακοῦ διαφυγεῖν. Si abeſſet præpoſ. ἀπὸ, nemo eam deſideraret.

desideraret. Brevius etiam infra, p. 177, 6. ὡς μηδ' ἄγγελον διαφυγεῖν. *L.* 79. Dele hypoſtigmen poſt εἰρατῷ. *L.* 80. θεοῖς τοῖς ἐναλίοις. *Diis belli præſidibus*, ſcil. Ἄρει καὶ Ἀθηνᾷ, Marti & Minervæ. Conf. Pun. cap. 133. Adde Liv. XLV. 33. *Pag.* 170.

Cap. LVIII. Lin. 83. Μάρκος Ἀτίλιος. *M. Atilius Serranus* prætor, Ulteriori Hiſpaniæ præfectus: ad eumdem annum refertur a Pighio T. II. p. 435. & Freinshem. XLVIII. 6. quo Claudius Marcellus tertium Coſ. citeriorem Hiſpaniam erat ſortitus. *L.* 85. Ὀξθράκαι. *Urbem Oſtracem appellatam*, Curio. Urbis hujus memoria apud reliquos Scriptores nulla reperitur. *L.* 87. τούτων ἐν. τοῦτο ἐν Med. & Vat. B. ſed in hoc ſuperſcr. ων.

L. 91. Σερούιος Γάλβας. Sic Curio, *Servius Galba*; neſcio, ex Græco-ne exemplari, an ex ſua emendatione. Noſtri tres codices h. l. in vitioſam ſcripturam Σερούιλιος conſentiunt; quam eo confidentior debui corrigere, quod infra (p. 223, 74.) ubi alius Galba commemoratur, recte iidem omnes tres codd. Σερούιος Γάλβας exhibeant. Rurſus mendoſe Civ. II. p. 331, 75. Σερούιλιον Γάλβαν conſentientibus libris editum erat. Ex *Sulpicia gente*, non *Servilia*, *Galbas* fuiſſe notum eſt: plurimiſque ex eadem illa gente atque familia *Serviorum* fuiſſe prænomen reperimus. Sæpiſſime vero apud latinos quoque Scriptores a librariis confundi ſolere duo iſta nomina *Servilius* & *Servius*, cum alii docuerunt; tum plurimis exemplis oſtendit Drakenb. ad Epit. Liv. LXXII.

L. 98. τε poſt διεσπασμ. dederunt Vat. A. & Med. *Pag.* 171.

Ibid. Verba κατὰ μέρη rectius fortaſſe cum præced. ἀνασχιζομένους conjungerentur; quemadmodum etiam in lat. verſ. feci cum Beraldo & Curione.

L. 1. Καρμήνην πόλιν. Καρμώνην fortaſſe eſſe legendum, ſupra ad p. 130, 89. monui. Vocales ω & ε, quum ſitu fere tantum inter ſe differant, facile ab imperito aut a feſtinante librario, in obſcuris præſertim nominibus, confundi commutarique poterant: neque deſunt alia ejuſdem erroris exempla.

L. 4. Ἐν Κονιστόργει. Quum ἐν Κούνι ex exemplari ſuo edidiſſet H. STEPHANUS, ad nomen illud hæc adnotavit:

Pag. 171. „ Initio hujus pag. [nobis 169, 70.] non Κούνιν, ſed Κουνιστορ-γιν, vocavit hanc Cuneorum urbem: & hanc, non illam appellationem habet hic quoque Secundus. Ita enim ille, *In fines Cuneorum tranſivit, ubi Cuniſtorge hybernavit.* Sed initio hujus pag. *Coniſtorgin*, non *Cuniſtorgin*, apud eum legimus. Quam tamen ſcripturam minus probo." In cod. Vat. B. eſt ἐν Κόνι, non ἐς Κόνι, ut per errorem dictum eſt in Nota infra contextum.

CAP. LIX. Lin. 5. Λούκουλλος δέ. Conf. cap. 51 ſqq. uſque cap. 55. extr. *Lucullus*, quamquam *citeriorem Hiſpaniam* provinciam ſortitus, tamen in *Turditania* hiemavit; quæ, quicumque tum temporis habiti ſint citerioris & ulterioris Hiſpaniæ limites, ad *ulteriorem* certe debuit referri. Idemque Lucullus deinde Luſitanis, qui prope Gades exſcenſionem in Hiſpaniæ oras fecerant, cum exercitu occurrit, & in ipſam etiam Luſitaniam copias transduxit, eodem tempore, quo ab alia parte *Galba*, ulterioris prætor Hiſpaniæ, Luſitaniam vaſtabat. Scilicet utriuſque provinciæ prætores vel proconſules copias interdum, ſi ita res ferebat, jungebant; (cujus rei exemplum in C. Piſone & L. Quinctio habemus apud Liv. XXXIX. 30. & aliud in Æmilio Lepido & Junio Bruto apud Noſtrum c. 80. p. 199.) vel res adverſus graviorem hoſtem gerendas inter ſe partiebantur. Ac præſertim ſi citeriori provinciæ (quæ conſularis fere, per ea ſaltem tempora, habebatur) Conſul præeſſet aut Proconſul, ſicuti nunc Lucullus præfuit, cum conſulari exercitu; conſentaneum eſt, ut Conſul, ubi pacata ipſius provincia, altera ab hoſtibus infeſtata eſſet, exercitum ſuum in hanc, cui prætor (minoris dignitatis magiſtratus) cum minoribus copiis præerat, transduxerit. Sic & olim Catonem, quum Conſul A. U. 559. citeriorem Hiſpaniam eſſet ſortitus, pariter in Turditaniam uſque legiones duxiſſe, ex Livio XXXIV. 19. diſcimus. Et nuper M. Marcellum, ex Conſulatu in Hiſpaniam citeriorem miſſum, pacatis per conceſſas inducias Celtiberis, dum hi quieti reſponſum Senatus Roma exſpectabant, interim expeditionem in Luſitaniam ſuſcepiſſe, ex eaque reverſum Cor-

dubæ in Turdulis (in ulteriori Hiſpania) hiemaſſe, auctor Polybius eſt, Legat. CXLI. Pag. 171.

L. 9. περί τε Γαδειρα τὸν πορθμὸν ἑτέρων περώντων. Conf. Adnotat. ad 169, 70 ſqq. ſub finem. περώντων, pro παρόντων, reſtitui ex Vat. A. Sic vero & Curio: *fretum trajicientes.*

L. 14 *ſqq.* καί τινων προσπλευσομένων ἐς αὐτὸν &c. Galbæ perfidiam, quæ hic & ſeq. cap. narratur, notarunt etiam Valerius Max. lib. IX. c. 6. n. 2. Sueton. in Galb. c. 3. & Oroſius Hiſtor. lib. IV. c. 21. Neſcio autem, quid ſpectaverit vel Torrentius, ad Sueton. l. c. ſcribens, Appianum *Lucullo* factum id tribuere videri, vel Franc. Fabricius, qui magis etiam præciſe ad Oroſ. l. c. „hanc rem, inquit, a Lucullo geſtam ſcribit Appianus." Pag. 172.

L. 17. ὑπεκρίνετο. „In exemplari legitur ἐπεκρίνατο, ex quo ὑπεκρίνατο aut ἀπεκρίνατο faciendum fuit: illud malui." H. STEPHANUS *ad edit.* 1. ὑπεκρίνετο ſcripſi ex Med. cui quoad imperfectum tempus accedit Vat. B. in quo eſt ἐπεκρίνετο.

L. 19. λυπρόγαιον. Confer ad p. 107, 10. Suidas: Λυπρόγαιον. Ἀπιστανός· Τὸ γὰρ λυπρόγαιον καὶ πενιχρὸν ὑμᾶς εἰς λῃστείαν ἄγει. δώσω δ' ἐγὼ πενομένοις φίλοις γῆν ἀγαθήν.

CAP. LX. Lin. 25. πωλίσειν. „πωλίσειν. Quin corruptus ſit hic locus, nulli dubium eſſe poteſt. Ego vero, quin ita emendandus ſit, non dubito, πωλήσειν αὐτοὺς ἐπανελθών. Sic alibi vendi ſolent ab imperatoribus captivi." H. STEPHAN. *ad edit.* 1. „Videndum, an pro πωλίσειν (quod nullo recipi poſſe modo arbitror) ſcribi queat πολίσειν, mutato tantum π in λ. Suſpicari certe quis poſſit, ita legiſſe Secundum; vertit enim: *Planiciem quandam indicabat, ubi illos conſiſtere jubebat, donec ipſe ad eos veniens, locum condendæ urbis oſtenderet.* Sed nove (ut opinor) ab Appiano πωλίσειν αὐτοὺς, pro *Conderet ipſis urbem*, diceretur. Malim igitur ἀποικίσειν aut ἐποικίσειν ſcribere: ut id ſignificet, quod paulo ante dixerat συνοικίζειν; eo in loco, καὶ ἐν ἀφῴδοις συνοικιῶ. Legitur quidem verbum ἐποικίζειν p. 286. [168, 49.] ſed ibi accuſativum perſonæ, cum dativo qui perſ. eſt itidem, habet. Beraldus in

Pag. 172. locum illius verbi πολίσειν nihil ſubſtituit, & pro ἐπανελθών legit ἐπανελθών: [vertens, *dum reverteretur.*]" H. STEPHANUS, *ad edit.* 2. Cum MUSGRAVIO REISKIUS quoque πολίσειν legendum monuit; adjecitque latinam expoſitionem hanc, *in civitatis formam redegerit.*

L. 27. ἀπεταφρευί τε dedit Vat. A. Id in Med. in ἀπεταφρευί τε corruptum eſt, & in Vat. B. amplius in ἀπεταφρευσί τε detortum. In Stephani exemplari fortaſſe eadem mendoſa ſcriptura erat quæ in Vat. B. quam Stephanus deinde in ἀπεταφρευσί τε tacite mutaſſe videtur. *L.* 29. „Fortaſſe θεῶν ἐρείων ſcripſit Appianus: ut conjicere datur ex quodam loco paginæ 284. [nobis 163, 71.]" H. STEPHANUS.

Pag. 173. *L.* 34. Οὐρίαεθος. Sic conſtanter per τθ nomen hoc efferunt Vat. & Med.: quemadmodum apud Diodorum quoque ſcriptum reperitur. De ſcriptione hujus nominis cf. auctores a Reimaro ad Dionem T. I. p. 32 ſq. citatos.

L. 40. ἐμοῦ τι. Non video, cur locutionem hanc ſolicitaverit MUSGRAVIUS, ſcribens: „mendoſum ἐμοῦ τι." — ἐμοῦ & ἐμοῦ τι (i. q. ἐγγύς, *fere, circiter, prope, propemodum*,) Atticis ſcriptoribus frequentatas phraſes eſſe, monuit Suidas & exemplis firmavit, quæ ex Dionyſio Hal. præſertim cumulari facile poſſent. Conf. Valeſium ad Harpocr. v. ἐμοῦ, & Viger. de Idiot. c. 7. ſect. 9. extr.

L. 41. φασὶν. „In exemplari, φησί. Sed quis φησὶν?" H. STEPH. *ad edit.* 1. Etiam in Vat. B. mendoſe φησὶν.

L. 43. κατηγορούμενος. De accuſatione illa Galbæ conf. Ciceronem de Orat. I. 53.

L. 44. διέφευγε. „Mallm διέφευγε reddere *evadebat*, id eſt, *evadere ſolebat*: ut intelligamus illum ſæpe in judicium vocari ſolitum. Atque hoc erit iis quæ proxime præcedunt conſentaneum." H. STEPHANUS.

CAP. LXI. *Lin.* 47. Γαΐος Οὐετίλιος. *M. Vettilium* vocat Sec. Curio; ex ſuo-ne exemplari, an Livium ſecutus? in cujus Epitome LII. *Marci* prænomen prætori huic tribuitur. Ex codicibus certe noſtris nihil varietatis, neque in prænomine illo, neque in nomine, adnotatum reperio: & *C. Ve-*

tilius apud Oroſium quoque vocatur lib. V. c. 4. Gentis nomen *Vetilius*, quum apud Livium l. c. temere in *Vitilius* eſſet mutatum, revocarunt ibi Crevierius & Drakenb. Apud Photium ex Diodori Sic. libro XXXII. ecl. 5. Οὐϊτίλιος vulgo ſcriptum legitur. Pag. 173.

L. 58. ἐπιθοῖντο. Varie fere ubivis atque promiſcue in libris noſtris Aor. 2. ille med. verbi τίθημι, cum compoſitis, θοίμην, θοῖο, θοῖτο & θείμην, θεῖο, θεῖτο formatur; & in compoſitis quidem ſecunda & tert. perſ. ſing. & tertia pluralis mox προπεριπεπωμένως, mox προπαροξυτόνως effertur. Pag. 174.

L. 60. διαφύγοιεν. Vide not. ad p. 106, 85.

CAP. LXII. Lin. 67. ἐς Τριβόλαν πόλιν. *Tribolam* vel *Tribulam* illam fruſtra quæras apud Geographos. Pag. 175.

L. 70. τὸν ἵππον ἀνίσῃ. Sic conſentientibus libris erat in edit. 1. Quum operarum, ut videtur, errore in edit. 2. 3. eſſet ἱστῇ, ἱστῇ legere juſſit MUSGRAVIUS.

L. 76. ὡς δ' εἴκασεν ἀσφαλῶς ἔχειν. „ Sic p. 182. [Mith. 666, 9.] ὡς δὲ εἴκασεν αὐτάρκως ἔχειν." H. STEPH. Eodem ſtrategemate aliàs rurſus uſum Viriathum legimus p. 186. c. 70. Cf. Frontin. II. 13. 4. *L.* 77. δι' ὀδῶν ἀτρίβων. Si recte poſitus eſt accentus, erit a ſing. ἄτριψ, quod apud Suidam exponitur per ἀτριβής. Non enim, ut a penacuto συνήθης eſt genit. plur. συνήθων, ſic ab ὀξυτόνῳ ἀτριβὴς formari ἀτρίβων ſolet.

L. 84. ἐς τρία ἔτη Ρωμαίοις ἐπολέμει. Reponendum ἐπὶ ex cap. 75. p. 191, l. 42. Quatuordecim annos numerat Liv. Epit. LIV. Florus II. 17. Oroſ. V. 4. Undecim annos Diodorus Sic. in Exc. Peireſc. p. 361. T. II. opp. p. 597. Viginti anni numerantur apud Vellejum Pat. II. 90. ubi tamen pro *XX*, cum Juſtino XLIV. 2. legendum *X*. Lipſius contendit ad Vellej. l. c. Numerum octonarium, ab Appiano prolatum, probavit ibidem Lipſius, cujus verba repetiit Freinsh. ad Florum l. c. Cf. Reimarum ad Dionem T. I. p. 33. & qui ibi laudantur auctores. De toto autem hoc *bello Viriathico* idem hi, quos citavi, Scriptores conferendi ſunt. Pag. 176.

Pag. 176. CAP. LXIII. Lin. 85. „τὸν Οὐρίαθον πολέμον. Οὐρίαθον vel in Οὐριάθου vel in Οὐριαθικὸν mutare neceſſe eſt. Cæterum valde in totius loci hujus interpretatione lapſus eſt Secundus: non animadvertens, Appianum illud participium ἀναθέμενον de ſeipſo dicere, non de Viriato. Ita enim ille totum hunc locum interpretatur, vim verbis afferens: (quod ſæpe coguntur facere qui alicujus ſcriptoris verba in ſenſum valde diverſum detorquent:) *Hic tres continuos annos cum Rom. bellum geſſit: atque (ut conſtat) hoc bellum multum Romanos afflixit: fuitque ad extremum uſque, perquam difficile & periculoſum. Quinetiam ſiquis alius armorum novus motus in Hiſpania extitit, illud ut diuturnius eſſet effecit.* Cæterum ut hic dicit Appianus, πόλεμον συνάγαγεῖν, de ſua hujus belli hiſtorica deſcriptione loquens, ſic pag. 292, [p. 180, 58.] καὶ συνάξω καὶ τόνδε [τὸν πόλεμον] εἰς ἕν." H. STEPHANUS. Repoſui τὸν Οὐριάθου πόλεμον, quemadmodum p. 185. 31. conſentientibus libris legitur ὁ Οὐριάθου πόλεμος. Sic & τὸν Αννίβου πόλεμον dicit, Annib. 262, 69. & ἐπὶ τῷ Αντιόχου πολέμῳ Mithr. 674, 35. & εἰς τὸν Περσέως πόλεμον Mac. 522, 55. & id genus alia. Sed ſimili errore, ut hoc loco, Mac. 517, 92. εἰς τὸν Αντίοχον πόλεμον dabant ſcripti libri, pro Αντιόχου, quod ibi fuit reponendum.

L. 90 *ſq.* De *lacunæ* ſuſpicione nihil h. l. cogitantes MUSGRAVIUS atque REISKIUS, pro ὑπερελθόντος, ille ὑπιλθόντος, hic παμελθόντος, legendum cenſuit. Curionis exemplar nullo hiatu hic laboraſſe videtur. Percommoda certe ejus verſio: *Viriathus inſidias in ſaltu quodam poſuerat: qui ubi adeſſe Vettilium ſenſit, ſimulavit fugam. Ubi vero ille inſidiarum locum præteriiſſet* &c.

Pag. 177. *L.* 95. ἐλθεῖν. Vetilium fuga evaſiſſe ſcribit Oroſius V. 4. contra quam cum Livio & Diodoro Appianus memoriæ prodidit. *L.* 97. Καρτησσὸν ἣν ἐγὼ νομίζω &c. „Cur id hoc loco velut ex ſua tantum opinione in medium affert, quod antea, tanquam ab omnibus receptum, minimeque controverſum, tradidit? Vide annotationem in paginam 256.

[p. 103, l. 31 seqq.]" H. STEPHANUS. At ibidem dixerat, καὶ Ταρτησσός μοι δοκεῖ &c.

CAP. LXIV. Lin. 16. ἐν ὄρει . . Αφροδίτης ἐπωνύμῳ. Infra p. 180, 61. τὸ Αφροδίσιον ὄρος. *L.* 17. „Πλαύτιος καταλαβών, Fortasse legendum est αὐτὸν καταλαβών. Nam cur hic potius, quam alibi, accusativum omittere potuerit Appianus, non video." H. STEPH. *ad edit.* 1. Sed sæpissime alibi, nec inconcinne utique, in hujusmodi contextu accusativum illum pronominis omittere solet. *L.* 18. ἡτθηθεὶς. Tres nostri codd. vitiose ἡτθεὶς. *Pag.* 178.

L. 20. „Hæc verba, καὶ ἐκ μέσου θέρους ἐχείμαζεν, Secundus (quod naturæ esse repugnans videatur, aliquem χειμάζειν dici jam ἐκ μέσου θέρους) ita vertit, *ac media æstate, ut hyeme solet*, (nisi potius scribendum, *fieri solet*) *domi, nusquam prodire ausus, se continebat.* Ut autem hic χειμάζειν ἐκ μέσου θέρους, sic χειμάζοντος ἐκ μέσου μετοπώρου legitur pag. 292. [181, 66 sq.] ubi idem Secundus dicit, *sub tectis Corduba, medio autumno, quiescebat.*" H. STEPH. *L.* 21. προϊέναι. Sic recte Sec. Curio *prodire.* Ceterum ob bellum hoc male administratum, judicio populi deinde exilio mulctatum fuisse *Plautium*, ex Diod. Sic. discimus, T. II. p. 592. Exc. Vales. p. 346.

L. 22. „Idem Secundus τοῦ ἐπικειμένου καρποῦ vertit, *messis jam maturæ. Viriatus* (inquit) *diligenter ac sine ullo metu lustrabat regionem, a possessoribus fructuum & messis jam maturæ pretium exigens.* At Beraldus, *Ab agrorum* (inquit) *dominis maturescentium atque instantium frugum pretium exigebat.* Huic certe, non illi, assentior: & videndum, annon ἐπικείμενος καρπὸς magis etiam proprie reddi possit, *pendentes fructus*, utendo jurisconsultorum vocabulo." H. STEPHANUS.

CAP. LXV. Lin. 24 *sq.* Φάβιον Μαξ. Αἰμιλ. Forte ὕπατον, *Consulem*, adjecerat Appianus. *Tantum terroris*, ait Livius, Epit. LII. *is hostis* (Viriathus) *intulit, ut adversus eum consulari opus esset & duce & exercitu.* Nomen vero Æmiliani, & res gestas (quæ, quoniam tironem habuit exercitum,

Pag. 178. non nimis luculentæ fuerunt) præteriit Livii Epitomator. Conf. Pigh. Annal. T. II. p. 462. & Freinsh. LII. 35 sq.

L. 29 *sq.* „ Pro his, φειδοῖ τῶν ἀνδρῶν τῶν ἐκεῖθεν ἐληλυθότων, habet Secundi interpretatio, *Ut veteranis qui inde redierant, vacationem daret.* Verum cui credibile sit, omnes qui inde redierant, fuisse *veteranos*? Deinde potest aliquis ad tempus aliquod militibus parcere, id est, militiæ laborem illis remittere, qui tamen vacationem minime det eam quæ veteranis dari solet." H. STEPHANUS. Verba ista Appiani, Ὁ δὲ φειδοῖ τῶν ἀνδρῶν, usque lin. 31. δύο τέλη, laudat Suidas in Πρωθήβας. Pro πρωθήβεις, quod erat editum, in Vat. B. est πρωθήβης, non minus vitiose

Pag. 179. *L.* 32. ἐς Ορσῶνα. Ibi olim Cn. Scipio hiemaverat, vid. p. 118, 95 sq. *L.* 45. ἐνόπλους αἰεὶ τοῖς γυμνοῖς &c. „ Ex Beraldi interpretatione colligi non potest, ipsummet Viriatum [*Maximum*, puto, scribere voluerat Stephanus.] ex illis subsidiariis militibus fuisse. Vertit enim: *Armatos milites velitum subsidio expeditorumque equitum muniebat.* At illud tamen ab Appiano dicitur. Ideoque non pigebit & hanc Secundi interpretationem afferre: *Quum vero ad commeatum exeundum erat, eos semper multis levis armaturæ militibus equitatuque, ipse obequitans, sepiebat.* Sed ante hoc verbum *sepiebat* ponit per parenthesin *ut patrem Paulum in Macedonia viderat.* Nisi potius scribendum, *facientem viderat.* Sed cur interpretationem dativi τοῖς γυμνοῖς, cui τοὺς ἐνόπλους opponit, uterque prætermisit." H. STEPH. — Nempe γυμνοὺς perperam intellexerunt ψιλοὺς, & totum orationis nexum uterque interpres minus perspexisse videtur.

L. 46. περιέτρεχε μεθ' ἱππέων αὐτός. Recte Curio, *ipse obequitans.* Accusativus personæ hic non desideratur: (conf. ad p. 178, 17.) & in fine phraseos inconcinne plane poneretur. Similem Scipionis Æmiliani, qui frater hujus erat, morem laudat Noster Pun. 444, 12. ibique similiter, καὶ τότε κύκλῳ (vel κυκλῶν) αὐτὸς, inquit, ἑτέραις ἴλαις ἱππέων αἰεὶ περιῄει.

Ibid. οἷα Παύλῳ τῷ πατρὶ &c. Idem significat Vellejus Pat. II. 5. *Fabius Æmilianus Paulli exemplo disciplinæ in*

Hiſpania fuit clariſſimus. Conf. ad pag. 184, 16 ſqq. De emendata a L. Paulo in Macedonia diſciplina militari vide Livium XLIV. 33 ſq.

L. 48. τρέπεται δεύτερος ὅδε τὸν Οὐϊριάθου. Beraldus hæc verba latine reddens, *ſecundus ipſe in fugam vertit*, videtur ita intellexiſſe, ut, quum prius milites Maximi, abſente imperatore, a Viriatho fuſi fugatique fuiſſent, jam ipſe viciſſim Viriathum in fugam compulerit. Quam fere ſententiam & nos in lat. verſ. expreſſimus. Sed, ut dicam quod ſentio, aliud ſonare videntur Græca verba; nempe id ipſum quod alter interpres Curio his latinis reddidit: *ſecundus hic fuit, a quo Viriatus fuſus & fugatus eſt.* At vero hoc difficultatis habet hæc ſententia, ut, ſi quæras, quis ergo Romanorum imperatorum *primus*, vel *prior*, ante Maximum, fugaverit Viriathum, nuſquam id ab Appiano declaratum reperias. Nam nec Vetilium hunc fuiſſe, nec Plautium, intelligi commode poteſt; quorum uterque non tam fugavit Viriathum, quam ab ipſo ſimulata fuga illuſus & mox gravi clade adfectus eſt. Itaque ſuſpicio hic oboriri poteſt, intercidiſſe fortaſſe nonnihil ex præcedenti Appiani narratione. Vide infra, ad p. 182, l. 90 ſq. *Pag.* 180.

L. 52. καὶ ἐχείμαζεν ἐν Κορδύβῃ. An huc reponenda verba illa, de quibus mox ad lin. 60. monebimus?

CAP. LXVI. Lin. 57. Νομαντῖνον ἡγοῦνται. „Ante vel poſt ἡγοῦνται deſiderari puto εἶῤῥῶσθαι, aut ὠνομάσθαι, vel potius παρωνομάσθαι. Niſi quis mavult ἐπικληθῆναι: ut ſæpe ἐπίκλησιν de cognomine dicit." H. STEPHANUS. Imo non exiſtimabant Romani, bellum illud adpellari Numantinum; ſed vulgo ſic adpellabant. Ac ſupra jam vidimus, (p. 151, 61.) vim hanc verbo illi ἡγεῖσθαι ſubjicere ſolere Appianum, ut non ſolum *habere*, *exiſtimare*, denotet, ſed & *vulgo adpellare*. Sic Civ. II. 227, 96. καὶ Λικιννιδας ἐντεῦθεν ἡγοῦνται Ῥωμαῖοι τὰς ναῦς τὰς ταχείας: quod alibi his verbis expreſſit, (Illyr. 833, 41 ſq.) ὅθεν ἔτι νῦν Ῥωμαῖοι τὰ μεῦρα καὶ ἀξία δίκροτα Λικιννίδας προσαγορεύουσι. Eodem pertinere videtur Civ. I. p. 57, 40 ſq. ὃν νῦν μοι δοκοῦσι Λίτιγνον ἡγεῖσθαι:

Pag. 180. tum Civ. V. p. 723, 87 ſq. τὸν ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερέα, ὃν Μεγαβύζον ἀγορεύουσι. Mith. 824, 81 ſq. δι' ἃ μοι δοκοῦσι τόνδε τὸν πόλεμον ἡγεῖσθαι μέγαν, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ νίκην μεγάλην νίκην καλεῖν. &c.

L. 58 *ſq.* Μετὰ Οὐρίαθον. „Hic quoque Οὐρίαθον mutare poſſemus in Οὐρμαθιτῶν, vel potius τὸν Οὐρμαθικόν: aut certe in τὸν Οὐριάθου. Neque tamen negaverim, ferri poſſe hanc ſcripturam, Οὐρίαθον exponendo τὸν περὶ Οὐριάθου λόγον." H. STEPHANUS.

L. 60. Κοιντίῳ. *Quintius* hic quiſnam ſit, qui in ulteriori Hiſpania Fabio Æmiliano ſucceſſit, non eſt in liquido. Ejus mentionem in aliorum Scriptorum reliquiis fruſtra quæras. Codices noſtri hic nihil variant; ſed mox initio Cap. ſq. p. 181, 69. communi conſenſu omnes pro Κοιντίῳ dant Κοίντῳ, quemadmodum etiam in edit. 1. ediderat Stephanus, quod in altera demum edit. in Κοϊντίῳ mutavit. Sec. Curionem *Pompeji* nomen, quod h. l. inſeruit, in ſuo inveniſſe exemplari dubito: ex conjectura, & ex iis quæ p. 184, 16 vulgo leguntur, huc ab interprete tractum illud nomen videtur. Pighius, T. II. p. 471. Curionem ſecutus, Q. Pompejum Auli fil. h. l. intelligit, eumdem qui deinde A. U. 613. Conſul citeriorem Hiſp. provinciam ſortitus, cum Numantinis parum feliciter bellum geſſit, de quo Appianus cap. 76 ſqq. Freinshemius Supplem. Liv. LIII. 10. ſimpliciter *Quintium* adpellat, neque conjecturæ ulli indulget. Quod ſi de veritate conjecturæ Pighii aliunde vel paululum conſtaret, facile mihi perſuaderem, verborum illorum, quæ infra p. 184, l. 14 ſqq. & corrupta & alieno utique loco (ut mihi videtur) inſerta leguntur, genuinam ſedem olim fuiſſe *in fine Capitis præcedentis*, ibique ſic ſcripſiſſe Appianum: καὶ ἐχείμαζεν ἐν Κορδύβῃ, δεύτερον ἔτος ἤδη στρατηγῶν τοῦδε τοῦ πολέμου. Καὶ τάδε μὲν ὁ Αἰμιλιανὸς ἐργασάμενος, ἐς Ῥώμην ἀπῆρε, διαδεξαμένου τὴν ἀρχὴν Κοίντου Πομπηΐου Αὔλου. (vel Πομπηΐου τοῦ Αὔλου.)

L. 61. Ἀφεδίσιον ὄρος. Conf. p. 178, 16.

Pag. 181. *L.* 64. Ιτύκην. Sic conſtanter Vat. A. & deinde p. 183, 96. Vat. B. quoque & Med. per duplex κκ: ſed Curio, *Utica*.

Apud Plinium lib. I. c. 1. ſect. 3. eſt *Itucci*, Virtus Julia cognominata. Pag. 181.

L. 68. ἐκ πόλεως Ἰταλικῆς. „Ne fallatur hic lectorum quiſpiam in nomine urbis Italicæ, tanquam multis Italiæ urbibus inter ſe communi, recordetur loci qui legitur in calce paginæ 275. [nobis p. 146, 64.] de *Italica*, urbe Hiſpaniæ, Trajani & Adriani patria." H. STEPHANUS.

CAP. LXVII. Lin. 69. Κοιντίῳ. Vide ad pag. præced. l. 60.

L. 70. Φαβ. Μαξ. Σερουϊλιανὸς. Sic pro Αἰμιλιανὸς h. l. legendum præclare Pighius, Freinshemius, aliique viderunt. Et mox, ubi ejuſdem viri res geſtas Appianus perſequitur, recte Σερουϊλιανὸν & Σερουϊλιανὸς conſentientibus libris omnibus iterum iterumque editum erat, p. 183, l. 95. & l. 1. & 8. & ſic rurſus p. 184, 15. Solus Curio *Æmilianî* nomen ubique retinuit, quod idem nomen paulo poſt (inde a p. 184. l. 17.) Græci etiam libri, tam ſcripti, quam impreſſi, rurſus aliquoties pro Σερουϊλιανὸς perperam exhibebant. Quum *fratrem* hunc fuiſſe *Æmiliani* Appianus dicat, fortaſſe librarius aliquis, utrique putans nomen *Æmiliani* eſſe debuiſſe, nomen hoc pro *Serviliano* ſubſtituit. Fuerunt autem adoptivi fratres, ab eodem Q. Fabio, alter ex Æmilia gente, alter ex Servilia, adoptati: alter frater naturalis Scipionis Æmiliani Africani minoris; (vid. Hiſp. 212, 87 ſq. & ibid. p. 178, 24 ſq. coll. cum Pun. p. 445 ſq. &c.) alter frater naturalis Q. Servilii Cæpionis, qui ipſi in Hiſpania ulteriori provincia ſucceſſit: p. 185, 35 ſq. Ille, Conſul A. U. 609. in ulteriorem Hiſpaniam contra Viriathum erat profectus; vide ſupra cap. 65. Hic A. 612. Conſul eamdem provinciam eſt ſortitus, & per biennium eam obtinuiſſe videtur. Liv. Epit. LIII. & LIV. Pigh. T. II. p. 474. & 482. Freinsh. LIII. 25 ſqq. & LIV. 10 ſq. Confuſionem autem iſtam nominum jam pridem occupaſſe Appiani libros video. Certe in Excerptis etiam de Legationibus, in Cod. Bavarico, ſicut in reliquis noſtris codicibus & in impreſſis, p. 185, l. 35. Αἰμιλιανοῦ pro Σερουϊλιανοῦ ſcriptum reperi.

Pag. 182. *L.* 78 *sq.* ἣν (κόμην) ἐν τοῖς πολέμοις ἐπισείουσι τοῖς ἐχθροῖς. — „ Pro πολεμίοις legendum constat πολέμοις. [Sic recte Vat. B. a secunda manu: & sic tacite in edit. 2. correxit Stephanus.] Sed de illo ἐπιποιοῦσι [quod ex exemplari suo edidit Steph. cum quo facit Vat. B.] nihil certe adhuc constitui. Videtur aliquis in nostro exemplari voluisse pro eo reponere ἐπισείουσι, nescio quis, nec quam recte: & an ex sua conjectura, an ex alius veteris libri fide." H. STEPHANUS, *ad edit.* 1. — „ Verbi hujus ἐπιποιοῦσι interpretationem a Secundo prætermissam haud miror: (quum pro his omnibus verbis, ἣν ἐν τοῖς πολέμοις ἐπιποιοῦσι τοῖς ἐχθροῖς, sit contentus uno, *horrendis*; ita locum hunc vertens, *Quem quum in itinere adortus esset Viriatus cum sex millibus militum, clamore & strepitu ingenti, barbarorum more, cæsarieque ac promisso capillo horrendis*:) haud miror, inquam: quoniam vix ullus interpres esse potest cui negotium non facessat: atque adeo an Beraldicæ interpretationi ejus acquiescendum sit, non immerito quæretur. [Beraldi versionem retinui, excepto quod ille *gestare et quatere* posuit.] Quid si vero ἐπισείουσι in locum illius ἐπιποιοῦσι quis substituat? Erit certe (meo quidem judicio) aptum huic loco verbum. Exponi enim poterit, *quatiunt ad terrendos hostes*, seu, *in terrorem hostium*. Ac fateor quidem, novum multis posse videri hunc verbi istius usum: sed in meo Thesauro Plutarchi locum affero, cujus expositio, de qua alioqui tum dubitabam, omnem de hoc dubitationem tollere videtur: sicut vicissim hic ad fidem expositioni illius faciendam multum valet. Illum si libeat ibi videre, mihi, nisi valde fallor, assentieris. Cæterum talis comæ, id est, quæ talem terrorem & horrorem afferre (primo saltem aspectu) poterat, mentionem facit cum alibi, tum hic, [Hisp. 220, 21 sq.] τεθηριωμένοις δὲ τὰ σώματα ὑπὸ λιμοῦ καὶ λοιμοῦ καὶ κόμης καὶ χρόνου." H. STEPH. *ad edit.* 2. ἐπισείουσι reponendum monuit etiam MUSGRAVIUS. Et a vero parum differunt Vat. A. & Med. ἐπισειοῦσι exhibentes.

L. 87. „ προσέβαλε καὶ τῷδε ὀλίγῳ, μόλις αὐτῶν ὑφισταμένων. Hoc ὀλίγῳ omisit Beraldus: at Secundus, tanquam

non ὀλίγῳ sed ὀλίγων legens, junxit sequentibus. Ita enim locum hunc reddidit: *Cæteros intra castrorum cœgit septa: quæ aggressus, vix paucos ad portas castrorum, qui illi resistèrent, reperit.*" H. STEPHANUS. ὀλίγων, sicut Sec. Curio legit, dedit cod. Med. Atque id reponendum, & mox αὐτῶν in αὐτὸν mutandum, cum CURIONE & MUSGRAVIO vidit REISKIUS. Pag. 182.

L. 90 *sq.* Φάννιός τε, ὁ Λαιλίου κηδεστής. Male Beraldus *Lælii socer*; quem errorem non observavit Stephanus. Κηδεστὴς Vat. B. Κηδεστὴς recte Vat. A. Med. Conf. ad p. 107, 3. Notum est, & *adfinem*, & *socerum* & *generum* illo nomine significari. Eumdem Lælium, quem obiter hic nominavit Appianus, ipsum quoque rebus Viriathi bello gestis egregie claruisse, Ciceronem testem habemus, in Bruto cap. 21. & de Offic. II. 11. ubi, *Viriathum*, inquit, *C. Lælius prætor fregit & comminuit, ferocitatemque ejus ita repressit, ut facile bellum reliquis traderet.* Quas res a Lælio, Hispaniæ citerioris prætore, paulo ante Fabii Æmiliani Cos. in suam provinciam adventum gestas esse, ingeniose Pighius conjectavit, T. II. p. 462. Ac suspicari sane aliquis possit, Appianum etiam victoriæ illius feciisse mentionem, sed intercidisse apud eum hanc historiæ belli Viriathici particulam. Quæ suspicio firmari fortasse aliquantum poterit ex eo quod de Fabio Æmiliano supra legimus p. 180, l. 48. ad quem locum vide quæ notavimus. Sed in eadem historiæ hujus parte, Claudii etiam Unimani prætoris, post Vetilium & Plautium ad internecionem pæne exercitus a Viriatho cæsi, (Flor. II. 17, 16. Oros. V. 4.) apud Nostrum desideratur mentio.

L. 93 *sq.* ἢ καύματος ὥρᾳ θαμινὰ ἐπιών, καὶ οὔτινα καιρὸν ἀδόκητον ἐκλιπών. ἐκλιπὼν scripsi cum Vat. A. & Med. Ceterum imprudens h. l. Beraldi versionem tenui, quam sic emendatam suppletamque velim: *vel interdiu urente sole sæpius incursans, nulla prætermissa occasione qua inexspectatus hostibus adpareret.* „Neutet interpres (sic ad h. l. H. STEPHANUS) vocem ἀδόκητον expressit: quæ magni tamen est momenti. Hæc enim ostendit, Viriatum omnes

Pag. 182. ſuperveniendi hoſtibus ex inopinato occaſiones quæſiſſe, ſive nullum tempus, quo hoſtibus ſupervenire necopinantibus poſſet, prætermiſiſſe. Neque enim dubito quin perinde ſit acſi dictum foret, οὔτινα καιρὸν τοῦ ἀδοκήτως ἐπελθεῖν τοῖς πολεμίοις ἐκλείπων: ideoque & illa duo valde diverſa tempora, vel noctem, vel καύματος ὥραν, ad irruendum in hoſtes necopinantes fuiſſe illi frequentia: (ſed καύματος ὥρᾳ non ſimpliciter *interdiu*, cum Beraldo, verum *in ipſo diei æſtu* ſonare fateor.) Non ignoro interim, illa verba, οὔτινα καιρὸν ἀδόκητον ἐκλείπων, poſſe & hoc modo reddi, *nullam occaſionem inexploratam relinquens.*"

Pag. 183. *CAP. LXVIII. Lin.* 2. πόλεις διήρπασεν. Sic Vat. A. & Med. *L.* 6. Κούριός τε καὶ Απουλήϊος. Mireris Romana horum nomina. Forſan transfugæ fuerunt Romani.

L. 9. Εἰσκαδίαν. An *Eſcuam* Plinii & Ptolemæi? Γίμελλαν. Eamdem, judice Harduino & Cellario, quæ Τοῦκι Ptolemæo, *Tucci* Plinio dicitur, *Gemella Auguſta* cognominata.

L. 10. Οβόλκολαν. Plinio *Obulcula*, Ptolemæo & Antonino *Obucula*, haud procul Carmona. Ex hujus urbis nomine *Obucula* corruptum fortaſſe illud *Bæcula* vel *Becula*, quod apud Livium XXVIII. 13. memoratur, ubi de prælio agitur quod prope Carmonam accidiſſe Appianus refert p. 130, 89. & 134, 56. Conf. Caſaub. ad Strab. p. 141. C. Altera autem Bæcula, prope Caſtulonem ſita, cujus apud Livium XXVII. 18. & 20. & Polyb. X. 35. mentio occurrit, (de qua dixi ad p. 130, 84.) nihil huc pertinere videtur.

L. 11. „ συνεγίνωσκεν. Ita correxi illud verbum quod in exemplari reperi συνεγύμνωσκεν." H. STEPHAN. *ad edit.* 1. — Pro συνεγίνωσκεν, quod edidit Stephanus, ſubſtitui formam Appiano uſitatam συνεγίγνωσκεν, quæ & in Vat. B. ſuperſcripta eſt vitioſæ ſcripturæ, quam ille codex cum exempl. Steph. communem habet. Cf. ad p. 26, 72.

Pag. 184. *L.* 14. ἐχείμαζε δεύτερον ἔτος ἤδη &c. „ Si fidem Cælio Secundo habere volemus, idem de hoc loco dicemus quod de quodam præcedente, p. 286. [167, 39 ſq.] ei aliqua deeſſe: quum nihil tale nec de hoc nec de illo alii ſuſpicati eſſe, ac

ne occaſionem quidem ſuſpicandi habuiſſe videantur. Ut autem aperte videas, ubi lacunam (ut vulgo loquimur) eſſe putaverit, hunc quoque interpretationis ejus locum tibi cum ſpatio vacuo & aſteriſcis repræſentabo. Ita igitur ille: *Mox ſe in hyberna recepit, ſecundo ſuæ provinciæ ejuſque belli anno. His rebus geſtis, Romam, in Hiſpania Q. Pompejo ſucceſſore ſuo relicto, navigavit.* Pag. 184.

* *

Ejus frater Maximus Æmilianus, quum quendam, nomine Conobam, latronum ducem, cepiſſet, qui ſeſe ei dediderat, ei ſoli pepercit, reliquis omnibus manus abſcidit. Poſt, quum Viriatum perſequeretur, Eriſanam &c. Nam multo poſt apud eum male ſcriptum eſt *legionibus* pro *ligonibus.*" H. STEPHANUS.

Quod ſi lacunæ indicium in exemplari ſuo non invenit Sec. Curio; difficultatem ſaltem hujus loci intellexiſſe videtur, qua quum ſe expedire non poſſet, defectus notam interponendam cenſuit. Mihi idem hic locus, ſive defectu laboret, ſive interpolatione aut aliis corruptelis fœdatus ſit, turbatiſſimus & pæne deſperatus ſemper viſus eſt. Σερουϊλιανὸς lin 15. conſentientibus libris jam ante me editum fuiſſe, (quemadmodum etiam ter pag. præced. recte legebatur) monui ad p. 181, 70. ubi primum perperam Αἰμιλιανὸς pro Σερουϊλιανὸς poſitum erat; quem errorem mox cap. 69. bis repetitum videbimus. Ac nihil ſane obſtat, quo minus nunc h. l. de *hibernatione Serviliani* dixiſſe Appianum putemus: neque repugno, ſi quis non ſolicitandum verbum ἐχείμαζεν contendat. Sed quod ſtatim ſequitur, δεύτερον ἔτος ἤδη ἡγεμονεύων τοῦδε τοῦ πολέμου, *ſecundo jam anno quo huic bello erat præfectus*, (ſic enim verba iſta reddenda erant, non, ut Beraldus fecit, *altero hujus belli, cui præfuerat, anno*) id ſane in eumdem Servilianum non convenire videtur: nam, quamquam per biennium adminiſtraſſe provinciam ex Livii Epit. LIII. & LIV. conſtat, hæc tamen fuit primi anni hibernatio.

Pag. 184. Quodſi vero hoc dicere voluiſſet Appianus, *prorogatum Serviliano fuiſſe in ſequentem annum imperium*; tum verba illa hoc fere aut ſimili aliquo modo cum eis quæ ſequebantur fuerant connectenda: Καὶ χειμάσας, καὶ δεύτερον ἔτος τοῦδε τοῦ πολέμου στρατηγῶν &c. Jam vero quæ his ſubjiciuntur de *Serviliani deceſſu e provincia*, de *ejuſdem ſucceſſore Q. Pompejo*, denique de *fratre ejus Æmiliano*; hæc quidem quin miſere turbata a librariis ſint, dubitari non poteſt. Nam, ut ab *Æmiliano* incipiam, ſi vel maxime ſtatuere velis, obiter Appianum in fine hujus cap. commemoraſſe aliquod Æmiliani factum, ſimile quodammodo ei quod de Serviliano paulo ante retulerat; mirum tamen debet videri, cur non ſtatim ſubjecerit illud factum, cur prius de deceſſu Serviliani ex provincia & de ejus ſucceſſore loquatur, ac tum demum, ubi jam exſpectabas diſcere quid ille Serviliani ſucceſſor geſſerit, plane omiſſo hoc, ad Æmilianum te remittat? Quod autem ea, quæ ſeq. cap. 69. de reliquo curſu belli Viriathici & de pace ab imperatore Romano cum Viriatho compoſita narrantur, pariter omnia eidem *Æmiliano* tribuuntur, quem adeo veluti ex machina rurſus in ſcenam ſubito raptum vides: id vero, etiam ſi nil aliud niſi ipſam narrationis Appianeæ ſeriem per ſe ſpectes, non poteſt non incongruum utique videri; & ſuſpicionem gignere debet, ex errore ibi rurſus, ut jam ſupra p. 181, 70, *Æmiliani* nomen irrepſiſſe. Quod ſi vero cogites, non ſolum ex Livii Epit. LIV. collata cum Faſtis conſularibus conſtare, pacem illam cum Viriatho eſſe a *Serviliano* factam, ſed ipſum etiam Appianum diſerte monere, (initio cap. 70.) imperatorem eum, qui illam pacem cum Viriatho compoſuit, fratrem fuiſſe illius *Q. Servilii Cæpionis*, qui ei in imperio ſucceſſit; tum quidem facile tibi perſuadebis, ab Appiano etiam has res, quæ cap. 66. narrantur, ad *Servilianum* fuiſſe relatas, & in ejus nominis locum ſive caſu quodam ſive imprudenti conſilio a librariis *Æmiliani* nomen eſſe ſubſtitutum. Ex quo porro intelligitur, *de deceſſu Serviliani e provincia*, hoc loco, de quo nunc quærimus, dicere nullo modo potuiſſe Appianum; quum

res ejus

res ejus altero imperii anno in eadem provincia geſtas ſequenti demum capite exponat. Denique, quod *Serviliano* in Luſitania & in adminiſtratione belli Viriathici *ſucceſſiſſe Q. Pompejum Auli fil.* hoc loco dicitur, id quonam pacto ab Appiani manu profectum dicemus? qui (ut taceam quæ de Cæpione, Serviliani ſucceſſore, modo dicta ſunt & mox ſuo loco ad p. 185, 35 ſq. uberius dicentur) eumdem *Q. Pompejum* circa idem tempus Cæcilio Metello in citeriori Hiſpania & in belli Numantini adminiſtratione ſucceſſiſſe, diſerte docet cap. 76 ſeqq. ubi res ejus geſtas copioſe perſecutus eſt? Pag. 184.

Dixi de difficultatibus, quæ hunc locum, non Auctoris culpa, ut puto, ſed librariorum, premunt. Unde potiſſimum ortæ hæ turbæ, quove pacto integritati ſuæ & ſanitati penitius reſtituenda ſit Appiani narratio, aliis diſpiciendum relinquo. Generatim verum præclare viderunt & acute explicarunt Pighius & Freinshemius. Suſpicionem aliquam quæ mihi de expedienda hac confuſione cogitanti oborta eſt, ſupra indicavi ad pag. 180, 60. Ac fortaſſe, poſtquam ſuo loco olim omiſſa per errorem librarii fuerant iſta verba, deinde, quum intellecto errore ſive idem librarius ſive alius qui illo libro utebatur ſupplere omiſſa verba ex alio exemplari vellet, factum eſt novo errore novaque incuria, ut fraude verborum καὶ ἐκείμαχε, folio proxime ſequenti in eadem folii facie recurrentium, ad alienum locum verba illa referrentur. Nam diſtantia quidem locorum tanta eſt, ut trajectio iſta non videatur ex eo fonte fluxiſſe, de quo nuperrime in Præfat. ad Novam Verſionem Græcam V. T. e Codice Veneto apud nos editam perſpecte monuit VILLOISONUS V. Clar. ſolitos eſſe nonnumquam librarios ſupplementa eorum locorum, quibus aliquid a ſe omiſſum intellexiſſent, ad finem pag. rejicere. Deniqùe vero, poſtquam ſemel in alienam ſedem intruſa illa verba fuerunt, mirum non eſt, denuo rurſus paululum mutata deinde fuiſſe & novæ ſedi ut cumque adaptata, cum eiſque quæ ſequebantur, prouti commodum videbatur, connexa.

Pag. 184. *L.* 16-19. Μάξιμος Αἰμιλιανὸς Κοννέσαν μέν τινα - - - τοὺς σὺν αὐτῷ πάντας ἐχειροκόπησεν. Si recte hoc loco insertum nomen *Maximi Æmiliani* est, ut ab hoc viro editum sit illud in dedititios homines severitatis exemplum; erit initio cap. seq. ad verbum διώκων adjiciendum nomen Σερουϊλιανὸς, ut ea saltem, quæ deinceps traduntur, rursus ad *Servilianum* pertinere intelligantur; de quo satis in Adnot. præc. dictum est. Sed verius, ut mihi quidem ob causas ibidem paulo ante expositas videtur, Pighius Freinshemiusque, (quos magno numero sequuntur qui horum temporum historias post illos contexuerunt) omnia illa verba, quæ minusculis literis imprimi curavi, pro adsumento undecumque intruso habentes, factum hoc ad eumdem *Servilianum*, in cujus rebus gestis exponendis versabatur hoc loco Appianus, non ad Æmilianum, retulerunt. Et eidem *Serviliano* certe idem facinus, paulo tamen diversius expositum, ac fortasse cum altero illo facto, de quo paulo ante Appianus dixerat, aliquatenus confusum, diserte tribuit Orosius V. 4. *Quingentis*, inquit, (de Q. Fabio Maximo Serviliano loquens) *principibus eorum, quos, societate invitatos, deditionis jure susceperat, manus præcidit.* Ex Frontino IV. 1. 42. & præsertim ex Valerio Max. II. 7. 11. discimus, fuisse hos, in quos sæva illa severitas edita est, transfugas atque rebelles ex sociorum Hispanorum numero, qui, cum apud Romanos militassent, desertis Romanorum præsidiis ad hostes transierant. Apud quos eosdem Scriptores quum severitatis illius auctor, quem hi *Q. Fabium Maximum* dicunt, rursus a viris doctis vulgo omnibus *Servilianus* soleat intelligi; unum doctissimum RUHNKENIUM video, qui eam sententiam nuper in Animadv. ad Vellej. Pat. II. 5. improbarit, ad Appiani quidem locum hunc, e quo (si genuina esset vulgata lectio) argumentum peti poterat, non provocans; sed ex solis illis Velleji verbis, *Fabius Æmilianus Pauli exemplo disciplinæ in Hispania fuit clarissimus*, satis adparere ratus, eumdem *Æmilianum* apud Frontinum quoque & Valerium Max. esse intelligendum. In quo mihi liceat a clar. Viro, quem honoris causa nominavi,

paululum diſſentire, addubitareque, num factum illud, de quo apud Frontinum & Valerium agitur, ad eamdem diſciplinam ſit referendum, quam in Æmiliano Vellejus laudavit. Certe quum factum hoc, quod illi commemorant, ad *ſeveritatem* (*ſævam ſeveritatem* Valerius dicit) vel inprimis videatur pertinere; e diverſo Vellejus eam *diſciplinam*, qua *Æmilianum claruiſſe* ait, diſerte a ſeveritate diſcernit atque ſeparat. Quum enim ſeveritatis exemplum a Metello in Hiſpania editum commemoraſſet, hæc ſubjicit: *Hic virtute ac ſeveritate facti, at Æmilianus Paulli exemplo diſciplinæ in Hiſpania fuit clariſſimus.* Quæ diſciplina Pauli quonam potiſſimum pertinuerit, ex ipſo Appiano noſtro, hiſt. Hiſp. cap. 65. & Pun. c. 100. collat. Liv. XLIV. 33 ſq. diſcimus. Et hæc quidem eo maxime volui monere, ne quis apud Appianum loco hoc, in quo verſamur, *Æmiliani* nomen fortaſſe defenſurus, *Velleji* auctoritate firmari illam ſententiam exiſtimet. Ceterum ſeveritatis ſimilis huic, quæ Fabio ſive Serviliano ſive Æmiliano h. l. tribuitur, aliud exemplum de Scipione Æmiliano narratur infra, cap. 94. Pag. 1847

Cap. LXIX. Lin. 20. Ἐμεσάνην. Apud neminem alium Scriptorem urbis hujus mentionem factam reperi. An eadem quæ *Arſa*, Noſtro cap. ſq. l. 42. & Geographis quoque memorata? *L.* 22. ἐπίκειτο. „In exempl. legitur ἐπίχειτο, poſito χ tamquam ab ἐπιχέομαι, accentu vero tamquam ab ἐπίκειμαι. Sed quid ſignificaret ἐπεχεῖτο? [Ni emendationem Stephani confirmare viderentur codices noſtri, ſuſpicari poſſes, idem valere quod ſimplex verbum ἐχεῖτο (Civ. IV. p. 674, 27.) aut ἐξεχεῖτο, *effundebatur*, *erumpebat in eos.*] Lege potius ἐπέκειτο, ut p. 127. [243, 48.] πολιορκεῖν δ' οὐδένα εἶα, παρεφυλάσσων καὶ ἐπικείμενος, & p. 187. [162, 53.] ξυλευομένῳ δὲ αὐτῷ καὶ χορτολογοῦντι ἐπέκειντο. Quin etiam p. 202. [195, 98.] cum hoc ipſo participio, εἰ δὲ ἐργαζομένῳ τε ἐπέκειντο." H. STEPHANUS, *ad edit.* 1.

L. 25. Οὐρίατθος δὲ ἐς τὴν εὐτυχίαν οὐχ ὕβρισεν. In vitioſam ſcripturam ὑβίρισεν cum exempl. H. Steph. conſentit Med. & Vat. B. „Omnino legere neceſſe eſt ὕβρισεν;" ait H. STEPH.

ad edit. 1. Et in edit. 2. tacite correxit, mendam. Quum
Pag. 184. vero præpoſ. ἐς abeſſet, idem H. STEPHANUS *ad edit.* 1. „Significat autem, inquit, τὴν εὐτυχίαν ὑβρίζειν idem quod καταισχύνειν: ſed duriuſculum eſt illud loquendi genus." — Tum vero IDEM rurſus *ad edit.* 2. hæc monuit: „Pulchrum hoc loquendi genus, & quo utilis admonitio ducibus belli ſub Viriati exemplo proponitur, ita redditur a Secundo, *fortunæ felicitate nunquam elatus.* Sed magis mihi placet Beraldica interpretatio, [*non inſolenter ſua fortuna uſus:*] ac etiamſi darem, τὴν εὐτυχίαν οὐχ ὑβρίζειν, aliud nihil eſſe quam *fortunæ felicitate non efferri*, (quum tamen manifeſtum ſit, addendam fuiſſe ſaltem voculam *nimis* ante verbum *efferri*) probare non poſſem illud adverbium *nunquam*; quum longe aliud ſit, dicere οὐχ ὕβρισεν, quam οὐδέποτε ὕβρισεν. Sed libet & eorum quæ proxime ſequuntur interpretationem ejuſdem adjicere. Hæc igitur ſunt ejus verba: *Cogitans ſe beneficii magnitudine præclaram terminandi belli occaſionem nactum, pacem & fœdus iit cum Romanis, quod a populo fuit comprobatum: nimirum ut Viriatus amicus eſſet Romanorum: utque omnes qui ei ſuberant, domini eſſent regionum quas poſſidebant.* In cujus loci fine ne hoc quidem placet, γῆν verti *regiones*, & malim cum Beraldo *agros interpretari.*" Hæc Stephanus. Sed ad τὴν εὐτυχίαν interſerenda fuit præpoſ. ἐς, quam commode obtulerunt codd. Med. & Bav. Sic Pun. 421, 33. διόμεθα μὴ ἐς τὴν ὑμετέραν εὐπραγίαν ὑμᾶς ὑβρίσαι. Eadem notione cum tertio etiam caſu abſque præpoſ. conſtructum videmus, Syr. 594, 91. οὐχ ὑβρίζομεν ταῖς εὐπραξίαις. In *Codice Bav.* inter Excerpta *de Legationibus* inſertus eſt hic Appiani locus his verbis: Ὅτι ὁ Οὐριάθης, τοὺς Ρωμαίους νικήσας, ἐς τὴν εὐτυχίαν οὐχ ὕβρισεν &c. uſque cap. ſeq. p. 185, 41 ſq. Φανερῶς πολεμεῖν αὖθις Οὐριάθῳ. Quod verba illa (*Pag. ſq. L.* 30.) adtinet, quæ in fine Adnot. ſuæ tetigit Stephanus, τοὺς ὑπ' αὐτῷ πάντας ὅς ἔχουσι γῆς ἄρχειν: rectius videtur Sec. Curionis interpretatio reddidiſſe Græca, ſi modo ſana ſcriptura eſt; & tunc quidem τοὺς ὑπ' αὐτῷ intelligere oportebit inferiores duces, quorum opera in illo

bello uſus erat Viriathus. Attamen magis utique placet ea ſententia, quam Beraldus expreſſit, quem & nos h. l. ſumus ſecuti. Sed ſic vereor, ut ſtare verbum ἄρχειν poſſit: ac videndum erit, ſcripſerit-ne Appianus, ἣν ἔχουσι γῆν, ἔχειν. Cf. p. 190, 19 ſq. Pun. 324, 34 ſq. Pag. 184.

L. 27. ἐν καλῷ cum Beraldo reddidi *honeſtis conditionibus.* Malim, *commodo tempore, opportune.* *Ibidem & ſq. lin.* in diſtinguenda oratione ſecutus ſum Bav. *L.* 29. Mendoſe Bav. Οὐρίκτθος εἶναι: & *L.* 32. perperam idem caret conj. καὶ. Pag. 185.

Cap. LXX. Lin. 35 *ſq.* De neceſſitate emendandi nominis Αἰμιλιανοῦ, quod & liber Bav. cum reliquis hic exhibebat, ſatis dixi ad pag. 184, 14. Cf. ad p. 181, 70. *Q. Fabium Maximum Servilianum* fratrem ait fuiſſe, naturalem puta, *Cæpionis* illius qui ipſi in imperio ſucceſſit. Quod pro Κεπίων vel Καιπίων *L.* 36. idem liber Bav. Σκιπίων exhibet, id ſcrupulum nonnullum tantiſper injicere poſſet, eo quod *Æmiliani* fratrem revera *Scipionem* fuiſſe notum eſt. Verum non modo alii Scriptores (Livius Epit. LIV. Vellej. Pat. II. 1. Valer. Max. IX. 6. 4. Eutrop. IV. 7. Auctor de Vir. Illuſtr. in Viriath.) conſentiunt, *Q. Servilium Cæpionem*, eum qui Conſul A. U. 614. fuit, hoc eodem anno bellum Viriathicum interemto Viriatho confeciſſe; ſed apud Appianum quoque reliqua omnia exemplaria in *Cæpionis* nomen, quoties illud hoc cap. & cap. 71 ſq. repetitur, conſtanti conſenſu conſpirant. Quo minus dubitari debet, nullam eſſe lectionis illius, quam cod. Bav. h. l. exhibet, rationem habendam: quæ nimirum vel callido alicujus librarii conſilio debetur, qui, quum Æmiliani nomen in locum Serviliani intruſum inveniſſet, fratrem Æmiliani noverat non Cæpionem, ſed Scipionem, fuiſſe; vel ex ſolenni illo librariorum lapſu orta eſt, quo ſæpe numero *Cæpionum* & *Scipionum* nomina temere atque perperam inter ſe commutata tam apud græcos Scriptores quam apud latinos videmus. Illius confuſionis, de qua paſſim monuerunt viri docti, alia apud Noſtrum exempla habes Civ. I. p. 41, 64. & II. p. 191, 92. Apud Diodorum quoque in hac hiſtoria Σκιπίων legebatur, quod Weſſelingius correxit T. II. p. 524.

L. 42. Ἄρσαι πόλιν. Cf. ad p. 184, 20.

Pag. 186. *L.* 49 *fq.* ὡς δ' ἤσθετο &c. „ Tale Viriathi ſtrategema deſcribens antea, pag. videlicet 289. [175, 76.] dicit itidem, ὡς δ' ἔπασεν ἀσφαλῶς ἔχειν τῆς φύγῆς τοὺς ἑτέρους." H. STEPH.

L. 51. μετὰ καταφρονήσεως. „ Iſta καταφρόνησις (de qua quod dicit Thucydides, in mentem nobis venire debet) eſt ejus qui ab hoſte ſibi non timet, ſed ejus vires contemnit: paſſimque apud hiſtoricos cum irriſione & ignominia minime conjuncta eſt. Ac certe ne hic quidem ita debuiſſe interpretari μετὰ καταφρονήσεως Secundus videtur, *cum irriſione atque ignominia hoſtium.*" Verum & iſta interpretatio verbi ἐξίππευσεν, *calcaribus equo ſtimulato contendit*, parum placet, ac potius poëtica quædam deſcriptio eſt: ut omittam, eam cujus poſtea mentionem facit, ὀξύτητα, in aliis rebus magis quam in ſtimulando calcaribus equo fuiſſe poſitam: præſertimque in ipſorum equorum velocitate. Fuiſſe autem ſtudioſe conquiſitos a Viriato tales equos, apparet ex pag. proxime præcedente, nec non ex 289." H. STEPHANUS. — Thucydidis verba, quæ reſpicit Stephanus, habes lib. II. c. 62. Familiaris & aliàs Appiano formula τὸν καταφρονήσει.

CAP. LXXI ſqq. Quiſquis ordinem rerum hoc cap. ac duobus ſeqq. expoſitarum cum eis contulerit, quæ cap. ſuperiori tractata ſunt & rurſus cap. LXXIV. & LXXV. continuata & ad finem perducta; præſertim ſi meminerit, Appianum, ſicut & ceteroquin conſtans hoc tenuit inſtitutum, ut inchoatam quamque hiſtoriam ad finem perducat priuſquam ad alia tranſeat, ſic initio hujus ejuſdem narrationis belli Viriathici (cap. 63.) diſerte etiam eſſe profeſſum, ſe illud bellum continua rerum ſerie eſſe complexurum; næ is ægre ſibi perſuadebit, abrupturum fuiſſe hoc loco Scriptorem noſtrum telam hujus hiſtoriæ ad finem jam nunc properantis, &, intruſa ſubito aliarum rerum poſt mortem demum Viriathi per continuos aliquot annos geſtarum narratione, tum demum ad pertexendas res Viriathi Cæpioniſque rediturum. Quod ſi verbis illis, τὰ ἐκείνων ἑξῆς, in quæ deſinit cap. LXX, proxime ſubjiciamus hæc, a quibus incipit cap. LXXIV, Οὐρίαθος δὲ

Καισίωνι, atque totum illud cap. LXXIV & ſeq. caput LXXV ponamus in locum cap. LXXI-LXXIII, his viciſſim in illorum locum rejectis; tum vero omnia apta riteque connexa erunt. Ac nullus equidem dubito, quin hoc ipſo, quo dixi, ordine has res expoſitas Appianus ediderit. Neque vero difficile videtur hoc loco de trajectionis iſtius origine probabilem admodum conjecturam facere. Nam quoniam tantumdem ſpatii explere videmus duo capita LXXIV & LXXV, quantum tria illa LXXI-LXXIII; in proclivi eſt, ut ſuſpicemur, in antiquo exemplari, e quo reliqua manarunt, quum finis folii excurriſſet in extrema verba cap. LXX, τὰ ἐκείνων ἐδήου, & duorum ſequentium foliorum alterum complexum eſſet ea quæ cap. LXXIV & LXXV. continentur, alterum ea quæ cap. LXXI-LXXIII, duo iſta folia vetuſtate luxata primum fuiſſe & divulſa, deinde præpoſtero ordine rurſus compacta. Similis transpoſitionis exemplum, ex pari cauſa ortæ, ipſe introitus Libri de Bello Mithrid. in ſuperioribus editionibus & in ſcriptis libris omnibus, qui hodie ſuperſunt, offert. *Pag.* 186.

Cap. LXXI. Lin. 55 *ſq.* Σέξτος δὲ Ἰούνιος Βροῦτος. *Decimo* huic prænomen fuiſſe, conſentiunt Scriptores & Faſti. Cf. Freinsh. ad Flor. II. 17, 12. Itaque, quum cauſa nulla ſit, cur Appiano potius quam librariis errorem iſtum tribuamus, non dubitare fortaſſe debueram, Δέκμος (vel Δέκμος, qua forma aliàs uti ſolet Appianus) reponere. Sic apud Vellejum II. 5. ubi *A.* prænomen eidem tribuebatur, doctiſſ. Ruhnkenius cum Aldo *D.* repoſuit. De hujus viri rebus in Luſitania geſtis egerat Livius lib. LV. & LVI. quorum vide Epitomas & Suppl. Freinsh.

L. 58. Λάθης. Vide ad p. ſq. l. 73. Δόμιος. Cf. p ſq. l. 71. — Βαῖτις. Mendoſum utique eſt nomen Βαίτης, quod conſentientibus libris editum erat. Neque vero Βαῖτις ſcribentes cum Curione, qui *Betis* h. l. habet, multum profecimus: quandoquidem ad Luſitaniam Bætis nihil pertinet. Poſſes ſuſpicari Βαῖνις ex Strab. III. p. 151. C. ni ipſa illa lectio non ſolum dubitationi obnoxia, ſed oppido improbata a doctis viris eſſet. Ναῖδις vel Νάϊδις, quod apud Strabonem ex Pto-

lemæo lib. II. c. 6. & Pomp. Mela III. 1. reponendum existimant, vereor ne a vestigiis scripturæ Βελτης apud Nostrum nimis recedere videatur, ceterum satis commode hic legeretur. Conf. ad p. 187, 75.

Pag. 186.

L. 59. μεθισταμένους. „Non dubito, quin scribendum sit μεθισταμένους." H. STEPHANUS. Mihi vero etiam atque etiam dubitare liceat, imo pernegare. Sicut concinne utique de Phamæa, Afrorum præfecto equitum, Pun. 444, 5. dicit, ἐφίπτατο ἐξ ἀφανοῦς, ὥς τις αἰετὸς, καὶ λυμηνάμενος ἁπτηδα: sic non minus commode nunc prædonum manus ἐξίως μεθισταμένους ait, *velociter avolare, ex loco in locum transvolare solitos.* Et verbum hoc μεθίσταμαι, licet in Thesauro Gr. Ling. locum ei nullum dederit Stephanus, negari tamen non potest esse analogia comprobatum.

Pag. 187.

L. 68. εἰσὶ δ' ὅθι. Præstulerim εἰσὶ δ' εἴ. Sic pag. seq. l. 83 sq. εἰσὶ δέ τινες τῶν πόλεων αἳ &c.

CAP. LXXII. Lin. 71. τὸν Δέριον. „Ptolemæus hunc fluvium Δάριον, Strabo Δούριον appellat. Appiano semper Δάμος dicitur. Plinius etiam cum Strabone *Durium* nominat, eodemque fere modo quo Strabo describit." AL. TOLLIUS, ex CASAUBONO, (ad Strab. III. p. 153. B.) *dissimulato auctoris nomine.* *L.* 72. ἐνδιδόντων scripsi cum Vat. A. & Med. — Pro αὐτοὺς ex cod. Vat. A. repositum αὐτοὺς malim. Conf. ad p. 47, 36. & ad p. 63, 83.

L. 73. ἐπὶ Λήθην μετῄει. „Fallitur Appianus, qui cum reperisset hunc fluvium Λήθης appellari secundo casu, rectum inde finxit ὁ Λήθης, quod non debuit. Quare legendum hoc loco ἐπὶ Λήθης μετῄει. Non enim ὁ Λήθη, sed ὁ τῆς Λήθης dicitur: quemadmodum etiam idem fluvius Latinis scriptoribus non *Oblivio*, sed *Oblivionis* fluvius, appellabatur. Pomponius Mela: [III. 1.] *Et cui Oblivionis cognomen est Limia.* Plinius: [IV. 22, 35.] *Æminius, quem alibi quidam intelligunt & Limæam vocant, Oblivionis antiquitus dictus.* Hinc recte Vir Magnus ad Strabonem in Epit. Livii LV. ubi vulgo *fluvium Oblivionem* edunt, *fluvium Oblivionis* edendum observavit." *Al. Tollius, ex* CASAUBONO (ad Strab. III. 153. C.)

dissimulato rursus nomine Auctoris, cui tota hæc Adnotatio accepta referenda erat. Lectioni tamen Λήθην apud Appianum, & *Oblivionem* apud Livium, favere videri potest id quod eod. loc. apud Strabonem legimus, οἱ δὲ Βελιῶνα καλοῦσι: in quo nimirum nomine haud obscure latinum nomen *Oblivionem* Græcis elementis expressum, Οβελιουῶνα, latere recte judicarunt viri eruditi. Pag. 137.

L. 75. μέχρι Νίμιος. Quum apud Strabonem III. 153. D. legamus, Μίνιον fluvium fuisse τῆς Βρούτου στρατείας ὅριον; videri potest, cum Freinshemio Suppl. Liv. LV. 32, consentiente etiam ad eadem verba Casaubono, *Minius* h. l. apud Appianum intelligendus, adeoque Μινίου pro Νίμιος reponendum. Cum quo convenit, quod & apud Strabonem & apud Ptolemæum lib. II. c 6. Lethæo fluvio, quem *Limium* vel *Limiam* Ptolem. vocat, (nam ex secundo casu Λιμίου, quo ille utitur, non adparet, utrum ὁ Λίμιος, an ὁ Λιμίας, primum casum fecerit) *Minius* succedit. Apud Appianum tamen hoc incommode accidit, quod ista ratione in nomine fluminis hujus, de quo quærimus, non solum literæ ν & μ transponendæ, sed & terminatio ιος in ιου foret mutanda. Et rursus apud Strabonem conturbavit pauliſper Casaubonum hæc difficultas, quod ibi Βαῖνις (quem in Ναῖβιν mutandum, & Νῆβιν Ptolemæi intelligendum esse, cum magna veri specie censuit) *idem esse cum Minio* dicatur; quum contra Ptolemæus in illa ora primum *Nebin* fluvium, tum *Limium* suum vel *Limiam*, deinde *Minium* posuerit. Itaque ad illa apud Strabonem verba, Βαῖνις, οἱ δὲ Μίνιον φασὶ, viciſſim idem Vir doctus ait, *ſuſpicari aliquem poſſe, pro* Μίνιον *apud Strab. ex Appiano* Νίμιον *vel* Νίμιν *eſſe reponendum.* At vero ſic haberemus fluvium, Ptolemæo & Melæ, qui diligenter illarum orarum fluvios notarunt, incognitum, quem eumdem tamen Strabo l. c. πολὺ μέγιστον perhibuiſſet τῶν ἐς Λυσιτανίαν ποταμῶν. Quare *in tanta ſcriptorum inconſtantia nihil affirmari poſſe* profeſſus tandem Casaubonus est. Neque vero mihi id ego datum puto, ut has dispellere valeam tenebras. *Erratum* jam olim & *in inclytis* oræ illius *amnibus*, ac præsertim in fluminis ejus

Pag. 187. qui *Oblivionis* dicitur ſitu & a *Minio* diſtantia, diſerte Plinius monuit IV. 22. 35. Et quod apud Strabonem de *Bæni* (vel *Næbi* potius) ac de *Minio* legimus, id fortaſſe in eamdem fere ſententiam fuerit interpretandum: ut non tam dicat, *Næbin eumdem fluvium ab aliis Minium nominari*, quam *de diſſenſione potius Scriptorum* moneat, *quorum alii poſt Lethæum fluvium Næbin ponant*, (qui nimirum ab aliis rectius ante illum ponitur) *alii continuo Minium.* Jam vero illud quod apud Appianum eſt, μίχρι Νίμιος, præſertim ſi Curionis lectionem conferamus, qui β pro μ legit, proxime ad Νηΐδιος vel Ναΐδιος videtur accedere; ut Appianus adeo videri poſſit aliquem ex illis Auctoribus ſecutus, qui proxime poſt *Oblivionis* fluvium non *Minium*, ſed *Nebin* vel *Næbin*, poſuerit. Eaque ratione firmari quodammodo ſuſpicio poterit, pro Βαῖτις etiam pag. præc. Ναΐδις fortaſſe ſcriptum reliquiſſe Appianum. (In Notis textui ad hunc loc. in quo verſamur ſubjectis, *Nibenem* ſcribere ex Curionis verſione, non *Nibenum*, debueram.)

Pag. 188. *L.* 80. „Scribo ὅσαι δὲ ἀπήγοντο, vel, ὅσαι δὲ καὶ ἀπήγοντο. Partic. autem ἀφιέντες quamvis ferri poſſit, ſtructuræ tamen ἀκολουθίᾳ magis poſcebat ἀφεισίς." H. STEPHANUS. Anacolutha ejuſmodi Appiano, optimorum Scriptorum exemplo, familiaria. κατήγοντο: an e montibus in planitiem raptæ? an navibus captivæ abductæ? An potius, *in oppida*, quæ ab illis deſertæ fuerant, *reductæ?*

CAP. LXXIII. Lin. 87. Ταλάβριγα. „Secundus habet *Labricam urbem*: ſed hanc appellationem ex mendo ortam eſſe exiſtimo. At paulo poſt pro Ταλαβρίγων dicit *oppidanos*." H. STEPHANUS. Etiam Vat. A. τὰ λάβριγα, & mox idem cum Med. & Vat. τῶν τε λαβρίγων. Notum verum urbis nomen ex Plinio, Ptolemæo, Antonino.

Pag. 189. *L.* 2. ἐς τὴν Οὐριάτθου γραφήν. „Legendum puto τὴν περὶ Οὐριάτθου." H. STEPH. *ad edit.* 1. Supra (p. 180, 58.) dixerat μετὰ Οὐρίατθον, pro μετὰ τὸν περὶ Οὐριάτθου λόγον.

L. 3. „Male Cælius Secundus ſeparat a præcedentibus iſta, ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ διὰ τὸν ἐκείνου ζῆλον ὑπὸ λησῖ. &c. Ita

enim ille: *hæc ego omnia in Viriati hiſtoria explicavi. Iiſdem temporibus ejus exemplum alii quoque ſecuti, ejuſmodi latrocinia exercere cæperant.* Atqui Appianus latrocinia illa jam deſcripſit, non autem deſcribere nunc incipit. Deſcripſit (inquam) ab illo paginæ 294. loco, circa finem, καὶ ζήλῳ τῶν ἔργων Οὐριάθου, &c. Sed nec ſtare poteſt illa orationis ſtructura, ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ διὰ τὸν ἐκείνου ζῆλον ὑπὸ λῃσηρίων ἄλλων ἀρξάμενα γίγνεσθαι, ſi hæc a præcedentibus ſeparentur: ſed dicendum fuerit, ἐν τῷ αὐτῷ χρ. διὰ τὸν ἐκείνου ζῆλον ὑπὸ λῃσηρίων ἄλλων ἄλλα ἤρξατο γίγνεσθαι. At quam bene verba quæ habet noſtra editio, cum illis præcedentibus cohæreant, oſtendit Beraldi interpretatio. Obſerva autem & hic dici συνήγαγον: de quo vide annot. quandam in principium paginæ 290. [176, 87.]" H. STEPHANUS. *Pag.* 189.

CAP. LXXIV. Conf. notata ad init. cap. LXXI. Eodem anno hæc geſta ſunt, quo illa quæ cap. LXXI-LXXIII. tradita ſunt, Conſule etiamnum Cæpione: vid. Valer. Max. IX. 6. 3.

L. 10. ὀλιγοϋπνότατος. „ Mire hoc dicitur, *labores Viriato cauſam exigui ſomni fuiſſe:* quum videamus contra, laborem & laſſitudinem ſomnum conciliare. Unde etiam dicit quidam apud Terentium, in Eunucho: *Opus faciam, ut defatiger uſque; ingratis ut dormiam.* Hinc (opinor) factum eſt ut Secundus, tanquam paulo aliam lectionem ſequens, verterit, *Fuit Viriatus ſomni, etiam poſt magnos labores, pauciſſimi.* Sed male omittit hæc verba, διὰ φρενῖτιδα. Scimus enim, hæc veram & præcipuam ὀλιγοϋπνίας cauſam continere." H. STEPHANUS.

L. 13 *ſq.* „ Pro his, ᾧ δὴ καὶ τότε ἔθει, habet Beraldi interpretatio, *hoc more & hac libertate acceſſus:* ſed malim, *hac conſueta libertate acceſſus:* vel, *hac libertate acceſſus, quæ recepta more erat.* Verum ne hoc quidem tam apud hunc quam apud alterum interpretem probo, quod particip. φυλάξαντες ſequentibus jungunt: non animadvertentes, fuiſſe dicendum, φυλάξαντες αὐτὸν ἀρχόμενον ὕπνου, ad ſignificandum, *obſervato primo ejus ſomno*, ut Ber. vertit; ſive, *primamque ſomni horam obſervaſſent*, ut Cælius red- *Pag.* 190.

Pag. 190. dit. Cum præcedentibus igitur debet jungi hoc φυλάξαντες, & intelligi, quum hic libere illum adeundi mos occaſionem præbuiſſet imminendi illius neci, (ut ab Ovidio dicitur imminere exitio alicujus) ſub primum ejus ſomnum eſſe ingreſſos." H. STEPHANUS.

L. 21. „ Aſſentior Beraldo, vertenti θεραπευτῆρες, *clientes*: potius quam Cælio, qui reddit *amici*. Neque enim temere uſus eſt voce θεραπευτῆρες, non autem voce φίλοι. Sed quid ſi ne *clientes* quidem, verum *famulos* aut *miniſtros* interpretemur? Videmus certe, quos Romani *clientes* vocabant, dictos πελάτας, pag. 301. ubi illis adjunguntur φίλοι." H. STEPHANUS.

Pag. 191. *CAP. LXXV. Lin.* 32 *ſq.* ἐν κύκλῳ - - - βαρβαρικῶς ἐπῄνουν. Beraldus, non male fortaſſe, *barbarico more Viriatum celebrabant*. „ Cur βαρβαρικῶς ἐπῄνουν intelligemus potius, quam hoc adverbium præcedentibus jungemus? Comperi certe mihi aſſentiri Secundum; quippe qui ita locum hunc vertit, *Ac tam peditum quam equitum turmæ barbarorum more circumcurſantes, eum laudibus in cælum interea tollebant*." H. STEPHANUS.

L. 34. ἀμφ' αὐτό Sic Vat. A. & Med. referentes ad τὸ πῦρ.

Ibid. ſq. ἀγῶνα μονομάχων. „ Non ſolum recte, ſed eleganter etiam & breviter Beraldus, *Peracto funere gladiatorium munus editum*. Niſi quod omittit ἐπὶ τοῦ τάφου. At Secundus hæc quidem verba non omittit, verum, tanquam ſuam interpretationem ad augendum Viriati honorem accommodans, non *aliquot paria gladiatorum*, ſed *multa* dicit. Ita enim totum hunc locum interpretatur: *Poſtremo, igni extructo, exequiiſque omnibus finitis, in ejus honorem decreverunt ut ſupra ejus ſepulcrum multa gladiatorum paria dimicarent*. Atqui hæc multitudo quomodo ex illis verbis, ἀγῶνα μονομάχων ἀνδρῶν ἤγαγον, colligi poteſt? Sic certe in fine pag. proxime præcedentis, ἐπῄνουν non ſimpliciter vertit, *laudabant*; ſed, *laudibus in cælum tollebant*." H. STEPH. — *Ducenta gladiatorum paria* in exequiis Viriathi ad tumu-

lum ejus depugnaſſe, auctor eſt Diodor. Sic. in Exc. Valeſ. p. 360. T. II. opp. p. 597. Pag. 191.

L. 37. „Male Cælius hæc verba, ὡς ἐν βαρβάροις, vertit, *quamvis barbarus fuit*; at Berald. recte, *ut inter barbaros.* Ad vocem autem ἀρχικώτατος quod attinet, miror cur idem Cælius pro ea dixerit potius, *in gubernando peritiſſimus*, quam *gubernandi peritiſſimus*, aut *imperandi.* Alioqui magis placet hæc interpretatio, quam illa Beraldi, *imperio digniſſimus.* Non minus tamen quam Cæliana placeret hæc, *Natura ad imperandum aptiſſimus*; vel, *Cui natura erat ad imperandum aptiſſima.*" H. STEPHAN.

Ibid. ſq. „Miror quomodo Cælius hæc Appiani de Viriato verba, φιλοκινδυνότατος δ' ἐς ἅπαντα πρὸ ἁπάντων putaverit poſſe hanc ſuam interpretationem admittere, *In periculis cautiſſimus, & præter cæteros in contemnendis confidens.* Appianum certe longe aliis ad hæc ſignificanda uti verbis oportuiſſet. At Beraldus recte quidem vertit, *In adeundis periculis nulli poſterior*; (id enim ſonant iſtæ voces Græcæ, φιλοκινδυνότατος πρὸ ἁπάντων) ſed non ſimpliciter *periculis* dicendum fuit, verum, *quibuslibet periculis*: vel *periculis omne genus*; quum ſcriptum ſit non ſolum φιλοκινδυνότατος πρὸ ἁπάντων, verum etiam ἐς ἅπαντα. Sic autem de ejus exercitu dicitur paulo poſt, ἐς τοὺς κινδύνους ἐξύτατος." H. STEPHANUS.

L. 38. ἰσομοιρότατος ἐν τοῖς λείοισιν. Æquabilem prædæ partitionem, qua uti conſueverat Viriathus, laudavit Cicero de Offic. II. 11. & Diodor. Sic. in Excerpt. Peireſc. p. 346. & 360. ubi ſimul reliquas viri virtutes, fortitudinem, prudentiam, ſobrietatem, vigilantiam, celebrat: ſobrietatem & fidem rurſus, ibid. p. 353. (Opp. Diodor. T. II. p. 594. & p. 597.) Adde Eclogam V. ex libro Diod. XXXII. T. II. Opp. p. 523 ſq.

L. 42. ἔτεσιν ἑπτὰ τοῦδε τοῦ πολέμου. Vide notata ad p. 176, 84.

L. 44. Τάνταλον. Ταύταμον vocat Diodor. Sic. (Ecl. V. ex libr. XXXII. T. II. opp. pag. 524.) quod ad lectionem cod. Pag. 192.

Vat. A. propius accedit. *L.* 45. Ζάκανθαν. *Novam Carthaginem* dicit; de quo errore Noſtri vid. ad p. 115, 28.

Pag. 192.

L. 46. ἔκλισεν. „Malim ἀνέκλισεν." H. STEPH. Supra (p. 115, 30.) ὤκιζεν αὖθις dixerat.

CAP. LXXVI. Lin. 54. Ἐπάνεισι δ' ἐς τὸν Οὐακκαίων καὶ Νομαντίνων πόλεμον. *Belli Numantini* originem ſupra expoſuerat, cap. 66. ejuſque hiſtoriam in hunc locum ſe dilaturum erat profeſſus. Ibi autem *Arevacos* cum vicinis *Bellis Titthiſque*, non *Vaccæos*, a Viriatho ad defectionem concitatos fuiſſe dixerat; & *Numantiam* haud obſcure *Arevacorum*, non *Vaccæorum*, eſſe urbem ſignificaverat, quod jam ante (cap. XLVI.) diſerte ſatis ac manifeſte, conſentientibus ſcriptoribus omnibus, docuerat. Rurſuſque in hujus belli Numantini hiſtoria, pacatos tunc temporis fuiſſe *Vaccæos* & conſtantes in fide Romanorum ſatis declarat cap. LXXX. Quæ cauſæ dubitare me non ſinunt, Ἀρουακῶν h. l. & mox *lin.* 57. Ἀρουακούς, non Οὐακκαίων, Οὐακκαίους, ſcripſiſſe Appianum. Idem pronus librariorum lapſus recurrit infra, cap. XCIX. p. 223, 79. ubi veræ ſcripturæ veſtigia quodammodo ſervavit Med. & exemplar Cæl. Curionis. Ceterum de Bello Numantino conferri poterunt Scriptores, quorum nomina locaque huc ſpectantia indicarunt Camers & Freinshemius ad Florum II. 18.

L. 56. Κεκίλιος Μέτελλος. *Q. Cæcilius Metellus Macedonicus*, Conſul A. U. 611. De hujus rebus in Hiſpania geſtis vide Freinsh. Suppl. Liv. LIII. & Pigh. T. II. p. 470. & 478 ſq. auctoreſque ibi citatos. Hunc, *Conſulem prius*, *deinde pro conſule*, adeoque per biennium, præfuiſſe Hiſpaniæ diſerte Valerius Max. docet IX. 3. 7. *L.* 57. μετὰ πλείονος στρατοῦ, cum *conſulari*, puta, exercitu. *Ibid.* Οὐακκαίους μὲν ἐχειρώσατο. Vide ad. lin. 54. *Arbacos* vel *Arbachos*, i. e. Arevacos, *in Hiſpania Metellum domuiſſe* ſcribit Auctor de Vir. Illuſtr. c. 61. (aliis 65.)

Pag. 193.

L. 59. „Etiam hic inter iſta verba, Τιμαντία δ' αὐτῷ καὶ Νομ. &c. & illa quæ proxime præcedunt, (id eſt, Latina quæ illis reſpondent) Aſteriſci poſita eſt nota a Secundo.

Legimus enim apud eum: *Cæcilius Metellus Roma cum majoribus copiis missus Vacceos celeriter vicit: qua de re animi cæterorum consternati fuerant*, * *Restabant adhuc Termantia & Numantia, in loco prærupto & duobus fluminibus secto sita.* &c. Appianum tamen non aliter hunc locum, quam ut hic legitur, scriptum reliquisse existimo: præsertim quum præcedere videamus μὲν, post Οὐακκαίους, at illi reddi δὲ post Τερμαντία. Sed hæc θερίζουσιν ἐμπίπτων, (pro quibus habet Beraldus, *quippe quos metentes ex improviso adortus erat*) in Secundi interpretatione desiderari videmus." H. STEPHANUS. Quam Τερμαντίαν h. l. dicit, eadem est quam infra (p. 223, 80.) alia nominis terminatione Τερμησὸν vocat. Nam ista terminationis diversitas non satis idonea causa videtur, cur cum Cellario Geogr. Ant. p. 119. dubitemus, pro una eademque urbe habere. Ptolemæo Τέρμες, Plinio *Termes*, in Arevacis. Cives, Appiano Τερμαντεῖς: Livio & Tacito *Termestini*: (Liv. Epit. LIV. Tac. Annal. IV. 45.) Diodoro Siculo Τερμήσιοι; sic enim ibi, non Τερμίσιοι, legendum esse, videbimus infra ad pag. 223. l. 80. Conf. mox p. 194, 79. Pag. 193.

L. 60. ποταμοῖς δύο. Horum alter *Durius*: cf. cap. 91.

L. 62. στηλῶν. „Quum Ber. στήλας exponat *repagula*, Sec. *columnas transversas* dixit: ac paulo post, *ligna & columnas transversas*." H. STEPH.

L. 66 *sq.* Κοΐντῳ Πομπηΐῳ Αὔλῳ. *Q. Pompejus*, Cos. A. U. 613, Metello proconsuli ad bellum Numant. successit. Idem, ex librariorum errore, Maximi Serviliani successor perhibetur supra c. 68. ubi vide Notata ad p. 184, 14. & conf. quæ ad pag. 180, 60. monuimus. Non vero *Aulo* nomen erat illi Pompejo, sed *filius* hic *Auli* fuit: unde τῷ Αὔλου scripsisse Appianum suspicari possis. Sed fortasse in his ipse etiam Auctor non summam curam adhibuit; quod Græcis interdum accidisse Scriptoribus, qui Romanas historias perscripserunt, non admodum mirum esse debet. Sic fere Æmiliani filium, & apud Nostrum, & plus semel apud Strabonem, ipsum *Æmilianum* adpellatum vidimus in Epit. rer. Gall. p. 73, 39. &

Pag. 193. Adnot. ad eum loc. Quod autem de *exercitu & numeroso & bene exercitato* dicit, quem Metellus ſucceſſori Pompejo tradiderit, ægre conciliari poterunt cum eis, quæ de eodem Metello, invidia & odio Pompeji exercitum ſuum ante adventum ſucceſſoris modis omnibus minuente, Valerius Max. tradit IX. 3. 7.

L. 69. „ Etiam hic inter γυμνασμένους & ὁ δὲ Πομπήϊος, (id eſt, verba Latina quæ his Græcis reſpondent) eandem illam Aſteriſci notam apud Secundum habemus. Hæc enim ejus interpretatio hujus loci: *Metellus ad hyemis finem Q. Metello Aulo ſucceſſori ſuo exercitum tradidit; in quo peditum* XXX. M. *equitum* II. M. *bene exercitatorum & peritorum militum fuere.* * *Quum autem Pompejus caſtra ad Numantiam haberet, indeque in quendam locum iviſſet, Numantini* &c. Non minus autem de hoc loco quam de præcedentibus *ἐπίχω*, cur Secundus lacunam in eo eſſe ſuſpicatus ſit." H. STEPHANUS.

L. 70 *ſq.* ἱππίας αὐτοῦ μεταθέοντας αὐτὸν. Sec. Curio: *equitatumque ejus ad eum accurrentem.* Mihi laborare utique hic locus videtur: certum tamen remedium non expedio. Duo verba μεταθέοντα & διαθέοντα inter ſe permutata videbimus Civ. II. p. 289, 39.

L. 74. καὶ φάραγξιν ὁ Πομπήϊος . . . „ Tanquam longe aliam lectionem ſequens Secundus, & inter φάραγξιν & ὁ Πομπήϊος aliquot verba interjiciens, ita totum hunc locum vertit: *Hoſtes in campum deſcendentes, eum adoriebantur: mox, tanquam metuentes, rurſum ſeſe in collem retrahebant: quoad eos in ea loca ubi ductæ foſſæ erant, & ligna & columnæ tranſverſæ diſpoſitæ, pertraherent. Ita Pompejus in his excurſionibus & velitationibus, quum ſe ab iis qui numero inferiores erant, ſuperari cerneret, copias Termantiam verſus, (ibi fore rem faciliorem ratus) convertit.*" H. STEPHANUS. Sic defectum, qui h. l. in Græcis eſt, bene, ſive ex exemplari ſuo, (quod quidem ægre mihi perſuadeo, quoniam ex noſtrorum codicum nullo quidquam ad h. l. adnotatum in ſchedis reperio;) ſive ex ingenio, ſupplevit hic interpres.

Cap. LXXVII. Lin. 79. εἰ Τερμαντῖς. Apud Livium, Epit. LIV. *ſubegiſſe Termeſtinos Pompejus* traditur. Sed diutius *Termantinos* (vel *Termeſtinos*) æque ac Numantinos bellum cum Romanis protraxiſſe conſentit cum Appiano Diodorus Sic. Legat. XXX. De nomine paulo ante dictum eſt. Sicut autem cod. Med. h. l. Τερμαντῖς habet, ſic urbis nomen infra (p. 223, 80.) *Termentum* ſcripſit Sec. Curio. Pag. 194.

L. 86. πολίχνης Μαλλας. Apud Diodorum, ubi eadem res vel ſimillima traditur, (Exc. Valeſ. p. 358. T. II. opp. p. 596.) Λαχνὶ nomen oppidi legitur.

L. 92. „Pro his, τοσοῦτον δ' ἦν φρονήματος ἐν τοῖς λῃσταῖς, Ber. recte, *tanti ſpiritus in latronibus fuere:* (ac potuiſſet etiam dicere, *tam magnifice de ſe ſentiebant*) at Sec. minus proprie, *tanta erat in latronibus virtus.* Neque tamen negaverim, tam elatos ſpiritus ex virtute, id eſt, e fortitudine, ortum habere. Eſt autem valde memorabile quod de his latronibus ſeu prædonibus ab Appiano hic ſcribitur." H. STEPHAN. Pag. 195.

Cap. LXXVIII. Lin. 1. „Pro τοὺς ἐκτεινόντας ἀνώχλουν, Secundus, libertate utens, dicit, *jacula ſpiculaque intorquentes, eos ne flumen averterent impediebant.*" H. STEPH.

L. 8. τότε Πομπηΐῳ σύμβουλοι παρῆσαν. Vix dubitandum puto, quin τῷ τε ſcripſerit Appianus. Sic apte ſibi reſpondent duo membra, τῷ τε Πομπηΐῳ σύμβουλοι παρῆσαν, καὶ τοῖς στρατιώταις διάδοχοι. „Pro his, Πομπηΐῳ σύμβουλοι παρῆσαν, habet interpretatio Secundi, *Pompejum viri ſenatorii aliquot, ut eum conſilio juvarent, convenerunt.* An autem in alio exemplari vocem etiam quæ viros ſenatorios ſignificaret, invenerit, an eam de ſuo (quod facilius credo) addiderit, an vocabuli σύμβουλοι ſignificationem tam late patere exiſtimaverit, aliis conjiciendum relinquo. Vide autem & inter eas quæ ſequuntur hanc in paginam annotationes, eam quæ ab hac eſt quarta. [ad pag. 196, 25.]" H. STEPHAN. — Quos συμβούλους percommode vocat Appianus, hos Livius pluribus verbis *legatos* dicere ſolet *a ſenatu miſſos quorum ex conſilio imperatores decernerent vel componerent*

res. Vide Appian. Pun. 341, 34. coll. Liv. XXX. 43. Maced.
Pag. 195. 514, 49. coll. Liv. XXXIII. 24. Hos decem numero plerumque missos legimus: neque dubium est quin ex *senatorio* fuerint ordine; (conf. Nostrum infra, cap. 99. ineunte:) imo ex consularibus & prætoriis viris major numerus nominari solebat. Cf. Liv. XXXVII. 55. & XLV. 17.

Pag. 196. *L.* 12 *sq.* ἐπιτιγόμενος τὴν αἰσχύνην ἀναλαβεῖν. „Si Appianus hoc loquendi genere usus est, illi excidisse est verisimile. Non enim aliquis vult recuperare τὴν αἰσχύνην, sed contra τὴν δόξαν, sive τὴν εὐκλειαν, aut quocunque quis synonymo accusativo uti velit. An potius dicemus ἀναλαβεῖν novum quendam usum habere? Non immerito igitur suspecta cuipiam fuerit vox ista ἀναλαβεῖν. Si enim ἀναλαβεῖν est *Recuperare*, (ut certe passim id sonare videmus) quale hoc erit, Pompejum dici *voluisse recuperare ignominiam?* sive *recuperare dedecus?* Videndum igitur an mutari possit in ἀναλύειν: etiamsi αἰσχύνην διαλύειν existimarim magis posse dici. Beraldus, *Maculam eluere*: at Sec. αἰσχύνην vertens in vocem contrariæ significationis, videlicet δόξαν, aut aliam hujusmodi, reddit, *Existimationis recuperandæ gratia.*" H. STEPHANUS. Ut hic τὴν αἰσχύνην ἀναλαβεῖν, sic haud ita multo ante (eodem hoc Libro p. 178, 17 sq.) τὸ πλαίσμα ἀναλαβεῖν dixerat, & Samn. 54, 46. τὴν συμφορὰν ἀνέλαβον. Plane autem immerito solicitari apud Appianum usum hunc verbi ἀναλαβεῖν, monuit Wesseling. ad Diodor. XIII. 87. T. I. p. 611, præter exempla quæ apud Diodorum occurrunt, alia ex Euripide & Plutarcho adferens, quibus facile plura adjici poterant. Non recordatus est Stephanus, dum hæc scribebat, eorum quæ in Thes. Græc. Ling. T. II. col. 560. E. F. ex Demosthene & ex Sophocle de eodem verbi illius usu ipse adtulerat.

L. 16. κατὰ γαστέρα ἔκαμνον. Supra (p. 166, 10.) κατεβέβηγντο τὰς γαστέρας.

CAP. LXXIX. TOTUM hoc Caput, duabus extremis lineis exceptis, inter Excerpta *de Legationibus* legitur in cod. Bav. Sic autem ibi incipit illa Ecloge: Ὅτι ὁ Πομπήϊος τοσοῦδε συνεπεχθεὶς κακοῖς ὑπὸ τῶν Ῥωμαντίνων, ἐς τὰς πόλεις μετὰ τῶν

συμβούλων ἀνεζεύγνυ. & ſic porro, uſque pag. 198, 51. γαίτονας αὐτῶν Λουέτονας. Pag. 196.

Lin. 24 *ſq.* Quum vulgo abeſſet nomen κακοῖς; REISKIUS ad h. l. „ Poſt *Pompeji* nomen, ait, videtur ἐλατῖώμασι deeſſe."

L. 25. μετὰ τῶν συμβούλων. „ De Cæliana vocabuli σύμβουλοι interpretatione dictum a me paulo ante fuit: ſed ne hic quidem iſtud de eo tacendum eſt, quum μετὰ τῶν συμβούλων vertendum ſimpliciter fuerit, *Una cum ſuis conſiliariis*, eum, non minus novam quam audacem interpretationem nobis afferentem, reddere, *Senatorum conſilio*: id eſt, de conſilio ſenatorum; quod ſenatores hoc illi conſilium darent. Cæterum ad quæſtionem quod attinet paulo ante propoſitam de ejus interpretatione, qua hos συμβούλους facit *ſenatores*, ſeu viros ſenatorios, ego eum hoc de ſuo adjiciendi occaſionem cepiſſe arbitror ex principio paginæ quæ proxime ſequitur, [p. 197. extr. & ſq.] ubi inter teſtes nominantur etiam quidam ſenatores." H. STEPH. Vide notata ad p. 195, 8.

L. 26. χειμάσων τὸ ἐπίλοιπον, ſc. τῆς ἀρχῆς, quæ verba adjiciuntur pag. 203, 41. Sed cod. Bav. orationem hoc modo diſtinguit: χειμάσων τὸ ἐπίλοιπον τοῦ ἔαρος, προσδοκῶν &c.

L. 40. Πεταιλίου. Sic ſcriptum hoc nomen duplici λ, conſentientibus libris, Epit. hiſt. Gall. p. 72, 22. & Syr. 636, 5. De qua ſcriptura vide Viros doctos ad Livium, locis a Drakenb. citatis ad XXVI. 6, 1. Pag. 197.

L. 44. ἠρνεῖτο. ἤρνητο Bav.

L. 46. ἱππάρχοις καὶ χιλιάρχοις. Sic dedit Bav. & id in Vat. B. ſuperſcr. alteri lectioni a pr. manu. Pag. 198.

L. 51. Λουέτονας. Iberi fluvii accolas: vid. cap. 42.

L. 52. οὐδὲν δ' ἐργασάμενος. Non modo *nihil fecit M. Popillius*: ſed, Livium ſi audias, Epit. LV. *a Numantinis cum exercitu fuſus etiam fugatuſque eſt.* Conf. Frontin. Strateg. III. 17, 9.

L. 53. Ὀσίλιος. Quum nullus diſſenſus ſit de illo gentili nomine *Mancini*; iniquus fuerit, qui mendoſam lectionem Ἀτίλιος, quam libri noſtri cum editis h. l. dabant, ab Appiani potius, quam a librarii alicujus, errore profectam contendat.

Pag. 198. *Cap. LXXX.* Rurſus totum fere hoc Caput, cum majori parte ſequentis Capitis, *Excerptis de Legationibus* in Cod. Bav. inſertum legitur, his verbis: "Ὅτι Μαγνῖνος ὁ στρατηγὸς, πολλάκις ἡττηθεὶς ὑπὸ Νωμαντίνων, λόγου δὲ ψευδοῦς ἁμπισάντος, ὅτι Νωμαντίνοις ἔρχονται βοηθοῦντες Καίταβρόί τε καὶ Βακκαῖοι, δείσας ἔφυγεν ἐς ἔρημον, τὸ Νωβελίονος χαράκωμα &c. uſque p. 200. lin. 92. ἐπίσθειλε τῇ βουλῇ.

Lin. 59. ἐς ἔρημον τὸ Νωβελ. „Diſtinguendum poſt ἔρημον, quum ſequentia per appoſitionem dicantur. At Secundi parum circumſpecta & hic eſt interpretatio: *Fugiens in caſtra deſerta quondam Fulvii Nobilioris pervenit.*" H. STEPHAN.

Pag. 199. *L.* 62. ἀποκλείνειν. „Aptius futuro, ἀποκλινεῖν, jungetur participium ἀπειλούντων." H. STEPH. *L.* 63 *ſq.* „Iſta, συνέθετο ἐπὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ Ρωμαίοις καὶ Νομαντ. Beraldus quidem vertit, *Æquas pacis conditiones & Romanis & Numantinis pepigit* (quas ſermone vernaculo dicimus *conditions reciproques*) *ſeque ſponſione obſtrinxit.* At Secundus ita: *Amicitiam & fœdus cum Numantinis æquo fœdere & jure inter Romanos atque ipſos jurejurando, hiſque conditionibus ſe Numantinis obſtrinxit.* Quanto autem ut brevior, ita etiam aptior ſit Beraldi interpretatio, lectori conſiderandum relinquo. Incluſit autem ſignificationem verbi ὤμνυσι illis verbis, *ſeque ſponſione obſtrinxit*: quod ſponſioni jusjurandum interveniret. Videri autem queat deeſſe verbum poſt nomen *jurejurando*, apud Secundum." H. STEPHANUS. Recte ἐπὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ redditur *æquis conditionibus.* Sic & pax illa ignominioſa cum Viriatho, de qua ſupra cap. 69. dictum eſt, *æquis conditionibus facta* dicitur in Epit. Liv. LIV. Græcam phraſin vide rurſus p. 220, 32. conf. p. 26, 79.

L. 69. ἔσωντο. Paſſim hæc forma, poëtis alias magis frequentata, apud Noſtrum occurrit. *L.* 72. ἐξήεσάν τινες ἐς τὰς στρατηγίας. „Forſan μετήεσαν τότε τὰς στρατηγίας." REISKIUS. Quæ in parentheſi ponuntur, conſulto omiſit compilator Eclogarum de Legationibus. *L.* 73. Οὐακκαίων κατεψεύδετο. Vide p. præc. l. 56. & conf. notata ad p. 192, 54.

L. 75. Παλλαντίαν. Sic Bav. Vat. B. & Curio. Conf. ad pag. 167, 27. *L.* 77. καὶ Βρούτου &c. Cf. ſupra, cap. 71 ſqq.— ἐφ' ἕτερα τῆς Ἰβηρίας, *in alteram Hiſpaniæ provinciam*, ſc. *Hiſpaniam ulteriorem.* Sic pag. 180, 59. ἐπὶ θάτερα τῆς Ἰβηρίας dixerat, de eadem ulteriori Hiſpania loquens. *L.* 78. κηδεστὴν ὄντα οἱ. *Socerum* reddidit Beraldus; quem neſcio cur deſeruerim, & *generum* poſuerim cum altero interprete. Notum eſt, utrumque & *Socerum* & *generum*, iſto vocabulo denotari, & præterea *adfinem*, i. e. uxoris fratrem vel viciſſim ſororis maritum. Quiſnam ex his ſignificationibus hujus ſit loci, alii viderint. Freinshemius Suppl. Liv. LV. 27. *quocum affinitatem contraxerat.* Pag. 199.

CAP. *LXXXI. Lin.* 80. „Iſta, κατέλαβον δὲ αὐτοὺς ἀπὸ Ῥώμης πρέσβεις, & reliquum hujus periodi, apud Secundum ita cum proxime præcedentibus junguntur, ut unum idemque membrum utraque ſimul efficiant. Sic enim ille: *Quum autem Brutum generum ſuum in alias Hiſpaniæ oras miſiſſet, quo & ipſe ejus belli particeps fieret, duo legati Cinus & Cæcilius Roma ad eos venerunt.* Parvi tamen refert, orationis formam ſic ab eo mutari: hoc non parvi fortaſſe, quum dicat Appianus, ἀπεσταλμένον, non, ὑπ' αὐτοῦ ἀπεσταλμένον, an licuerit illi ſic interpretari, *quum autem Br. gen. ſ. in al. Hiſp. oras miſiſſet.* Sed quid hoc ſibi vult, (nam hoc ſcire magni refert) quod Appianus ſe antea dixiſſe ſcribat, *Brutum in alteram Hiſpaniæ oram (ſeu partem) miſſum fuiſſe*, & tamen is locus, in quo iſtud ab eo dicitur, non compareat? Legimus enim in principio pag. 296. [p. 189, 1 ſq.] τοσάδε μὲν δὴ Βροῦτος ἐργασάμενος ἐς Ῥώμην ἀπῆλθε, & nulla illo a loco ad hunc uſque, Bruti fit mentio. Verum illa Appiani verba, quibus id ſe jam dixiſſe ſcribit, a Secundo prætermiſſa ſunt: haud ſcio an conſulto. Quod autem pro Κίνας habet Cinus, ex errore ortum videri poteſt." H. STEPHANUS. Brutum in Luſitaniam, id vero eſt in ulteriorem Hiſpaniam, fuiſſe miſſum, ſatis diſerte declaverat Scriptor noſter cap. 71. Pag. 200.

Pag. 200. *L.* 83. ἐπίδοσαν. Sic editum erat. In Notis textui ſubjectis, pro ἐπίδωκαν *Edd.* poni debebat ἐπέδωκαν *Bav.* *L.* 89. „Fortaſſe ſcripſit Appianus ἐκ τοῦ πολέμου." H. STEPHAN.

L. 90 *ſq.* σχεδὸν Ἰβηρίας ὅλης διάλυσιν &c. „Non debuit omitti a noſtro interprete [Beraldo, quem & nos h. l. incautius ſecuti ſumus] particula σχεδόν. Itaque apud eum ſcribe: *cuncta propemodum Hiſpania rebellaret.* Valde autem fallitur hic Secundus, qui dicit, Æmilium Romanos contempſiſſe tanquam metu id bellum relinquerent; (hæc enim ſunt ejus verba: *Romanis, quaſi metu id bellum relinquerent, contemptis, legatos re infecta dimiſit;*) quum ſatis aperte dicat Appianus, *Æmilium cogitaſſe, periculum eſſe, ne tota ferme Hiſpania deficeret, ſi iſti Romanos, tanquam ſibi timentes, contemptui haberent.* Vide autem de hac interpretatione & annotationem quæ proxime ſequitur. Ad vocem autem διάλυσιν quod attinet, in ea interpretanda Secundum potius, quam Beraldum, ſequor: nam hic dicit, *ne tota Hiſpania rebellaret:* at ille, *ne tota ferme Hiſpania deficeret.* Eſt autem in defectione quædam διάλυσις fœderum. Alioqui, rebellare eos qui defecerunt, non ignoro." H. STEPHANUS.

L. 92. „Vel ex his, καὶ ταῖδε αὐτὰ ἐπίσθιλε τῇ βουλῇ, apparet quam inepta ſit illa interpretatio cujus in proxime præcedente annotatione mentionem feci. Ad ſenatum enim ſcilicet hoc quoque ſcribebat Æmilius, ſe Romanos, tanquam ſibi timentes, contemptui habere!" H. STEPHAN.

L. 94. αὐτῷ σιτολογῶν. „Videtur aut αὐτῷ aut σιτολογῶν mendoſum eſſe. Fortaſſe etiam neutrum errore vacat." H. STEPH. *ad edit.* 1. Nullam video ſuſpicionis cauſam.

L. 95. διέδωκεν. „Aut nove aut mendoſe, διέδωκεν, pro λόγον διεδωκεν, habemus hic: id eſt, *rumorem ſparſit*, ſeu *diſſeminavit.* At Sec. male, *vocem emiſit.* Quamvis autem novum dicam eſſe hunc verbi iſtius uſum abſque accuſativi adjectione, aliqua tamen ejus exempla inveniri poſſe haud negaverim: ſed ea & pauca eſſe & ſuſpicione ipſa quoque haud carere contenderim." H. STEPHANUS.

Cap. LXXXII. Lin. 2. ἐπίλιπον prætuli ex Vat. A. & Med.

Ead. & ſq. λιμὸς ἥπλετο αὐτῶν. Sic ſupra, p. 131. ἐπεὶ δ' ἐπέλιπεν (& ibi Med. ἐπίλιπεν) αὐτὸν ἡ ἀγορά, καὶ λιμὸς ἥπλετο τοῦ στρατοῦ. Familiaris Appiano uſus illius verbi. Poſtquam ſemel in εἵπετο fuit depravatum, mirum non eſt αὐτῶν etiam in αὐτοῖς mutatum fuiſſe. *Pag.* 20

L. 17. „Quum ſcriptum ſit, θεοῦ σφᾶς ἀποτρέποντος, Sec. tamen, perinde acſi ſcriptum eſſet, ὡς θεοῦ σφᾶς ἀποτρέποντος, vertit, Palantini ab eis perſequendis, quaſi poteſtate deorum ab incepto revocarentur, deſtiterunt." H. STEPHAN. *Pag.* 20

Cap. LXXXIII. Lin. 20. παρέλυσαν τῆς στρατηγίας τε καὶ ὑπατείας. *Conſulatus* abrogari nunc Æmilio non poterat, qui ſuperiori anno cum Mancino Conſul fuerat. Itaque, ſicut nomen ὕπατος apud Græcos ſcriptores ſæpe & de *Conſulari* & de *Proconſule* uſurpatur, ſic ὑπατεία h. l. *proconſularis dignitas* intelligenda eſt. Pighius T. II. p. 502. hunc Appiani locum reſpiciens, *provinciam imperiumque Lepido abrogatum* dicit. Conf. notata ad p. 288, 6.

L. 22. „Hæc verba, Μαγκίνῳ δ' ἐδίκαζον καὶ τοῖς πρέσβεσι, miror cur Ber. quidem verterit, *actum quoque in ſenatu de Manc.* &c. Secundus autem, *Mancinus & Numantini Oratores in ſenatu auditi:* ac non potius ita, *Mancino autem jus dicebant, & legatis.*" H. STEPHANUS. Rurſus in Cod. Bav. inter Eclogas *de Legationibus* leguntur hæc: Ὅτι μετὰ τὴν καθαίρεσιν Αἰμιλίου οἱ Ρωμαῖοι Μαγκίνῳ ἐδίκαζον, & quæ ſequuntur, uſque pag. 203, 37. οἱ δὲ οὐκ ἐδέξαντο.

L. 31. ἀπίφυγε δ' ὅμως Πομπαῖος. Sic recte Bav. quemadmodum legendum viderat H. STEPHANUS; quum „non dubium eſt, inquit, quin ὅμως pro ὁμοίως reponi debeat."

L. 35. Recte idem H. STEPH. monuit: „Expunge hypoſtigmen quæ eſt poſt συνθεμένους." *Pag.* 20

L. 36. Φούριος. In vitioſam ſcripturam Φεούριος cum edit. 1. conſpirant Bav. Med. Vat. B.

Cap. LXXXIV. Lin. 42. „Poſſint hæc verba, ἐπὶ τοῖς Νομαντίνοις, jungi etiam cum proxime ſequentibus; expuncta, quæ eſt poſt illum dativum, hypoſtigme. Fateor tamen, καὶ δυσχερεῦς πολέμου, abſque articulo, magis uſitate dicturum

Pag. 203. fuisse." H. STEPHANUS. Nec obstat magnopere articulus, quo minus verba ista ἐπὶ τοῖς Νομαντ. ad sequentia trahantur. Sic fere initio cap. 82. dixerat: μακρᾷς δὲ τῆς ἐπὶ τῇ Παλλαντίᾳ πολιορκίας οὔσης.

L. 46 *sq.* ὁ δὲ καὶ τότε ἦν ἔτι νεώτερος &c. Legitimum consulatus petendi annum jam pridem tunc (A. U. 620.) egressus erat Scipio, & quinquagesimum, vel primum & quinquagesimum, agebat annum; quod ex eo adparet, quod A. U. 586. septimum decimum annum egisse Livius tradat lib. XLIV. c. 44. Cf. Vellej. Pat. II. 4. & Cic. de Amic. 3. Alia igitur lex, non annalis, vetabat, ne alterum Consulatum capesseret; de qua lege vide Epit. Livii LVI. & quæ ibi viri docti adnotarunt. *L.* 48. ὥσπερ ἐπὶ Καρχηδονίους. Vide Pun. c. 112.

Pag. 204. *L.* 52. „σῖτον δὲ κατὰ λόγον μὲν οὐκ ἔλαβεν. Melius κατὰλόγῳ aut κατάλογον legeretur adjective: quorum tamen neutrum mihi valde probatur." H. STEPHANUS *ad edit.* 1. — „Locum habere hic non possunt istæ voces, κατὰ λόγον: quid si igitur ἐκ καταλόγου pro his scribatur? Vide annot. quæ proxime sequitur." IDEM *ad edit.* 2. Sic Pun. 463, 28 sq. ἐδόθη αὐτῷ σῖτος ἐκ μὲν καταλόγου, --- ἐθελοντὰς δ' ἄγων &c.

L. 54. ἐθελοντὰς δέ τινας. „Sic in hist. de Bellis Punicis: [p. 312, 40 sqq.] οὐ μὴν συνεχώρησαν αὐτῷ καταλέγειν σῖτον ἐξ Ἰταλίας, πονουμένης ἔτι πρὸς Αννίβου· ἐθελοντὰς δὲ εἴ τινες εἶεν, ἐπέτρεψαν ἐπάγεσθαι. Ubi animadverte eam ipsam vocem ἐθελοντὰς, quam habes & hic. Sed quum illic dicat, si qui essent; hic, unde nam essent, ostendit. Simul autem observa, illic dici καταλέγειν, quod facit pro emendatione quam habet annotatio proxime præcedens." H. STEPHANUS.

L. 58. „φιλονίλην. Quomodo linguæ Græcæ consuetudo compositionem hanc admittere possit, non video. Lego igitur separatim φίλων ἴλην." H. STEPH. *ad edit.* 1. „Veram scripturam esse puto φίλων ἴλην, non φιλονίλην. Apud Secundum autem neutram scripturam habemus, sed aliam quandam, miram, vel potius aperte mendosam. *Cohortemque unam* (inquit) *ex quingentis amicis & sodalibus conflavit:*

quam Philonida, hoc eſt, amicorum contubernium, ſive ſodalitium, appellavit. Eſſe autem ἵππον equitum, apparet cum ex aliis hujus ipſius ſcriptoris locis, tum vero e duobus, pag. 304 & 305. [p. 207, 4. & 209, 43.]" IDEM *ad edit.* 2. *Pag.* 20

L. 59. ἀδελφιδῷ Βουτίωνι. *Buteonem* hunc ignoratum ac plane præteritum video Glandorpio & Pighio. Ex *Fabiis* fuiſſe neceſſe eſt. Freinshemius (Epit. Liv. LVII. 2. coll. LVI. 24.) Q. Fabium Buteonem vocat, Scipionis fratris filium & quæſtorem; eumdemque Fabii Æmiliani filium intelligit, de quo Valerius Max. VIII. 15, 4. loquitur, quem Pighius (T. II. p. 508.) eum eſſe judicat qui Allobrogicus deinde dictus eſt.

L. 60 *ſqq.* πυνθανόμενος &c. Verba hæc, uſque ἐγκρατῶς, laudat Suidas in Γέμω: ſed ibi, quæ Appianus de exercitu in Hiſpania dicit, perperam ad Scipionis ἀδελφιδοῦν referuntur.

L. 62. „Hæc pauca verba, πρὶν κατασχεῖν τῶν ἰδίων ἐγκρατῶς, Sec. hiſce multis reddidit, *Niſi adminiſtrationis ſuæ integritate ac temperantia ſuos milites edomaret & refrenaret.* Quæ interpretatio ut habere locum poſſet, Appianum ita ſcripſiſſe oporteret, πρὶν κατασχεῖν τῶν ἰδίων, τῇ ἑαυτοῦ ἐγκρατείᾳ. Beraldum autem vides vertiſſe, *Niſi prius ſuorum militum vitia compreſſiſſet ac perdomuiſſet.* Ego, magis me adſtringere ipſius Appiani verbis, ſimulque illud Græcum adverbium ἐγκρατῶς Latino volens reddere, ſic verterim: *Priuſquam ſuos valide refrenaret*; vel ita: *Priuſquam vi adhibita ſuos in officio contineret.* Non minus autem pulchra quam vera eſt hæc laus diſciplinæ militaris." H. STEPH.

CAP. LXXXV. Lin. 65. ἑταίρας - - ἐχρῶντο. Adfert Suidas v. Ἑταίρα: Ibi θύτας καὶ μάντεις legitur, commutata verborum ſerie.

L. 70. „Neuter interpres fideliter vertit hæc verba, χωρὶς ὧν αὐτὸς ὑπελείπετο. Nam Beraldus quidem vertit, *præter quibus carere non poterant:* at Secundus, *exceptis paucis neceſſariis.* Atqui Scipio, quum in dubium vocari poſſet, quænam vocanda eſſent neceſſaria, aut quænam forent ea quibus carere non poterant, majorem cautionem adhibuit, *Pag.* 2

Pag. 205. illis nominatim præſcribens quæ in hoc numero haberi vellet, & ea ſola illis relinquens." H. STEPHANUS.

L. 71. „παραθεῖναι. Mihi dubium non eſt quin legendum ſit πραθῆναι." H. STEPHANUS *ad edit.* 1. „Hoc παραθεῖναι, quod hanc ipſam periodum claudit, quid ſibi vult? Secundo eſt *vendere*; Beraldo eſt *diſtrahere*; quod idem valet. At quis hunc verbi iſtius uſum (qui verbo διατίθεσθαι convenit) alibi invenit? Vereor certe ne duæ voces in unam coaluerint, quum non παραθεῖναι ſed παραχρῆμα μεθεῖναι Appianus ſcripſiſſet." IDEM *ad edit.* 2. „παρεθῆναι, *dimitti.*" REISKIUS. πραθῆναι reponere juſſit MUSGRAVIUS; & ſic perſpicue dederunt Vat. A. & Med. neque aliter fuerat in Sec. Curionis exemplari.

„Ecce autem quædam apud Secundum, quæ nuſquam in noſtro antigrapho comparebant. His enim, *Sacrificiis quoque, quibus per exta futura inquiruntur*, *interdixit*, proxime ſubjungit iſta, *& lixas caloneſque paucos eſſe voluit:* quibus reſpondentia Appiani verba ulla non habemus. [Contra non expreſſit ille interpres verba iſta τὰς ἀμάξας καὶ τὰ περισσὰ τῶν ἐς αὐτὰς τιθεμένων.] Apud eundem interpretem, iſtis, *Jumenta omnia clitellaria, exceptis paucis neceſſariis, venderent imperavit*, contigua ſunt hæc, *Milites coquos habere noluit.* Quas voces excipiunt iſtæ, quæ ſunt ex iis quibus reſpondentes Græcæ haud deſiderantur, *Alia vaſa aliave inſtrumenta culinaria ferre vetuit, præter veru & ahenum, & vas potorium.* Sed quid de his verbis, *& lixas caloneſque paucos eſſe voluit*: nec non de iſtis, *Milites coquos habere noluit*, (tutius autem, poſt *milites* interpungere: ne quis intelligat, milites qui coqui eſſent) de hiſce duobus, inquam, locis quid dicemus? Nullam enim harum rerum mentionem noſtrum Appiani exemplar habebat: quum alioqui cæteris legibus Scipionis militaribus hæ ſint conſentaneæ. Lectori igitur in medio relinquo, an & iſta in ſuo Appiani exemplari invenerit Secundus, an apud alium ſcriptorem inventa verbis hujus infercire non dubitaverit: nam hoc ſibi & alios interpretes permiſiſſe obſervavi." H. STEPHANUS.

— De universa hac disciplina militari a Scipione restituta conf. Liv. Epit. LVII. Flor. II. 18. Valer. Max. II. 7. 1. Pag. 205.

L. 76. τί γὰρ ἐν πολέμῳ προσδοκᾶν. „ Post hunc infinitivum videtur opus esse τῷ δεῖ aut χρή." H. STEPH. *ad edit.* 1. — „ Post πολέμῳ deesse δεῖ aut χρὴ affirmare posse mihi videor." IDEM *ad ed.* 2. Usitata ellipsi verbum illud haud incommode abesse posse videtur.

L. 77. „ καὶν τοῖς ἀλείμμασι καὶ λουτροῖς ἥλιφον. ἐπισκώπτοντος δὲ τοῦ Σκιπίωνος ὡς ἡμίονοι χεῖρας οὐκ ἔχουσαι χρήζουσι τριβόντων, οὕτω μὲν &c. Non debet esse σὺγμὰ τελεία post ἥλιφον, sed tantum ὑποδιαστολή." H. STEPHAN. *ad edit.* 1. „ In Beraldi interpretatione asteriscis duobus notatus est hic locus, quibus aliqua deesse indicatur. Ita enim ibi: *Etsi unguentis & balneis utebantur* * * *quum ipse per jocum diceret, mulis, quod manibus carerent, opus esse aliis qui fricent.* Ita, inquam, Beraldus: at Secundi interpretatio illa nota non indiget, quum sententiam imperfectam nobis non relinquat. Hæc enim sunt ejus ipsissima verba: *Eodem pacto eos qui in balneis ministris utebantur reprehendebat. Mulos dicebat, quod manibus careant, qui eos fricabat, opus habere.* Nisi ante voculam *qui* deest *quopiam*, vel *aliquo*." H. STEPHAN. *ad edit.* 2. „ Locus ad ἥλιφον mutilus." MUSGRAV. „ ὅτι, ὡς ἡμίονοι." REISKIUS. Pronomen reciprocum ἑαυτοὺς inserui ex Vat. A. & Med., ex eorumdemque librorum præscripto ejeci importunam conjunct. δὲ, e quibus & αἱ articulum *lin.* 79. adscivi. Sic jam satis apte nexa oratio videtur; nisi quod etiam nunc *cum* REISKIO *ante* ὡς *insertam utique conjunct.* ὅτι. *malim*, unde pendeat verbum χρήζουσι. Nunc enim, ubi caremus illa conjunctione, χρήζουσι intelligi debet tertius casus participii, ab ἐπισκώπτοντος pendens, contra usum & Appiani & aliorum Scriptorum, ex quorum constanti usu verbum ἐπισκώπτειν cum quarto casu construi solet. Conf. Appian. Annib. 291. 55. Mith. 649, 26. Quod vero de simplici verbo σκώπτω Henr. Stephanus in Thes. Græc. Ling. T. III. col. 886. F. scribit: „ Affertur & cum *dativo*, ex Plut. Themist. αὐτῷ σκώπτων,

Pag. 205. pro, *in eum falsè urbaneque jocans:*" id ejusmodi est, ut, si ipsa Plutarchi verba (leguntur autem T. I. edit. Franc. p. 121. B. Cap. 18. ed. Reisk.) ante oculos habuisset Stephanus, facile fuisset intellecturus, exemplum istud prava niti distinctione orationis, & pronomen αὐτῷ ad verbum præcedens, non ad σκώπτων, esse referendum.

Pag. 206. *L.* 82. „Verba hæc, δυσχερὴς ἐς τὰς χάριτας, Secundus vertit, *Sese difficiliorem exhibens postulatis eorum faciendis*: (nam præcedentia hæc, *illis audiendis*, ad illa δυσπρόσιτος ὢν referuntur.) Beraldus ita, *Se in admittendis beneficiis difficilem exhibendo.* At ego (ut de illa Secundi interpretatione taceam) in hac Beraldi, libenter *admittendis* mutaverim in *concedendis.* Fortasse tamen melius ista, δυσχερὴς ἐς τὰς χάριτας, καὶ μάλιστα τὰς παρανόμους, ita reddentur: *Et se difficilem ad gratificandum, præsertim aliquid injustum, præbens.*" H. STEPHANUS.

L 86. σπρατόπεδα -- κεχαρισμένα. „Vocem χάριτας in proxime præcedente annotatione habuimus aliquid dubitationis nobis afferentem, ad ejus interpretationem quod attinet: at hic participium κεχαρισμένα habemus factum e verbo quod ex illo nomine ortum est, quod multo plus dubitationis affert. Merito enim quis dubitet, an illo Appianus usus sit. Ad me quidem certe quod attinet, non dixerim dubitare me an illo usus sit, sed minime dubium mihi esse quin aliud huic loco adhibuerit. Secundus tamen lectionem illam aperte retinuit: quippe qui verterit, *qui tametsi* (loquitur autem de facilibus & indulgentibus & affabilibus ducibus, ita reddens τοὺς εὐχερεῖς καὶ φιλοδώρους τῶν στρατηγῶν, quamvis nullum illorum trium istud φιλοδώρους exprimat) *grati sint militibus, ab iisdem tamen post eos parvi fieri.* Sed in eo fallitur, quod putat κεχαρισμένα jungi cum τοῖς, eo modo quo dicitur (potius tamen in carmine quam in soluta oratione) τοῦτο κεχαρισμένον ἐμοὶ ἐστί: quum illud participium nullum dativum habeat cui jungatur, sed hæc, τὰ γὰρ στρατόπεδα τοῖς μὲν ἐστὶ κεχαρισμένα τε καὶ κατάφρονητικά, idem valeant quod ista, τὰ γὰρ στρατόπεδα οἱ μὲν ἔχουσι κεχαρισμένα τε καὶ καταφρ. resolven-

do itidem quæ his ſunt contigua, τοῖς δὲ, σκυθρωπὰ μὲν, &c. Quum igitur ſic accipi non poſſit hoc participium, quærendam eſſe aliam ſcripturam dico. Eam autem huic loco ſatis (meo quidem judicio) accommodam habebimus, ſi, parva cum mutatione, ex κεχαρισμένα faciamus κεχαραμένα. Quamvis enim poëticum iſtud ſit, tamen σκυθρωπὰ, quod in antitheſi ponitur, omnem de eo tollere dubitationem videtur: ut omittam, Beraldum vix aliam poſſe dici lectionem eſſe hic ſequutum." H. STEPHAN. Vocabulum hoc κεχαρισμένος utique aliàs diverſa notione plerumque occurrit, *gratus*, *acceptus alicui*. Sic apud Noſtrum, Maced. p. 517, 83. 525, 15. Hoc loco utrum in id, quod vult Stephanus, debeat mutari, an ſtare poſſit, & quanam potiſſimum notione, doctioribus definiendum relinquo. *Ead. lin.* 86. εἶναι ſcripſi, ex trium noſtrorum codicum conſenſu. *Pag.* 206.

CAP. LXXXVI. Lin. 94 *ſq.* „Quum hoc tantum dicatur ab Appiano, ἅπαντα ἐφορῶν, nulla fabrorum facta mentione; Secundus ita reddit, *fabris urgendis præſens aſtabat*." H. STEPHANUS.

L. 95. ἵνα μή τις &c. „Hic quoque, quum ſimplicem Beraldi interpretationem habeamus, & illo ſenſu quem Appiani verba præ ſe ferunt contentam, contra Secundus locum hunc ita reddit: *Neque repentino incurſu* (*ut aliis prius acciderat*) *diſſipatus funderetur fugareturque*." H. STEPH.

L. 2. ἐλαθμενοι recte Med. Et ſic jam maluerat H. STEPHANUS. „Scripſerim (inquit) potius ἐλαθμενοι. Cæterum Secund. vertit, *Quum vero æſtate tectis ſe continebat*: perinde acſi vocem θέρους illi verbo præfixam in ſuo exemplari inveniſſet." *Pag.* 207.

L. 3. περὶ τὸν χάραξα &c. „Ne hunc quidem locum [Secundus] ita reddit, ut iis quæ habemus Appiani verbis inſiſtere dici poſſit. Ita enim eum vertit, *foris ad ſepta expectare jubebat, donec alia equitum turma circum omnia perluſtraſſet*." H. STEPH.

CAP. LXXXVII. Lin. 7. „Vocem ἐξὺ Beraldus quidem prætermiſit, Sec. autem *ferocem* vertit. Sed quænam eſt laus iſta exercitus, ferocem eſſe? deinde quomodo eidem

pag. 207. exercitui hæc duo tribui poſſe dicemus, ferocem eſſe, & obſequentem, ſive morigerum? Propterea ſuſpicabar initio, debere ferocem intelligi, qui antea ferox fuiſſet: ſed, præterquam quod ἐξὺ nullo id ſignificare modo poteſt, ne ſtructura quidem orationis illum ſenſum admittit. Dico igitur ἐξὺ aliter vertendum fuiſſe." H. STEPHANUS.

L. 8 *ſq.* „Hic quoque Secundus vocem illam, *æſtate*, nobis aliunde affert: quum verba iſta, μετέβαινεν ἀγχοῦ τῶν Νομαντίνων, ita reddit, *Æſtate caſtra propius Numantiam transtulit.*" IDEM.

L. 9. „προφύλακας δὲ. Scribe προφυλακάς. „ Sic autem ſæpe horum duorum accuſativorum φύλακας & φυλακάς alterum pro altero poni videmus. Miraberis autem & hic interpretationem Secundi: *Nec tamen loca admodum munita caſtris, ut quidam ſolent, eligebat.*" IDEM.

L. 12 *ſq.* De mutanda diſtinctione orationis monuerat ipſe H. STEPHANUS his verbis: „Quam poſt infinit. γενέσθαι habes ſtigmen, pone poſt participium καταφρονοῦσιν." Ac video, morem huic monito geſſiſſe Tollium in edit. 3.

L. 14. αὐτόν τε τὸν πόλεμον. „Verba hæc αὐτῶν τε τὸν πόλεμον, mihi ſunt ſuſpecta: quæ liberius vertens, vel potius a quibus diſcedens Secundus, dixit, *belli naturam & eventum expendens.* Pro his autem quæ proxime ſequuntur, καὶ τὸν καιρὸν αὐτοῦ, apud eum legimus, *vireſque Numantinorum:* (niſi forte & ὁρμὴν ſub his comprehendere verbis voluit.) Quæ quid commune cum Appiani verbis habent? Idemque & de hac proxime ſequente interpretatione merito quis quæret, *ne forte tota virium ſuarum mole in ſe incumberent.*" H. STEPHANUS. αὐτόν τε dedit Vat. A. neque aliter videtur fuiſſe in Curionis exemplari. καιρὸν αὐτοῦ pro αὐτοῦ repoſui, nihil licet monentibus ſchedis. Ad πόλεμον puto referendum, ut intelligatur καιρὸς συῶν πολέμου: ſi ad Scipionem relatum pronomen illud voluiſſet, ſcripturus erat τὸν ἑαυτοῦ καιρόν.

p. 208. *L.* 19. „συντόμως. Scribo σύντομος." H. STEPH. Idque ſe malle, jam in *Caſtig. ad ed.* 1. erat profeſſus. Conſentit

MUSGRAV. Neque erat dubitandi locus. *L.* 27. εἶναι δ' ἄλογον. Intell. ἔφη, quod mox adjicitur, l. 30. Pag. 208.

L. 29. ἀγαθὸν - - ἀναγκαῖς. Eadem fere ſententia Fabii illius Cunctatoris laudatur Annib. c. 13.

CAP. LXXXVIII. Lin. 41. Ρουτίλιον Ροῦφον. Provocat ad hunc locum Suidas v. Ρουτίλιος. „ Non Ρουτίλιον, ſed Ρουτίλιος erat in exemplari, ſatis manifeſto errore." H. STEPHAN. *ad edit.* 1. Idem error obtinet in Vat. B. Pag. 209.

L. 55 *ſq.* αἰεὶ κατ' ὀλίγον προσλιθέντας ὀπίσω καὶ ὑποχωροῦντας. — „ Merito cuipiam (mea quidem ſententia) ſuſpectum alicui fuerit participium προσλιθέντας. Sec. certe locum hunc perinde vertit acſi non plura hic Appiani verba haberemus quam iſta, ἀλλ' αἰεὶ κατ' ὀλίγον ὑποχωροῦντας." H. STEPHAN. — Mihi vero licet geminus huic locus nunc non ſuccurrat, tamen non ſolicitanda videtur phraſis illa αἰεὶ κατ' ὀλίγον προστιθέντας (ſcil. τὶ) ὀπίσω. Pag. 210.

L. 60. „ Non dubito, quin legendum ſit δυσενίδρυτον pro δυσίδρυτον." H. STEPH. *ad edit.* 1. Sic REISKIO etiam video placuiſſe. *L.* 61 *ſq.* „ In exemplari erat τὰ πλέον ἄπικρα. [Sic & in Vat. B.] Ego audacter repoſui τὰ πλέονα πικρά. Fortaſſe autem & εὐρίσκετο legendum fuerit." H. STEPH. *ad edit.* 1. εὐρίσκετο, ut conjecerat Stephanus, ſic dederunt Vat. A. & Med. *L.* 63. ἵπποι δέ τινες αὐτοῦ. Niſi αὐτοῦ ſit adverbium loci, mallem αὐτῷ, quod ſtylo Appiani eſſet convenientius.

CAP. LXXXIX. Lin. 67. ἀκινδύνως ſcripſi ex Vat. A. & Med. — ἀκινδύνους Vat. B. ac forte etiam exemplar Stephani, unde ille ἀκινδύνους fecit. *L.* 77. συνεμπίπλουσι. In Nota infra contextum per errorem οὖν ἐμπίπλοντες ſcriptum eſt, pro οὖν ἐμπίπλουσι. *L.* 78. In *edit.* 1. erat αὐτοὺς ἀπεμάχοντο. Ibique H. STEPHANUS monuerat: „ Vide an malis αὐτούς." Pag. 211.

L. 79. ἔτυχε γάρ. Sic & ſuperiores editiones: pro quo ἔτυχε γὰρ repoſitum malim.

L. 82. τοῦδε δὲ τοῦ σίραιοῦ τοῦ πλέονος. Vix dubitandum, quin hic mendum ſubſit. σίραιοῦ δὲ τοῦ πλέονες legere juſſit Pag. 212.

MUSGRAVIUS. An τότε δὲ τοῦ σίρ. τοῦ πλ.? An τοῦ δὲ σίρ. τοῦ πλέονος?

Pag. 212.

CAP. XC. Lin. 88. Θαμινὰ dedit Vat. A. Sic & Vat. B. in contextu, ſed in marg. πυκνὰ. Utrum eligas, parum intereſt.

L. 91. συγκλείσας. De ſcriptura Med. vid. ſupra, ad p. 120, 18.

L. 92. „Φρούρια δ' * ἐς τὰ περιθεὶς πολιορκίαν, ἐπιγρ. &c. Quum locus hic aſteriſco hac in editione notatus ſit, itidemque in Beraldi interpretatione; Secundus in ſua nihil tale habet: ſed eum perinde vertit acſi integrum invenerit. Ita enim ille: *Quum igitur, ut gravius obſiderentur, circa urbem ſeptem valla feciſſet, literas ad ſocios miſit, in quibus qui & quò milites ab eis mittendi eſſent, continebatur.* Ex qua interpretatione manifeſtum quidem eſt, eum non ἐς τὰ ſed ἑπτὰ legiſſe: ſed aſſequi conjectura reliquam ſcripturam quam ſequutus eſt, hoc opus, hic labor eſt. Ad periodi quidem certe principium quod attinet, videri poteſt legiſſe, ἐς Φρούρια δ' ἑπτὰ περιθεὶς (vel potius διαθεὶς) πολιορκίαν: ſed de iis quæ proxime ſequi debent dubitatio relinquitur: ſicut & mihi initio ſuſpicanti ſcribendum eſſe, Φρούρια δ' ἴσα, relinquebatur." H. STEPHANUS. Φρούρια δ' ἑπτὰ dedit Vat. A. & Med. ut exemplar Sec. Curionis. MUSGRAVIUS legendum ſuſpicatus erat, Φρούρια δὲ ἐς τὰ πέριξ θεὶς, ἐπολιόρκει. Ad ſupplenda ea quæ hic interciderunt, conf. p. 215, 42.

Pag. 213.

L. 96. „ἢν ἡ περίοδος. Scribo ἢν δὲ ἡ περίοδος." H. STEPH. Conjunctionem illam dedit Med. *L.* 98. ὑπὲρ τὸ διπλάσιον. Scil. ἐς πεντήκοντα σταδίους, p. 216, 58.

L. 99. „πᾶν * εἶκα κατὰ μέρος. Pro εἶκα non video quid aliud legi poſſit quam δίχα." H. STEPHANUS *ad edit.* 1. — „Ne hoc quidem loco ullum defectum præ ſe fert Secundi interpretatio: ſed habet, *hoc autem totum* (ſeptum videlicet) *in tribunos diſtributum erat.*" IDEM, *ad edit.* 2. — πᾶν οἱ κατὰ μέρος dedit Vat. A. & πᾶν οἳ κατὰ μέρος Med. Atque ita legendum vidit MUSGRAV.

L. 5. εἶχεν ἱκανῶς ἀπομάχεσθαι. In verſ. lat. addi poterat adverb. *ſatis.*

CAP. XCI.

Cap. XCI. Lin. 13. „ Οὕτω μὲν ὁ Σκιπίων. ὁ δὲ πρῶτος &c. Mihi magis placeret ὧδε, aut certe ὅδε. Utrovis modo legas, expungenda fuerit interpunctio post Σκιπίων." H. STEPHANUS, *ad edit.* 1. „ Secundus dicit: *Itaque hic Scipio, primus, mea opinione, fuit, qui urbem obsessam muro præcingeret, quæ quidem pugnam non detrectaret.* In Appiani tamen verbis nihil habemus quod illi participio *obsessam* respondeat: sed hic interpres (ut credibile est) de suo adjecit, tanquam quod Appianus subaudiendum reliquisset." IDEM, *ad edit.* 2. Quo pacto ὧδε placere potuerit Stephano, non video; quum jam præcesserit οὕτω. Sed ὅδε non dubitavi reponere. Juncta autem fortasse intelligi debent hæc duo, ὅδε πρῶτος: quemadmodum sæpius alibi πρῶτος ὅδε, δεύτερος ὅδε, p. 187, 73. 180, 48. &c. ut sententia sit: *Ita igitur Scipio, & quidem primus hic, urbem* &c. Pag. 214.

L. 15. συμφερόμενον τῷ περιτειχίσματι. Beraldus: *præter ipsa munimenta fluens.* Similiter Curio: *præter munitiones labebatur.* Inserui nomen *Numantiæ.* Licet enim περιτείχισμα designare potius videri possit (sicut p. 217, 67 sq.) *munimenta Scipionis*, quibus ille Numantiam cinxit; tamen, si *præter Scipionis* tantum *munimenta* labebatur Durius amnis, nemo per eum intrare in urbem sive navigando sive urinando potuit. Freinshemius Suppl. Liv. LVII. 27. *per munimenta labebatur:* quod commodius videri poterat, nisi insolentior esset iste verbi συμφέρεσθαι usus. Ceterum conferendum cum h. l. id quod supra dixerat, pag. 193, 60. ἣν δ' ἡ Νομαντία ποταμοῖς δύο καὶ φάραγξιν ἀπόκρημνος. Quod autem *Lin. præced.* τόν τε Δούριον in τὸν δὲ Δορ. mutavi; id requirere mihi visa erat præcedens particula μὲν post οὕτω, cui illa partic. δὲ responderet. Sed id nil opus esse intelligo, & nollem factum. Pag. 214.

L. 17. κολυμβηταί τε. „ Videtur subaudiendum ἦσαν: nisi forte aliquantum depravatum sit hoc nomen, & in dativo ipsum quoque positum, navigii genus aliquod significare debeat." H. STEPHANUS, *ad edit.* 1.

Pag. 214. *L.* 19. *ſq.* ξυῦξαι μὲν οὐκ ἐδύνατο. Sic recte Med. neque agnoſcit particulam οὖν. Manifeſtum autem eſt, cohærere hæc cum præcedentibus, a quibus perperam in Editis interpoſito puncto diremta erant. *L.* 24. „ Pro ξίφη & ἀκόντια Beraldum quidem audimus dicentem *crebri mucrones & cuſpides:* Secundus autem dicit, *gladiorum laminæ, aliaque acuminata ferramenta.*" H. STEPHANUS. *L.* 25. αἱ περιελιφθέντες. Nimirum veluti axes rotarum molarium, ni fallor, circumagebantur illæ trabes. Ac fortaſſe toti huic deſcriptioni, quæ neſcio quid obſcuri olim mihi viſa erat habere, ratio & integritas ſua conſtat.

Pag. 215. CAP. XCII. *Lin.* 32. ἐξυῦξελεῖς τε reſtitui ex Vat. A. & Med. Et quum ex exempl. ſuo ἐξύξελοι edidiſſet STEPHANUS, ſuſpectum ipſe habuit illud vocabulum, monuitque: „ Dicuntur potius ἐξυῦξελεῖς." *L.* 36. „ παρ' ἄλλους habet exemplar, non παρ' ἄλλων." H. STEPH. *ad edit.* 1. Commoda utique Stephani emendatio.

L. 40. „ Pro his, τὸ μὲν κίνημα παρὰ τοῦ σημ. habet Secundus, *Id autem eo pertinebat, ut temporis puncto, quicquid accideret, ipſe reſciret: ea vero quæ re vera & explicata ut erant intelligi oporteret, per certos nuntios ad ſe perferri volebat.* Sed mentem Appiani non aſſequitur, quem non de una eademque re loqui exiſtimat, quum tamen ita ſe res habeat, ut & Beraldi interpretatio paucis verbis oſtendit." H. STEPHANUS.

L. 44. διήσεις Vat. A. quod in διήσεις corruptum eſt in Vat. B.

L. 46. ἐφεδρεύειν idem dedit Vat. A. Neque aliter Curio videtur in ſuo exempl. legiſſe, ita hæc exprimens, *ad quorum opem alia xx. M. ſubſidiariorum erant inſtituta.*

Pag. 216. CAP. XCIII. *Lin.* 53 *ſq.* „ Ex iis quæ ab Appiano dicta ſunt, ſumpſiſſe videtur Secundus quæ de his ſignis ſeu vexillis addit. Nam pro his, σημείων τε ὑψηλῶν πανταχόθεν αἰρομένων, ejus interpretatio habet: *Tum vexillorum [aſpectu] quæ ad ſignificationem dandam ab iis qui in turribus erant erigerentur.*" H. STEPHANUS.

L. 58. „ Muta ἀπίχοντα in ἐπίχοντα." IDEM. Sine hæsitatione emendatio ista Stephani in contextum fuit recipienda. *Pag.* 216.

L. 65. σὺν παισὶν. „ Hic παῖδας accipi potius pro famulis quam filiis, apparet ex his quæ parvo intervallo sequuntur verbis, τοὺς μὲν θεράποντας ἀπέπεμψαν ὀπίσω." H. STEPH. *Pag.* 217.

L. 67. πλυκλὴν restitui ex Med. Id in Vat. B. in σνκλὴν corruptum; pro quo ibid. ad oram librī πηκλὴν scriptum est. Eadem depravatio alium Nostri locum invasit: vid. Civ. V. p. 759, 75. Omnis pons est πηκλὸς, sed non omnis πλυκλός.

L. 74. Λουτία δὲι πόλις. An truncatum nomen ex Οὐιλουτία? ut sit Οὐίλουκα Ptolemæi, quam *Volucem* adpellatam legimus in Itiner. Antonini p. 442. Sed illa XXV. tantum mill. pāss. id est *stadia cc.* a Numantia distat. Posses & de *Clunia* cogitare.

L. 76. „ ἢ οἱ μὲν νέοι. Rectius ἐν ἢ." H. STEPH. *ad edit.* 1. — „ Scribe ἐν ἢ." IDEM, *ad edit.* 2. ἧς suspicatus erat MUSGRAV. & id ipsum dedit Vat. A. quod in Med. quidem in οἷς corruptum est.

L. 81. τοὺς ἐξάρχους τῶν νέων. „ Cum nomine ἐξάρχους alium genitivum, videlicet τῆς στάσεως, existimo ὑπακούεσθαι: non secus quam si dictum esset, ἤτει ἐκ τῶν νέων τοὺς ἐξάρχους τῆς στάσεως. Vel, ἤτει τῶν νέων ὅσοι ἔξαρχοι ἐγεγόνεισαν τῆς στάσεως. Utitur autem hoc nomine cum hoc genitivo p. 274. [142, 5.] Videmus tamen a Beraldo dici *juventutis duces ac principes*, a Secundo, *capita juvenum*: quo loquendi genere non libens uterer; præsertim quum nec ambiguitate careat." H. STEPHANUS. *Pag.* 218.

L. 85. χεῖρας αὐτῶν ἐκλεμὼν. De simili severitate Fabii sive Serviliani sive Æmiliani dixit cap. 68. extr.

CAP. XCV. Codex Bav. in *Excerptis de Legationibus*: Ὅτι Νωμαντῖνοι, πολιορκούμενοι ὑπὸ Σκιπίωνος, καὶ κάμνοντες ὑπὸ λιμοῦ, πέντε ἄνδρας &c. usque p. 219, 10. πρίσβεις ἀπέλειναν.

Lin. 94 *sq.* ἐς τοσόνδε κακοῦ. „ Forte κακοῦ ἀφιγμένοι." REISK. Sed isto adsumento nihil opus videtur.

L. 95. διὸ καὶ μάλισθα &c. „ Infidelis est Cælii Secundi interpretatio in hac præsertim hujus oratiunculæ parte. Quod

ut cognoſci queat, ipſe primum hanc partem Latine reddam,
Pag. 218. verbis Appiani inſiſtens: deinde & ipſius Secundi interpretationem proferam. Ita igitur Appianus, ſi quidem non fallor; ordiar autem ab initio: *Quamobrem res eſt maxime digna te, qui tanta virtute es refertus, generi magnanimo ſtrenuoque parcere, nobiſque ea mala quæ minus ab humanitate abhorreant proponere: quæ & tolerare poſſimus, nos qui nunc demum fortunæ mutationem experimur. Neque enim jam in noſtra ſed in tua poteſtate eſt, urbem hanc vel accipere, ſi moderatione in iis quæ imperaturus nobis es utaris, aut ſinere eam pugnando perire.* Hæc mea eſt interpretatio; in qua minime videri novum debet, ἄρτι reddi *nunc*, quum jungatur cum præſenti πυρώμεθα, & alibi quoque uſum iſtum habeat. At Cæliana eſt hæc: *Quamobrem* (inquit ille) *ô Scipio, res erit æquiſſima, ſi tu, generoſus vir tantaque virtute, populo tam generoſo peperceris: easque nobis propoſueris pœnas quas ferre poſſimus. Nos paulo ante fortunæ mutationem ſenſeramus: patriæque ſalutem non jam in noſtra poteſtate ſed in tua manu eſſe cognoveramus. Accipe igitur civitatem noſtram, moderatis ſupplicii contentus: aut, ſi nos contemnis, eam perire ac dirui propugnando te ſperes eſſe viſurum.*" H. STEPHANUS.

Pag. 219. *CAP. XCVI. Lin.* 14 *ſiq.* δέρματα ἔψοντες ἐλιχμῶντο. „Sic Dio apud Xiphilinum, in Severo, pag. 317. [T. II. p. 1253. ed. Reimari] pelles maceratas in cibum verſas ſcribit: ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ τροφὴ σφᾶς ἐπέλιπεν ἡ νενομισμένη, καὶ δέρματα διαβρέξαντες ἤσθιον. Magis autem & hic placet ἐπιλειπόντων, quam ἐπιλειπόντων: quod alloqui ferri poteſt. Cæterum non ſatis proprie ἐλιχμῶντο vertitur *mandebant*. At rectè initio p. 657. λιχμώμενοι τὴν πίσσαν redditur, *picem lingentes.*" H. STEPHAN. — Non ſpernam ἐπιλειπόντων, quod, ni fallor, Vat. A. quoque agnoſcit. Sed id in H. Stephani edit. 2. caſu irrepſiſſe videtur: & in ἐπιλειπόντων cum edit. 1. conſentit Med. & Vat. B.

Pag. 220. *L.* 19. κακῶν τε οὐδὲν. Sic repoſui ex Med. pro κακῶν δ' οὐδὲν. *L.* 20. ὑπὸ - - κόμης καὶ χρόνου. Beraldus, *pilis & tempore hiſpidis.* Cuio, *crinibus & barbis horridi.* χρόνου

malim cum Freinsh. (Suppl. Liv. LIX. 4.) *ſitum & ſqualorem* exponere: quamquam aliud exemplum, quo iſta notio nomini huic ſubjecta ſit, nunc non ſuccurrat. De re conf. p. 221, 45 ſq. *L.* 25. ὑπερεθάλεντο reſtitui ex trium noſtrorum codicum conſenſu. Pag. 220.

L. 28. ἥτουν. „ἰκοῦν *. Veniat aliquis qui me hic adjuvet." H. STEPHANUS, *ad edit.* 1. „Locum hunc, τὴν οὖν ἡμέραν ἰκοῦν, * ἐς τοῦ θαν. &c. facilem ſanatu exiſtimo, reponendo ἥτουν pro ἰκοῦν, qua voce nihil ſignificari poteſt." IDEM, *ad edit.* 2. ἥτουν perſpicue dederunt Vat. A. & Med. Idemque verbum ad marg. Vat. B. a pr. man. ſcriptum; quum in contextu eadem vitioſa ſit ſcriptura, quæ in Stephani exemplari. Curio, *poſtularent.*

CAP. XCVII. *Lin.* 30. ἐς γὰρ ὀκτακισχιλίους. *X millia* dicit Vellej. Pat. II. 1. *L.* 31. εἶχ μὲν καὶ ὅσα &c. „Niſi admirative hæc pronuntianda intelligantur, ſuſpectus fuerit locus falſo." H. STEPH. *ad edit.* 1.

L. 33. οὐδέτι ταῦτα. Sic recte Vat. A. & Med. Neque aliter legit Curio: *Quæ numquam cum ulla alia natione ut facerent adduci potuerunt.* Ad vulgatam lectionem hæc monuerat REISKIUS: „Fortaſſe ἀμοίρα, οὐδὲ πρότερον, οὐδὲ μετὰ ταῦτα συνθέσθαι Ρωμαίων ὑποσπάντων." *Ibid.* ὑποσπάντων. Sic iidem codd. Vat. A. & Med. quod in ὑπολάντων corruptum eſt in Vat. B.

L. 36. „Dicens στρατηγικώτερος αὐτῶν, intelligit, quam ipſi Numantini, non autem, quam cæteri imperatores, ut vertit Secundus. Debuit autem Beraldus non dicere ſimpliciter, *rei militaris peritiorem*, ſed *imperatorem rei militaris peritiorem.*" H. STEPHANUS. Pag. 221.

L. 41. ἀφορῶντι, ſive ex emendatione Stephani ſit, ſive ex ejuſdem exemplari, tenendum utique fuit. *L.* 46. „ἐνύχων καὶ ἀρύπων καὶ ῥύπου. ἀρύπων tibi affirmo legi in exemplari: quam recte, tu videris." H. STEPH. *ad edit.* 1. „Non dubium eſt, quin mendoſum ſit vocabulum iſtud ἀρύπων." IDEM, *ad edit.* 2. Veſtigia verborum καὶ ἀρύπων comparent etiamnunc in cod. Vat. A. ſed ibidem eraſa ſunt iſta verba,

Pag. 221. quæ nimirum mendoſe a librario quodam ſcripta fuerant pro illis καὶ ῥύπου quæ ſequuntur. In cod. Med. plane deſunt mendoſa illa verba; quæ delere etiam juſſerunt REISKIUS & MUSGRAVIUS.

L. 44. ἐς τὸ δεδομένον χωρίον. „ Fortaſſe δεδεγμένον ſcripſerat Appianus. Nec non δεδομένον tamen ferri poteſt." H. STEPH. *ad edit.* 1.

L. 47 *ſq.* ἐσθὴς αὐτοῖς ἐπέκειτο πιναρὰ καὶ ἡδύ. Scilicet, ſicut τὰ σώματα erant ἀκάθαρτα καὶ ῥύπου μεστὰ, ſic & veſtis erat πιναρά. Quod intruſum h. l. erat ἀτελὴς, de eo miror nihil a viris doctis eſſe adnotatum. Vocabulum illud, quod ejiciendum utique duxi, in contextu non agnoſcit liber Vat. A. Sed ibi ad marg. ſcripta ſunt recentiori caractere verba ἀτελὴς, πενιχρά. Codex Med. in contextu habet ἐπέκειτο ἀτελὴς πανιχρά, (ſic:) & nihil ad oram libri (quoad quidem ex collatione mecum communicata intelligo) ſcriptum. Vat. B. autem in contextu, ſicut Stephani exemplar, dat ἀτελὴς πιναρά: in marg. autem πανιχρά. Jam ſicut hoc πανιχρὰ ex πενιχρὰ manifeſte corruptum eſt: ſic non dubitandum, quin ἀτελὴς illud ex εὐτελὴς ſit depravatum. Nihil autem aliud hæc eſſe, niſi interpretamenta vocabuli πιναρὰ, non dubitabit quicunque id quod de ſcriptura libri Vat. A. dixi cum Lexicographorum gloſſis contulerit. Suidas: Πιναρά· εὐτελῆ, ῥυπαρά, ταπεινά. Heſychius: Πιναρά· ταπεινὰ, εὐτελῆ, ῥυπαρά. Et rurſus, Πιναρός· ῥυπαρὸς, εὐτελής. Tum idem; Εὐτέλεια· ταπείνωσις, πενιχρότης. Hæc jam ſcripſeram, quum in oculos meos incidit H. STEPHANI ad hunc locum *Adnotatio* in *Caſtigationibus ad edit.* 1. „ Exemplar (inquit) ἀτελὴς illud additum habet in margine: ibidem & pro πιναρὰ, πανιχρὰ; [plane ut Vat. B.] pro quo tamen legendum πενιχρὰ, aut potius retinendum πιναρὰ, quod & feci. Et veram eſſe eam lectionem oſtendit illud καὶ ἡδύ: nimirum, ὥσπερ τὰ σώματα ἦν ῥύπου μεστὰ, οὕτω καὶ ἡ ἐσθὴς πιναρά. Interpunctionem igitur, quæ eſt poſt πιναρὰ, pone poſt ἡδύ."

Pag. 222. *L.* 50. ἔτι γὰρ αὐτοὺς ἐνεώρων - - ἀλληλοφαγίας. „ Nimirum in primis hujus periodi verbis ſubeſt error. Significat

quidem αὐτοὺς aliquid, & ἐνεώρων aliquid. Sed qualis eſt iſta ratio: φοβερὸι ἀπὸ βλεμμάτων. ἔτι γὰρ αὐτοὺς ἐνεώρων, &c. Et, ut his verbis non deberet reddi ratio præcedentium, quid iſtud eſt, αὐτοὺς ἐνεώρων ἐξ ὀργῆς καὶ λύσσης &c.? Vis, dicam quod ſentio? Credo, ſcripſiſſe Appianum ἔτι γὰς ἀτενὶς ἐώρων. Cujus lectionis non parva relicta hic videntur eſſe veſtigia. Nam ex poſtremis nominis ἀτενὶς ſyllabis ενις, confuſis cum verbo ἐώρων, factum fuiſſe ἐνεώρων mihi fit veriſimile: quum autem ατ ſyllaba prima reſtaret, nihil ſignificans, mutatam fuiſſe in αὐτοὺς, quod aliquid ſignificaret. Quid autem ἀτενὶς ὁρᾶν valeat, nemo linguæ Græcæ peritus ignorabit." H STEPHANUS, *ad edit.* 1. „Videtur deeſſe aliquid, quod jungatur cum ἐνεώρων, & quandam *aſpectus truculentiam* ſignificet. Cælius Sec. more ſuo, e paucis multa faciens in ſua interpretatione, ita totum hunc locum reddit; (incipiam autem a fine paginæ proxime præcedentis:) *Quibus rebus hoſtibus miſerabiles quidem, nihilominus tamen aſpectu horribiles videbantur. Idcirco a Romanis cum admiratione aſpiciebantur, inuſitatam in illis animorum & corporum affectionem, ex aëre qui etiam tum perſtabat,* [an *perſtabat* dicere voluit Curio?] *ex dolore ac labore quem pertulerant, ac denique ex conſcientia quod alii aliorum carnibus paſti eſſent, contemplantibus.* Ita ille: ego vero ſuſpicor, hanc (aut talem) hujus loci ſcripturam fuiſſe, ἔτι γὰρ δριμὺ ἐς ἑαυτοὺς ἐνεώρων, ἔκ τε ὀργ. dicendo tamen ἐς ἑαυτοὺς minus proprie pro ἐς ἀλλήλους." H. STEPH. *ad edit.* 2. Commodiorem certioremque etiam nunc medicinam huic loco deſidero. Cogitaveram ἐνεώργων vel ἐπεώργων: ſed vereor ut hoc faciat ſatis. Ceterum ἐνορᾶν cum tertio non cum quarto caſu, jungi ſolere conſtat. Vocabulo δριμὺ, quod inſerendum Stephanus cenſuit, in ſimili fere phraſi uſus eſt Appianus Civ. I. p. 37, 92. ἐσέβλεψεν αὐτῷ δριμύ. Pag. 222.

CAP. XCVIII. Lin. 58. „Pro his, οὔπω τὶ Ρωμαίων περὶ αὐτῆς ἐγνωκότων, recte Beraldus, *quum nihil dum populus ſciviſſet*: verum ita, ut *ſciviſſet* ſit a *Sciſco*. Eodem Cælius ſenſu, *quum de ea nihil dum conſtituiſſent Romani.*" H. STEPHANUS.

L. 62. „Hic quoque vides διώνυμον (licet diſſentiente Beraldi interpretatione, ut paulo poſt oſtendam) pro περιώνυμον dici. Hic quoque inquam, quum & p. 279. [153, 87.] hunc vocis iſtius uſum habueris. Ac facit certe alterum iſtud exemplum, ut minus de hac ſcriptura dubitare oporteat: præſertim quum & in altero illo hujus ſcriptoris loco exſtare iſtum vocis hujus uſum conſtet, ac fortaſſe exſtet etiam in aliis, [quæ Index noſter indicabit] non tantum in illo, atque adeo hanc & apud Plutarchum [in Timol. p 251. B.] ſignificationem habeat. Mirabuntur multi, fat ſcio, quomodo hi voce illa διώνυμος ita uſi ſint: ſed minus mirabuntur, ubi conſideraverint, quod dixi in meo Theſauro Græcæ linguæ, διώνυμον, quum ſignificat περιώνυμον, *celebrem*, ſive *clarum*, non debere accipi tanquam ex adverbio δίς, ſed tanquam ex præpoſitione δια factum, eandem vim habente quam in διάδηλος, in διωλύγιος, & quibuſdam aliis: inter quæ ideo non pono διαβόητος (etiamſi & in eo præpoſitio uſum eundem habeat) quod ſit nomen alius, ut ita dicam, naturæ, utpote ex verbo factum. Legimus apud hunc ipſum aliud quod ab eadem origine eſt nomen, in prima hujus opuſculi pagina, [nobis pag. 102, 20] videlicet πολυώνυμα. Quamvis autem πολυώνυμος idem ſonet interdum, præſertim apud poëtas, quod περιώνυμος, & διώνυμος (ut quidem ſumitur in eo qui præ manibus eſt loco;) ibi tamen πολυώνυμα ἔθνη non ſignificat *celebres gentes*, ſeu *claras*, ſed *quæ multa nomina habent*. Beraldus vertit *diverſas*: Secundus rectius, *nominibus diverſas*; qui & *nominibus varias* dicere poterat." Pag. 228.

„Cæterum uterque interpres perinde vertit acſi ſcriptum eſſet, non γίγνεσθαι, ſed γενήσεσθαι. Neque tamen mutandam ſcripturam noſtram cenſeo: quum intelligi poſſit, Scipioni in mentem veniſſe, id quod aliis evenire ſolet, ſibi quoque eventurum, quod attinet ad comparandam nominis celebritatem."

„De illius autem vocabuli διώνυμον hoc in loco ſignificatione aſſentitur mihi Secundus, ita locum illum reddens: *ſive quod (ut quidam exiſtimant) ex maximis aliorum malis ſuam gloriam majorem fore exiſtimaret:* (quum tamen po-

tius *magnam* dicendum esset, quoniam gradus comparativi vox Græca non est.) At dissentit (uti dixi) Beraldus: quippe qui ita vertit, *sive potius (ut multi arbitrantur) illustria duo cognomina ex clarissimarum urbium excidiis quæsiverit.* Sed cur hoc dictum ad eos qui duo possunt illustria cognomina adipisci restringemus, potius quam late ad omnes, qui magnam nominis celebritatem ex unius tantum urbis expugnatione possunt assequi, extendemus? Tunc autem nomini διώνυμον alteram dare significationem oportebit." Pag. 222.

„ De his porro duobus cognominibus, quæ Appianus eum ex duarum urbium calamitatibus accepisse & quidem accipere voluisse, scribit, in quodam Schediasmate differo, etiam Nasonis autoritatem interponens. Sed interim tamen miror, cur Beraldus noster illum locum paginæ 302. [p. 203, 45.] Κορνήλιον Σκιπίωνα, τὸν Καρχηδόνα ἑλόντα, verterit, *Cornelio Scipioni, qui Carthaginem exciderat:* ac non potius contentus fuerit dicere *ceperat.*" H. STEPHANUS.

L. 65. Τότε δὲ τὴν γῆν τὴν Νομαντίνων. Per librarii errorem omissa sunt hæc sex verba in cod. Med.

L. 66. „ Vocem χρηματίσας, (cujus significationem assequi haud cujusvis est) prætermisit Secundus. Ita enim totum hunc locum vertit: *Igitur Numantinorum finibus vicinis assignatis, & pacatis si qua loca suspecta viderentur: & metu pecuniarum summa extorta, domum renavigavit.* At Beraldus illam vocem haud præterlit, hunc quoque totum locum fideliter reddens, hoc modo: *Numantino agro inter vicinos diviso, quum reliquas civitates jus dicendo perlustrasset, & nutantes socios aut increpuisset, aut pecunia mulctasset, domum rediit.* Fateor tamen, χρηματίσας potuisse & aliter verti, nulla juris facta mentione." H. STEPHAN.

CAP. XCIX. Lin. 69. ἔπεμψαν ἀπὸ τῆς βουλῆς ἄνδρας δέκα. Pag. 223. Cf. supra, ad p. 195. l. 8. *Ead. & sq.* τοὺς καταστήσ. &c. — „ Assentior Beraldo, verba ista, τοὺς καταστησομένους αὐτὰ εἰς εἰρήνην, vertenti, *qui rebus constituendis & pacificandis vacarent:* [potius] quam Cælio Secundo, cujus interpretatio habet quod multo majus est, *ut in provincia formam redi-*

Pag. 223. *gerentur.* Sed totum ex eadem interpr. locum afferam, præsertim quum in eo habeat aliud quiddam quod (ut alia multa) ex Beraldica esse emendandum videtur. Ita igitur ille: *Romani (ut moris erat) decem senatorii ordinis viros in Hispania loca suo imperio adjuncta legarunt, ut in provincia formam quæ a Scipione capta aut prius a Bruto vi subacta fuerant, redigerentur.* Quod ex Beraldi interpretatione emendandum videri dixi, illud est, quod quum Appianus dicat de Bruto, ὑπηγάγετο ἢ ἐχειρώσατο, Secundus ex his duobus unum fecerit, dicens, *a Bruto vi subacta.* At Beraldus, *& antea Brutus vel volentes vel vi subegerat.*" H. STEPHANUS.

L. 73. Καλπ. Πείσων. Eum putant, qui *Frugi* cognominatus est, cujus abstinentiam laudat Cicero Verr. IV. 25. & in Hispania occisum ait. Conf. Pigh. Annal. T. III. p. 114 sq. Freinsh. Suppl. Liv. LXV. 20.

L. 74. Σερούϊος Γάλβας. Sic diserte Vat. A. B. & Med. Et *Ser. Galba* Curio. De nomine vide p. 170, 91. & ibi notata. De persona & rebus gestis parum constat; conf. Pigh. T. III. p. 118. Freinsh. LXV. 31.

L. 79. Τίτος Δείδιος. Livius Epit. lib. LXX. Pigh. T. III. p. 200. coll. p. 184. Freinsh. LXX. 31. *L.* 80. Τερμισσόν. Sic restitui ex Vat. A quod propius quam vulgatum Τερμισὸν accedit ad *Termes*, quo nomine illam urbem Ptolemæus & Plinius designant. Neque enim in eo præsidium invenire vulgata lectio potest, quod apud Diodor. Sic. Excerpt. Legat. XXX. (T. II. pag. 629. edit. Wesseling.) Τερμίσιοι adpellentur cives hujus urbis. Nam id ibi invitis libris editum est, & exemplar Ursini Τερμήσιοι præferebat, & in Cod. Bav. Τερμήσσιοι legitur. Conf. ad p. 193, 59. & 194, 79. Quod si vero cogitemus, in *Arevacis* fuisse hanc urbem, conferamusque quæ supra ad pag. 192, 54. & 57. monita sunt; probabile utique fit, pro Οὐακκαίων *lin. præc.* Ἀρουακῶν esse reponendum, præsertim quum & Curio *Arvacceorum* hic habeat, & ejusdem nominis vestigia in lectione codicis Med. cernantur.

L. 83. „Non προσκαθίσας erat in exemplari, ſed προκαθίσας, ſatis manifeſto errore. Alibi dicitur προσκαθίζεσθαι." H. STEPH. *ad edit.* 1. *Pag.* 224.

CAP. C. Lin. 87. μιγάδες Κελτιβήρων. „Ita vertit hunc locum Cæl. Secundus, ut quis ſuſpicari poſſit eum legiſſe, μιγαδὸν & Κελτίβηρες. Hæc enim ſunt ejus verba: *aliam urbem Colendæ finitimam Celtiberi cum aliis permixte incolebant.* Ita inquam Sec. Verum & aliis pleriſque in locis ſic a ſenſu Appiani aberrat, ut aliam ſequutus lectionem videri queat, quum tamen eandem ante oculos habuerit." H. STEPHANUS.

Ead. lin. 87. Μάρκος Μάριος. Ad *C. Marium*, quem ex Prætura Hiſpaniam ulteriorem provinciam fortitum fuiſſe ex Plut. p. 408. D. diſcimus, referunt hoc Pighius T. III. p. 105. & Freinsh. LXX. 32. Sed quum is jam A. U. 647. primum Conſul fuerit, prætura ejus plurimis annis præceſſiſſe debuit hoc tempus quod ab Appiano notatur. Sic non ſolum mendoſum nomen Μάρκος fuerit habendum, in quod tres noſtri Codices cum Curione conſentiunt; ſed etiam in verbis περὶ πέντε ἐνιαυτῶν (quæ quidem omiſſa a Curione video) error ineſſe putandus fuerit: quemadmodum & Pighius h. l. conqueſtus eſt, temporum non ſatis fidam rationem in hac re videri ab Appiano obſervatam. Sed ibid. ipſe Pighius etiam, non ſatis diligenter inſpectis Appiani verbis, novas turbas miſcet; quum Mario id ipſum tribui ab Appiano ſcribit, quod ſatis diſerte ad T. Didium Scriptor noſter refert. Videant doctiores, an *M. Marius*, quem libri noſtri loquuntur, fortaſſe C. Marii propinquus ille vel frater ſit, qui M. Marium illum Gratidianum adoptavit, de quo vide Pigh. T. III. p. 191. & Perizonium in Animadv. Hiſt. c. 3. p. 98 ſqq. laudatum ab Erneſtio in Ind. Hiſt. ad Ciceronem, v. *M. Gratidianus.*

L. 92. „Cur pro his, τὴν Κολενδίων χώραν, Secundum *ruſticorum fines* dixiſſe putabimus?" H. STEPHANUS.

L. 94. „ἐκέλευεν τῷ δήμῳ, ταῦτα μέν τε * ἔγκοντας. Omnino hunc locum, qualis eſt in exemplari, tibi repræſento: tu, quomodo corrigi poſſit, videbis. Quanquam vereor, ne

Pag. 223. *gerentur.* Sed totum ex eadem interpr. locum afferam, præſertim quum in eo habeat aliud quiddam quod (ut alia multa) ex Beraldica eſſe emendandum videtur. Ita igitur ille: *Romani (ut moris erat) decem ſenatorii ordinis viros in Hiſpania loca ſuo imperio adjuncta legarunt, ut in provincia formam quæ a Scipione capta aut prius a Bruto vi ſubacta fuerant, redigerentur.* Quod ex Beraldi interpretatione emendandum videri dixi, illud eſt, quod quum Appianus dicat de Bruto, ὑπηγάγετο ἢ ἐχειρώσατο, Secundus ex his duobus unum fecerit, dicens, *a Bruto vi ſubacta.* At Beraldus, *& antea Brutus vel volentes vel vi ſubegerat.*" H. STEPHANUS.

L. 73. Καλπ. Πείσων. Eum putant, qui *Frugi* cognominatus eſt, cujus abſtinentiam laudat Cicero Verr. IV. 25. & in Hiſpania occiſum ait. Conf. Pigh. Annal. T. III. p. 114 ſq. Freinsh. Suppl. Liv. LXV. 20.

L. 74. Σερουίος Γάλβας. Sic diſerte Vat. A. B. & Med. Et *Ser. Galba* Curio. De nomine vide p. 170, 91. & ibi notata. De perſona & rebus geſtis parum conſtat; conf. Pigh. T. III. p. 118. Freinsh. LXV. 31.

L. 79. Τίτος Δείδιος. Livius Epit. lib. LXX. Pigh. T. III. p. 200. coll. p. 184. Freinsh. LXX. 31. *L* 80. Τερμισσόν. Sic reſtitui ex Vat. A quod propius quam vulgatum Τερμισὸν accedit ad *Termes*, quo nomine illam urbem Ptolemæus & Plinius deſignant. Neque enim in eo præſidium invenire vulgata lectio poteſt, quod apud Diodor. Sic. Excerpt. Legat. XXX. (T. II. pag. 629. edit. Weſſeling.) Τερμίσιοι adpellentur cives hujus urbis. Nam id ibi invitis libris editum eſt, & exemplar Urſini Τερμήσιοι præferebat, & in Cod. Bav. Τερμήσσιοι legitur. Conf. ad p. 193, 59. & 194, 79. Quod ſi vero cogitemus, in *Arevacis* fuiſſe hanc urbem, conferamuſque quæ ſupra ad pag. 192, 54. & 57. monita ſunt; probabile utique fit, pro Οὐακκαίων *lin. præc.* Ἀρουακῶν eſſe reponendum, præſertim quum & Curio *Arvacceorum* hic habeat, & ejuſdem nominis veſtigia in lectione codicis Med. cernantur.

L. 83. „Non προσκαθίσας erat in exemplari, ſed προκαθίσας, ſatis manifeſto errore. Alibi dicitur προσκαθίζεσθαι." H. STEPH. *ad edit.* 1. *Pag.* 224.

CAP. C. Lin. 87. μιγάδες Κελτιβήρων. „Ita vertit hunc locum Cæl. Secundus, ut quis ſuſpicari poſſit eum legiſſe, μιγάδων & Κελτίβηρες. Hæc enim ſunt ejus verba: *aliam urbem Colendæ finitimam Celtiberi cum aliis permixte incolebant.* Ita inquam Sec. Verum & aliis pleriſque in locis ſic a ſenſu Appiani aberrat, ut aliam ſequutus lectionem videri queat, quum tamen eandem ante oculos habuerit." H. STEPHANUS.

Ead. lin. 87. Μάρκος Μάριος. Ad *C. Marium*, quem ex Prætura Hiſpaniam ulteriorem provinciam ſortitum fuiſſe ex Plut. p. 408. D. diſcimus, referunt hoc Pighius T. III. p. 105. & Freinsh. LXX. 32. Sed quum is jam A. U. 647. primum Conſul fuerit, prætura ejus plurimis annis præceſſiſſe debuit hoc tempus quod ab Appiano notatur. Sic non ſolum mendoſum nomen Μάρκος fuerit habendum, in quod tres noſtri Codices cum Curione conſentiunt; ſed etiam in verbis περὶ πέντε ἐναυτῶν (quæ quidem omiſſa a Curione video) error ineſſe putandus fuerit: quemadmodum & Pighius h. l. conqueſtus eſt, temporum non ſatis fidam rationem in hac re videri ab Appiano obſervatam. Sed ibid. ipſe Pighius etiam, non ſatis diligenter inſpectis Appiani verbis, novas turbas miſcet; quum Mario id ipſum tribui ab Appiano ſcribit, quod ſatis diſerte ad T. Didium Scriptor noſter refert. Videant doctiores, an *M. Marius*, quem libri noſtri loquuntur, fortaſſe C. Marii propinquus ille vel frater ſit, qui M. Marium illum Gratidianum adoptavit, de quo vide Pigh. T. III. p. 191. & Perizonium in Animadv. Hiſt. c. 3. p. 98 ſqq. laudatum ab Erneſtio in Ind. Hiſt. ad Ciceronem, v. *M. Gratidianus.*

L. 92. „Cur pro his, τὴν Κολενδίων χώραν, Secundum *ruſticorum fines* dixiſſe putabimus?" H. STEPHANUS.

L. 94. „ἐκέλευεν τῷ δήμῳ, ταῦτα μέν τε * ἔγκοντας. Omnino hunc locum, qualis eſt in exemplari, tibi repræſento: tu, quomodo corrigi poſſit, videbis. Quanquam vereor, ne

Pag. 223. *gerentur.* Sed totum ex eadem interpr. locum afferam, præſertim quum in eo habeat aliud quiddam quod (ut alia multa) ex Beraldica eſſe emendandum videtur. Ita igitur ille: *Romani (ut moris erat) decem ſenatorii ordinis viros in Hiſpaniâ loca ſuo imperio adjuncta legarunt, ut in provinciæ formam quæ a Scipione capta aut prius a Bruto vi ſubacta fuerant, redigerentur.* Quod ex Beraldi interpretatione emendandum videri dixi, illud eſt, quod quum Appianus dicat de Bruto, ὑπηγάγετο ἢ ἐχειρώσατο, Secundus ex his duobus unum fecerit, dicens, *a Bruto vi ſubacta.* At Beraldus, *& antea Brutus vel volentes vel vi ſubegerat.*" H. STEPHANUS.

L. 73. Καλπ. Πείσων. Eum putant, qui *Frugi* cognominatus eſt, cujus abſtinentiam laudat Cicero Verr. IV. 25. & in Hiſpania occiſum ait. Conf. Pigh. Annal. T. III. p. 114 ſq. Freinsh. Suppl. Liv. LXV. 20.

L. 74. Σερούϊος Γάλβας. Sic diſerte Vat. A. B. & Med. Et *Ser. Galba* Curio. De nomine vide p. 170, 91. & ibi notata. De perſona & rebus geſtis parum conſtat; conf. Pigh. T. III. p. 118. Freinsh. LXV. 31.

L. 79. Τίτος Δείδιος. Livius Epit. lib. LXX. Pigh. T. III. p. 200. coll. p. 184. Freinsh. LXX. 31. *L* 80. Τερμισσόν. Sic reſtitui ex Vat. A quod propius quam vulgatum Τερμιστὸν accedit ad *Termes*, quo nomine illam urbem Ptolemæus & Plinius deſignant. Neque enim in eo præſidium invenire vulgata lectio poteſt, quod apud Diodor. Sic. Excerpt. Legat. XXX. (T. II. pag. 629. edit. Weſſeling.) Τερμίσιοι adpellentur cives hujus urbis. Nam id ibi invitis libris editum eſt, & exemplar Urſini Τερμήσιοι præferebat, & in Cod. Bav. Τερμίσσιοι legitur. Conf. ad p. 193, 59. & 194, 79. Quod ſi vero cogitemus, in *Arevacis* fuiſſe hanc urbem, conferamuſque quæ ſupra ad pag. 192, 54. & 57. monita ſunt; probabile utique fit, pro Οὐακκαίων *lin. præc.* Ἀρουακῶν eſſe reponendum, præſertim quum & Curio *Arvacceorum* hic habeat, & ejuſdem nominis veſtigia in lectione codicis Med. cernantur.

L. 83. „Non προσκαθίσας erat in exemplari, ſed προκαθίσας, ſatis manifeſto errore. Alibi dicitur προσκαθίζεσθαι." H. STEPH. *ad edit.* 1. *Pag.* 224.

CAP. C. Lin. 87. μεγάδες Κελτιβήρων. „Ita vertit hunc locum Cæl. Secundus, ut quis ſuſpicari poſſit eum legiſſe, μεγάδην & Κελτίβηρας. Hæc enim ſunt ejus verba: *aliam urbem Colendæ finitimam Celtiberi cum aliis permixte incolebant.* Ita inquam Sec. Verum & aliis pleriſque in locis ſic a ſenſu Appiani aberrat, ut aliam ſequutus lectionem videri queat, quum tamen eandem ante oculos habuerit." H. STEPHANUS.

Ead. lin. 87. Μάρκος Μάριος. Ad *C. Marium*, quem ex Prætura Hiſpaniam ulteriorem provinciam ſortitum fuiſſe ex Plut. p. 408. D. diſcimus, referunt hoc Pighius T. III. p. 105. & Freinsh. LXX. 32. Sed quum is jam A. U. 647. primum Conſul fuerit, prætura ejus plurimis annis præceſſiſſe debuit hoc tempus quod ab Appiano notatur. Sic non ſolum mendoſum nomen Μάρκος fuerit habendum, in quod tres noſtri Codices cum Curione conſentiunt; ſed etiam in verbis πρὸ πόλλου ἐνιαυτῶν (quæ quidem omiſſa a Curione video) error ineſſe putandus fuerit: quemadmodum & Pighius h. l. conqueſtus eſt, temporum non ſatis fidam rationem in hac re videri ab Appiano obſervatam. Sed ibid. ipſe Pighius etiam, non ſatis diligenter inſpectis Appiani verbis, novas turbas miſcet; quum Mario id ipſum tribui ab Appiano ſcribit, quod ſatis diſerte ad T. Didium Scriptor noſter refert. Videant doctiores, an *M. Marius*, quem libri noſtri loquuntur, fortaſſe C. Marii propinquus ille vel frater ſit, qui M. Marium illum Gratidianum adoptavit, de quo vide Pigh. T. III. p. 191. & Perizonium in Animadv. Hiſt. c. 3. p. 98 ſqq. laudatum ab Erneſtio in Ind. Hiſt. ad Ciceronem, v. *M. Gratidianus.*

L. 92. „Cur pro his, τὴν Κολενδίων χώραν, Secundum *ruſticorum fines* dixiſſe putabimus?" H. STEPHANUS.

L. 94. „ἐκέλευεν τῷ δήμῳ, ταῦτα μέν τε ἔγκοντας. Omnino hunc locum, qualis eſt in exemplari, tibi repræſento: tu, quomodo corrigi poſſit, videbis. Quanquam vereor, ne

Pag. 224. nobis melioris alicujus exemplaris auxilium expectare necesse sit: quod non solum corrupta sint hæc verba, sed aliqua etiam desint. Quod si ex partic. μὲν locum mutilum esse non conjicerem, ei fortasse ex conjectura opem afferre possem. Quum enim alibi soleat ab iis qui se dedunt exigi ut arma sua tradant, non dubito quin hic scriptum ab Appiano fuerit τὰ ὅπλα ἐνεγκόντας ἥκειν, aut potius συνενεγκόντας. Si melius quid habes, lector, hoc profer: si non, his utere mecum." H. STEPHANUS, *ad edit.* 1. „Aliud nihil deesse huic loco arbitror, quam quod apud Secundum legitur. Ita enim hic: *Quum autem eos conditionem accipere videret, jussit ad populum referrent, ut cum conjugibus & liberis ad fines dividendos venirent.* Videndum igitur, an non verisimile sit, hæc ab Appiano scripta fuisse, ἐκέλευε τῷ δήμῳ ταῦτα ἐνεγκεῖν· καὶ ἐνεγκόντας ἥκειν μετὰ γυν. &c. hæc, inquam, aut his similia. Nam fateor, me ex istis voculis μέν τε conjicere, aliquid aliud, quod tamen talem sensum efficeret, scriptum fuisse. Verbum tamen φέρειν, a quo esset illud ἐνεγκόντας, hunc aliquando habere usum (apud hoc præsertim genus historiarum) constat." H. STEPH. *ad edit.* 2. Ad hunc locum nihil monuit Reiskius. Sed MUSGRAVIUS sic: „Pro ταῦτα lege τὰ: deinde, μὲν ὅπλα ἐνέγκαντας." Perspicue μετενεγκόντας dedit Med. quemadmodum & Curionis exhibebat exemplar. Neque quidquam sic ad integritatem orationis desiderari putabitur. Originem depravatæ lectionis, quam cum Stephani exemplari communem habet Vat. B., commode explicat scriptura Vat. A. quæ sic habet: τε μενεγκόντας. — Verbum μεταφέρειν eadem notione, *referre*, *renunciare*, (quam quidem in Thesauro suo præteriit H. Stephanus) habuimus supra, in Exc. ex lib. de Reb. Ital. p. 32, 29. Conf. Pun. 338, 86. Civ. V. p. 881, 68.

Pag. 225. *L.* 1. πόσην χώραν αὐτοῖς δέοι διελεῖν. Alienum esse ab hoc loco verbum διελθεῖν, quod consentientibus libris hic legebatur, nemo puto dubitabit. Prætermisit illud verbum in vers. sua Curio. Sed Berald. *quantum agri foret dividendum:*

ſcilicet perſpecte videns, διελεῖν eſſe legendum. Equidem in re manifeſta non hæſitandum duxi. Nunc etiam video me REISKIUM habere adſentientem, qui recta reponere διελεῖν juſſit. Sic p. 227, 37. ἐς τρία διαιρεῖν. Pun. 441, 63. ἐς πολλὰ διελών: & ſæpe aliàs. Pag. 225.

L. 3. ἐπὶ τοῖσδε - - ἐθριάμβευσεν. *Hujuſmodi rebus geſtis.* In eamdem ſententiam Beraldus, *ob quas res:* & Curio, *ob quod facinus.* Sed rectius fuerit: *de his*, ſc. Celtiberis, quos tam perfide trucidaverat. θριαμβεύειν ἐπί τινι, *triumphare de aliquo*, Civ. II. p. 314, 73 ſqq. Mithr. 820, 13.

L. 5. Φλάκκος. *C. Valerius Flaccus*, qui Conſul fuerat A. 661. Pigh. T. III. p. 215. Freinsh. LXX. 56. *Ibid.* ἐν δὲ Βελγηδῇ πόλει. An ea, quam *Bergidum* Ptolemæus & Antoninus vocant; pro quo apud Antoninum (pag. 425. edit. Weſſel.) plures codices *Belgidum* habent.

Ead. lin. 5. *& ſq.* „ ἐν δὲ Βελγηδῇ πόλει ὁ δὲ δῆμος &c. Mihi dubium non eſt, quin poſt διαμυρίους expungenda ſit ἑλιγμὴ τελεία & poſt πόλει reponenda Scio etiam, illud δὲ βελγηδῇ ex urbis nomine corrupto [corruptum?] eſſe: ſed in cujus appellatione quum varient authores, quam potiſſimum ſcripturam ſequi debeam, neſcio." H. STEPHAN. *ad edit.* 1. — „ Ἐν δὲ Βελγηδῇ πόλει ὁ δῆμος. Hic etiam locus ex iis eſt unus, cui aſteriſci notam, ut imperfecto, apponit Secundus: (ſicut viciſſim quibuſdam appoſitam hac in editione habemus, quum ejus interpretatio eam non habeat, & ſit ejuſmodi ut minime apponi debuiſſe videatur.) Ita enim ille: *In urbe Belgeda quum ad defectionem plebs converſa eſſet * penes quem cogendi ſenatus autoritas, totum ſenatum, quod ad decernendum dubius eſſet, cremavit.* At enim Appianus hic nihil habet quod illis verbis reſpondeat, *penes quem cogendi ſenatus autoritas:* quæ ſi tollas, minime imperfectus locus erit, ideoque nec illa nota opus habebit. Eſt obiter & hoc obſervandum, dici a Secundo *totum ſenatum*, quum τὴν βουλὴν tantum apud Appianum, non ὅλην τὴν βουλὴν, legamus." H. STEPH. *ad edit.* 2. In *altera illa edit.* conjunctionem iſtam δὲ, quæ in edit. 1. ante δῆμος inſerta erat, quam & ibi-

Pag. 224. nobis melioris alicujus exemplaris auxilium expectare neceſſe ſit: quod non ſolum corrupta ſint hæc verba, ſed aliqua etiam deſint. Quod ſi ex partic. μὲν locum mutilum eſſe non conjicerem, ei fortaſſe ex conjectura opem afferre poſſem. Quum enim alibi ſoleat ab iis qui ſe dedunt exigi ut arma ſua tradant, non dubito quin hic ſcriptum ab Appiano fuerit τὰ ὅπλα ἐνεγκόντας ἥκειν, aut potius συνενεγκόντας. Si melius quid habes, lector, hoc profer: ſi non, his utere mecum." H. STEPHANUS, *ad edit.* 1. „Aliud nihil deeſſe huic loco arbitror, quam quod apud Secundum legitur. Ita enim hic: *Quum autem eos conditionem accipere videret, juſſit ad populum referrent, ut cum conjugibus & liberis ad fines dividendos venirent.* Videndum igitur, an non veriſimile ſit, hæc ab Appiano ſcripta fuiſſe, ἐκέλευε τῷ δήμῳ ταῦτα ἐνεγκεῖν· καὶ ἐνεγκόντας ἥκειν μετὰ γυν. &c. hæc, inquam, aut his ſimilia. Nam fateor, me ex iſtis vocibus μέν τε conjicere, aliquid aliud, quod tamen talem ſenſum efficeret, ſcriptum fuiſſe. Verbum tamen φέρειν, a quo eſſet illud ἐνεγκόντας, hunc aliquando habere uſum (apud hoc præſertim genus hiſtoriarum) conſtat." H. STEPH. *ad edit.* 2. Ad hunc locum nihil monuit Reiskius. Sed MUSGRAVIUS ſic: „Pro ταῦτα lege τὰ: deinde, μὲν ὅπλα ἐνέγκαντας." Perſpicue μετενεγκόντας dedit Med. quemadmodum & Curionis exhibebat exemplar. Neque quidquam ſic ad integritatem orationis deſiderari putabitur. Originem depravatæ lectionis, quam cum Stephani exemplari communem habet Vat. ß., commode explicat ſcriptura Vat. A. quæ ſic habet: μενεγκοντας. — Verbum μεταφέρειν eadem notione, *referre*, *renunciare*, (quam quidem in Theſauro ſuo præteriit H. Stephanus) habuimus ſupra, in Exc. ex lib. de Reb. Ital. p. 32, 29. Conf. Pun. 338, 86. Civ. V. p. 881, 68.

Pag. 225. *L.* 1. πόσην χώραν αὐτοῖς δέοι διελεῖν. Alienum eſſe ab hoc loco verbum διελθεῖν, quod conſentientibus libris hic legebatur, nemo puto dubitabit. Prætermiſit illud verbum in verſ. ſua Curio. Sed Berald. *quantum agri foret dividendum:*

Pag. 225. dem codex Vat. B. cum Stephani exemplari agnoſcit, tacitus, prætermiſit Stephanus. Neque ſane erat hujus loci iſta particula; ſed pro ea recte Vat. A. & Med. particulam μὲν deſiderunt, cui mox reſpondet δὲ, in verbis ὁ δὲ Φλάκκος.

CAP. CI. Lin. 9. „Beraldus omiſit interpretationem horum verborum: Τοσάδε μὲν εὗρον ἄξια λόγου Ρωμαίοις ἐς τότε πρὸς Ἴβηρας αὐτοὺς γενόμενα. Quæ Secundus ita vertit: *Hæc ego a Romanis contra Hiſpanos geſta digna memoratu comperi.* Sed cur Appianus non ſimpliciter πρὸς Ἴβηρας, verum πρὸς Ἴβηρας αὐτοὺς, (quod a Secundo expreſſum non eſt) dicit? An ad differentiam eorum quæ adverſus Celtiberos geſta ſunt? Atqui eorum mentionem pleriſque locis, & quidem in uno etiam qui parvo intervallo præcedit, fieri videmus. Fortaſſe igitur non abs re quis ſuſpicetur, ſcriptum ab eo fuiſſe πρὸς Κελτίβηρας καὶ πρὸς Ἴβηρας αὐτοὺς γενόμενα. Nam pag. 256. [p. 104, 46.] proponit, ſe dicturum quomodo Romani Ἴβηρσι καὶ Κελτίβηρσιν ἐπολέμησαν." H. STEPHANUS. Adjicienda fuiſſe video in latina noſtra verſione verba, *adverſus ipſos Hiſpanos*: non, ut *Iberi* a *Celtiberis* diſtinguantur, quemadmodum Stephano viſum erat; ſed ut res a Romanis in Hiſpania *adverſus ipſos Hiſpanos* geſtæ diſtinguerentur a bellis quas in eadem Hiſpania *Romani adverſus Romanos* geſſerunt. Itaque & *Sertorianum bellum*, utpote inteſtinum & Civile, breviter tantum h. l. perſtringitur, & uberius a Scriptore noſtro in Syllani belli civilis enarratione (ad quam ipſe provocat in fin. hujus cap.) exponitur, Civ. I. cap. 108 ſqq. Eumdemque in modum, quæ C. Cæſar in Hiſpania primum adverſus Pompeji legatos geſſit, deinde adverſus filios ejuſdem, ea in Civilium Cæſaris bellorum hiſtoria expoſita videmus.

L. 15. ἀγείρας. Sæpe inter ſe confuſa commutataque a librariis eſſe verba ἀγείρειν & ἠγείρειν, notum eſt. Intelligo tamen, eſſe loca ubi parum refert, utrum eligas. Neque pertinacius repugnem, ſi quis h. l. teneri potuiſſe ἠγείρας contendat.

Pag. 226. *L.* 24. Περπίρνας. Civ. I. p. 154, 95. & ſæpius deinceps Περπίννας ſcribitur, quod perinde eſt. Conf. Drakenb. ad Liv. XLIV. 27, 11. & alios qui ibi laudantur.

L. 27. καὶ ὁ πόλεμος οὕδε. „Mallem οὗδε, quam οὕδε; quum etiam, quonam modo finitum fuerit hoc bellum, narraverit. Fuerit autem ponenda hypoſtigme poſt οὗδε, quæ oſtendat jungendum cum διελύθη, non cum θορυβήσας." H. STEPH. *Pag.* 226.

CAP. CII. Lin. 30 *ſq.* Γαΐος Καισ. αἱρεθ. Ἰβηρίας ἄρχειν. Vide Civ. II. cap. 8. *L.* 32. ἴλαιαν ſcripſi jubente Vat. A. & Med.

L. 38. ἐς τὰ δύο ἡ βουλὴ, τὸν δὲ τρίτον &c. „Fallitur hoc loco Appianus, cum dicit, Iberiam ſive Hiſpaniam in tres partes diviſam fuiſſe, in quarum duas annuos magiſtratus Senatus mitteret, in tertiam vero Præſidem Imperator. Diviſa autem ab Auguſto fuit Hiſpania in duas provincias, *Citeriorem & Ulteriorem. Citerior* etiam *Terra conenſis* [*Tarraconenſis*] dicta. *Ulterior* diviſa in duas provincias, *Baeticam & Luſitaniam.* Bætica populi fuit, & in eam miſſus Proconſul. Atque de ea capiendus Tacitus H. l. 4. [potius Annal. IV. 13.] *Urbius* [*Vibius*] *Serenus ulterioris Hiſpaniæ Proconſul:* non; quia tota Hiſpania ulterior Proconſulem habuerit, ſed melior ejus pars *Bætica*; quæ ſola populi fuit. Citerior autem *Hiſpania*, ſive *Terra conenſis*, [*Tarraconenſis*] & *Luſitania* Cæſaris fuerunt, in quas ab eo duo legati mittebantur, Prætorius & Conſularis. Et quidem Prætorius Luſitaniæ præerat cum unico legato; Conſularis Terra conenſi [Tarraconenſi] cum tribus legatis, tribuſque legionibus. Vide Strabonem lib. III. [p. 166 ſq.] & Dionem lib. LIII. [cap. 13. p. 704. edit. Reim.] Adeo ut excuſari ab errore noſter non poſſit, niſi quod ejus ævo mutaſſe dicamus." ALEX. TOLLIUS. — Tota hæc Adnotatio (exceptis erroribus quos notavi) ad verbum pæne excerpta eſt ex JUSTI LIPSII Nota in Tac. Hiſt. I. 13. cujus viri nomen adjicere non dignatus eſt Tollius. Mirum vero, Appianum, quum non modo diu Romæ in foro & ſub oculis Principum fuerit verſatus, ſed & ipſe uni ex inſignioribus Romani imperii provinciis eſſet a Cæſaribus præfectus, neſciviſſe diſtributionem provinciarum, quæ ipſius ætate obtinuerit. Itaque ſuſpicari ſane licet, Appiani ætate aliam fuiſſe provinciarum, in quas diſtributa Hiſpania erat, rationem, quam quæ ab Auguſto fuerat inſtituta. Nam *Pag.* 227.

Pag. 227. quod RUALDUS (Obſerv. XXX. ad Plutarch. Vitas) librariorum culpa tranſpoſita apud Appianum h. l. verba δῆμος & βασιλεὺς contendit, id quidem veri ſpecie deſtitui mihi videtur, ob id quod ſequitur ἐφ' ὅσον δοκιμάσειε; quod utique ad Imperatorem potius, quam ad populum, referri conſentaneum eſt.

ADNOTATIONES
AD APPIANI LIBRUM VII.
DE BELLO ANNIBALICO.

Pag. 228. *CAP. I. Lin. 2.* ἐκκαίδεκα ἔτεσιν. „ Eundem annorum numerum tribuit huic bello in Hiſpanica hiſtoria, pag. 262. [p. 117. cap. 14.] quum dicit, ἕως Ἀννίβαν ἐκκαιδεκάτῳ μάλις ἔτει τῆς Ἰταλίας ἐξήλασαν. Vide & pag. 344. [potius p. 358. nobis p. 302. cap. 60.]" H. STEPHANUS.

L. 6 ſq. τῆς ἐσβολῆς αἰτία τε ἀληθὴς &c. „ Intellige ἐσβολῆς ex Hiſpania in Italiam: ut hæc participio ἐσβαλὼν paulo ante adjecit. Sic autem in Libyca hiſtoria eo ipſo participio, ſed abſque illa adjectione, utitur, καὶ ὅσα Ἀννίβας ἐς Ἰταλίαν ἐσβαλὼν ἔπραξεν. [Pun. 307, 45.] Ad verba autem proxime ſequentia quod attinet, [Beraldi] illa eorum interpretatio conjungit quæ (niſi valde fallor) ab Appiano disjunguntur: ut certe disjungi ſeparariique debent. Ac ille quidem ita vertit: *Cæterum quam irrumpendi bellique in Italiam tranſferendi veram cauſam occaſionemque propalam prætexuerit*, &c. At ego ita vertendum eſſe dico: *Cæterum quam irrumpendi bellique in Italiam tranſferendi veram cauſam habuerit, & quam occaſionem propalam prætexuerit*, &c. Vel hoc certe verbum *prætexuerit* cum illis accuſativis *veram cauſam* haud convenire videmus. Quis enim eam cauſam, quæ vera eſt, prætexere dicitur? Sed videamus, an Appianum in ſua narratione hæc duo aperte diſtinguere ſimus comperturi. Comperient certe quicunque attentas præbere illi aures non

non recuſabunt. Nam quæ narrantur in hac hiſtoria, in fine paginæ quæ hic eſt 314. [cap. 3. p. 230 ſq.] quid aliud quam illam *veram cauſam* continent? *Quum autem* (inquit) *Barcæ & Aſdrubalis inimici amicis illorum negotium faceſſerent, & hunc Annibalem, quod adhuc juvenis eſſet, contemptui haberent; ipſe, hæc eſſe initium creandi ſibi periculum existimans, & ſe ex patriæ metu ſecuritatem comparaturum, de ipſis gravi bello implicandis cogitabat.* Hæc inquam (quæ conferenda relinquo cum iis quæ latius commemorantur in Hiſpanica hiſtoria, pag. 259. [cap. 8-10.] nemo, ut opinor, negaverit eſſe illam τὴν ἀληθῆ αἰτίαν. At quænam dicere poſſumus eſſe quæ πρόφασιν appellat? Nimirum hæc, ἐπενέγκαι παρὰ τὰς σπονδὰς τὸν Ἴβηρα διαβῆναι. [pag. 231, 49 ſq.] Nam hoc ipſum, ἐς πρόφασιν, ſtatim ab eo dici videmus de facto Annibalis. Sequitur enim, καὶ παρεσκεύαζε τινὰς ἐς πρόφασιν κατηγορεῖν Ζακανθαίων. &c. Videri autem poſſit Appianus Thucydidem imitari hic voluiſſe: qui tamen πρόφασιν dicit περὶ τῆς αἰτίας etiam: quippe qui τὴν ἀληθεστάτην πρόφασιν, ἀφανεστάτην δὲ λόγῳ, opponit τοῖς ἐς τὸ φανερὸν λεγομέναις αἰτίαις, in fine ſuæ præfationis." H. STEPHANUS. Pag. 229.

CAP. II. Lin. 10. *Αμίλχαρ &c.* Vide Hiſp. cap. 4 ſqq. pag. 105 ſqq. „ Ut hic Ἀμίλχαρ, ᾧ Βάρκας ἐπίκλησις ἦν, ita etiam in Hiſpanica hiſtoria, pag. 257. [p. 105.] Ἀμίλχαρ, ὁ Βάρκας ἐπίκλησιν. Sive autem, quod alius fuit Amilchar, a quo ut diſtingueretur hic, cognomine iſto donatus fuit, ſive alia ei hoc cognomen imponendi cauſa fuit; ſæpe non *Amilcharem* ſed *Barcam* dici videmus: & quidem in illa etiam ipſa p. 257. Fuiſſe porro hujus Amilcharis filium non *Annibalem* tantum, ſed etiam *Aſdrubalem*, conſtat. Aſdrubalem, inquam, id eſt unum e duobus Aſdrubalibus. Fuit enim *Aſdrubal*, *Amilcharis* hujus; fuit & *Aſdrubal*, *Giſconis* filius: ut teſtatur ipſemet Appianus in Hiſpanica hiſtoria, pag. 268. [p. 129, 75.] Quem locum a quibuſdam non fuiſſe intellectum ſcio. Quum enim ibi ſcribatur, Καρχηδονίων οἱ στρατηγοὶ δύο ὄντα λοιπὼ, καὶ δύο ἀδελφούς, non de duobus tantum ducibus, ſed de quatuor, loqui hunc ſcriptorem putaverunt; non aſſe-

Pag. 227. quod RUALDUS (Obſerv. XX
rum culpa tranſpoſita ap
σιλεὺς contendit, id qu
ob id quod ſequitur
ratorem potius, quam

.. Cæterum
ibalis, men-
fine pag. 270.
βόρειον Ὠκεανὸν
a etiam in hac,
232, 62.] καὶ τὰ ἐν
vero alterius *Aſdru-*
em habemus eadem
locis, ubi Barcæ gener
ibalica hiſtoria legimus
lque, Annibalem uxoris
ncæ ſucceſſorem (eo mor-
uiſſe." [Imo fallitur Ste-
ubal, *Giſconis* filius, non
fratre; ſed etiam ab hoc ge-
enim, aliquot annis antequam
vo occiſus, ipſum Annibalem
Hiſpania ſucceſſorem habuit.
2. extr. *Aſdrubal* autem *Giſco-*
ex Hiſpania diſceſſum bellum ad-
adminiſtravit. conf. Hiſp. p. 118,

Pag. 228. CA
meru
[p.
τῆς
p.

a quibuſdam ignoratam, eos in er-
eoque ſilentio prætereunda non exi-
autem quod attinet nominis illius
Annibalis, quum *Amilchar* ſcribo, ſe-
ſcripturam, Αμίλχας; alioqui in medio
an potius *Amilcar* (itidemque *Bo-*
ſcribendum ſit: ut apud Latinos paſſim
Secundus, qui hiſtoriam illam & ipſe
tantum *Amilcar*, ſed etiam *Hamilcar*,
in locis, ſcribit: ut videre eſt cum alibi,
interpretatione: ubi & *Barcham* cum
alibi, habes. Ut autem *Hamilcar*, præ-
& *Haſdrubal* quidam, nec non *Han-*
Sed mirum (nam & hoc obiter addam)

videri possit, Græcos Ἀννίβας quidem (unde & Ἀννιβαλικὸς) & Ἀσδρούβας, non Ἀννίβαλ & Ἀννιβαλικὸς dixisse, ut a Latinis *Annibal* (unde *Annibalicus*) & *Asdrubal* dictum fuit: sed Μαάρβαλ tamen illis placuisse: ut videre est pag. 319. [240, 3.]" H. STEPHANUS. Pag. 229.

L. 12. περὶ αὐτῆς ἀλλήλοις ἐπολ. Sic diserte Med: περὶ αὐτοῖς ἀλλήλοις ἐπολ. mendose paululum Vat. A.

Ibid. sq. „ Hæc, δόξας δὲ πρᾶξαι κακῶς, satis fuse, sicut & cætera, exponuntur, pag. 257. & 298. [hist. Hispan. cap. 4 sqq.] Utitur autem his verbis in illa pag. 257. [p. 105, 70.] ὑπακηόντων οὖν ἐπὶ τοῖσδε τὸν Βάρκαν ἐς χρίσιν, ὡς αἴτιον τῇ πατρίδι τοσῶνδε συμφορῶν γενόμενον, &c. Dicit autem, non πράξας δὲ κακῶς, sed δόξας δὲ πρᾶξαι κακῶς; id est, *Quum autem visus esset rem male gessisse.* Interpretis tamen verba non his Græcis, sed illis, respondent." H. STEPHANUS.

L. 14. ἔπραξεν ἐς τοὺς Νομάδας &c. „ Pag. 257. [Hisp. cap. 4. extr.] collegam ei dat Magonem; cognomento Magnum. Utitur alioqui verbis iisdem; στρατηγὸς ἔπραξεν αἱρεθῆναι: sed his præfixis, Νομάδων τινὲς κινήματος γενομένου. Quæ certe & hic oportet ὑπακούειν. At loco horum, πρὸ τῶν εὐθυνῶν, dicit, ἔτι τὰς εὐθύνας τῆς προτέρας στρατηγίας ὀφείλων. Atque huc videtur Berald. respexisse, quum ita locum hunc vertit, *priusquam superioris imperii rationes redderet.*" H. STEPHAN. — „ Quum haberet exemplar nostrum πρὸς τῶν εὐθυνῶν, ego ex πρὸς feci πρὸ. Vult enim dicere πρὶν τὰς εὐθύνας ἀποδοῦναι; quod pluribus verbis ipsemet ἐν Ἰβηρικῇ dicit, ἔτι τὰς εὐθ. τ. προτ. στρατ. ὀφείλων." IDEM. *ad edit.* 1.

L. 19. θεραπεύων τὸ πλῆθος, εἰ δύναιτο, μὴ χαλεπαίνειν ἔᾳ̃ς — „ Primo aspectu videtur debere Amilchar esse nominativus verbi δύναιτο: quod fieri tamen nequeat, nisi insertis quibusdam vocibus inter δύναιτο & μὴ χαλεπαίνειν; ut, si (exempli gratia) scriberetur, εἰ δύναιτό διαπρᾶξαι ὥστε μὴ χαλεπαίνειν. Sed Appianum non dubitasse & altera illa sermonis forma uti arbitror. De hac autem re moneo, quod alioqui interpres aliam sequutus lectionem existimari posset." H. STEPHAN. — Itaque Stephanus verbum δύναιτο ad πλῆθος relatum voluit,

Pag. 229. & conjunctum cum ſeq. infin. μὴ χαλεπαίνειν. Nos, Beraldum interpretem (nam a Sec. Curione Liber hic latine non eſt converſus) ſecuti, in Græco contextu verba εἰ δύναιτο duabus minutis diſtinctionibus intercepimus, quum in ſuperioribus editt. nulla hic poſita diſtinctio fuiſſet. Non ſpernam Stephani rationem: ſed neutra harum rationum difficultate vi-detur carere.

Pag. 230. *L.* 25. ὅρος Ἰβηρίας, μὴ διαβαίνειν τὸν Ἴβηρα. „ Hic locus ex iis, quæ ἐν Ἰβηρικῇ dicuntur, facile intelligitur. Deeſſe autem verba inter Ἰβηρίας & μὴ διαβαίνειν, neque affirmare neque negare auſim: quia durum eſt quidem hoc genus loquendi, ſed quod ferri tamen poſſe videatur." H. STEPH. *ad edit.* 1.

L. 26. „ Obſerva quod hic ſcribit, καὶ τόδε ταῖς Ρωμαίων καὶ Καρχηδ. σπονδαῖς ἐνεγράφη. Ideo enim dicit pag. ſequente, [p. 231, 49.] ἐπενόει παρὰ τὰς σπονδὰς τὸν Ἴβηρα διαβῆναι. Ac quod habemus hic, *Carthaginienſibus fuiſſe terminum Iberiæ* (id eſt Hiſpaniæ) *non tranſire Iberum fluvium*, idem & in Hiſpanica hiſtoria legimus, pag. 258. [p. 108, 20.] ὅρον εἶναι Καρχηδ. &c. Idem habes & in Libyca hiſtoria, pag. quarta. [p. 311, l. 12 ſq.]" H. STEPHANUS, *ad edit.* 2.

L. 28. ἔν τινι μάχῃ. „ Quæ fuerit hæc pugna in qua Barcas occubuit, diſces ex principio pag. 258. [Hiſp. cap. 5.] Ea autem ipſa verba, quæ hic de Barca dicuntur, de Aſdrubale dicta fuerunt in fine ejuſdem paginæ, [Hiſp. c. 8. init.] Ἰβηρίαν τὴν ὑπὸ Καρχηδονίοις καθιεμένην." H. STEPHAN.

L. 29. Ασδρούβας. De varietate ſcripturæ in hoc nomine, vide notata ad Hiſp. p. 105, 73.

L. 30. „ Ut hic ἐκπέμπει τῷ Βάρκᾳ, ita aliquanto poſt, καὶ τῷ κηδευτῇ συνών. Sed & pag. 257. [p. 106, 80.] de ipſo Barca dicitur, καὶ τὸν κηδεστὴν (ita enim ibi legimus, non itidem κηδευτὴν) Ασδρούβαν ἔχων οἱ συνόντα, quum paulo ante dictum de ipſo Aſdrubale fuiſſet, ὁ τὴν αὖ τοῦ Βάρκα θυγατέρα ἔχων." H. STEPHANUS.

CAP. III. Lin. 32. „ Quomodo verum comperietur, quod hic dicit στρατηγὸς Ἰβήρων ὑπὸ τῆς στρατιᾶς ἀποδείκνυται? Ut omittam certe quæ hoc refutant plurima, repugnant ea

quæ parvo intervallo ſubjunguntur, de eodem Annibale, γίγνεται στρατηγὸς Καρχηδονίων ἐπὶ Ἰβήρᾳ. Quo magis miror interpretem lectionem illam, στρατηγὸς Ἰβήρων, ſequutum eſſe: vertit enim, *Hiſpanorum imperator ab exercitu appellatus eſt.* Sed quomodo emendanda illa fuerit? Particula κατὰ (ut opinor) interjecta: hoc modo, στρατηγὸς κατ' Ἰβήρων." H. STEPHANUS. Pag. 230.

L. 33. φιλοπόλεμος καὶ συνετὸς. „ Annibali hæc laus, fuiſſe illum φιλοπόλεμον, tribuitur itidem in Hiſp. hiſtoria, ſic & in alio hujus hiſtoriæ loco, videlicet p. 323. [250.] ubi poſtquam dictus eſt natura φιλοπόλεμος, additur, ideoque otii impatiens. Sed in hoc de quo agitur loco, additur & συνετός: quod videndum eſt an ad σύνεσιν bellicam cum interprete reſtringere debeamus." H. STEPHANUS.

L. 34. υἱὸς ὤν. „ Rectius legeretur ἦν." H. STEPHAN. *ad edit.* 1. „ Si hanc retineas lectionem, ὃ δὲ, Βάρκα μὲν υἱὸς ὤν, fateri cogeris, pendere ſententiam: at ſi ſcribas υἱὸς ἦν, id incommodum vitaveris. Sed fortaſſe δοκῶν fecit ut ἦν mutaretur in ὤν. Ad illud autem συνὼν quod attinet, minime in συνῆν id mutare itidem neceſſe eſt." IDEM, *ad edit.* 2. — συνῆν pro συνὼν legendum cenſuit MUSGRAV. Mihi, quemadmodum facilior, ſic & concinnior & omnino certior ratio medendi huic loco viſa eſt, ſi ὁ δὲ in ὃδε mutarem, idque cum præced. nomine Ἀννίβας jungerem. In quo præeuntem habui BERALDUM, qui in latina verſione pariter *Annibal hic* poſuit. Sic autem & Ἀννίβου τοῦδε dici ab Appiano videmus p. 229, 10. & hac pag. 230, 41. Scilicet idem eſt atque id quod mox lin. 38. dicit, Ἀννίβας περὶ οὗ τάδε συγγράφω.

L. 36. κηδεσθῆ hoc quoque loco reſtitui ex Vat. A. & Med. Cf. Hiſp. 207, 3.

L. 40. τοὺς φίλους τοὺς ἐκείνων διωκόντων. „ Eodem verbo διώκειν utitur ibi quoque, [Hiſp. 109, 38.] tanquam nullum magis proprium habens; ſed addit, ἐπὶ τοῖς ἐκείνων ἐγκλήμασιν. Intellige autem ἐκείνων de Barca & Aſdrubale. Non tantum vero φίλους dicit in altero loco, ſed addit etiam στασιώτας.

Pag. 229. & conjunctum cum ſeq. infin. μὴ χαλεπαίνειν. Nos, Beraldum interpretem (nam a Sec. Curione Liber hic latine non eſt converſus) ſecuti, in Græco contextu verba εἰ δύναιτο duabus minutis diſtinctionibus intercepimus, quum in ſuperioribus editt. nulla hic poſita diſtinctio fuiſſet. Non ſpernam Stephani rationem: ſed neutra harum rationum difficultate vi-detur carere.

Pag. 230. *L.* 25. ὅρος Ἰβηρίας, μὴ διαβαίνειν τὸν Ἴβηρα. „Hic locus ex iis, quæ ἐν Ἰβηρικῇ dicuntur, facile intelligitur. Deeſſe autem verba inter Ἰβηρίας & μὴ διαβαίνειν, neque affirmare neque negare auſim: quia durum eſt quidem hoc genus loquendi, ſed quod ferri tamen poſſe videatur." H. STEPH. *ad edit.* 1.

L. 26. „Obſerva quod hic ſcribit, καὶ τόδε ταῖς Ρωμαίων καὶ Καρχηδ. σπονδαῖς ἐνεγράφη. Ideo enim dicit pag. ſequente, [p. 231, 49.] ἐπενέγκαι παρὰ τὰς σπονδὰς τὸν Ἴβηρα διαβῆναι. Ac quod habemus hic, *Carthaginienſibus fuiſſe terminum Iberiæ* (id eſt Hiſpaniæ) *non tranſire Iberum fluvium*, idem & in Hiſpanica hiſtoria legimus, pag. 258. [p. 108, 20.] ὅρον εἶναι Καρχηδ. &c. Idem habes & in Libyca hiſtoria, pag. quarta. [p. 311, l. 12 ſq.]" H. STEPHANUS, *ad edit.* 2.

L. 28. ἔν τινι μάχῃ. „Quæ fuerit hæc pugna in qua Barcas occubuit, diſces ex principio pag. 258. [Hiſp. cap. 5.] Ea autem ipſa verba, quæ hic de Barca dicuntur, de Aſdrubale dicta fuerunt in fine ejuſdem paginæ, [Hiſp. c. 8. init.] Ἰβηρίαν τὴν ὑπὸ Καρχηδονίοις καθισταμένην." H. STEPHAN.

L. 29. Ασδρούβας. De varietate ſcripturæ in hoc nomine, vide notata ad Hiſp. p. 105, 73.

L. 30. „Ut hic ἐκπέμψει τῷ Βάρκᾳ, ita aliquanto poſt, καὶ τῷ κηδευτῇ συνών. Sed & pag. 257. [p. 106, 80] de ipſo Barca dicitur, καὶ τὸν κηδεστὴν (ita enim ibi legimus, non itidem κηδευτὴν) Ασδρούβαν ἔχων οἱ συνόντα, quum paulo ante dictum de ipſo Aſdrubale fuiſſet, ὁ τὴν αὖ τοῦ Βάρκα θυγατέρα ἔχων." H. STEPHANUS.

CAP. III. Lin. 32. „Quomodo verum comperietur, quod hic dicit στρατηγὸς Ἰβήρων ὑπὸ τῆς στρατιᾶς ἀποδειχνυται? Ut omittam certe quæ hoc refutant plurima, repugnant ea-

Pag. 221. tionem: de quibus lege annotationem primam in paginam 260." [p. 111, 69.] H. STEPHAN. Adde quæ ibidem ad eumdem locum nos adnotavimus.

L. 51. γράφων. „ In altero loco non tantum scripsisse illum dicit, sed addit, ἐν ἀπορρήτοις: quæ verba non videri mihi interpretem recte vertisse, ibi moneo." H. STEPHAN. — Vide ad p. 111, 72.

L. 53. „ Quod hic dicitur ἀφισλᾶσιν, exponendum esset ἀναπείθουσιν ἀφίσλασθαι, alterum illum sequendo locum." H. STEPHAN. *Ead.* ἔτυχε παρὰ Καρχ. &c. „ Sic in illo altero loco, ἕως ἡ βουλὴ προσέταξεν αὐτῷ πράσσειν ἐς Ζακανθαίους ὅ τι δοκιμάσειεν." IDEM.

L. 55. „ Hæc verba, ἐδῄδων διέφθειρε, videmus nostrum interpretem vertisse, *funditus delevit*: sed in Hispanica historia legimus, τοὺς μὲν ὑπολοίπους καὶ ἔτι ἐδῶντας αὐτῶν αἰκιζόμενοι διέφθειρεν." H. STEPHANUS, Cf. Adnot. ad Hisp. 163, 70.

Pag. 232. *CAP. IV. Lin.* 63. „ Observandum est hoc loquendi genus, τὰ Πυρηναῖα ὄρη διέβαινεν ἐς τὴν Κελτικήν. Cui simile est quod habemus in principio pag. quæ hanc præcedit, [p. 229, 18.] καὶ ἐπέρασε τὸν ποταμὸν ἐς Ἰβηρίαν. Tale est etiam illud pag. 291. [p. 179, 35 sq.] ἐς Γαδειρα διέπλευσε τὸν ποταμόν." H. STEPHANUS. Suidas v. ψαφαρόν: Απτιανός· Ανυβας ὁ στρατηγὸς Καρχηδονίων, διαβὰς τὰ Πυρηναῖα ὄρη, διέβη καὶ εἰς τὴν Κελτικὴν &c. usque καὶ ὁδοποιῶν lin. 74. paucis omissis quæ hic interjecta sunt.

Ead. & sq. Κελτικὴν τὴν νῦν λεγομένην Γαλατίαν. „ Meminisse hic velim lectorem eorum quæ annotavi in illa verba Κελτοὶ ὅσοι Γαλάται τε καὶ Γάλλοι νῦν προσαγορεύονται, quæ leguntur in principio historiæ Hispanicæ. Neque enim dubium est quin eodem hic restringere modo oporteat significationem τῆς Κελτικῆς, quo illic τῶν Κελτῶν. Dicit autem paulo post Γαλατῶν de Celtis, illis videlicet qui illam τῆς Κελτικῆς partem incolunt. Cæterum legimus etiam Ιταλίαν Γαλατικὴν, p. 318. [pag. 239. cap. 8. extr.] de Celtis (id est posteris Celtarum) qui primi Romam bello adorti incenderunt; sed & τοὺς ἐπὶ-

πεινα Κελτούς dicit pag. 316. [p. 234. cap. 6. init.]" H. STEPHANUS. Conf. ejuſdem Adnotat. ad Hiſp. 101, 3. *Pag.* 231.

L. 70. ἐπίβαινε. „Male interpres ἐπιβαίνειν cum προβαίνειν confundit." H. STEPHAN. *Progredi conſtituit*, dixerat Beraldus. *Ibid.* Verba ὑπὸ τόλμης ad ea quæ præcedunt referenda putavi. Fortaſſe autem & tollenda erat diſtinctio poſt κακοπαθῶν, ut hoc participium cum ſequentibus verbis paulo arctius cohæreret: *multum incommodi a copioſa nive & rigente gelu paſſus.*

L. 72. τὴν δὲ τίφραν σβεννὺς &c. Mendoſe Suidas, in Ψαφαρόν: τὴν δὲ φλόγα σβεννὺς ὕδατι καὶ ἕξει καὶ τὴν τίφραν τοῦδε ψαφαρὰν γενομένην &c. *L.* 73. Poſt γεγνομένην, delenda eſt diſtinctio, quæ ex Stephani editione perperam in noſtram irrepſit.

L. 74 *ſq.* „καὶ ὁδοποιῶν· ἣ καὶ νῦν ἐστὶν ἐπὶ τῶν ὁδῶν ἐν τριβῇ, (ſic edit. 1. ſed edit. 2. 3. ἐντριβῆς conjunctim) καὶ καλεῖται δίοδος Ἀππίου." „ἐντριβῆς. Aliquis primo aſpectu fortaſſe judicaverit legendum ἐντριβής, ut contra dicitur ἀτριβὴς ὁδὸς, *via non trita*, καὶ τετριμμένη. Ego vero ita recte legi poſſe ſcio: ſed quum alicubi me legere meminerim hanc phraſin, τῶν ὁδῶν ἡ μάλιστα ἐν τριβῇ; utro modo ſcripſerit Appianus, ἐντριβὴς? an ἐν τριβῇ? quærendum eſſe puto." H. STEPHANUS, *ad edit.* 1. „Aut ἐντριβὴς, mutato tantum accentu, aut ἐν τριβῇ, ſcribendum ſuſpicor." IDEM, *ad edit.* 2. — Totum locum hoc modo refingere juſſit MUSGRAVIUS: καὶ ὁδὸν ποιῶν, ἣ καὶ νῦν ἐστὶν ἐπὶ τῶν ἄρων ἐντριβὴς &c. — Schedæ noſtræ ex ſcriptis libris nihil ſubſidii adferunt. Lubens amplexus ſum ἄρων (vel potius ἀρῶν) quod dedit Muſgravius. Utrum ἐντριβὴς, an ἐν τριβῇ, ſcripſerit Appianus, nolim definire: ac de ἐντριβὴς quidem fateor, nullum mihi exemplum innotuiſſe, quo eadem notione vocabulum illud occurrat, licet ſatis uſitatum ſit oppoſitum ejus, ὁδὸς ἀτριβής. — Quod ὁδοποιῶν in ὁδὸν ποιῶν mutatum voluit doctus Britannus; id percommodum quidem eſſet, ſi ſequentia ſpectes, in quibus utique nomen ὁδὸς deſiderari videtur: ſed ob Suidæ cum libris noſtris conſenſum non auſus ſum in eo verbo quidquam novare. Ac videtur plane illud ὁδοποιῶν ad πέτραν *P.* 232 *ſq.*

P. 232 sq. referendum; ut, quemadmodum v. c. apud Lucianum (in Demon. c. 1.) legimus ὁδοποιῶν τὰ ἄβατα, & apud Noſtrum ὁδοποιεῖν τὸ πεμπραμένον, *per ruinas & incendia aperire viam*, Pun. 488. 52. & τὰ Ἄλπια ὄρη ὡδοποιημένα ὑπὸ Ἀννίβου, Annib. 293, 81. ſic τὴν πέτραν ὁδοποιῶν ſit *viam per rupes & ſaxa aperiens*. Niſi forte excidiſſe ſuſpiceris δίοδον, ut ſcripſerit καὶ ὁδοποιῶν δίοδον ἢ καὶ νῦν &c. quemadmodum Civ. IV. 663, 37 ſq. legimus ὁδοποιεῖν σλενὴν δίοδον. Quod ni placeat; erunt ſequentia poſt ὁδοποιῶν hoc fere aut ſimili quodam modo reſtituenda: ἢ (vel ἦ) καὶ νῦν ἐσλὶν ἐπὶ τῶν ὁρῶν ὁδὸς ἐντριβὴς &c. De re cf. Liv. XXI. 37. & Polyb. III. 55.

Pag. 233. *L.* 76 *ſq.* ἠπείγετο μὲν, ἔτι λανθάνων ὅτι καὶ πάρεσλιν εἰς τὴν Ἰταλίαν. „In noſtro exemplari cum aliâ multa erant menda, tum vero paſſim falſæ interpunctiones: ex quibus quamplurimas emendavi, in quibus videlicet apertiſſimus erat error: nonnullas, quæ a contentioſo aliquo defendi poſſe videbantur, mutare non ſum auſus. Quamquam hic nemo mihi perſuaſerit, πάρεσλιν jungendum eſſe cum εἰς τὴν Ἰταλίαν, non autem cum ἠπείγετο. Quomodo enim quis dicatur aliquo proficiſci & eo jam adveniſſe?" H. STEPHAN. *ad edit.* 1. — Beraldus verba illa hoc modo interpretatur: *quum nemo adhuc præſciſceret cum in Italiam adveniſſe.* Minus offenſionis fortaſſe noſtra eorumdem verborum interpretatio habere videbitur. Parum tamen abeſt, quin Stephano aſſentiar.

L. 78. τῆς ἐξ Ἡρῶν ἀναστάσεως. „Neſcio an ferri poſſit hoc verbum, an potius legendum ſit ἀναζεύξεως." H. STEPHANUS, *ad edit.* 1. Ut ἀναστῆσαι τὸν στρατὸν, & abſolute quoque ἀναστῆσαι, eſt *caſtra movere, diſcedere*; & ἀνίστασθαι, *migrare*: ſic ἀνάστασις utique eadem notione commode dicitur pro ἀνάζευξις, *profectio cum exercitu, diſceſſus, migratio.* Vide Thucyd. VII. 75. II. 14. Quam poteſtatem hujus vocis nollem a Stephano noſtro in Theſauro quoque Gr. Ling. præteritam.

Cap. V. Lin. 84 *ſq.* „Ita dictum Κελτοῖς τοῖς καλουμένοις Βριττοῖς, ut Κελτικὴ ἡ λεγομένη Γαλατία, cum alibi, tum pag. quæ proxime præcedit. [p. 232, 63.]" H. STEPHAN.

L. 86. Σκιπίων, Καρχ. ἐν Ἰβηρίᾳ πολεμῶν. Potius πολεμεῖν συμφθεὶς: nondum enim in Hiſpaniam pervenerat. *Pag.* 233.

L. 92. Μάλλιον. Sic efferri a Græcis ſolere nomen *Manlium*, vidimus ſupra ad p. 40, 37. Cf. p. 44, 89. *Pag.* 234.

CAP. VI. Lin. 4 *ſq.* παρὰ τοῖς ἐπέκεινα Κελτῶν. Beraldus, *apud Gallos tranſalpinos*. Et id certe ſonare videntur hæc verba, intelligendo ἐπέκεινα τῶν Ἀλπίων ὀρῶν: quemadmodum & apud Dionem lib. XXXVIII. c. 8. extr. tranſalpinam Galliam, quam plerumque aliàs τὴν ἐντὸς Ἄλπεων vel ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις Γαλατίαν Græci vocare ſolent, τὴν Γαλατίαν τὴν ἐπέκεινα τῶν ὀρῶν (ſic enim ibi utique, non ὄρων, legendum) adpellatam videmus. Quod autem παρὰ τοῖς ἐπέκεινα Κελτῶν, non Κελτεῖς, dicit Appianus; id, ſi modo germana lectio eſt, intelligendum videtur παρὰ τῶν Κελτῶν τοῖς ἐπέκεινα οὖσι, id eſt, παρὰ τούτοις τῶν Κέλτων, οἱ ἐπέκεινα εἰσὶ, vel οἱ ἐπέκεινα τῶν Ἀλπεων οἰκοῦσι. Verum hoc modo ſi accipias hanc phraſin; tamen non intelligi debebunt illi Galli, quos Romani vulgo *Tranſalpinos* vocabant: (poſtquam enim Padum jam cum victori exercitu ſuperaſſe Annibalem dixit Appianus, nihil adtinebat de opinione dicere, quam nunc de eo Galli concepperint Tranſalpini, quos dudum a tergo reliquerat:) ſed adverbium illud, *trans*, referendum erit ad viam qua Annibal venerat; intelligendique ii Galli erunt, qui venienti ex Hiſpania, & terreſtri itinere Italiam petenti, trans Alpes erant; nempe hi, qui *Ciſalpini* Romanis erant. Eamque rationem ſpectans equidem, in verſione lat. *apud Gallos Ciſalpinos* poſui. Quæ expoſitio ſi cui forte minus adridet, is videat, an genitivus Κελτῶν ab ἐπέκεινα potius pendere putandus ſit, ut οἱ ἐπέκεινα Κελτῶν ſint populi qui *ultra Galliam* habitant, i. e. Italiæ populi Gallorum finitimi, perculſi fama rerum ab Annibale geſtarum. Sic vero eadem particula *trans*, vel *ultra*, rurſus reſpectu Annibalis, non intuitu Romanorum, fuerit accipienda. Sed ex eis, quæ proxime poſt verba hæc, de quibus quærimus, ſequuntur, probabile factum eſt mihi, de *Ciſalpinis* quos dixi *Gallis* intellecta hæc voluiſſe Appianum.

Pag. 234. *L* 8 *ſq.* τὴν ἐσθῆτα --- συνεχῶς ἐσκευασμένους ἐπινοίαις. In poſtremis verbis utique nonnihil turbatum videtur: ſententia ſatis patet: & nota res ex Polyb. III. 78. & Liv. XXII. 1.

Pag. 235. *Cap. VII. Lin.* 21. Παράταξις - - τὰ κέρατα κατεῖχον. „Videri poſſunt deeſſe quædam poſt παράταξις δὲ ἦν, atque id ipſe quoque interpres ſuſpicatus *conſules* ſaltem de ſuo addidit: perinde acſi ſcriptum eſſet ὕπατοι ἑκάτεροι, aut ἑκάτεροι ὕπατοι. Sed cur non ἄμφω potius dixiſſet? Quod ſi ἑκατέρων retinentes, jungamus cum παράταξις, dcinde ſcribamus, οἱ ὕπατοι τὰ κέρατα κατεῖχον, &c. mirum erit ſequi tam parvo intervallo, quænam Annibalis quoque eſſet παράταξις. H. Stephan. *ad edit.* 2. „In exemplari ſcriptum erat κέρα: ego κέρατα repoſui. Sed & diſtinctio poſt κατεῖχον delenda fuit. Veruntamen ne tum quidem, quum eam expunxeris, ſuſpicione carebit hæc periodus." Idem, *ad edit.* 1. „Hiatus poſt ἑκατέρων." Musgrav. Polyb. III. 72. τοὺς πεζοὺς παρενέβαλε (Σεμπρώνιος) κατὰ τὰς εἰθισμένας παρ' αὐτοῖς τάξεις - - - τοὺς ἱππεῖς ἐφ' ἑκάτερον θεὶς τὸ κέρας. Liv. XXI. 55. *equites circumdedit peditibus.* — Ceterum quod in libris eſt κέρα, id, ſi Grammaticos audias nonnullos, teneri poterat. Sed uſitatior utique, proſaicis certe ſcriptoribus, altera forma κέρατα: quam & apud Noſtrum ſcripti omnes libri cum editis offerunt Annib. 255, 48. Pun. 351, 13. 355, 75 &c.

Pag. 236. *L.* 29. τετρυμένοι. Sic per ſimpl. μ pro duplici ſcribendum illud partic. monuerunt Weſſeling. ad Herodot. p. 165. l. 72. & p. 443. l. 50. & Erneſti in Lex. Polyb. In frequenti apud Appianum uſu hujus participii perpetuus pæne iſte error eſt, tam in ſcriptis libris quam in editis. Sæpe etiam, ut apud alios Scriptores, variant libri noſtri inter τετρυμμένος & τετριμμένος: ac fortaſſe ſimilitudo hujus poſterioris vocabuli cum priori, tam quoad ſonum, quam quoad ſententiam, cauſa fuit librariis illud quoque per μμ ſcribendi. Conf. Ind. noſtr. v. τρύχω. & τρύω. Supra, p. 92, 2. recte τετρυμένοι ediderat Urſinus.

L 36. φυγὴ reſtitui ex Vat. A. & Med. Et ad φυγεῖν jam monuerat H. Stephanus, *ad edit.* 1. „Reponendum puto φυγή: ut pag. 126. [242, 29.] Ρωμαίων δ' εὐθὺς ἦν φυγὴ

καὶ φόνος κεκινλωμένων." *L.* 40. καὶ οὕτε. Sic tres noſtri ſcripti libri. *Ead.* ὁ ποταμὸς ἐβύνη μέγας. Sic Thucyd. II. 5. ὁ Ασωπὸς ποταμὸς ἐβύνη μέγας. Et Noſter, Mithr. p. 754, 9. ὁ ποταμὸς τότε μάλιστα ἀρθεὶς μέγιστος, vel ἀρθεὶς μέγας ſecundum lect. cod. Aug. & Vat. *Pag.* 236.

L. 41. Σκιπίων δὲ &c. At Polybium ſi audias Liviumque, Scipio, ex vulnere in pugna equeſtri ad Ticinum accepto etiamnunc æger, non videtur huic ad Trebiam prælio interfuiſſe; ſed ſolus Tib. Sempronius exercitum duxerat. *Pag.* 237.

L. 43. & 47. ἐς Κρεμῶνα. ἐν Κρεμῶνι. „Scio & alibi [apud Xiphilin. in Othone, pag. 203. edit. H. Steph.] dativum Κρεμῶνι reperiri. [ſed ibi correxit Κρεμώνῃ Reimarus in edit. Dionis, lib. LXIV. c. 10.] Fortaſſe autem & accuſativum Κρεμῶνα alibi quis inveniat. Sed videndum ne ex errore ſint hæ ſcripturæ, & Κρεμώνῃ, non Κρεμῶνι, ſcribere oporteat. Fateor tamen me ἐπίχειν, præſertim quum ſciam Græcos quædam urbium Italiæ nomina declinatione alia quam Latinos efferre." H. STEPHANUS. Vide Cluverum in Ital. Antiq. lib. I. c. 26. p. 253.

CAP. VIII. Lin. 51. Τρισκαίδεκα dedit Med. τρικαίδεκα Vat. B.

L. 63. Απενίνων. Sic recte Civ. I. p. 166, 10. conſentientibus libris editum erat. Cf. Cluv. Ital. Antiq. p. 28 ſq. *Pag.* 238.

L. 66. ἐπὶ δεξιά. Sic ſcribendum fuit, quemadmodum paulo poſt ἐπὶ θάτερα (intell. μέρη) recte ſcriptum erat, non ἐπὶ θατέρα. Cf. adnot. ad Præf. p. 3, 37.

L. 68. ὅτι καὶ Τυῤῥηνία νῦν Ιταλία. Beraldus: *nam & Hetruria Italia eſt.* Ad verbum dicere debuerat: *nam & Etruria nunc Italia eſt.* Si ab Appiano ſunt hæc verba, vix aliter intelligi poterunt, niſi ut Græcos, quorum in uſum Romanas hafce Hiſtorias edidit, monitos velit Scriptor noſter, ut, quum antiquioribus temporibus Græci eam tantum regionem ſupra fretum Siculum, quæ prius Oenotria dicta fuerat (qui Brutiorum poſtea fines erant) *Italiæ* nomine deſignaſſent, (vide Strab. lib. V. init. & lib. VI. pag. 254 ſq. & p. 265. C. alioſque auctores a Cluvero Ital. Ant. p. 1323 ſqq. citatos) reliquam autem omnem occidentalem Italiæ oram

Pag. 238. *Tyrrheniam* nominare consuevissent; (Dionys. Halic. I. 25. p. 20. edit. Sylb.) cogitent nunc Græci lectores, a Romanis totam illam regionem, quæ inter Tyrrhenum mare & Apenninum montem inde a freto Siculo usque ad Galliam excurrit, *Italiam* adpellari.

L. 69. „ ἀμφὶ τὸν Ἰόνιον ἀκτήν. Fortasse legendum, τὸν ἀμφὶ τὸν Ἰόνιον ἀκτήν. Neque enim existimandum est, Ἰόνιον jungi cum ἀκτήν; (quod si ita esset, tamen τὸν, non τὸν, esset scribendum;) sed Ἰόνιον dici, subaudito nomine κόλπον, ut modo dixerat ἐς τὸν Ἰόνιον φθάνοντα, & statim post dicit παρὰ τὸν Ἰόνιον οἰκῆσαι." H. STEPHAN. *ad edit.* 1. ἀμφὶ τὸν Ἰόνιον ἀκτὴν dedit Med. recte: & sic in edit. 2. tacite correxit Stephanus.

Pag. 239. *L.* 75. Ἰταλίαν Γαλατικήν, *Italiam Gallicam.* Apud unum Appianum nomen hoc memoriæ proditum legitur. Cf. Cluv. It. Ant. p. 218.

CAP. IX. Lin. 77 *sq.* τοὺς ἄλλους λαθών. Quosnam alios? Malim τοὺς πολεμίους λαθών.

L. 79 *sqq.* εἰ δὲ - - - ἐσῆραττευον - - ὀκτακισχιλίους, καὶ Κεντήνιον αὐτοῖς, τινὰ τῶν ἐπιφανῶν ἰδιωτῶν, ἐπέστησαν. — „ Fortasse scripsit Appianus, τινὰ τῶν ἐπιφανῶν, ἰδιώτην: vel, ἀλλ' ἰδιώτην. Sed debuit interpres, meo quidem judicio, dicere, *quia deerat magistratus*, non interjecta voce *alius*. Cæterum ut hic τοὺς ἐπιφανεῖς opponit τοῖς ἰδιώταις, ita in Hisp. historia, pag. 299. [196, 21 sq.] τοὺς ἐπιφανεῖς & τοὺς ἐκ τοῦ πλήθους." H. STEPHAN. Duas personas, duasque res diversis temporibus gestas, confudisse Appianus videri potest. Certe hunc *C. Centenium*, qui, paulo post Flaminii Consulis cladem ad Trasimenum lacum acceptam, aliam cladem perpessus est, (quam mox c. 11. expositam legimus) non *Roma* cum *octies mille recens conscriptis militibus* missum, sed *ab Servilio*, altero Consule, qui trans Apenninos tum versabatur ad opem Flaminio collegæ ferendam cum *quater mille equitibus* fuisse præmissum, Polybius scribit III. 87. & Liv. XXII. 8. Eumdemque *C. Centenium* non *privatum* hominem, sed *propretorem* vocat Livius ibid. *prætorem*

vel *proprætorem* Cornel. Nepos XXIII. 4. στρατηγὸν Zonaras VIII. 25. Ab hoc autem, quem eadem clade occisum diserte Nepos & Zonaras scribunt, diversus est *M. Centenius*; quem quinto post anno, quum non nisi *centurio* esset (*insignis* quidem, ut Livius ait, *inter primi pili centuriones & magnitudine corporis & animo*) *Roma* cum *raptim collectis octies mille militibus* adversus Annibalem missum, simili clade periisse, ex Livio discimus XXV. 19. & ex Oros. IV. 16. Pag. 239.

L. 84. ἐς Ὀμβρικοὺς ἐς τὴν Πλεστίνην λίμνην. De hoc Appiani loco, collato cum cap. 11. p. 241. ubi *clades Centenii ad Plestinum lacum accepta* exponitur, fuse egit CLUVERUS in Ital. Ant. pag. 586-588. ubi, postquam pro certo atque concesso sumsit nullum alium hic *lacum* nisi *Trasimenum* posse intelligi, erroris arguit Appianum, quod Trasimenum lacum in *Umbria*, ubi nullus est, posuerit; tum vero, rationem aliquam nominis ab Appiano usurpati redditurus, corruptum a librariis nomen esse contendit, pro quo Περουσίνην λίμνην scripsisse Appianus putandus sit; eo enim nomine Trasimenum lacum a vicina urbe *Perusia* designari potuisse. Cluvero adstipulatur JAC. PALMERIUS. „Phil. Cluverius, inquit, vir in Italiæ geographia exercitatissimus, jure miratur, quare Appianus solus hunc lacum Πλεστίνην vocaverit, & credit legendum esse Περουσίνην." Sed contra Cluverum nuper peculiari Dissertatione (cui titulus: *De' Plestini Umbri, del loro Lago, & della Battaglia appresso di questo seguita tra i Romani e i Cartaginesi*, Fulginii 1781.) disputans vir doctus JOH. MENGOZZI, idoneis ut mihi videtur argumentis docuit „fuisse olim *in Umbria* (in qua Centenium ab Annibale fuisse circumventum, diserte Livius etiam scribit XXII. 8.) oppidum non ignobile *Plestiam* nomine, cujus cives *Pelestini* (corrupto fortasse paulisper nomine) apud Plinium lib. III. c. 14. sect 19. inter Umbriæ civitates nominantur, & prope oppidum fuisse lacum, quem recte *Plestinum lacum* dixisse intelligendus sit Appianus." Pag. 249.

L. 89 *sq.* „καὶ ἐς τὴν ἀπὸ δοξοκομπίας ἠρημένος. Crediderim legendum ἐς τὴν ἀρχήν. Confer hunc locum cum alio qui est

Pag. 240. pag. 130. [249, 57.]" H. STEPHAN. *ad edit.* 1. „Ubi habes καὶ ἐς τὴν, non sequente nomine quod cum hoc articulo jungatur, scribo, καὶ ἐς τὴν στρατηγίαν. Nam deesse talem quampiam vocem manifestum est: vix autem aptior reperiri ulla potest, & quidem ipsi etiam Appiano usitatior, ea utenti & pag. quæ hanc proxime præcedit; [238, 60.] ubi scribit, τὴν στρατηγίαν ἐκδέχεται παρὰ τοῦ Σκιπίωνος. Sed quum tamen apud SUIDAM in vocabulo δεξιοκοπία, postquam exposuit κενοδοξία, sequatur Appiani nomen, & huic verba subjungantur: ὁ δὲ Φλαμίνιος τὴν ἀρχὴν ἀπὸ δεξιοκοπίας ἡρημένος ἠπείγετο Αννίβᾳ συμπλακῆναι: tutius esse dico, accusativum hunc illi articulo τὴν (qui alioqui hic nullum habet) dare: præfixa tamen præpositione ἐς; neque enim dubium est quin librarii errore apud Suidam prætermissa sit. Apud Suidam autem eodem loco scriptum esse vides δεξιοκοπίας: sed nec ista scriptura δεξιοκομπίας displicere debet, ut ostendam in pag. 323. [249, 57.]" *Idem* STEPHANUS, *ad edit.* 2. δεξιοκοπίας, præter Suidam, dedit etiam cod. Med.

CAP. X. Lin. 93. λίμνην προὐβάλλετο *vel* προὐβάλετο, *lacum* intellige *Trasimenum*. *L.* 96. τὴν στρατὸν. Sic recte tres nostri codices.

L. 98. αὐτοὺς . . ὄντας. „Inter αὐτοὺς & ὄντας deesse suspicor μελανοὺς. Ut pag. 317. [236, 29 sq.] καίπερ ὑπὸ τοῦ πρώους καὶ τοῦ ποταμοῦ καὶ τῆς ἀγρυπνίας τετρυμμένοι καὶ μελανεῖς ὄντες. Ac vel ex hoc loco suspicari etiam possit quispiam, desiderari hic participium τετρυμμένους: & alius fortasse, deesse κεκμηκότας, qui legerit, pag. 343. [293, 95 sq.] κεκμηκότας ὑπὸ ἀγρυπνίας καὶ πόνου. Sed quoniam habemus hic ὄντας, potius mihi persuaserim scriptum & hic fuisse μελανοὺς ὄντας." H. STEPHANUS. „Illud αὐτοὺς ὄντας procul dubio morbosum est, forte & mutilum. Forte scripserat auctor πάμνοντας, vel, ut propius accedamus ad editam lectionem, ἰκλύοντας ὄντας, vel aliud quid ejusdem significatus, quod excogitabit eruditus lector." JAC. PALMERIUS. ὄντας illud potest extortas, extremis literis vocabuli κεκμηκότας, natum videri. Rursus κεκμηκότας in simili contextu habes Pun. 350, 97.

L. 11.

L. 11. θηρεύων τῇ φιλανθρωπίᾳ τὰς πόλεις. Cogitare possis θεραπεύων: sed nobilitata amicorum θήρα vel ex Socratis sermonibus apud Xenoph. in Memorab. II. 6. Et verbo θεραπεύω paucis lineis interjectis utitur Appianus, ut eo minus h. l. desideretur. *L.* 13. Κελτοῖς ἀποδόμενος. Malim ἀποδεὺς vel διαδούς. Nam ἀποδίδοσθαι *vendere* est, quæ notio cum his, quæ continuo adjiciuntur, minus bene convenire videtur. Pag. 241.

L. 14. „ἵνα καὶ τοὺς θεραπεύσειε. Suspectum mihi esset τοὺς pro τούτους, nisi hujusmodi alia apud hunc authorem reperissem. Nec longe abeundum est, quum in hac ipsa pag. [p. 242, 25.] τῶν pro τούτων itidem dictum sit." H. STEPHANUS, *ad edit.* I. Locum, ad quem provocavit Stephanus, librariorum culpa mendosum esse, mox videbimus. Hoc loco non dubito, ex τούσδε ultimam syllabam a prima sequentis verbi θεραπεύσειε fuisse absorptam. ἵνα καὶ αὐτοὺς repositum voluit MUSGRAV.

CAP. XI. Lin. 19. λίμνην . . τὴν Πλειστίνην. Vide ad p. 239, 84.

L. 25. „καὶ Μαάρβαλ μετὰ τῶν. Si quis interpretationem [Beraldi] sequi velit, leget, μετὰ τῶν ψιλῶν: in ea enim legitur, *cum levi armatura.* Sed quomodo legi potest μετὰ τῶν ψιλῶν, quum τοὺς ψιλοὺς præcedere videamus? Verum interpres ille totum hunc locum perinde vertit acsi scriptum esset, δι' αὐτῶν ὅμως ἐπεμπε νύκλῳ Μαάρβαλ (nisi potius scribendum τὸν Μαάρβαλ) τὸ ὄρος περιϊέναι μετὰ τῶν ψιλῶν. Sed potius crediderim post μετὰ τῶν deesse alium quempiam genitivum: & multos mihi assensuros, si dixerim eum esse τῶν ὁπλιτῶν. Nam ψιλῶν & ὁπλιτῶν mentionem sæpe simul fieri, satis notum est: quamvis habita significationis ratione unum alteri opponatur. Verum apud hunc scriptorem videmus etiam ψιλοὺς & ἱππεῖς conjungi, cum alibi, tum pagina 326. ea autem quæ hanc sequitur, ἱππεῖς & πεζούς." H. STEPHAN. Præclare viderat BERALDUS, illa μετὰ τῶν ex μετ' αὐτῶν corrupta esse, quod & MUSGRAVIUS monuit. Veram scripturam, omisso tamen apostropho cum spiritu, μεταυτῶν, dedit Med. Pag. 242.

Ead. l. 25 *Sq.* τεκμηράμενος δ' ὅτι δύναιντο. „Pro particula ὅτι, quæ est ante δύναιντο, minime dubium esse potest quin

scribendum sit ὅτι." H. STEPHANUS. Consentit MUSGRAVIUS. Nec equidem improbo: sed ferri vulgatam lectionem posse arbitror. Pag. 242.

CAP. XII. Lin. 40. ἀντιταξαμιὼν αὐτῷ &c. Beraldus: *Annibali sese opponens.* Potius, *e regione* vel *a latere eum secutus, Ariminum descendit.* ἀντιπάρειμι idem quod ἀντιπαρέρχομαι Annib. 278, 28. Pun. 454, 74. & ἀντιπαραπορεύομαι apud Polyb. V. 7. nec fere differt a παρακολουθῶ, lin. 46.

Pag. 243. *L.* 43. ἀπιθαρρύνειν. Infra, p. 261, 54. παραθαρρύνειν dicit.

L. 47. προκαλουμένου Vat. A. Med. Et corrigendam mendam monuit *Musgrav.* Sic paulo inferius recte editum erat προκαλούμενος. *Lin. eod.* πολιορκεῖν δ' οὐδένα εἶα. „In exemplari erat πομορκεῖν." H. STEPH. *ad edit.* 1. Animum alibi habueram occupatum, quum in Notis contextui subjectis scripsi ad h. l. „*an ad* οὐδένα *excidit* πόλιν? Igitur οὐδαμίαν πόλιν malim. Οὐδένα certe, sive masculinum sing. intelligas, sive plurale neutrius generis, incommodum utique videtur.

L. 50. ἐξέτασσε Vat. A. Med. recte: quod & reponere jussit MUSGRAV. Sæpiuscule præt. imperf. verbi ἐκλάσσω cum indef. primo verbi ἐξετάζω perperam permutatur a librariis. — „Esset ἐξήτασε ab ἐξετάζω, quod nullo modo huic loco convenit. Lege igitur ἐξέτασσε ab ἐκλάσσω, quo cum alibi utitur, tum in extr. pag. 122. [234, 95.] αὐτὸν δὲ τὸν στρατὸν παρελαβὼν, ἐς μάχην ἐξέτασσεν πρὸς Αννίβαν. Hoc mendum debueram in ipso contextu correxisse." H. STEPH. *ad edit.* 1. Nec tamen correxit in edit. 2. & ne verbulo quidem ibi monuit lectorem de corrigenda vitiosa lectione. Mox pro προκαλουμ. nunc προὐκαλούμενος dant Vat. A. & Med. *L.* 55. συνεπλάκη τινὰ μάχην. In tribus nostris codicibus est συνεπλέκη. Sic p. 240, 90 sq. συμπλεκῆναι Med.

Pag. 244. *CAP. XIII. Lin.* 62. ἐσθρατοπέδευον. ἐσθρατοπέδον dabant Vat. A. & Med. *Eod. lin.* ἑκάτερος εἴχοντο. „Primo quidem aspectu videri possit εἴχοντο mutandum in εἶχεν: nihil tamen necesse est, sed intelligendum, τῆς γνώμης εἴχοντο, ἑκάτερος τῆς ἑαυτοῦ. subintel. εἶχεν. Recte autem vertit interpres; *in sua opinione hærentes*; quum alioqui posset sic etiam reddere,

suam opinionem retinentes. Sic autem & pag. 322. [247, 25.] τῆς αὐτῆς γνώμης ἐχόμενος." H. STEPHANUS. *L.* 63. ἐκτρύχειν Αννίβαν. „Sic in fine p. 323. [250, 72.] ὑπομένειν ἐκτρύχοντας Αννίβαν." H. STEPH. Pag. 244.

L. 73. „ἡγουμένῳ πρὸς ἄνδρα τεχνίτην. οὐ δὴ &c. Si non mendose legitur participium ἡγουμένῳ, puto ante aut post illud deesse vocem aliquam." H. STEPHANUS, *ad edit.* 1. — „Post Φαβίῳ locus mutilus." MUSGRAV. Post subsidium huic loco ex codd. Vat. A. & Med. adscitum, nihil amplius desideratur. In eamdem fere sententiam Scipio (Hisp. 208, 28 sq.) dixerat, στρατηγὸν ἀμελῆ, τὸν ἀγωνιζόμενον πρὸ τῆς χρείας· ἀγαθὸν δὲ, τὸν ἐν μέναις παρακινδυνεύοντα ταῖς ἀνάγκαις.

L. 75 *sq.* „ἐς μάχας ἢ μᾶλλον τόλμῃ τέχνῃ χρῆσθαι. Rectius disjunctiva particula ante τέχνῃ ponetur. Videtur tamen aliquid præterea ad hujus loci emendationem desiderari." H. STEPHANUS, *ad edit.* 1. In edit. 2. tacite locum hunc correxit Stephanus. Malim τόλμῃ μᾶλλον ἢ τέχνῃ. Alibi θυμὸν καὶ ῥώμην in bello opponi τῇ ἐπιστήμῃ legimus. Vide supra, Hist. Gall. p. 75, 61. & ibi not. Pag. 245.

CAP. XIV. Lin. 81. διόδου πλησιαζούσης. „Malim πλησίας οὔσης. Nam πλησιάζειν dicitur, qui appropinquat & propius accedit, ut & pag. 125. [239, 79.] οἱ δὲ, πλησιάζοντος αὐτοῦ, πάνυ ἔδεισαν. At quicquid in propinquo stat immobile, illud πλησιάζειν nescio quisnam dixerit. Proclivis autem fuit lapsus ex πλησιαζούσης in πλησίας οὔσης. Fieri tamen possit, ut hanc ἀκυρολογίαν quispiam exemplo aliquo defendat." H. STEPH. *ad edit.* 1. Ni placuisset πλησιαζούσης, dicturus fuerat (opinor) πλησίον οὔσης, non πλησίας οὔσης.

L. 83. τοῖς λοιποῖς αὐτὸς. Sic recte Med. & Vat. B. Atque ita corrigendum viderat MUSGRAV. quum τ. λ. αὐτοῖς legeretur in Editis, nescio an & in Vat. A. *L.* 88. οὐδ' ἤλπιζε.. βιάσεσθαι. Si tenere Aoristum βιάσασθαι velis, erit in modo potentiali intelligendus qui particulam ἂν aliâs adjunctam solet habere: hac sententia, *fore ut perrumpere posset* (scil. *si periculum fecisset.*) Conf. Syr. 592, 50 sq. Annib. 275, 94. *L.* 91 *sq.* Omnino legendum puto βοῦς δὲ λαβὼν Pag. 246.

Pag. ... Scribendum puto, καὶ
... quemadmodum dederunt

... anum scripsisse crediderim,
... interpres videtur credidisse.
... mitti ἅμα." H. STEPHAN.
... ertim scriptoribus familiaris
... e qua vel Lambertus Bos con-
... ud Thucydidem legimus, ἀπε-
... ρατῷ, & πορευόμενος ὁπλίταις pro
... τοῖς ταχυτάτοις dixit pro σὺν τοῖς
... p. 282, 6. p. 270, 8 sq. &c.
... Med.
... exempl. legitur ἃ δὲ ὧς: quæ tres vo-
... erunt, quum nullo modo congruere
... em, nec tamen errorem prima fronte
... autem reperi etiam quæ meam in
... coniecturam confirmarent. Sed quis
... facere velit." H. STEPH. *ad edit.* 1.
... Ab aliis aliter scribitur ejus urbis no-
... III. [c. 100. & ex eo Steph. Byz.] Γε-
... lib. XXII. [18. & 23.] *Gerionem*:
... *Geronum*; ubi credo legendum *Ge-*
... Livium *Geronium* vel *Geroniam* scripsisse;
... aliquid de Geryone & Hercule audive-
... quæ in mente natabat, expressit." JAC.
... Terminationem fœminini gen. Γεωνίαν,
... codd. Γερυνίαν, ex Quadrato citavit Steph.
... locum hunc præteriit Cluverus, ubi
... urbis commemoravit, It. Ant. p. 1213.
... 27. Αὔθιδον. „Ὄθιδον. In exemplari
... pro ὀ, & ο pro αυ. Primam syllabam
... emam: [postremam mutavit, non primam:]
... num discrepent plerumque historici Græci a
... non hominum modo, sed etiam regionum,
... num nominibus: de qua re alibi dicam quod

sentio. Quod autem ad hoc fluvii nomen attinet, apud Strabonem legitur uno in loco Αὐφίδιον in accusativo; ubi rursus aliud mendum, διεν pro δεν. Nam & Henr. Scrimgerus Scotus ex vetustis exemplaribus reposuit Αὔφιδον." H. STEPHANUS, *ad edit.* 1. Ὄφιδον, quemadmodum Stephanus edidit, est in Vat. A. & Med. quod indicasse satis est; dubitare, quin corrigerem, non debui. *L.* 29. Ατίλιος. M. Atilius Regulus, subfectus Flaminio: Liv. XXII. 25. *Pag.* 248.

L. 38. ὑπεκρίνοντο videri potest ex ἀπεκρίναντο corruptum aut pro eo positum. conf. ad pag. 77, 2. *L.* 42. Ανδρούβᾳ τῷ ἀδελφῷ. Is tamen sero demum, post decimum tandem annum, in Italiam transiit: vid. infra, cap. 52. *Pag.* 249. *L.* 45. ἵνα δηῶτο. „In exemplari διῶτο. Notum est & ex aliis historicis quid sit δηοῦσθαι χώραν." H. STEPH. *ad edit.* 1.

CAP. XVII. Lin. 54. ὑπάτους τε αἱροῦνται &c. Laudat hunc locum Suidas in Δημοκοπία & Δεξοκομπία.

Ead. ἐκ μὲν δόξης πολεμικῆς. „Mirum videri cuipiam possit; laudari hic istam electionem quæ fiat ἐκ δόξης πολεμικῆς, quum in Hispanica historia, pag. 300. [199, 71.] reprehendat quod ὡς ἐπὶ δόξαν ἐξήεσαν τινὲς ἐς τὰς στρατηγίας: verum hic non (ut illic) de gloria quam sibi bello pepererant, sed de ambitiosa gloriæ cupiditate loquitur." H. STEPHANUS.

L. 56. δημοκοπίας. „Hic quidem habemus αἱροῦνται ἐκ δημοκοπίας, sed pag. 319. in principio, [240, 90.] ἀπὸ δοξοκομπίας γεγενημένος. Ac pro ea quidem lectione quæ se hic nostris oculis offert, facit quod legitur initio pag. sq. [250, 75.] Τεσσαρεσκαιδεκάτου δ' εἶα δημοκόπου. Vicissim vero pro altera facere videri potest hoc quod occurrit in eo de quo agitur loco, παλαὶ αὐτοῖς ἐκ τῆς συνήθους δοξοκοπίας (nam ita ibi scriptum est, non δοξοκομπίας) ὑπισχνούμενον; paulo post illa verba, ἐκ δὲ δημοκοπίας. Ego & loco illi paginæ 319. scripturam suam & huic quoque suam servandam esse existimo: quum possit idem & δημοκόπος esse & δοξόκοπος, sive δοξόκομπος: de quibus vocabulis vide annotationem quæ huic proxime subjuncta est." H. STEPHANUS.

Pag. 249. *L.* 57. ἐκ τῆς συνήθους δοξοκοπίας. „Non dubito quin & δοξοκομπίας hic legi possit, quod exstat in principio illius paginæ 319. [240, 90.] ac fateor certe, non apud hunc tantum scriptorem sed apud alios etiam utrunque legi, & interdum in uno eodemque loco, dissentientibus exemplaribus. Quamvis autem nomen δοξοκοπία sæpius occurrat, magis tamen quam alterum mihi suspectum est. Alioqui certe δοξοκοπία factum dicetur ad exemplum τοῦ δημοκοπία; (nam hoc prius esse illo, vel hinc verisimile est, quod tam sit frequens quam illud rarum:) sicut δοξοκομπία factum esse apparet ad exemplum quorundam aliorum compositorum quæ partim ex alio nomine, partim ex κόμπος orta sunt. Cæterum Suidas locum hunc subjungit ei qui exstat initio pag. 319. utrobique δοξοκοπίας legens: & ibi quidem autoris nomen præfigens, at hic nequaquam." H. STEPHANUS.

Pag. 250. *L.* 60. „Male interpres ἀργίᾳ, quod de terra dicitur, genitivo τῆς γῆς cum dativo illo cohærente, (sicut pag. 299. [p. 197, 29 sq.] legimus, καὶ γῆς ἀργίᾳ καὶ τροφῶν ἀπορίᾳ) de ipsis dici hominibus putavit: ut certe paulo post [Annibal] ἀργίαν ferre non posse dicitur. [Nempe h. l. Beraldus sic posuerat: *neve regionem per ignaviam uri paterentur.*] Accipio autem δηουμένης ita, ut si dictum esset, ἅτε δηουμένης. Ac ne hoc quidem mihi placet, quod interpres istud participium de regione quæ *ureretur* potius, quam simpliciter de ea quæ *vastaretur*, accipit: præsertim quum potius dativum πυρὶ verbo δηοῦσθαι addi videamus, quum de ea quæ uritur intelligendum est. Itidem tamen paulo ante δηῶτο reddit *ureretur*." H. STEPHANUS.

Cap. XVIII. Lin. 75. „Quod hic dicit οἷα δημοκόπου, convenit cum eo quod pag. præc. [249, 57.] dictum fuit, hunc Terentium Varronem fuisse electum imperatorem ἐκ δημοκοπίας: & populum, quum abeuntem illum deduceret, ad hoc eum hortatum esse." H. STEPHANUS.

Pag. 251. *L.* 76. κρῖναι τὸν μάχην. „Pag. præc. [249, 58.] κρῖναι τὸν πόλεμον μάχῃ dixit, quod hic brevius, sed minus proprie, κρῖναι τὴν μάχην dicit. Quomodo enim quis dicatur κρῖναι τὸν

μάχην quæ nondum incepta eſt? At τὸν πόλεμον κρίνειν διὰ μάχης a Diodoro dicitur, ſicut hic antea dixit τὸν πόλεμον κρῖναι μάχῃ. Pag. 251. Polybius dixit etiam κρίνειν τὰ ὅπλα, nec non κρίνεσθαι περὶ τῶν ὅπλων." H. STEPHANUS.

L. 80. χορτολογοῦσιν. „ In exempl. legitur σιορτολογοῦσιν. Hoc nihil ſignificat: illud loco convenientem ſignificationem habet, & alibi non raro uſurpatur." H. STEPH. *ad edit.* 1.

CAP. XIX. Lin. 4. „ συμφέροντα μάτην. Legendum puto μαθεῖν. Si μάτην retineas, dices eſſe trajectum, & cum εἶναι conjunges: ut ſit, εἶναι μάτην. Sed hoc non placet." H. STEPH. *ad edit.* 1. Pag. 252. Levi interpoſita diſtinctione ante μάτην, neminem amplius, puto, trajectio iſta offendet.

Ibid. Rectius deleretur diſtinctio poſt Σερουΐλιον. *L.* 5. εἶξε MUSGRAVIUS etiam juſſit reponere. *L.* 14. ἐπὶ δεξιά. Pag. 253. Vid. ad p. 3, 37. & ad p. 238, 66. αὐτὸν. Vide ad p. 47, 36. & p. 63, 83. p. 257, 77. &c.

CAP. XX. Lin. 18. „ Ut hic εὗρον ζοφώδη, ſic in fine pag. ſeq. [256, 70 ſq.] καὶ τὸ πνεῦμα κατίδωσιν πολὺ καὶ ζοφῶδες." H. STEPHAN. *L.* 29. „ Μακρῶν. Fortaſſe Μάκρωνα potius ſcribendum eſt: niſi vera ſcriptura eſt Μάγωνα, quam interpres ſequutus eſt." IDEM. Pag. 254. Aliter quidem diſtributos per tres aciei partes præfectos tradunt Polybius III. 115. & Livius XXII. 46.: ſed uterque *Magonem*, fratrem Annibalis in præfectorum numero nominant. Idem *Mago*, frater Annibalis, deinde poſt pugnam Cannenſem a fratre Carthaginem ablegatus eſt, ut res geſtas ſenatui Carthaginienſi exponeret; (Liv. XXIII. 11 ſq.) & paulo poſt, A. U. 539. a Carthaginienſibus in Hiſpaniam cum claſſe & copiis miſſus; (Liv. XXIII. 32. Appian. Hiſp. c. 16.) ubi una cum aliis Pœnorum ducibus per decem annos bellum adverſus Romanos, & adverſus Hiſpanos, qui ad Romanos defecerant, varia fortuna adminiſtravit: (vid. Hiſp. cap. 24 ſeqq. & Notata ad p. 129, 80.) donec tandem, perditis ibi ac deſperatis rebus omnibus, cum claſſe ex Hiſpania ſolvit, & in Liguriam Galliamque abiit; ubi, per aliquot annos moratus, mercenarios milites in uſus belli adverſus Romanos conduxit. Liv. XXVIII. 36. 46. Ap.

pian. Hiſp. cap. 37. extr. p. 145. Annib. c. 54. p. 295. Pun.
Pag. 254. c. 9. p. 314. & c. 23. p. 330. (ubi vitioſe Ἄννων vocatur,) tum cap. 31. & 32. p. 341. &c. Ad extremum prælio a Romanis victus, ex vulnere mortuus eſt: Liv. XXX. 18 ſq.

L. 33. ἰφεδρεύειν. Sic ἐπικουρεῖν p. 253, 15. De re conf. pag. 255, l. 53 ſq. *L.* 34. ἐς δευτέραν παρέτεινεν ὥραν. „Ita correxi hunc locum, quum in exemplari eſſet ἐς δευτέραν παρεῖσιν ἐν ὥραν." H. STEPH. *ad edit.* 1. Emendationem Stephani confirmant libri noſtri, e quibus nullam varietatem ad h. l. adnotatam video.

Pag. 255. *CAP. XXI. Lin.* 54. „ἐπῆγον, ἀπλέτῳ καὶ βαρβαρικῷ. Deeſt hic ſubſtantivum." H. STEPH. *ad edit.* 1. „Poſt βαρβαρικῷ deeſſe κραυγῇ., aut βοῇ, venire & aliis in mentem poteſt. At interpres, *barbarico ululatu* dicens, videtur βαρβαρικῇ ὀλολυγῇ legiſſe. Vereor tamen ne ululatus huic loco magis quam ὀλολυγὴ convenire dici poſſit, quoniam ὀλολυγὴν de alto quidem clamore uſurpari conſtat, ſed tali potius qualis eſſe ſolet ejulantium: at voci ululatus nequaquam hoc peculiare eſt. Unde legimus apud Livium, *Mox ululatus cantuſque diſſonos, vagantibus circa mœnia turmatim barbaris, audiebant.* Ubi obſerva barbarorum eſſe ululatus, ſicut βαρβαρικὴν ὀλολυγὴν Beraldus ſcriptum eſſe credidit. Apud Cæſarem vero legimus, *clamore & ululatu ſuorum animos confirmabant.* Quinetiam victorum eſt ululatus apud eum: *Tum vero ſuo more victoriam conclamant, atque ululatum tollunt.* Hoc autem magis ἀλαλαγμῷ convenit: ut & in fine hujus pag. habemus ἀλαλάξασι." H. STEPHAN. *ad edit.* 2. — Hiſp. 181, 77 ſq. μετά τε κραυγῆς καὶ θορύβου βαρβαρικοῦ.

CAP. XXII. Lin. 58. ἐπῆρε. „Ita correxi pro ἐπῆ, quod
Pag. 256. erat in exemplari." H. STEPH. *ad edit.* 1. *L.* 60 *ſq.* „Non abs re hic ſcriptum eſt, τὰ ξίφη τὰ φανερὰ ὤρεγον, non τὰ ξίφη φανερὰ ὤρεγον. Ac debuit interpres, ut vim articuli exprimeret, dicere, *& manifeſtos illos gladios tradebant*, ſive *porrigebant:* illos, inquam, manifeſtos gladios: ut diſtinguantur ab iis quos pag. præc. dixit ab illis occultos geſtari." H.

STEPHAN. *L.* 63. „Non absimile vero est, scriptum fuisse, ἐν δὲ μόνοις, ὡς ᾤετο, τοῖς χιτῶσιν ὄντας ἔστησεν ὀπίσω." IDEM. Pag. 256.

L. 67. „αἱ ἀλαλάξασαι. Mirabar, cur addidisset articulum. Dum illud mirarer, cœpi suspicari legendum esse συναλαλάξασαι, quod apud alios Historicos observaram: & aliquot post diebus apud hunc ipsum id reperi, p. 205. [201, 96.]" H. STEPHAN. *ad edit.* 1. Percommoda videtur emendatio, a Stephano proposita. Certe ferri articulus ille non potest, de quo miror nihil monuisse eumdem Stephanum ad edit. 2. *L.* 71. ζωφῶδες. Corrige ζοφῶδες. Vitiosa scriptura ex Stephani edit. 2. in nostram, sicut in Tollianam, irrepsit. *L.* 77. σφίσι τε αὐτοῖς. Sic & edit. 1. consentientibus libris. Ubi in Nota contextui subjecta *Vat.* posui, ibi codex *Vat. A.* est intelligendus. Pag. 257.

CAP. XXIII. Lin. 81. „Paulo post dicit, πάντων ὄντες ὀπίσω, (ac dictum jam fuerat pag. 326. ἔστησεν ὀπίσω:) at hic, πρώτους ἀνῄρουν ὧν ἦσαν ὀπίσω. Quid igitur? an omnes occidebant? Immo intelligendum puto, ex illis quorum a tergo erant, primos fuisse occisos eos qui proximi, aut saltem aliis multo propinquiores erant. Neque tamen suspicari quis possit aliqua huic loco verba deesse." H. STEPHANUS.

L. 98. ὁ Τερέντιος. „Hic quidem nihil aliud de Terentio ignominiosum dicit, nisi quod *autor fugæ* fuit: at pag. seq. vocat τὸν φαυλότατον, necnon τῶν συμφορῶν αἴτιον." IDEM. — De vitiosa lect. πρῶτον (*Lin.* 1.) miror nil monuisse Stephanum, πρὸς τὸν recte Vat. A. & Med. Et sic scribendum viderat MUSGRAV. Pag. 258.

CAP. XXIV. Lin. 9 *sq.* περιτρέχοντος αὐτοὺς τοῦ Αννίβου. Forsan περιτρ. αὐτοῦ τοῦ Αννιβ. *Ibid.* in latina vers. nescio cur *incluserat* retinuerim ex Beraldi interpretatione, pro *circumcursabat*. *L.* 12. ἐπιπλήσσοντος. „Pro ἐπικήσοντος reposui hoc ἐπιπλήσσοντος." H. STEPH. *ad edit.* 1. Pag. 259.

L. 19. „δύο ὄντα καὶ σύμπαντα. οἱ δὲ ἐγένοντο &c. Hæc verba καὶ σύμπαντα mihi non placent. Si tamen σύμπαντα retinere quis velit, legendum τὰ σύμπαντα. Scimus enim ut Græci post numerum eleganter hoc nomen addant. Sed ne

Pag. 259. hoc quidem modo ſcripſiſſe Appianum mihi perſuadeo, & latere aliquod mendum ſub hac voce exiſtimo. H. STEPHAN. *ad edit.* 1. „Videat Lector, ne hic fallatur, exiſtimans has voculas οἱ δὲ, quæ ſunt ante ἐγένοντο, reddi illis, οἱ μὲν, quæ ſunt ante ἔνθα περ. Non enim hæc, οἱ δὲ ἐγένοντο &c. reddunturillis; ſed iſta, οἱ δὲ ἐς Κάννας, περὶ δισχιλίους. Ne autem falleretur lector, parentheſis includenda notis erant illa quæ ſunt inter σύμπαντα, & οἱ δὲ ἐς Κάννας." H. STEPH. *ad edit.* 2. — Rectius utique Med. quem ſecutus ſum: & ſic plane in marg. exemplaris mei edit. 1. neſcio quis adſcripſerat.

L. 23. Καινόσιον Vat. A. Med. & ſic rurſus p. 261, 50.

Pag. 260. *CAP. XXV. Lin.* 32. τῶν στρατηγῶν αὐτῶν οἱ ἄμεινοι δύο. ὁ δὲ φαυλότατος. „Vereor, ne Sigiſmundi interpretatio injuriam his imperatoribus faciat, dum eos non vocat fortiſſimos, & a Terentio Varrone non ſeponit, (ut ita loquar,) ſed tantum *fortiores* hoc appellat. Sed major etiam videri poſſit illis fieri injuria ſtatim poſt, ubi dicitur, *Siquidem tertius ignavior.* Quum enim quis aliis ignavior dicitur, illos alios fateri ignavos neceſſe eſt. Ad hoc autem periculum vitandum, vel potius malum, dicere (meo quidem judicio) debuerat, *illorum trium imperatorum ii duo qui erant fortiſſimi* vel *ſtrenuiſſimi*; & pro his, *tertius ignavior*, dicere, *tertius qui erat ignaviſſimus.*" H. STEPHANUS. Etiam hoc loco tenuimus Beraldi interpretationem, quam a Stephano hic emendatam habemus. Quod autem *Sigiſmundo* verſionem iſtam tribuit Stephanus, id feſtinanti excidit viro occupatiſſimo: non enim Sigiſmundus (Gelenius) ſed ſolus Nicolaus Beraldus librum hunc in latinum ſermonem convertit.

Pag. 261. *CAP. XXVII. Lin.* 61 *ſq.* εἴ τι μήνιμα ἐνοχλεῖ. „In exemplari reperi μήνυμα per υ, pro quo μήνιμα poſui, memor loci Homerici, ad quem hic fortaſſe alludit Appianus, ſicut præcedentibus verbis item ad alium. Quum enim dicit οἱ ἄρχοντες θυσίας τε καὶ εὐχὰς ἐλάσκοντο τοὺς θεούς, expreſſit Homerica verba, quæ ſunt Ιλ. *ι.* [495 ſqq.] in his verſibus, quibus loquitur de diis:

Καὶ μὲν τοὺς θυέεσσι καὶ εὐχωλῇς ἀγανῇσι, Pag. 361.
λοιβῇ τε, κνίσῃ τε, παμετρωπῶσ' ἄνθρωποι
λίσσομενοι, ὅτε κέν τις ὑπερβάῃ καὶ ἁμάρτῃ.

Addens autem εἴ τι μένιμα ἐνοχλεῖ, ad illa verba respexisse possit videri, quibus postremum Hector moribundus affatus est Achillem, [Ιλ. χ'. 358.]

Φράζεο νῦν μή τοι τι θεῶν μένιμα γένωμαι.

Ut autem existimem ad illum Homeri locum eum respexisse, facit, quod observaverim hæc verba veluti proverbii loco jactata apud antiquos fuisse. Nam quod τῷ μένιμα poëtica atque adeo Homerica voce utitur, hoc meam conjecturam nihil adjuvat, quum alibi μενίων usurpet." H. STEPHAN. *ad edit.* 1. Etiam nomine μένιμα alibi utitur, optimorum Scriptorum exemplo.

L. 62. „Quale hoc, κορεσθῆναι τοῖς γεγονόσιν, tale apud quendam poëtam Latinum, (Nasonem, si bene memini) *satia tua pectora pœnis.*" H. STEPH. *ad edit.* 2.

L. 63. Κόϊντον μὲν Φάβιον, τὸν συγγραφία &c. *Q. Fabium* Pag. 262. *Pictorem.* *L.* 67. „Post συμμάχους mendum." MUSGRAV.

L. 74. τὸ Τίανον. *Teanum Sidicinum.* Liv. XXII. 57.

L. 75. παρεφύλασσεν, *observabat.*

Cap. XXVIII. Lin. 77 *sq.* εἰ θέλοιεν - - - λύσασθαι χρημάτων. Citat Grammaticus San-Germanensis, v. Λύω. Vide supra, hoc vol. p. 17. *L.* 85. ἄλλους τοσούσδε βλαξῆναι τὴν πόλιν. Sic Pag. 263. Civ. II. pag. 358, 26 sq. τὴν δὲ πόλιν τοὺς ὑπολοίπους αἰδούμεθα βλάψαι.

L. 86. „Significantius est quod hic dicitur, οὐδὲ δούλους μὲν ἐλευθεροῦν, τοὺς δὲ ἐλευθέρους ὑπερορᾶν, quam quod apud interpretem habemus: [scil. breviter Beraldus: *nec ingenuis servos præferendos.*] præsertim quum subaudire oporteat δουλεύοντας cum hoc ὑπερορᾶν. Quid si vero adjectum ab ipso scriptore fuisse, suspicari se aliquis dicat? Non erit certe a ratione aliena suspicio." H. STEPHANUS.

L. 92. κινδύνων ἐπόντων, *imminentibus periculis.* Sic apud Demosth. contr. Midiam, p. 517. ed. Reisk. ὅπου γάρ,

pag. 263. ἐπόντος τοῦ φόβου τούτου, φαίνονταί τινες οὐδὲν ἧττον ὑβρισταὶ, τί χρὴ προσδοκᾶν τοὺς τοιούτους ἂν ποιεῖν, εἰ μηδ' εἷς ἐπῆν ἀγὼν μηδὲ κίνδυνος;

pag. 264. *L.* 1. ἢ ἄλλως ἐπιφανεῖς. „Sic & alibi Appianus ἐπιφανῶν appellationem late extendit, ita ut etiam τοῖς ἰδιώταις & alicubi τῷ πλήθει opponatur: ſicut in quadam annotatione oſtendi: ideoque merito quis dubitaverit, annon latius etiam pateat quam patritiorum appellatio. Ad hunc quidem certe locum quod attinet, non placet eum ita reddi, *vel ex ſenatu vel ex nobilitate*; quaſi vero ſenatores a nobilibus, ſive nobiles a ſenatoribus diſtinguendi ſint; & quum Appianus non dixerit, ἀπὸ τῆς βουλῆς, ἢ ἐπιφανεῖς, ſed particulam ἄλλως interjecerit. Dicendum igitur erat itidem (meo quidem judicio) *vel ex ſenatu, vel ex alia nobilitate*, ſive, *aut alioqui ex nobilitate*." H. STEPHANUS.

L. 3. καὶ ἀδελφοὺς ἀδελφοῖς. „In exemplari deeſt ἀδελφούς." H. STEPH. *ad edit.* 1.

CAP. XXIX. Lin. 5. „Μετὰ δὲ τοῦτ' ἔτι ὄντα ὑπὸ Ρωμ. Ante ἔτι ὄντα aptiſſime addetur articulus τὰ, ut ſit τὰ ἔτι ὄντα. In exemplari legitur ἐπιώντα." H. STEPH. *ad edit.* 1. — „Non dubito quin ſcribendum ſit τὰ ἔτι ὄντα ὑπὸ Ρωμ." IDEM *ad edit* 2. Sic & MUSGRAV. reponere juſſit. Sed perſpicue ἐπιὼν τὰ dederunt Vat. A. & Med. quod ipſum haud obſcure quoque in ſcriptura exemplaris H. Stephani, cum qua Vat. B. conſentit, continebatur.

L. 6. καὶ Πετηλινοῖς. „καὶ Πελιδένοις. Exemplar noſtrum hic duas alias lectiones margini adſcriptas habebat, πετηλιδένοις & πετηδένοις: ſed hæc poſterior videtur (perperam omiſſa ſyllaba λι) ex illa eſſe facta. Infra autem, nimirum p. 154. [299, 90.] Πετηλίαν, & Πετηλίων, & pag. 156. [302, 46.] Πετηληνοί. Athenæus autem lib. Δειπνοσοφ. XII [c. 6. p. 528,] Πετιλίνους vocat: cujus locum proferam, ut ex eo, quanta fuerit illa ἀτροφία cujus meminit Appianus, intelligatur. Verba ejus ſunt hæc: Πετιλῖνοι δὲ τηρήσαντες τὴν πρὸς Ρωμαίους πίστιν, εἰς τοσοῦτον καρτερίας ἦλθον, πολιορκούμενοι ὑπὸ Αννίβου, ὥστε μετὰ τὸ πάντα μὲν τὰ κατὰ τὴν πόλιν ἐδέσματα καταφαγεῖν,

ἁπάντων δὲ τῶν κατὰ τὴν πόλιν δένδρων τοὺς φλοιοὺς καὶ τοὺς ἀπλοῦς πλόθους ἀναλῶσαι, καὶ ἔνδεκα μῆνας ὑπομείναντες τὴν πολιορκίαν, οὐδενὸς βοηθοῦντος τῶν συνευδοκούντων Ρωμαίων, παρέδοσαν ἑαυτούς. Pag. 268.

Observa autem, in veteribus Athenæi exemplaribus pro τῶν συνευδοκούντων legi οὐδὲ συνευδοκοῦντες: legi etiam ἀπλοῦς, ut hîc, quod tamen mihi ſuſpectum eſt, & in ἀπαλοὺς mutandum videtur. [ἀπαλοὺς edidit Caſaubonus: idemque, οὐδὲ συνευδοκοῦντες τὰ Ρωμαίων, cenſuit legendum.] Et hæc quidem obiter. Porro apud Strabonem [lib. VI. p. 254.] legitur Πετηλία. Quid Livius? imo vero, quid illi qui Livium excuderunt? Dec. 3. lib 3. [XXIII. 30.] apud eum legitur: *Dum hæc in Hiſpania geruntur, Petellia in Brutiis, aliquot poſt menſibus quam cæpta oppugnari erat, ab Himilcone præfecto Annibalis expugnata eſt: multorumque ſanguine* &c. Et paulo poſt: *Recepta Petellia Pœnus ad Conſentiam copias traducit.* Ac circa finem libri 9. [XXIX, 38.] *Eadem æſtate in Brutiis jam Petilia* [ſed *Petiliam* meliores libri plane hic ignorant] *a Conſule vi capta, Conſentia & Pandoſia & ignobiles aliæ civitates voluntate in deditionem venerunt.* Et hæc quidem ita in Germanica editione: at in Veneta poſtrema, cui præfuit vir doctiſſimus & diligentiſſimus Carolus Sigonius, *Petilia* non ſcribitur, ſed utrobique *Petelia*, idque unico *l.* Quid igitur hic facias, aut quid certi in tam varia & incerta re ſtatuas? quamve rationem quærendæ veræ harum vocum ſcripturæ inire queas? Nimirum hic ideo paulo longior fui, ut oſtenſa ſemel in uno nomine tanta varietate, cur in cæteris hujuſmodi minus curioſus fuerim, declarem. Sed ne hoc quidem prætermittendum, quod *Annoni* Appianus tribuit, id *Himilconi* a Livio tribui." H. STEPHANUS, *ad edit.* 1. — „ *Petelinos* non Πελιδίνους, ſed Πετηλίους, vocari videmus, pag. 346; [299, 90.] ſicut ipſam Peteliam, Πετηλίαν. Malim tamen Πετηλινοὺς (ut ſcriptum eſt in fine pag. 347. [302, 46.] quam Πετηλίους: immo vero non Πετηλινοὺς, ſed Πετηλινοὺς, cum ι, in penultima. Sic certe apud Stephanum [Byzant.] Πετηλία & Πετηλινὸς, non Πετηληνός." H. STEPHANUS, *ad edit.* 2.

Erroris originem declarat cod. Vat. A. in quo ſic:

Pag. 264. πετηλίδένοις. Hinc Vat.B. (sic) πετηλίδένοις. Ex Med. nil enotatum est; adeoque cum Stephano πελιδένοις exhibere liber ille videtur. Accentum in ult. syllaba posui, ubi positus erat pag. 302., 46. & apud Steph. Byz. Similem similis erroris originem vidimus Hisp. 224, 94.

L. 9. „ οὐκ ἦσαν αὐτοὺς τῶν γυν. Non dubito quin legendum sit οὐχ ἧσσον pro οὐκ ἦσαν, & αὐτοῖς aut αὐτῶν pro αὐτοὺς." H. STEPHAN. *ad edit.* 1. In sec. edit. nihil ad h. l. Stephanus monuit. „ Pro οὐκ ἦσαν αὐτοὺς, lege οὐχ ἧσσον αὐτῶν, *non minus quam viri.* Non est opus rationibus, ut sic legendum esse tibi persuadeam, erudite lector: lege totum locum, & mecum stabis." JAC. PALMERIUS. MUSGRAVIUS legendum suspicatus est, πυκνὰ σὺν αὐτοῖς τῶν γυν. Lectionem haud dubie veram, quam perspecte primus olim Stephanus viderat, dederunt Vat. A. & Med.

L. 12. περιετείχισεν recte Vat. A. Conf. p. 269, 89. περιεστείχισεν mendose Med. unde pejor lectio vulgata fluxit.

Pag. 266. *CAP. XXXI. Lin.* 42. ἠτλημένων Vat. A. & Med. quemadmodum legendum contenderat PAUL. LEOPARDUS, Emendat. lib. V. c. 16. Tom. III. Thes. Crit. Gruteriani p. 99. ubi pluribus etiam de urbe illa *Arpis*, prius *Argyrippa* dicta, egit.

Pag. 267. — κτημένων mend. Vat. B. *L.* 50. ζῶντας ἔκαυσε. „ Observavi Annibali sæpe hoc supplicium placuisse: atque ex iis locis in quibus id a me observatum fuit, unus est pag. 339. [c. 44. extr.]" H. STEPHANUS.

CAP. XXXII. Lin. 54. Κονωνεὺς. Hoc nomen ex Appiano apud Frontinum Strateg. III. 3. 6. restituit Oudendorpius.

L. 55. Ιουνίῳ. *Livium* vocant Polybius, Livius, Plutarchus. Conf. Oudendorp. ad Frontin. l. c. qui apud Appianum nomen ΙΟΥΝΙΟΣ ex Γ. ΛΙΒΙΟΣ corruptum judicavit. Rem narrat Polyb. VIII. 19 sqq. Livius XXV. 8 sqq. ubi quod hi pro *Cononeo* duos Tarentinos juvenes Philomenem & Niconem nominant, non id continuo pugnare cum Appiano putandum est: nam sicut Niconi illi cognomen Perconi fuisse apud Livium legimus XXVI. 39. sic nil impedit, quo minus *Philo-*

meno (quem, quod de Cononeo Appianus prodit, venandi studio insignem Livius ait) cognomen fuisse *Cononeo* putemus. Pag. 267.

L. 62 sq. ὡς ἂν ἐς κυνηγέτας ἐσκευασμένους. Scio, verbum σκευάζειν perapte jungi cum præpos. ἐς: vide Civ. IV. 589, 98. 590, 8. 583, 81. Sed ὡς ἂν ἐς vereor ut ferri possit, mihique omnino ex ὡσανεὶ corruptum videtur. Sic recte cum ὡς constructum idem verbum videmus, Civ. IV. pag. 591, 26. τοὺς θεράποντας ἐσκεύασεν ὡς ὁπλίτας.

Cap. XXXIII. Lin. 77. εὐπόρουν restitui ex Vat. & Med. Pag. 268.

L. 85. λάβρον Vat. A. Med. Conf. Hisp. 214, 18. & 121, 35. Pag. 269.

Cap. XXXIV. Lin. 92. „Λιμένες δὲ εἰσὶ τοῖς Ταραντίνοις πρὸς Βοῤῥᾶν [Βορᾶν Med.] ἄνεμον ἐκ πελάγους ἐσπλέοντι διὰ Ισθμοῦ, καὶ τὸν Ισθμὸν ἀπέκλινον [sic enim vulgo] γεφύραις. *Sunt autem portus Tarentinorum ad Boream versi, si quis e mari per Isthmum intro naviget. At Isthmum pontibus evitabant.* [Hanc versionem ex *Beraldo* adtulit PALMERIUS, atque in istum locum hæc adnotavit.] Locus hic laborat & a mendo & a malo auctoris hellenismo. Appianus, vir Ægyptius, hellenismi sinceri non optimus auctor, hoc loco Ισθμὸν in significatu posuit Græcis insolito, pro *maris utrinque terra coarctati meatu*, qui Græcis στενὸν & πορθμὸς dicitur. Nam Ισθμὸς, teste Hesychio & aliis Lexicographis, est αὐχὴν καὶ τράχηλος καὶ στενὸν χωρίον μεταξὺ δύο θαλασσῶν, id est, *cervix, collum & locus angustus inter duo maria.* At hic e contrario Appianus, ut dixi, intelligit maris fluxum angustum inter duas terras; nec dubitari potest, quin sic intellexerit, quando ait ἐσπλέοντι διὰ ἰσθμοῦ, *per Isthmum naviganti.* Tum infra repetit, ἐπελθὼν αὐτοῖς ὁ Αννίβας ἐδίδαξε λεωφόρον ὁδὸν ἡ διὰ μέσης τῆς πόλεως ἔφερεν ἀπὸ τῶν λιμένων ἐπὶ τὴν νότιον θάλατταν ὀρύξαντες, Ισθμὸν ἕτερον ποιήσασθαι. *Accedens Hannibal eos docuit*, [sic PALMERIUS ipse verba hæc latine reddidit] *publicam viam, quæ per mediam urbem a portubus tendebat ad meridianum mare fodientes, Isthmum alium facere.* Romani occupaverant os portus, qui erat ad septentrionalem urbis partem, & id ponte & præsidio firmaverant, ut Tarentinis omne per mare commercium auferrent. Itaque commeatus

inopia fatigabantur: ſed Hannibalis monitu viam, quæ a portu per urbem in mare meridianum apertum tendebat, foderunt, & per eam foſſam ſibi mare liberum fecerunt, naves recipientes & emittentes. Judica lector, an talis foſſa debeat Ἰσθμὸς vocari. Imo *Iſthmus* fit aggerendo terram, non auferendo. Ergo hoc loco male hellenizat Appianus. Sed & hoc loco pro ἀπέκλιγον legendum ἀπέκλεισον, optimo ſenſu: is tamen error non eſt Appiani, ſed exſcriptoris." Hactenus JAC. PALMERIUS. ἀπέκλεισον reponendum vidit etiam MUSGRAVIUS; monuitque porro: „Ἰσθμὸς hic eſt *canalis*." — Ac de ἀπέκλεισον quidem, quod & diſerte cod. Med. dedit, nullum eſſe dubium poteſt. Strabo lib. VI. pag. 278. τοῦ δὲ κόλπου πάντος τοῦ Ταραντίνου τὸ πλέον ἀλιμένου ὄντος, ἐνταῦθα (ſcil. ad Tarentum urbem) ἐστὶ μέγιστος καὶ κάλλιστος (λιμὴν,) γεφύρᾳ κλειόμενος μεγίστῃ. Catenis aliàs claudi oſtia portuum ſolita notum eſt. Sic Noſter de portu Carthaginis, Pun. c. 96. init. ἔσπλους ἐκ πελάγους ἐς αὐτοὺς (τοὺς λιμένας) ὧν, ὃν ἀλύσεσιν ἀπέκλεισον σιδηραῖς. Quod vero ad Palmerii adtinet reprehenſionem, in quam incurriſſe modo vidimus Appianum; fateor, Scriptorem noſtrum, ſi vocabulo ἰσθμὸς ita uſus eſt, quemadmodum locum hunc vulgo exemplaria noſtra exhibent, ſoloeciſmi culpa aut neſcio cujus barbariſmi liberari non poſſe. Sed quo jure ab Appiani potius ſtylo, quam a librariorum incuria ſtuporeque, profecta illa barbaries pronuncietur, æquus Lector judicet. Ego quid de toto iſto loco ſentiam, in brevibus Notis contextui ſubjectis, declaravi. Quæ vis ſubjecta ſit vocabulo ἰσθμὸς, ſatis bene, opinor, noverat Appianus: ſi quis dubitat, adeat loca, quæ in indice Græc. ad illam vocem colligemus. Ac facile credo, quum de portu Tarentino ageretur, qui nimirum revera ad ἰσθμὸν erat ſitus, ἰσθμοῦ illius mentionem fuiſſe ab Appiano factam. Sic Strabo ἐκ δὲ τοῦ πρὸς τὸν μυχὸν μέρους ἰσθμὸν ποιεῖ (ſc. λιμὴν) πρὸς τὸν ἔξω θάλασσαν, ὥσθ' ἑπὶ χειρόνησῳ κεῖσθαι τὴν πόλιν. Sed ἰσθμὸν illum ſi memoravit h. l. Appianus, non dubito quin aliquot verba hic interciderint: nam, ἐσπλέοντι διὰ ἰσθμοῦ ſcriptum ab illo fuiſſe, credat qui volet; mihi nemo facile

Pag. 369.

facile perſuadebit. Jam, ubi de *clauſo a Romanis oſtio portus* loquitur, (de quo Polyb. VIII. 29. κρατούσης, inquit, τῆς ἄκρας τῶν κατὰ τὸν εἴσπλουν τόπων, οἱ Ταραντῖνοι οὐκ ἐδύναντο χρῆσθαι ταῖς ναυσὶν, οὐδ' ἐκπλεῖν ἐκ τοῦ λιμένος: & Liv. XXV. 11. *arx, in peninſula poſita, imminet faucibus portus*; & rurſus: *Tarentinorum naves ſinu exiguo intus incluſæ, quum clauſtra portus hoſtis haberet:*) quo pacto τὸν ἰσθμὸν ἐκπίπλειον dicturum eumdem fuiſſe putemus, apud quem non ſolum loco paulo ante cit. Pun. p. 437, 89 ſq. τὸν ἔσπλουν ἐκπίπλειον legimus, ſed iterum p. 476, 46 ſqq. τὸν ἔσπλουν ἐκπεπλεῦσαι, denique apud quem idem illud proprium huic loco vocabulum ἔσπλους, aut, ſi hoc minus placebat, alterum ſimilem vim habens, στόμα τοῦ λιμένος, alibi rurſus non ſemel ſed ſæpius occurrit. Pag. 269.

L. 98 *ſqq.* λεωφόρον ὁδὸν — — ἐπὶ τὸν πόντιον θάλασσαν ὀρύξαντας, ἰσθμὸν ἕτερον ποιήσασθαι. „Recte interpungitur poſt verbum ἐδίδαξε, quippe quod jungitur cum ποιήσασθαι, ſicut accuſ. λεωφόρον ὁδὸν cum ὀρύξαντας." H. STEPHAN. Rurſus ferri nullo modo hic vocab. ἰσθμὸν poteſt; ſed vel in ἔσπλουν, vel ſi mavis in ἔκπλουν, mutandum: niſi forte amplius quid turbatum eſt, aut intercidit nonnihil. Ac video quidem hanc Appiani narrationem paululum in diverſum abire ab illa quam apud Polybium VIII. 29. & Livium XXV. 11. legimus, qui *naves e portu in mare meridionale plauſtris transvectas eſſe* tradunt; quemadmodum ſua etiamnum ætate τὰ πλοῖα, id eſt, *minora* ſaltem *navigia*, ὑπερνεωλκεῖσθαι ῥαδίως ἑκατέρωθεν, ταπεινοῦ ὄντος τοῦ αὐχένος, *utrimque facile per humile collum pertrahi ſolita*, Strabo ait lib. VI. p. 278. Sed credibile eſt, aliorum Annalium auctoritatem in hac re ſecutum eſſe Appianum, ſecundum quos ſimillimum opus perfeciſſe Tarentini perhibebantur, quale olim Gnidii ſuſceperant, qui, quum pariter in peninſula ſita eorum urbs eſſet, τὸν ἰσθμὸν ὤρυσσον, Iſthmum perfoderunt, ut ex peninſula inſulam facerent, teſte Herodoto I. 174. Quod ſi hoc Appiani loco, in quo verſamur, vocabulum ἰσθμὸν ad ὀρύξαντας poſſet referri, bene utique haberet: ſed id fieri non poſſe, niſi alia nonnulla partim Pag. 270.

mutentur, partim complendæ orationis cauſa adjiciantur; facile patet.

Pag. 271. *Cap. XXXV. Lin.* 22. Ταραντίνων. *Heracleam* inter Metapontum & Thurios ſitam conſtat, non inter Metapontum & Tarentum. Appiani ne is error ſit, an librariorum, non definio. Si Θουρίων legas pro Ταραντίνων, recte ſe omnia habebunt.

Pag. 273. *Cap. XXXVI. Lin.* 46. ἀδυρομένοις. Non ſolum ferri poterat, ſed præferenda fortaſſe fuerat, vulgata lectio, ἀδυωμένοις. Certe verbum ἀδύρεσθαι nuſquam cum præp. περὶ, ſed ſemper cum quarto caſu abſque præpoſ. junctum videre memini.

L. 50. γύναια Med. Conf. p. 276, 6. Amat Appianus hanc nominis formam. *L.* 53. Κάλωρα. Liv. XXV. 17. Cluv. It. Ant. p. 1199. Sæpe nomina propria præſertim capite mutilata in ſcriptis libris inveniri notum eſt; nec obſcura cauſa, unde id factum. Sic in Vat. A. & Med. ſæpe ῥηρία, ῥήρων &c. ſcriptum pro Ἰβηρία, Ἰβήρων: ſic in eiſdem infra, pag. 284, 33. ἀλλατία pro Σαλλατία vel potius Σαλαπία; ne plura adferam.

Cap. XXXVII. Lin. 58. Βενεβεντὸν. Accentum poſui in ultima, ſicut editum erat Civ. IV. 535, 62. & apud Stephanum Byzant. Promiſcue Βενεβεντὸς & Βενεβενδὸς ſcribitur, (nam perperam a Byzant. hæc pro duarum diverſarum urbium nomina haberi, monuerunt viri docti) unde paulo ante (*lin.* 53.) gentile Βενεβενδεῖς per δ, & ſic mox rurſus p. ſq. l. 63. Apud Strabonem oppidum Βενούεντον vocatur vel Βενιούεντον.

L. 59 *ſq.* „δυοῖν δὲ Ρωμαίοις στρατηγούντοιν Κλαυδίου τε καὶ Αννίου. In exemplari habemus Αννίου: ego ex ſequentibus audacter repoſui Αννίου." H. Stephan. *ad edit.* 1. Ad hunc locum confer quæ ad p. 277. lin. 23. & 26. infra contextum monui. Scilicet libri noſtri, tam ſcripti, quam impreſſi, inde ab hoc loco uſque ad Cap. XLIII, perpetuo quodam errore, Conſulum nomina, qui hoc anno (& prorogato imperio anno ſequenti) bellum adverſus Annibalem adminiſtrarunt, Capuæque præſertim obſidione expugnationeque claruerunt, pervertunt perturbantque; &, pro *Q. Fulvio Flacco*, *Appio Claudio Pulcro*, (in quorum nomina cum

Livio lib. XXV. & XXVI. consentit quidquid ex illius temporis memoria vel apud alios Scriptores vel in Fastis supereſt) iterum iterumque alterum Consulem *Annium*, alterum *Claudium*, eumdemque duobus locis (p. 277, 23. & 282, 93.) *Claudium Flacctum* adpellant. Jam *Annium*, circa ista tempora Consulem, aut omnino ducem aliquem bello Annibalico clarum, antiquitas omnis prorsus ignorat: *Claudii* vero *Flacci* nomen per universam Romanam historiam tam incognitum inauditumque est, quam nota nobilitataque *Fulviorum Flaccorum*, & *Appiorum Claudiorum*, nomina. In his tam notis aliàs tamque pervulgatis nominibus, de quibus in hac historia, in qua versamur, nullus est ceteroquin auctorum dissensus, a *librariorum* partim negligentia partim imperitia, accedente (ut fit) prava sciolorum sedulitate, oriri confusionem istam potuisse (in Libro præsertim, in quo tam multa jam & lacunarum portenta & aliarum cujusque generis depravationum monstra sese nobis obtulerunt) intelligere mihi visus sum: ipsi *Scriptori* nostro tam portentosam tribuere culpam, aut omnino diutius adsperſam Appiano tam fœdam labem pati, nefas duxi. Ac certe *Appium Claudium* quod adtinet, vel *Claudium Appium*; (perinde enim esse, præcedat an sequatur illud prænomen, adparet ex Civil. I. p. 96, lin. 96 sq. & Sueton. Tiber. c. 2. Conf. Heinſ. ad Vell. Paterc. I. 14. p. 634. edit. Ruhnk. & Gronov. atque Drakenb. ad Liv. III. 1, 1. & sic apud Nostrum legimus Κάσσιον Κύιντον Civ. II. 234, 5. Ιούλιος Σέξτος Civ. III. 501, 9. Ακυλίου Μανίου Syr. 558, 77. & id genus alia; de quibus vide etiam paulo inferius, ad p. 288, 6.) alterum igitur Consulem quod adtinet, hujus quidem nominis, Κλαυδίου Ἀππίου, vestigia in depravata illa, quam hodie dant libri nostri, lectione etiam nunc haud obscura supereſſe videntur. Neque enim dubitandi locus est, quin vetusto librarii alicujus errore importunum illud ANNIOY & ΑΠΠΙΟΥ sit detortum. Et quemadmodum plerumque aliàs Consules aliosque viros, ad quorum res gestas exponendas accedit Appianus, ubi primam eorum mentionem facit, non uno sed duobus vel pluribus nomini-

Pag. 273.

bus insignire solet; sic & hoc loco, ubi præsertim incor-
Pag. 273. ruptum adhuc supereſt Κλαυδίου nomen, quam maxime fit probabile, Κλαυδίου Απωίου scriptum reliquisse.

Sed nimirum alterius Consulis *Fulvii Flacci* nomen, quod deinceps quidem duobus locis veluti inter ruinas ex parte conservatum videmus, hoc loco in antiquo exemplari, unde noſtra derivata sunt, prorsus intercidisse intelligitur. Et defectu quidem laborare hunc ipsum locum, in quo versamur, etiam ex grammatica quadam, ni fallor, ratione suspicari licuerat: nam post verba δυοῖν στρατηγούντοιν hiat certe oratio, & omnino nomen subſtantivum aliquod, quod ad adjectivum δυοῖν referatur, requiri videtur; idque nomen non aliud facile fuerit, nisi id quod infra contextum indicavi, ὑπάτοιν. Atque ita mihi videor cum summa veri specie, quæ ad certitudinis vim proxime accedat, affirmare posse, scripsisse Appianum, quemadmodum ibidem jam declaravi: δυεῖν δὲ Ρωμαίοις στρατηγούντοιν ὑπάτοιν, Φουλβίου τε Φλάκκου καὶ Κλαυδίου Απωίου. Postquam vero & Απωίου in Αννίου fuerat corruptum, & verba illa interciderant quibus prioris nomen Consulis continebatur; alius deinde imperite callidus homo, videns, de *duobus* Consulibus hic agi, ex *unius* Consulis reliquo nomine gentili corruptoque prænomine, Κλαυδίου Αννίου, *duorum* virorum nomina fecit, Κλαυδίου τε καὶ Αννίου. Atque is error, ex ipsa vetustate tantam contraxit auctoritatem, tamque late manavit, ut deinceps destinato etiam consilio, ubicunque in hujus historiæ cursu *Appius* commemorabatur, Ἄννιος poneretur, & ubicumque nominabatur *Fulvius*, in illius nominis locum Κλαύδιος subſtitueretur; ita quidem, ut etiam, ubi nomen Φλάκκος diserte cum *Fulvii* nomine fuerat conjunctum (pag. 277, 23. & p. 282, 93.) similiter Κλαύδιος Φλάκκος pro Φούλβιος Φλάκκος vulgo scriberetur.

Pag. 275. *L.* 81. διϊπτεύσας restitui cum Med. Mendose vulgo editt. omnes διϊτεύσας.

Cap. XXXVIII. Lin. 85 *sq.* μέγα ποιούμενος. Vide ad Hisp. p. 136, 89. Corrigendam mendam monuit etiam Musgrav.

Pag. 276. *L.* 98. Ανιῆνος. Conf. mox, lin. 11. & p. 278, 25.

Cap. XXXIX. Lin. 4. ἐκ τῶν παρόντων. Hæc latine reddidi, *ex iis qui aderant.* Malim Beraldi verſionem tenuiſſem, *quæ tum erat copia.* Similiter Civ. IV. p. 610, 55 ſq. ἑτοιμασάμενος οὖν ὁ Κάσσιος αὖθις ἐκ τῶν παρόντων, *pro præſenti copia, pro præſenti facultate.* Idem valet hæc phraſis, atque ἐκ τῶν ἐνόντων, ἐκ τῶν δυνατῶν. *Pag.* 276.

L. 12. ἐπιτειχίζοντες Αἰκανοῖς. *In Æquis oppidulum muniebant.* Potius *adverſus Æquos*, ſcil ad eos continendos. De Alba illa colonia vide Liv. X. 1. & Cluv. Ital. Ant. pag. 767. Factum hoc Albenſium præteriit Livius reliquique quod ſciam Scriptores. *L.* 19. οἷόν τι, *quemadmodum*: non ſecus ac ſimplex οἷον. Sic Civ. II. 193, 24 ſq. οἷόν τι καὶ Δημοσθένη φασὶ οὐδὲ ὑποσῆναι τὴν ἑαυτοῦ δίκην. Mox ſeries naturalis verborum hæc intelligenda: ἔδεισαμε μετασχεῖν Ἀθηναίοις τοῦ κινδύνου. *Pag.* 277.

Cap. XL. Lin. 22 *ſq.* Ἄππιος, & mox Φούλβιος Φλάκκος. Vid. pag. 273, 60. & ibi notata. *L.* 24. ἀλήκλῳ τάχει. — „In ἀλέκλῳ τὰ mendum eſt manifeſtiſſimum, ſed quod ſanare non difficile. Lego confidenter ἀλήκλῳ τάχει, id eſt, *celeritate continua, non intermiſſa, indefinente*, plano ſenſu." Jac. Palmerius. Quum in *edit.* 1. eſſet ἀλέκλῳ τά-ἀντεθέατα, monuerat H. Stephanus: „Mihi non dubium eſt, quin legendum ſit τάχει." In edit. autem ſec. neque mendam correxit, neque adnotavit quidquam. τάχει dedit Vat. A. & Med. idque in contextum jam receperat Tollius, probante Muſgravio. Pro ἀλέκλῳ autem non dubitavi cum Palmerio ἀλήκλῳ reponere. ἀλήκλῳ τάχει idem eſt ac δρόμῳ ἀπαύστῳ Mith. 793, 60. Heſychius & Suidas: Ἄληκλον· ἀκατάπαυστον, ex Schol. Iliad. II. 452.

Cap. XLI. Lin. 55 *ſq.* βυκανητάς. „Infra [Hiſp. 126, 30.] ſcriptum habes βυκανιστάς. Apud Athenæum alicubi (locum deſignare non poſſum) κυβανητῶν legitur, ubi vetus exemplar habet βυκανιστῶν. Poteſt tamen, ſine ulla mutatione, repoſitis tantum in ſua ſede ſyllabis, legi ut hìc βυκανητῶν." H. Stephanus, *ad edit.* 1. Formatio illa βυκανητὰς, congruit cum forma nominis βυκάνημα, quo utitur Pun. 328, 11. *Pag.* 279.

Pag. 280. *L.* 65. τὸ αὐτῶν. Sic τὸ ἑαυτῶν Pun. 398, 78.

Pag. 281. *Cap. XLII. Lin.* 79. „An deeſt vox poſt εἰρατώσιδον?" MUSGRAV. An φάσας intelligendum? an βοῶν, ex verbo ἐβοηδρόμει? *L.* 86. εἰλούμενοι, *in anguſtias compulſi.* Rectius

Pag. 282. fortaſſe εἰλούμενοι. *L.* 93 *ſq.* „αἰφνιδίως. Lego αἰφνιδίᾳ, & expungo σλιγμὴν poſt εὐμηχάνως." H. STEPH. *ad edit.* 1. — αἰφνιδίῳ. Sic in edit. 2. tacite correxit H. Stephanus; idque ipſum exhibet Vat. A. & Med.

Cap. XLIII. Lin. 97. „Πλεκανούς. Puto ſcribendum eſſe Λευκανούς." H. STEPH. *ad edit.* 1. In edit. 2. ſilentio hunc locum præteriit Stephanus. „Vox Πλεκανούς procul dubio in mendo cubat, vel in Πελίγνους, vel in Λευκανούς mutanda. Et certum eſt quidem ex Livio, Hannibalem per Pelignos iter feciſſe, vel eundo vel redeundo, (nam id inçertum eſt;) ſed vox ἐχείμασε, *hibernavit*, ſuadet, ut legam potius Λευκανούς: non enim hiemavit in Pelignis unquam Hannibal." JAC. PALMERIUS.

Pag. 283. *Cap. XLIV. Lin.* 17. Infimam Italiæ partem ſolam olim *Italiæ* nomine adpellatam fuiſſe, ex Strabone & aliis apud Cluverum monuimus ſupra ad pag. 238, 68. De ſcriptura nominis Ἐρύτλιοι conf. notata ad p. 295, 30.

Pag. 284. *Cap. XLV. Lin.* 33. „Ἰαπυ̃ δ' ἐν πόλει Σαλαπίᾳ. Vide, an legendum ſit Ἰαπύγων. Ego certe ex ſequentibus, & ex Strabone & Plinio, ita legendum eſſe mihi perſuaſi. Hic autem ſequutus ſum meum exemplar. In Σαλαπίᾳ, & alibi in Σαλαπῖνοι, [p. 291, 59] reliqui τ, quod in π mutandum fuerat, ſequendo Plinium, Livium, & alios: quamquam apud Strabonem variant vetera exemplaria." H. STEPHAN. *ad edit.* 1. „Vel Ἰαπυγίας vel Ἰαπύγων ſcribendum eſt. Sic autem & in præcedentibus, ubi Ἰαπυγίαν habemus, *Apuliam* dicit." IDEM, *ad edit.* 2. „Obvium & facile eſt ſupplere finem vocis mutilæ Ἰαπυ̃, & Ἰαπύγων legere. Nam Græci auctores totum tractum litoris ab acra Japygia uſque ad Frentanum & Samnium *Japygiam* vocabant: & ſic Appianus ipſe Civilium I. [pag. 62, 19 ſq.] Canuſium & Venuſiam in

Japygia ponit: Ιουδακιλίῳ δὲ ἐν Ιαπυγίᾳ προσεπέθεντο Κανουσῖνοι καὶ Οὐενουσῖνοι. *Judacilio in Japygia adjunxerunt se Canusini & Venusini.* At Canusium Salapiæ vicinum fuit: (nam & h. l. pro Σαλατίᾳ legendum Σαλαπίᾳ:) ergo non est dubium, quin scribendum sit hoc loco, Ιαπύγων δὲ ἐν πόλει Σαλαπίᾳ. Sic & infra pag. 150. [291, 59.] pro Σαλατίνοις δὲ μηνίων, reponendum est Σαλαπίνοις." JAC. PALMERIUS. De nomine Ιαπυγία vid. Cluver. Ital. Ant. lib. IV. cap. 10. pag. 1208. *Pag.* 284.

Ibid. Σαλαπίᾳ. Vide Liv. XXVI. 38. & Valer. Max. III. 8. 1. extern. ubi hanc historiam habes. Apud Nostrum Civ. I. p. 73, 10. Σαλπίαν vulgo legebatur.

L. 36. Βλάτιος. Apud Livium variant libri: *Blattius*, *Blatius*, *Blattius*, *Blasius*. Apud Valer. Max. *Blasius*, *Blassius*.

L. 39. „An mendosum ἐσφετερισμένης? Forte ἀφῃρημένης." MUSGRAV. Non videtur verbum rarioris usus in locum notioris verbi invasisse.

L. 45. „σὺ καὶ τίως. Legendum est ἅ, ut pag. seq. [286, 66.] ἅ μοι δοκεῖ προϊδών." H. STEPHAN. *ad edit.* 1. — „Scribo ἃ καὶ τίως." IDEM, *ad edit.* 2. *L.* 46. λόγον τοιόνδε: *de hac re.* Potius, *de tali re*, *de hujusmodi re.* *Pag.* 285.

L. 48 *sq.* „Deesse puto dativum λόγῳ: & scribendum, οὔτε τῷ παρ' ἐχθροῦ λόγῳ πιστεῦσαι ῥᾳδίως ἀξιῶν." H. STEPHAN.

L. 52. ὦ ἀγαθὲ. Forsan ὦ 'γαθὲ scripserat Appianus.

CAP. XLVI. Lin. 67. ψιθύρως. „In exempl. scriptum est ψιθύρας, pro quo hoc adverbium reposui." H. STEPH. *ad ed.* 1. *Pag.* 286.

L. 74. „In locum hujus vocabuli διαδημοῦμαι, quod non solum nullum hic, sed ne in Græca quidem lingua, habere locum potest, subtituo διαδραμοῦμαι. Sic in fine hujus pag. [p. 287, 87.] legimus, διέδραμε πρὸς Αννίβαν. Et pag. 329. [261, 55.] de Terentio Varrone, ἐς Ρώμην διέδραμεν." H. STEPHANUS.

L. 78. σὺ δ' ὑπομένειν μοι δεῦρο, καὶ τὰ ἔνδον ἐπιτηρεῖν — „Non debent suspecta esse hæc infinitivi modi verba, quum sciamus hunc modum nonnunquam vice imperativi fungi." H. STEPHANUS. Vide Notata ad pag. 52, 19. — De illo pronomine μοι, in tertio casu posito, paulisper *Pag.* 287.

Pag. 287. dubitaveram, an in μι eſſet reformandum. Sed poterit eſſe Dativus ille, quem pleonaſticum alii perhibent, (Viger. de Idiot. cap. 4. reg. 2.) alii Dativum commodi adpellare amant, non in græco ſolum ſermone, ſed in quavis lingua, in familiaribus colloquiis præcipue frequentatus. Itaque latine non male ad verbum redderes: *tu mihi hîc maneto.*

Pag. 288. CAP. XLVIII. Lin. 6. Φούλβιος δὲ Ρωμαίων ὕπατος. Eſt *Cn. Fulvius Centumalus*, qui A. 543. conſulatum geſſerat. Ac malim utique Φούλβιος δὲ Γναῖος ὕπατος: ut a *Quinto* Fulvio Flacco, Conſule A. U. 542, de quo copioſe ſupra dictum eſt, diſtinguatur. Sicut autem alia prænomina ſæpe poſtpoſita nominibus gentis videmus; (conf. ad pag. 273, 60.) ſic & hoc ipſum prænomen Γναῖος, p. 238, 58. in Σερουίλιος Γναῖος, atque in ejuſdem hujus *Cn. Fulvii* nomine apud Plutarchum in Marcello pag. 312. B. ubi Φούλβιος Γναῖος vocatur. Eamdem rem, de qua h. l. agitur, exponentes Livius XXVII. 1. & Oroſ. IV. 18. *Cn. Fulvium proconſulem* dicunt, & Plutarchus l. c. ἀνθύπατον adpellat. Recte ſane. Sed non idcirco lectionem ὕπατος continuo damnatam velim; quandoquidem & alibi paſſim *conſulares viros* & *proconſules*, cum apud Noſtrum, tum apud alios tam græcos quam latinos Scriptores, ὑπάτους, *conſules*, adpellatos videmus. Vide ſupra, Exc. ex Hiſt. Sicula, pag. 93, 17. coll. Pun. 308, 69 ſq. Adde Hiſp. 202, 20. & ibi notata: tum Civ. II. 295, 50 ſq. Civ. IV. 547, 72 ſq. Plura ſi deſideras, adi Reimar. ad Dionem T. I. p. 62. Dukerum & Drakenb. ad Liv. XXVI. 33, 4. Arntzen. ad Aurel. Vict. de vir. illuſtr. 63, 2. p. 241. Sic & in eadem re, de qua hic agitur, *Cn. Fulvium Conſulem* Eutropius vocat III. 8. De hac Fulvii clade, præter auctores jam citatos, conferri cum Appiani narratione meretur Frontin. Strateg. II. 5. 21.

Pag. 289. *L.* 9. ὁμοῦ τι. Conferre MUSGRAVIUS juſſit p. 173, 40. Sed ibi ὁμοῦ τι intelligendum fuit *propemodum*, *fere*; hoc loco idem denotat quod ὁμοῦ, *ſimul*. Frontin. l. c. *prima luce quum denſiores nebulæ præſiarent obſcuritatem.* Similiter τι abundare vidimus in οἷόν τι, p. 277, 19.

L. 18. ἀπέθανον αὐτῶν ἐς ἑπτακισχιλίους. In magno auctorum dissensu de cæsorum numero, modicum numerum, ut alibi solet, sic & hic, prætulit Appianus. Vide Liv. XXVII. 1. & Fabric. ad Oros. IV. 18. *Pag.* 289.

Cap. XLIX. Lin. 26. Βρυττίων rursus ex Med. & Vat. A. pro vulgato Βρυτίων. *L.* 29. Αυλωνίαν. *Aulonia* vel *Aulon* in Bruttiis. Hoc antiquum est & Græcum urbis nomen, postea in *Caulonia* & *Caulon* mutatum. Vide Cluv. Ital. Ant. p. 1304. Oppugnatam a Romanis Cauloniam Livius memorat XXVII. 12. de expugnatione tacet; sed solutam oppugnationem sub adventum Annibalis ait ibid. c. 15. *Pag.* 290.

Cap. L. Lin. 42. Οὐενουσίαν. Sic Civ. IV. pag. 535, 62. & Οὐενούσιοι Civ. I. p. 62, 20. *L.* 53 *sqq.* καὶ αὐτοῦ τῷ σώματι &c. Citavit SUIDAS in Δάκυλος, & in Τύφος. *Pag.* 291.

Cap. LI. Lin. 59. Σαλαπίνοις. Conf. not. ad p. 284, 33.

Cap. LII. Lin. 82. διώδευε. Nisi paululum separes hoc verbum ab iis quæ sequuntur, ea erit hujus loci sententia, quam Beraldus expressit, ut *superandis Alpibus sex menses insumsisse Annibalem* dicat Appianus: quod cum eo non convenit, quod, consentiente Polybio atque Livio, supra dixerat cap. 4. extr. p. 233. *septimo mense, postquam ex Hispania moverat, in planitiem Italiæ pervenisse.* *L.* 91. περὶ πόλιν Σήνας. *Ad Senam Gallicam* in Umbria. Apud unum Appianum urbis hujus nomen in plurali numero invenitur, cum hoc loco, tum Civ. I. 122, 46. Conf. Cluver. It. Ant. pag. 607 sq. De illa Asdrubalis clade vide Polyb. lib. XI. init. & Liv. XXVII. 46. sqq. *Pag.* 293.

Cap. LIII. Lin. 4. οὐ πόῤῥω τι ἐπ' ἐκείνῃ. Sic tres nostri scripti libri. Ad grammaticam quidem rationem, si adverbium πόῤῥω usitatiore notione de *loci* distantia accipias, paulo commodior videri possit Stephani lectio, ἀπ' ἐκείνης. Sed sicut ei scriptorum librorum auctoritas repugnat, sic eidem ne cum rei quidem veritate satis bene convenit. Nam incommode certe dictum videri debet, *Cannas* in Apulia *haud procul Sena abesse.* Quod intelligens Beraldus interpres, verba illa *Pag.* 294.

Pag. 294. quæ Stephani textus habebat, οὐ πόῤῥω τι ἀπ' ἐκείνης, consulto videtur præteriisse: nam pro his ipsis cum eis quæ sequuntur, καὶ ἰσονΐάσιόν πως ἐκείνῃ γενόμενον, non alia nisi hæc latina posuit, *Par enim æqualisque hæc illi fuit.* Rectius igitur adverb. illud, πόῤῥω, in *temporis* notione, quæ rarioris quidem usus est, h. l. fuerit accipiendum; quod & verbis ἐπ' ἐκείνῃ clare satis indicatur. Nono autem anno Romanorum calamitatem Cannensem clades hæc Asdrubalis secuta est.

Pag. 295. CAP. *LIV. Lin.* 15. τεσσαρεσκαιδέκατον ἔτος ἤδη ἔχων., Annus DXLVII, quo Asdrubal cum exercitu cæsus est, *duodecimus* fuit, ex quo in Italiam Annibal pervenerat; eodemque anno, post fratris cladem, in Bruttios se ille recepit. Liv. XXVII. 51. Insequenti anno nihil rei cum Annibale gestum est: *nam* (ut cum Appiano consentit Liv. XXVIII. 12.) *neque ipse se obtulit in tam recenti vulnere publico privatoque, neque lacessierunt quietum Romani.* Quæ vero mox narrat Appianus de Punica classe & de Magone, ea ad illos Consules, qui pag. sq. initio capitis LV. nominantur, sunt referenda, scil. ad A. U. DXLIX. qui *decimus quartus* est ab Annibalis in Italiam adventu: atque is annus ad verba οἱ δ' ἔπεμψαν *lin.* 19. ad marginem hujus pag. fuerat notandus.

L. 19 *sqq.* οἱ δ' ἔπεμψαν μὲν αὐτῷ ναῦς ἑκατὸν &c. Livius XXVIII. 46. (ad Consules Anni Urbis DXLIX:) *Eisdem diebus naves onerarias Pœnorum ad octoginta circa Sardiniam ab Cn. Octavio, qui provinciæ præerat, captas,* COELIUS, *frumento missо ad Hannibalem commeatuque onustas, Valerius, prædam Etruscam Ligurumque montanorum captivos Carthaginem perportantes, tradit.* Unde obiter discimus, inter *Auctores*, quos *in hac belli Annibalici Historia* secutus Appianus est, COELIUM illum ANTIPATRUM fuisse, quem passim a Cicerone, Livio, Valerio Max. A. Gellio aliisque, ut *luculentum, accuratum, certumque Romanæ historiæ Scriptorem*, licet non nimis polita oratione usum, laudatum videmus: de quo conf. Ger. Jo. Vossium, de Histor. Lat. lib. I. c. 8.

L. 27. οὐδὲ Μάγωνος. *Mago*, Annibalis frater, relicta superiori anno Hiſpania, & hieme in Baleari inſula tranſacta, eodem hoc anno DXLIX. in Liguriam advenerat. Liv. XXVIII. 46. Appian. Hiſp. c. 37. extr. De eodem Magone conf. quæ ſupra notavimus ad p. 254, 29. Pag. 295.

L. 28 *ſq.* τὸ μέλλον ἔσεσθαι περιορωμένου. Sic Civ. I. p. 90, 3. ἔτι δ' αὐτῷ κατὰ τὴν εἰκίαν τὸ μέλλον περιορωμένῳ ἐξαγγέλλεται &c. Eſt autem τὸ μέλλον περιοράσθαι *futura circumſpicere, cunctantem exſpectare quo res evaſura ſit.* Fortaſſe in exemplari H. Stephani intricatiori nexu ſcripta erat præpoſitio περὶ, & fefellit eum nomen μέλλον, ut προορωμένου (*proſpiciente futura*) legendum putaret; præſertim quum etiam in hiſt. Pun. p. 314, 74. ubi de eodem Magone agitur, καὶ τὸ μέλλον αἰεὶ προορώμενος legeretur; qui error ibi non ſolum in editis ſed in ſcriptis etiam libris omnibus obtinet, ubi nos περιορώμενος reſtituimus. τὸ μέλλον ἔσεσθαι προορώμενος recte, & ſuo loco, ſupra ſteterat p. 287, 83. *eventum animo præcipiens, id quod futurum erat ante proſpiciens.* Sic Pun. 335, 29 ſq. προορώμενος ἄρα τὸ μέλλον.

L. 30. Βρυτλίων. Quum (neſcio quo caſu) in edit. 2, contra quam in edit. 1. & in ſcriptis libris erat, (nam edit. 1. ut alibi, Βρυτίων, codices autem Vat. A. & Med. Βρυτλίων dabant,) Βρεττίων h. l. fuiſſet editum; ad ipſum hunc locum hæc adnotavit H. STEPHANUS: „Alibi paſſim Βρύτιοι, non Βρούτιοι, appellantur, & quidem in hac etiam ipſa pag. circa principium: [lin. 17.] Vide pag. quæ proxime ſequitur, & eam quæ illam excipit. Vide item pag. 338. & 341. necnon 346. & 348. [Omnibus iſtis locis conſtanter cum Vat. A. & Med. Βρύτλιοι edidimus.] Apud Stephanum [Byzant.] tamen Βρούτλιοι habemus, & Βρουτλία pariter. [Sic apud Noſtrum quoque Civ. V. p. 737, 15. 738, 26. conſentientibus libris editum eſt.] Quamvis autem duas tantum ex hoc hiſtorico ſcripturas attulerim hujus nominis, (quod ex iis eſt quæ ἐθνικὰ grammatici appellant;) non ignoro tamen, & tertiam apud eum extare. Nam in hiſtoria de bellis Punicis, p. 26. ſemel atque iterum occurrit genitivus Βρεττίων. Sed vix hujus

Pag. 295. ſcripturæ, tanquam aperte mendoſæ, audebam mentionem facere. Interim autem lector, de his diverſis unius nominis ἐθνικοῦ ſcripturis admonitus, meminerit, ubi aliorum nominum quæ hujus claſſis ſunt, diverſæ ſcripturæ occurrent, cautionem adhibere. De hoc certe & annotatio quædam in paginam 330. [264, 6.] ubi de Græca Petelinorum appellatione agitur, illum potuit commonefacere." Hæc STEPHANUS. Nos in hiſtoria quidem Pun. p. 360, 72. & 74. ubi Βρετίων vulgo legebatur, Βρυττίων ex Cod. Bav. (qui hac forma in ead. hiſt. Pun. 376, 17. dabat, ut in hac hiſt. Annib. Vat. A. & Med.) repoſuimus. Sed ſupra, in Ecloge X. de Reb. Samnit. pag. 62, 76. & 63, 90. intactam reliqui eamdem ſcripturam Βρέττιοι, in quam ibi cum exemplari Urſini conſentiebat codex Bav. Atque eadem illa ſcriptura, Βρέττιοι, tantum abeſt ut pro mendoſa haberi cum Stephano debeat, ut potius eo ipſo nomine populum hunc, quem *Brutios* vel *Bruttios* Romani vocabant, a Græcis olim proprie adpellatum, atque etiam originem illius nominis apud Strabonem lib. VI. pag. 255. & apud Diodorum Siculum lib. XVI. c. 15. expoſitam, videamus. Conf. Cluver. Ital. Ant. p. 1282 ſq.

Pag. 296. *L.* 32. „Quod ab Annibale fieri hic videmus in Brutiorum urbibus, idem narrat in Hiſpanica hiſtoria [c. 99. p. 223.] factum a T. Didio, in Termiſo, [vel Termantia.] Scribit enim de hac, ἐξ ἐχυμνοῦ κατήγαγεν ἐς τὸ πεδίον: ſicut hic legimus, τάς τε ὀχυρὰς τῶν πόλεων μετῴκιζεν ἐς τὰ πεδινά." H. STEPH.

CAP. LV. Lin. 37 *ſqq.* Πεύκαλιος Σκιρίων &c. Vide hiſt. Pun.
Pag. 297. cap. 6. extr. & ſqq. *L.* 50. ἐσύλησε - - τὸ τῆς Φερσεφόνης ἱερόν. Idem ſacrilegium olim Pyrrhus Epirota commiſerat: vide ſupra, hiſt. Samn. p. 70. l. 93. & l. 2.

CAP. LVI. Lin. 57. Κωνσεντίαν. Sic Civ. V. p. 786, 43. & 788, 71. Sic & apud Strabonem lib. VI. p. 256. A. Κωνσεντία μητρόπολις Βρετίων. *L.* 61. ἐς Πεσινοῦντα. „Hæc duo verba feci ex tribus his, quæ in exemplari erant, ἔπεσιν οὖν τά. Scribunt autem alii Πεσινοῦντα, alii Πεσσινοῦντα." H. STEPH. *ad edit.* 1. *L.* 62. Θεῶν Μητέρα. Malim τὴν Θεῶν Μητέρα.

L. 70. Κλαυδίων Κυϊντίαν. *Claudiam Quintiam*; potius *Quintam.* Vide Liv. XXIX. 14. alioſque ibi a viris doctis citatos. Poſtpoſitum eſt nomini prænomen, ut alibi: vid. ad 288, 6. & ad 273, 60. De re conf. Plin. VII. 35. & quos ibi laudat Harduinus. Pag. 298.

L. 72 *ſq.* ἐπιθειάσαι τε πολλὰ περὶ τῆς ἀμαρτίας. Sane non de *peccato*, ſed de *innocentia* Deos obteſtata eſt. Quare utique legendum περὶ τῆς ἀναμαρτησίας; quo ducit lectio cod. Med. Et ſic in contextu repoſitum velim. Eodem vocabulo ἀναμαρτησία utitur Noſter in hiſt. Pun. 367, 72. ubi Vat. A. mendoſe ἀμαρτησία habet, ut h. l. Med.

L. 74. ἔσπετο. Vid. Hiſp. 199, 69. & ibi. not.

L. 83. δι' ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἀρίστων. „Tu lege, ut ſecum conſentiat ſcriptor, δι' ἀνδρὸς καὶ γυναικός." WESSELING. *ad Diodor. Sic.* T. II. p. 605. Pag. 299.

CAP. *LVII. Lin.* 90. Πετηλίων. „At in fine pag. ſeq. vocantur Πετηλινοί. Neque tamen hic Πετηληνῶν, ſed potius Πετηλινῶν ſcribendum puto. Vide Annot. in pag. 330. [p. 264, 6.]" H. STEPHAN. Vide ad pag. 264, 6. Conſtitueram hoc loco, ſicut illic, Πετηλινῶν edere: & ad hanc ſcripturam refertur Nota textui h. l. ſubjecta. Sic & p. 302. 46. quum Πετηλινοὶ fuiſſet editum, Πετηλινοὶ reſtitui. Sed nihil impedit, quo minus nunc Πετηλίων ſcripſiſſe credi poſſit Appianus, a primo caſu Πετήλιοι. Certe eâdem forma & ab Οὐενουσία, Οὐενουσίους Civ. I. p. 62, 20. & a Περυσία, Περυσίους, Civ. V. p. 775, 52. (ut alia taceam ejuſdem generis) ab eodem dictos videmus.

L. 93 *ſq.* ἵνα δή, ἔφη, μηδὲ ὑπονοῆσθε· τοὺς μὲν δυνατοὺς παρέδωκε τοῖς Νομάσιν. Similiter fere in Evang. S. Marci c. 2, 10. ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὅτι ἐξουσίαν ἔχει - - - λέγει τῷ παραλυτικῷ &c. Mendoſam eſſe vulgatam lectionem monuerat H. STEPHANUS: „Admitti (inquit) hæc ſcriptura non poteſt, ἵνα δὲ ἔφη μηδὲ ὑπονοεῖσθαι. Neque enim ſequitur quidquam quod dixerit: & fuiſſet certe utendum futuris primæ perſonæ, non aoriſtis tertiæ: quinetiam dicendum, μηδὲ ὑπονοήσητε. Sed nequaquam veriſimile eſt tali ſermone uſum fuiſſe: contra

Pag. 29[illegible]

[illegible] meam conjecturam, ἵνα δ' [illegible] ὑπονοεῖσθαι."

[illegible] αἰτίαν ἐδεδοίκει τοῦ τοσοῦδε πολέ-

[illegible] teneas cum Editis distinctio-

[illegible]que vel defecta videri oratio

[illegible]tione (quam deleat Lector ve-

[illegible] participium ἐμβαλὼν referetur ad

[illegible]muit sibi, *ut qui tanti hujus belli*

[illegible]*nia.* Sic αἰτίαν ἐμβάλλειν similiter

[illegible] ἐμβάλλειν, δόξαν ἐμβάλλειν. Ac nescio

[illegible] aut intelligi saltem debeat pronomen

[illegible]*ti belli exstitisset*, vel *culpam tanti*

[illegible]*t, per ea quæ jam in Hispania pri-*

[illegible] enim expugnatio initium atque causa

[illegible]erat, vid. Hisp. cap. 13. & Pun. cap.

[illegible]ione verbum ἐπιβάλλω usurpatum videmus

[illegible] οὐ δύναμαι πεῖσαι τὰ δίκαια ποιεῖν Καίσαρα,

[illegible] μῦτος - - ἐπιβαλῷ.

[illegible] τῆς Ιταλίας οὔσης. „ Debuit interpres

[illegible] verbis non recedendum equidem putavi]

[illegible]*od Italia materie abundet*, sive, *lignis*

[illegible] enim aliqua regio affatim ligna suppeditare,

[illegible] in eam invecta fuerint." H. STEPHAN.

„ Desunt fortasse aliquot verba inter ἀλλοτρίων &

[illegible] videlicet, ὅσον οὔπω γενησομένων. Quibus in-

[illegible]dus ita sit hic locus, τῶν δὲ ἔτι ὑπηκόων οἱ πόλεων,

[illegible] οὔπω γενησομένων, καταφρονῶν. Ita autem lo-

[illegible]ribens, sequor quendam paginæ 344. [295, 30.]

[illegible] eodem modo loquitur." H. STEPHANUS.

[illegible] *Lin.* 46. Πετηλινοὶ. Vide ad p. 264, 6. & 299, 90.

[illegible] 50. „ Suspectum ἄνδρας & συναγαγὼν." MUS-

[illegible] ἄνδρες i. q. ἄνθρωποι sunt *homines*, *incolæ*. *Regio-*

[illegible]*nem*, inquit, *vastavit*, & *incolas in extremam calamitatem*

[illegible]. Pro πολλάκις συναγαγὼν fortasse πολλάκις ἀγαγὼν scri-

[illegible]. Attamen & alibi compositum verbum συνάγειν eadem

fere notione usurpatum deprehendimus ac simplex ἄγειν, velut Civ. I. 143, 12. τὸ τέλος σὺτῷ τῆς νίκης συναγαγόντα.

L. 54. „ Hic κατιφρόνησιν ὡς πολεμίων: quod plus est quam quod de Brutiis & aliis dixit, ὡς ἀλλοτρίων καταφρονῶν. Vide annotat. in paginam proxime præcedentem. [pag. 300, 15.]" H. STEPHANUS. *Pag.* 303.

CAP. LXI. Lin. 64 *sqq.* Τοῦτο τὸ τέλος ἦν --- πεντήκοντα ἦν. Beraldus ad verbum: *Hic fuit exitus expeditionis Annibalis in Italiam, & hujus belli Punici annus secundus & quinquagesimus.* Non fuisse autem annum *quinquagesimum secundum*, sed *decimum sextum*, ipse Appianus modo dixerat p. 302, 48. namque Hisp. c. 13. docuerat, expeditionem Annibalis in Italiam mox post indictum Carthaginiensibus a Romanis bellum fuisse susceptam. Qua fere ratione emendanda supplendaque hæc extrema libri hujus verba suspicer, in versione latina Græcis subjecta declaravi. Conf. hist. Pun. cap. 2. pag. 306. extr. & cap. 67. p. 390. ubi quamquam rotundo, ut ajunt, numero *per quinquaginta annos* duravisse dicatur pax bellum Punicum II. secuta, tamen, subtilius si spectes, ab A. U. 553. quo composita pax est, ad A. 605. quo Bellum Punicum III. erupit, duo & quinquaginta anni excurrerunt.

ADNOTATIONES
AD APPIANI LIBRUM VIII.
DE REBUS PUNICIS.

Pag. 304. INSCRIPTIONEM impreſſa exemplaria hanc præferunt: Αππ. Αλεξ. Ρωμαϊκῶν Λιβυκὴ ἢ Καρχηδονική. Scripti codices partim carent titulo, & in his Regii; partim ſimpliciter dant Αππιανοῦ (Ρωμαϊκῶν) Λιβυκή. Verba ἤτοι τὰ Καρχηδονικὰ unus dedit Vat. A. Ipſe Appianus, ubi hujus libri mentionem fecit, (Præf. p. 18, 80. Hiſp. p. 116, 57 ſq.) Βίβλον Καρχηδονικὴν dixit. Fuiſſe autem generalem Libri Inſcriptionem, Λιβυκή, & in duas partes fuiſſe diſtributum, quarum prior (Καρχηδονικὴ inſcripta vel τὰ Καρχηδονικὰ) Hiſtoriam Punicam explicabat, altera, Νομαδικὴ, Numidicam, diſcimus ex Photio & ex Anonymi alterius de Appiani opere Teſtimonio: vide ſupra hoc vol. pag. 5, 43. & p. 13, 59. Prior pars integra ad nos pervenit: ex poſteriori Fragmenta nonnulla, quæ ſuperſunt, ſubjecimus.

CAP. I. Lin. 2 ſq. „οἰκισθὰι δ' αὐτῆς ἐγένετο Ξῶρός τε καὶ Καρχηδών. Cum Appiano conveniunt Philiſtus Naucratita, Euſebius in Chronico, Stephanus de Urbibus & Hieronymus, ac Carthaginem a Zoro vel Xoro & Carchedone conditam ſcribunt. [*Xori* nomen nuſquam reperias, niſi in vitioſa hac apud Appianum lectione.] Hos tamen Salmaſius in Solinum, Voſſius Theol. Gent. & Bochartus refellunt, noſque docent, *Zorum & Carchedonem* urbium, non conditorum, eſſe nomina. Nempe *Zorus* eſt idem quod *Tſor*, Phœnicium Tyri nomen. Ita efferebant veteres. Liber nominum in Hieronymo, cap. de Marco: *Tyrus quippe lingua Hebræa Zor dicitur.* Et Καρχηδὼν eſt Carthago. Verum nomen erat *Carthada*, i. e. nova urbs. Solinus: *Eliſſa mulier extruxit, & Carthadam dixit, quod Phœnicum ore exprimit Civitatem Novam.* Inde eſt, quod utraque Carthago, tam Libyca, quam

quam Iberica, græce dicta eſt Καινὴ πόλις, ut videre eſt apud Stephanum & Euſtathium. Porro de conditu urbis videatur Scaliger [in Appendice operis] de Emend. tempor. & in Not. ad Euſebium. [num. DCCCIV. & MDCCCLXXI.]" AL. TOLLIUS. „Simſon ad A. M. 2772. Ζῶρος exhibet, & a צור nomine urbis Tyri repetit." REISKIUS. Pag. 304.

οἰκισταὶ δ' αὐτῆς, pro αὐτοῖς quod ex codd. Reg. ediderat C. Stephanus, repoſuit Henricus: illudque conſervavi, quoniam id ipſum exhibent codex Auguſtanus & cod. Venetus uterque. Sed Vratislavienſis liber, &, quantum video, Vaticanus A. (quem deinceps ſimpliciter Vaticanum nominare licebit, quoniam Punica hæc Hiſtoria ad illum unum ex Vaticanis collata eſt) cum Regiis & edit. 1. in αὐτοῖς conſentiunt. Quam lectionem ſi ſequaris, erit αὐτοῖς ad Phœnices colonos referendum; & οἰκισταὶ erunt *duces coloniæ*, qua notione vocab. illud in libris de Bell. Civ. plus ſemel occurrit. Ζῶρος, quod vulgo hic legebatur, ſcripti etiam libri noſtri exhibent omnes. Sed illud, proclivi ſane librariorum lapſu, ex Ζῶρος eſſe corruptum, ante Simſonum, quem advocavit Reiskius, viri docti, quos in brevi Nota infra contextum nominavi, pro tam comperto habuerunt, ut locum hunc Appiani non aliter citaverint ac ſi Ζῶρος vulgo hic legeretur: Joſ. Scaliger ad Euſeb. p. 50. num. DCCCIV. Salmaſius ad Solinum p. 228. Bochartus in Chanaan ſ. de Phœnicum coloniis, lib. I. cap. 24. Ceterum hanc ſententiam, quæ Carthaginem ante Trojæ excidium a Zoro & Carchedone conditam perhibet, non ſuo nomine, ſed tamquam aliorum, Græcorum puta nonnullorum, (e quorum numero Philiſtum nominat Euſebius) proferri ab Appiano, manifeſtum fit ex eo, quod, quam huic mox opponit, Romanorum atque ipſorum Carthaginienſium ſententiam veluti ſuam exponit, eamdemque rurſus ſequitur, ubi de temporis ſpatio, quo ſtetit Carthago differit, cap. 2. p. 306. cap. 51. p. 366. & cap. 132. p. 493. Conf. Adnot. ad pag. 306, 28. De diverſitate autem ſententiarum circa tempus, quo a *Didone*, cui & *Eliſam* vel *Eliſſam* nomen fuiſſe notum eſt, condita Carthago vel *Byrſa*

ADNOTATIONES
AD APPIANI LIBRUM VIII.
DE REBUS PUNICIS.

Pag. 304. INSCRIPTIONEM impreſſa exemplaria hanc præferunt: Αππ. Αλεξ. Ρωμαϊκῶν Λιβυκὴ ἢ Καρχηδονική. Scripti codices partim carent titulo, & in his Regii; partim ſimpliciter dant Αππιανοῦ (Ρωμαϊκῶν) Λιβυκή. Verba ἤτοι τὰ Καρχηδονικὰ unus dedit Vat. A. Ipſe Appianus, ubi hujus libri mentionem fecit, (Præf. p. 18, 80. Hiſp. p. 116, 57 ſq.) Βίβλον Καρχηδονικὴν dixit. Fuiſſe autem generalem Libri Inſcriptionem, Λιβυκή, & in duas partes fuiſſe diſtributum, quarum prior (Καρχηδονικὴ inſcripta vel τὰ Καρχηδονικὰ) Hiſtoriam Punicam explicabat, altera, Νομαδικὴ, Numidicam, diſcimus ex Photio & ex Anonymi alterius de Appiani opere Teſtimonio: vide ſupra hoc vol. pag. 5, 43. & p. 13, 59. Prior pars integra ad nos pervenit: ex poſteriori Fragmenta nonnulla, quæ ſuperſunt, ſubjecimus.

CAP. I. Lin. 2 ſq. „οἰκίσαι δ' αὐτῆς ἐγένοντο Ξῶρός τε καὶ Καρχηδών. Cum Appiano conveniunt Philiſtus Naucratita, Euſebius in Chronico, Stephanus de Urbibus & Hieronymus, ac Carthaginem a Zoro vel Xoro & Carchedone conditam ſcribunt. [*Xori* nomen nuſquam reperias, niſi in vitioſa hac apud Appianum lectione.] Hos tamen Salmaſius in Solinum, Voſſius Theol. Gent. & Bochartus refellunt, noſque docent, *Zorum* & *Carchedonem* urbium, non conditorum, eſſe nomina. Nempe *Zorus* eſt idem quod *Tſor*, Phœnicium Tyri nomen. Ita efferebant veteres. Liber nominum in Hieronymo, cap. de Marco: *Tyrus quippe lingua Hebræa Zor dicitur.* Et Καρχηδὼν eſt Carthago. Verum nomen erat *Carthada*, i. e. nova urbs. Solinus: *Eliſſa mulier extruxit, & Carthadam dixit, quod Phœnicum ore exprimit Civitatem Novam.* Inde eſt, quod utraque Carthago, tam Libyca,

quam

ſaltem, arx Carthaginis, perhibetur, præter auctores a Tollio
Pag. 304. citatos, conferri poteſt Bongarſius ad Juſtin. XVIII. 6. cujus Adnotatio huc ſpectans Notis etiam Variorum ad Vellej. Paterc. I. 6. in edit. Ruhnk. inſerta eſt. Adde quæ notabimus ad p. 306, 28.

L. 5. *κατακαίνω.* Sic mox l. 8. *ἀφικνεῖται*, interſperſis licet aliis verbis quæ in præt. imperf. vel in Aor. ponuntur. Sua auctoritate, & præter rationem, primus editor (quem ſecuti duo reliqui ſunt, qui nullos ſcriptos libros adhibuerunt) *κατέκαινε* poſuit. Nihil familiarius ſtylo hiſtorico, quam hujuſmodi ab uno verbi tempore ad aliud tempus tranſitus. Sic Hiſp. p. 162, 53. *χορτολογοῦντι ἐπέκειντο, καὶ κλείνουσι πολλούς.* Adde p. 171, 99. p. 109, 30 ſq. Similiter initio Fragm. ex lib. de Regib. p. 21. *Αἰνείας - - ἤκμασε - - - ἔφυγε . . . κατασπλεῖ.* Et mox ibid. *ἦρχε - - - καὶ ξεύγνυσιν.* &c.

Pag. 305. *L.* 8 *ſq.* *ἀφικνεῖται πλέουσα Λιβύης ἔνθα νῦν* &c. Intellige *ἐς τοῦτον Λιβύης τόπον ἔνθα*, vel *ἐς τὴν Λιβύης μερίδα ἔνθα νῦν* &c. Sic Annib. 290, 36. *ἢ τοῦ τείχους αὐτὸς ἐφεύρεν.* Mithr. 679, 31. *ἡ σαμβύκη ἐπαχθεῖσα τοῦ τείχους ἢ τὸ τῆς Ἰσιδος ἱερὸν ἐσῆλθε.* Simili quadam ellipſi dictum videri poteſt illud Hiſp. 147, 98. *κατέσπευσε τῆς Ἰβηρίας ἐς τὸ καλούμενον Ἐμπόριον*: niſi id quidem per trajectionem potius quamdam vel hyperbaton, quod dicunt, poſitum eſt pro *ἐς τὸ καλούμενον τῆς Ἰβηρίας Ἐμπόριον.*

L. 11. *περιλάβοι* dedi ex Aug. Vat. & utroque Veneto. (Nam ſpecimen collationis quod ex Veneto S. Joh. & Pauli mecum communicatum eſt, præter Præfationem, initium hujus Libri de reb. Pun. complectebatur. Totus autem reliquus hic Appiani liber, cum ceteris omnibus, ad nullum alium Venetum codicem collatus eſt, niſi illum *Bibliothecæ S. Marci*, quem adeo poſthac nude *Ven.* vel *cod. Ven.* deſignare licebit.) *Vratislavienſis* codex, quem abſoluta demum duorum voluminum impreſſione, quibus ipſa Appiani Hiſtoria continetur, nactus ſum, rurſus h. l. cum Regiis codicibus & cum Impreſſis conſentit: quod quoniam plerumque fit, de iſto conſenſu deinceps non opus erit monere Lectorem;

fatisque fuerit, si hujus Codicis *Vratisl.* lectiones tum demum adnotavero, ubi a Codicum Regiorum atque Impressorum lectionibus discedunt. Itaque ubi de Vratisl. nihil monebo, ibi intelliget lector cujus id nosse intereat, codicem hunc cum Regiis manuscriptis atque Impressis consentire. Ubi vero inter ipsos Regios & Impressos erit dissensus, ibi (nisi manifestius mendosa sit altera lectio) indicabo, utra ex parte stet Vratislaviense exemplar. *L.* 13. οὕτω βῆ. οὕτως etiam Vratisl. Pag. 304.

L. 12. ἐπὶ τῇ τῶν Φοινίκων μικρολογίᾳ. Gelenius: *riserunt Phœnum sordes.* Et plerumque quidem aliàs μικρολογία vel σμικρολογία *avaritiam* vel *sordes* denotat, id est, *nimiam in dando* vel *erogando parcitatem*, sed, sicut generatim *minutarum rerum sectationem studiumque* indicat, sic & *de parcitate in postulando* recte usurpatur. conf. Maced. p. 514, 48. *L.* 17. εἰνάκατον etiam Vratisl. Sic rursus Aug. & Vat. C. Mithr. 642, 4. & Aug. ibid. p. 701, 3. & 703, 37. Eodemque modo apud Strabonem II. 122. B. III. 137. B. &c. Conf. Sylburg. ad Clenard. Instit. Ling. Græc. p. 435. extr.

L. 18. ἀπὸ τοῦδε Βύρσα ὀνομάζεται. Hæc est Græcorum derivatio illius nominis: quæ ipsa derivatio originem fabulæ isti de bovina pelle dedisse videtur. Rectius, & ad sermonem Phœnicum adcommodatius, ab Hebræorum בָּצְרָה, (*Bozra,*) quod *arcem* notat, a Scaligero derivatum nomen *Byrsæ* esse, pridem consentiunt eruditi.

CAP. II. Lin. 27. δυνάμει μὲν ἀξιόμαχος τῇ Ἑλληνικῇ, πλουσίᾳ δὲ μετὰ τὴν Περσικήν. Dura omnino & insolens oratio, ἀξιόμαχος περιουσίᾳ μετὰ τὴν Περσ. Ac sane adjectivum illud πλουσία, quod exhibet Aug. nullo licet ex reliquis codicibus suffragante, in locum vocabuli περιουσίᾳ substitutum malim. Pag. 306.

L. 28. ἑπτακοσίοις δ' αὐτοὺς ἔτεσιν ἀπὸ τοῦ συνοικισμοῦ &c. „ Immo vero ἐννακοσίοις. Neque vel sic rem exhaustam habes. Cœpit primum bellum Punicum A. U. 490. finiit A. 514. Ab Anno U. C. 1. ad Æneæ in Italiam adventum sunt anni 426. His adde quinquaginta, quos stetit Carthago ante Trojam excisam: habes annos 990. Repetit tamen eandem

Chronologiam p. 28, 34. & 82, 17. [366, 55. & 493, 35.]"
Pag. 306. REISKIUS. Similiter SCHEGKIUS ad Vellej. Pat. I. 6. „ Sibi ipſi, ait, contrarius Appianus. Ecce in limine Punici, L. ante Ilium captum annis conditam Carthaginem: &, paucis interjectis, ſeptingenteſimo anno a Carthagine condita Romanos eis abſtuliſſe Siciliam narrat. Jam, Siciliam in Romanorum poteſtatem veniſſe DXII. ab U. C. & a Troja capta ad U. C. intereſſe annos CDXXXII. ſcimus. Aſſide pulverem eruditum, & puta; numquam conſtabit ratio." At tum demum computus hic ſeptingentorum annorum pugnabit cum eis quæ in limine Libri dixerat Appianus, ſi ſententiam eam, quæ L. annos ante Ilium captum conditam Carthaginem ſtatuit, tamquam unice veram atque ſuam ille propoſuit. Quod quidem longe ſecus eſſe, ſi cui ex ratione ea qua ſententiæ iſti ſententiam Romanorum atque ipſorum Carthaginienſium oppoſuit, minus patere videtur, ex ipſo ſaltem hoc computo quem hic legimus, ac magis etiam ex reliquis duobus Noſtri locis, ad quæ Reiskius provocavit, manifeſtum fieri poterat. Conf. ſupra ad cap. 1. lin. 2 ſq. Satis enim adparet, tribus hiſce locis æram conditæ Carthaginis non ante Trojæ figi excidium, ſed ad id tempus referri quo a Didone vel Eliſſa deducta Punica colonia perhibita eſt.

At vero illud dubitationem aliquam habere poſſe intelligo, quod, quum circa finem belli Punici II. A. U. C. 552. Pœni oratores (Pun. 366, 55.) prædicantes inducantur, *per* DCC. *annos floruiſſe ſuam civitatem*, tamen nunc *ſeptingenteſimo a conditione Carthaginis anno Sicilia multatos Pœnos* dicere videatur Appianus, quod ſtatim finito bello Punico I. A.U. 513. factum erat; tum vero quod rurſus (Pun. 493, 35.) ad eumdem annum DCC. a nativitate Carthaginis excidium ejuſdem referat, quod in A. U. 608. incidiſſe conſtat. Quam quidem dubitationem non ita levandam puto, ut erratum fortaſſe in numeris eſſe dicamus; quamquam, ſi hoc loco, in quo verſamur, ἑξακοσίους legeremus pro ἑπτακοσίους, melius conſtare videri poterat ratio. Sed primum conſiderari velim, eodem hoc loco non præciſe dicere Appianum, *ſeptingenteſimo anno*

Siciliam Pœnis esse ademtam. Etenim hæc phrasis ἐπὶ ἑκατοστοῖς ἔτεσιν latius patet, & idem fere significat, quod latina locutio *intra septingentesimum annum*. Deinde vero ex ipso nexu orationis intelligi videtur, illud temporis spatium, quod laxiori ista ratione definit Scriptor noster, non ad unam Siciliam Pœnis ademtam restringendum; sed ad reliquas omnes calamitates quæ hanc secutæ sunt, quas continua serie cum illo primo detrimento enumerat, esse extendendum. Quod ni ita esset, multo sane aptius fuerat, eversionis tempus definire, quam illud quo una solum provincia minutum est Pœnorum imperium. Denique quum satis adpareat, singulis tribus locis, de quibus quærimus, non nisi obiter & latiori quadam ratione rotundoque, ut ajunt, numero ætatem Carthaginis indicare Appianum voluisse; videmus, inter diversissimas variorum auctorum de annorum numero, quos stetit Carthago, sententias, medium quemdam numerum satis apte fuisse ab eodem selectum. Nam quum alii conditam ab Elisa Carthaginem LX. & quod excurrit annis ante Romam dicerent, (Timæus Siculus apud Dionys. Halic. lib. I. c. 74. pag. 60. ed. Sylb. Vellejus Pat. I. 6. cf. Euseb. Chron. num. MDCCCLXXI.) alii XCII. annos ponerent, (Liv. Epit. LI. Anonymus ap. Suid. voc. Ἀφρικανός.) alii denique, (Solinus c. 30. al. 27. cf. rursus Euseb. l.c.) ut plures nunc omittam sententias, CXXX. vel CXL. annos a condita Carthagine ad Romam conditam numerarent; Appianus, videns in tantis auctorum dissensionibus nihil certi posse definire, mediam quamdam rationem laxioremque secutus, haud ita incommode & decrementi initium imperii Punici & excidium tandem urbis circa septingentesimum fere annum, ex quo condita erat, ait accidisse. Pag. 306.

L. 33. Σκιπίωνος. Sic & Vratisl. *L.* 36. ἐστενοχωῖν. Sic & REISKIUS legere jussit: „ἀπενοχωῖν aut ἐστενοχωῖν, ut pag. 117, 39. & 105, 34." [p. 341, 43. & Syr. 579, 35.] ἀνφέρειν proprium verbum, ubi de *pendendis* s. *conferendis tributis* agitur; nonnumquam συμφέρειν. Passim tamen apud Nostrum unum alterumve probatum ceteroquin codicem ἐπενοχωῖν pro ἐστενοχωῖν exhibere comperi, ex male intellecto, ut videtur,

Pag. 306. ſcripturæ nexu quo præpoſitiones ἐς & ἐν in compoſitione verborum exprimuntur: vide Pun. 341, 43. Maced. 514, 44. Civ. IV. 635, 79. Civ. V. 720, 29. & 31.

Pag. 307. *L.* 39. ἀλλήλοις ἐπολέμησαν. Sic h. l. unus exhibet Vratisl. ſed is quoque ita ut ſimul ἀλλήλους legi poſſit. Vide Adnot. ad Præf. pag. 16, lin. 38. *L.* 41. ἐπάρατον ἔγνωσαν. Poſſis ſuſpicari, poſt hæc verba nonnihil intercidiſſe; velut, εἴ τις αὐτὴν αὖθις οἰκήσειε. conf. p. 498, 12 ſq. Sed & recte ἐπάρατος χώρα dicetur, *quam habitare non licet*, ut ἐπάρατα χρήματα, *pecuniæ quæ tangere nefas eſt*, Civ. II. 368, 85. Et infra, p. 500, 52. legimus τῆς πάλαι Καρχηδόνος τὸ ἐπάρατον.

L. 42. ἀγχοτάτω, i. q. ἄγχιστα vel ἐγγυτάτω. Forma Herodoto frequentata, & Appiano familiaris; ſed apud hunc ſæpe vario modo a librariis corrupta. H. l. verum ſolus dedit Vat. ſed ἀγχωτάτω Aug. ἐγχοτάτω Ven. ἀγχιτάτω cum Regiis Vratisl.

L. 46. Ἀννιβαϊκή. Sic tacite poſuit H. Steph. Ex Vat. & Ven. nil adnotatum. Vratislavienſis cum Regiis & Aug. & edit. 1. dat Ἀννιβακή. Vide ad Præf. Appiani p. 18, l. 80.

Pag. 308. *CAP. III. Lin.* 64 *ſq.* τὴν νύκτα πρὸς τῶν νικώντων ἔσεσθαι. Gelenius: *noctem profuturam victoribus.* An, quod non facile recipere ſe hoſtes propter objectum a tergo flumen poſſent? *L.* 69 *ſeqq.* Codex Bav. in *Excerptis de Legationibus* hæc habet: Ὅτι Ατίλιος ὁ στρατηγὸς Ρωμαίων, αἰχμάλωτος γεγενὼς ὑπὸ Ξανθίππου τοῦ Λακεδαιμονίου· τόνδε μετ' οὐ πολὺ κάμνοντες οἱ Καρχ. σὺν οἰκείοις πρίσβεσιν &c. uſque verba κέντρα πάντοθεν ἐχούσῃ διέφθειραν. pag. ſq. l. 77.

CAP. IV. Lin. 72. πρίσβευσιν, quum operarum errore in
Pag. 309. edit. 1. irrepſiſſet, ex ea in reliquas tranſierat. *L.* 74. τέλεσι repoſuit H. Steph. ſuffragantibus omnibus libris noſtris exceptis Regiis.

L. 75. ἐπανῆλθεν ἐς λύμην ἕτοιμον. Quum ἐς λίμνην olim ex Regiis libris, ſuffragante cod. Aug. (cui & Ven. & Vratisl. accedere interim cognovi) editum fuiſſet; monui in *Exercitationibus in Appiani Roman. Hiſtor.* Sect. V. p. 41. ἐς λύμην eſſe legendum; quam emendationem præiverat eruditus interpres Appiani SIGISM. GELENIUS, pro Græcis

verbis ἐς λίμνην ἕτοιμος, quæ vulgo hic legebantur, hæc latina verba ponens, *paratus ad ſupplicium*: quemadmodum & apud Ciceronem legimus de Senect. c. 20. *M. Regulus ad ſupplicium eſt profectus*; & de Offic. lib. III. 27. *neque vero ignorabat, ſe ad crudeliſſimum hoſtem & ad exquiſita ſupplicia proficiſci*: & rurſus c. 28. *ad cruciatum revertiſſe*. Nam mendo quidem laborare vocabulum λίμνην, dubitari non poterat: & ſatis adparebat, ex pag. præcedenti, ubi de eodem Atilio loquens Appianus dixerat ἀμφὶ λίμνῃ εἱρκτοπεδεύων & περιώδευε τὴν λίμνην, nomen illud per incogitantiam vel imperitiam librarii, cujus animo id adhuc obverſabatur, in locum alterius cujuſdam, quod ſive ſono ſive ſcribendi forma huic quodammodo vicinum erat, perperam eſſe traductum. Frigida autem videbatur PALMERII emendatio, qui in Exercitat. in Auctores Græc. p. 151. ἐς λιμένα legere confidenter juſſerat, hanc verſ. lat. adjiciens, *in portum reverſus eſt ad omnia paratus*. Porro obtulerat quidem ſe animo meo cogitatio, quam mox etiam HEYNIUS V. Cl. mecum communicavit, ſi ἐς Λιβύην ſcripſiſſet Appianus, proclivem admodum fuiſſe ex Λιβύην in λίμνην tranſitum, præſertim cum haud raro literas β & μ ob figurarum cognationem inter ſe commutatas a librariis videamus. Sed, ſic otioſum plane & ab hoc loco alienum fore nomen quod huic adjectum erat, ſive ἕτοιμος, ſive ἕτοιμον legas, intellexi. Itaque ἐς λύμην unice huic loco adcommodata videbatur lectio: & accedebat, quod non modo verbum λυμαίνεσθαι hac notione, *cum cruciatu enecare*, ſed & ipſum nomen λύμη eadem notione frequentatum Appiano vidiſſem; velut cum Civ. I. pag. 114, 19 ſq. λύμας καὶ θανάτους καὶ δημεύσεις conjungit, ubi de calamitatibus Syllanorum temporum differit; aut quum in Exc. ex Hiſt. Gall. p. 84, 86. ait, Βριτόμαριν μόνον ἦγεν αἰχμάλωτον ἐπὶ λύμῃ. Eam vero emendationem poſthac auctoritate Vatic. codicis confirmatam comperi, in quo perſpicue ἐς λύμην legitur: & ab eadem lectione propius aberrare vidi codicem Bav. qui λοίμην exhibet. In eamdem emendationem incidiſſe MUSGRAVIUM video: monet enim, λύμην *vel*

Pag. 309.

Pag. 309. ποινὴν legendum. Miror, REISKIO non adriſiſſe; in cujus ſchedis ad h. l. hæc verba leguntur: „videtur interpres λύμην vel τιμωρίαν reſpexiſſe. Vera lectio eſt Λεβύην.“

Ibid. ἕτοιμον. Sic ad unum omnes ſcripti noſtri libri, plana & commodiſſima ſententia, *ad paratum ſupplicium.* Scilicet offendit primum editorem, cui hanc ipſam lectionem offerebant codices Regii, nomen adjectivum ἕτοιμον terminatione maſculina nomini ſubſtantivo fœminini generis junctum: itaque tacite & ſua auctoritate in ἕτοιμος maluit mutare. Sed ſolet Appianus hoc nomine ἕτοιμος, tamquam communis generis, uti. Vide Hiſp. 132, 27. & ibi notata. Plura exempla Index dabit.

L. 76. Καὶ αὐτὸν (Ατίλιον Ρῆγλον) οἱ Καρχηδόνιοι, καθαιρέσεως ἐν γαλεάγρᾳ &c. Conf. Exc. II. ex Lib. de Reb. Siculis, p. 93. — Ad hunc Appiani locum *de Reguli Supplicio* prolixa eſt JAC. PALMERII *Adnotatio* in Exercit. in Auct. Græc. p. 151 ſqq. „Hanc hiſtoriam (inquit) vel potius fabulam plerique Romanorum poſteris, ut veram, tradiderunt. Cicero de Officiis tertio [c. 26 ſqq.] eam habet, & vigiliis necatum Atilium ait: ut & in Orat. in Piſonem [cap. 19.] reſectas ei palpebras dixit: & Horatius Carminum III. ode 5. [& Valer. Max. IX. 2. extern. 1. aliique.] Silius vero Italicus in eo argumento tragice debacchatur: eos auctores ſequutus Zonaras eadem de morte Atilii narravit: ii omnes Appiani huic loco concinere videntur. Si dixero me tantis & talibus auctoribus fidem non habere, riſum forte tuum, vel indignationem movebo. Sed audi quæſo, quæ me ab ea narratione credenda demonent, & expande frontem, ſi corrugata eſt. Polybius, qui belli primi Punici hiſtoriam fuſe, ne dicam prolixe, ſatis exequitur, cum Atilii cladem & captivitatem narret, de toto eo negotio ne verbum quidem facit, ut nec de Atilii itu & reditu nec de ejus morte loquitur. Si quis conjecturæ noſtræ locus eſt, puto eum auctorem de morte Atilii conſulto tacuiſſe, ne coactus foret fallere fidem hiſtoricam, eam fabulam narrando ut Romæ obtinebat, vel odium Romanorum incurrere, ſi contrarium recepto apud eos ru-

mori traderet. Ut id credam, ſuadent duo loci inſignes, unus Polybii libri primi, [c. 14.] ubi de auctoribus qui bellum Punicum primum ſcripſerunt, ait, Philinum & Fabium non, ut oportuit, veritatem retuliſſe, ſed Philinum quidem omnia in Carthaginenſium favorem ſcripſiſſe, Fabium vero contra, & utrumque falſo: alter locus eſt Diodori Siculi, cujus extat fragmentum libri 24. quantivis pretii a Valeſio publicatum. [p. 273 ſq. & in edit. Weſſeling. T. II. p. 566.] Sic autem incipit: (de Atilii autem uxore & ejus liberis loquitur, quibus data fuerat cuſtodia Boſtaris & Hamilcaris, Carthaginenſium ducum captivorum.) Ὅτι ἡ μητὴρ τῶν νεανίσκων βαρέως φέρουσα τὸν τ' ἀνδρὸς τελευτὴν, καὶ νομίσασα δι' ἀμέλειαν αὐτὸν ἐκλελοιπέναι τοῦ ζῆν, ἐποίησε (vel ἔπεισε) τοὺς υἱοὺς κακουχεῖν τοὺς αἰχμαλώτους. *Quod mater juvenum graviter ferens viri mortem, & putans eum a vita deceſſiſſe propter incuriam, ſuaſit filiis, ut male haberent captivos.* Narrat deinde, quomodo ob carceris nimium rigorem, alter eorum mortuus ſit, alter vero duraverit; donec, re in vulgus prodita, Οἱ δὲ, μισοπονηρήσαντες τοῖς δημάρχοις προσήγγειλαν. δεινῆς δὲ οὖν τῆς ὠμότητος φανείσης, οἱ ἄρχοντες ἀνεκαλέσαντο τοὺς Ατιλίους, καὶ παρ' ὀλίγον θανάτου κρίσιν προσέθηκαν ὡς καταισχυνοῦσι τὴν Ρώμην· διαπειλήσαντο δὲ τὸν ἀρμόσουσαν παρ' αὐτῶν λήψεσθαι τιμωρίαν, εἰ μὴ πᾶσαν ἐπιμέλειαν ποιήσονται τῶν αἰχμαλώτων. οἱ δὲ τῇ μητρὶ πολλὰ καταμεμψάμενοι, τὸν μὲν Βοδόστορα καύσαντες ἀπέστειλαν τὴν τέφραν τοῖς συγγενέσι, τὸν δὲ Αμίλκαν ἐκ τῆς κακουχίας ἀνέλαβον. Id eſt, *Illi vero odio habentes eam malignitatem, id tribunis denunciaverunt: & cum videretur ea crudelitas graviſſima, Magiſtratus Atilios ad ſe vocarunt; & parum abfuit, quin eos in capitale judicium adducerent, tamquam Romam dedecore afficientes: denunciarunt autem illis, eos graviſſimas daturos pœnas, niſi omnem curam adhiberent iis captivis. Illi autem multum apud matrem quiritantes, & de ea querentes, Boſtora quidem uſſerunt, & cineres miſerunt ejus agnatis: Hamilcarem vero male habitum refocillarunt.* Ex hoc Diodori loco & ex Polybii ſilentio licet conjicere, totam de M. Atilii ſupplicio tragœdiam ad pulpita amandari debere,

Pag. 309.

Pag. 309. & a veritate hiſtorica exulare: & mihi videor totam Atilii hiſtoriam intelligere. Adverte animum, lector. M. Atilio totam Carthaginenſium ditionem libere populante, Aſdrubalem, Boſtarem, & Hamilcarem duces arceſſunt Carthaginenſes: pugnant cum Atilio, vincuntur, de pace agunt; ſed incaſſum ob duriores conditiones ab Atilio propoſitas. Denuo pugnant, Xanthippo Lacedæmonio duce; vincunt, & univerſum Romanorum exercitum delent, & ipſum ducem Atilium captivum Carthaginem ducunt: curam adhibet Hamilcar, & captivum fovet, ut fit in bello: claſſem navium 350. parant Romani, & conſulibus M. Æmilio & Servio Fulvio ducibus, ad Hermæum promontorium claſſem Carthaginenſium profligant, captis navibus 114. & ducibus Boſtare & Hamilcare, quos Romam mittunt cum victoriæ nuncio: quod ex eo conjicio, quod de iis non fit amplius mentio in illo bello, ſed de ſolo Aſdrubale, & quod ex eo Diodori loco citato pateat eos captivos Romam ductos fuiſſe. Senatus, ut ſolaretur uxorem & filios Atilii, iis mandat cuſtodiam ducum Carthaginenſium, ut haberent redemptionis Atilii pretium, facta ſcilicet commutatione, ut fit in bello, quod Diodorus narrat. At accidit, ut morbo moreretur in captivitate Atilius: unde irata uxor, & non amplius ſperans ſe per ſuorum captivorum tranſmutationem potituram marito, eos crudeliter vexat: unde Senatus iræ adverſus matrem & filios. Ea vero, ut colorem juſtitiæ daret crudelitati ſuæ, fabulam hanc de necato per incuriam & vigilias & tormenta Atilio in vulgus & alias mulieres, ejus affines loquaces, tradidit; unde rumor ille increbuit, & in majus traditus eſt, & propter Carthaginenſium odium facile creditus, vires acquiſivit eundo. Niſi ita res ſe habuerit, multum me fallit conjectura. Lege lector, veritatis ſectator, totum Diodori fragmentum & Polybii librum I. attente; &, ut ſpero, dices me non aberrare a veriſimili, & *inter errata hiſtorica M. Atilii cavcam, & aculeos & palpebras ſectas annumerabis.*" Hæc PALMERIUS. Ceterum de illa Reguli ſive hiſtoria ſ. fabula vide Auctores a Reimaro citatos ad Dionem p. 62. & de diſſenſu veterum in ſupplicio

Reguli conferri poterunt, quos ibidem Reimarus laudavit, Dukerus ad Flor II. 2, 23. & Drakenb. ad Silium Ital. Punicor. VI. 539. *Pag.* 309.

L. 78. συμφορῶν Aug. Sic aliis nonnullis locis, rariſſimis quidem, ubi ξὺν ſive nude ſive in compoſ. verborum contra Appiani morem editum erat, σὺν reſtitui, adſtipulante uno aut altero ſcripto libro, Hiſp. 125, 3. Civ. II. 232, 77. Syr. 541, 76. alicubi & abſque librorum auctoritate, ut in Fragm. ex Suida, pag. 27, 84. Eſt & ubi intactum reliqui ξὺν, in quinque codicum conſenſu. Civ. I. 123, 65.

L. 82 *ſq.* ὁ μὲν δὴ δίκην ἔδωκε τήνδε εὐπραγίας. „Inſignis perfidia, Pœnis ſæpius uſitata. Documento ipſe Annibal: qui quamvis pro eorum incolumitate plures imperatores, plures Romanorum exercitus trucidaſſet, quam gregarios milites alius, in exilium tamen ire coactus fuit. Expertus eamdem quoque Maſaniſſa, de quo inferius hoc eodem libro. Quare non immerito nunc *fraudulenti*, nunc *mendaces*, *verſipelles* & *bilingues* apud Scriptores nominantur. Et Regulus ipſam Carthaginem *fraudum domum*, *gentem aſtu fallere lætam*, appellavit. Ipſe Annibal apud Silium de ſe gloriatur,

Scita patrum & leges & jura fidemque Deorum
In dextra eſſe ſua.

Exempla qui cupit, præter noſtrum, Polybium, Diodorum Siculum, Livium, & imprimis Valerium Maximum conſulat." AL. TOLLIUS, *aut neſcio Quis in edit. Tolliana.*

CAP. V. Lin. 89. Ἀη εἰρηναῖαι ἦν τὰ ἐς ἀλλήλους? *Ead. & ſeqq.* Λίβυες δ' ὅσοι Καρχ. &c. Conf. hiſt. Sic. p. 95, & Hiſp. cap. 4.

L. 91. ἐγκλήματά τινα μισθῶν. „Forte περὶ μισθῶν." REISK. *Pag.* 310.

L. 92 *ſq.* ἐπολέμουν αὐτοῖς. Vide ad p. 308, 39. & ad Præf. p. 16, 38. *L.* 95 *ſq.* ἀπείρητο. Sic tacite, recte vero, repoſuit H. Steph. adſtipulantibus Aug. Ven. Vat. *L.* 3. διὰ τὸν λιμὸν. Candidus: *rerum inopia, ut in bello fit, univerſam Libyam redegerunt in poteſtatem*; forte, quod utramque lect. λιμὸν & πόλεμον, alteram alteri ſuperſcriptam, aut

alteram in textu, alteram in ora exemplaris sui scriptam invenit. Pag. 310. διὰ τὸν λιμὸν reponere REISKIUS etiam jussit.

L. 5. ἔβαλλον sive casu sive ex ingenio posuit H. Stephanus; non male, sed refragantibus scriptis libris. *L.* 6. λανθάνειν quoque tacite restituit H. Steph. recte & consentientibus Aug. Pag. 311. Ven. Vat. *L.* 8. Mendose cum Regiis Vratisl. Σαρδὼ καὶ τόδε ποινὴν ἔδωκαν.

CAP. VI. Hoc Capite locus erat exponendi ea, quæ in hist. Hisp. cap. 14. pag. 116. promiserat Appianus, quum, *quid Sempronius Longus aliique post eum Romanorum imperatores (usque ad P. Scipionem) circa Africam gesserint, in Punica Historia se perscripturum* profitetur, imo *ase perscriptum* ait, ἐν τῇ Καρχηδονικῇ βίβλῳ συγγέγραπται. De quibus rebus quum ne verbulum quidem h. l. hodie legamus; nescio, oblitus-ne sit promissi Scriptor noster, an interciderit ista Punicæ hujus historiæ particula. Ceterum Sempronium Longum, Africam licet provinciam sortitum, ne attigisse quidem cum classe sua Africæ oram, constat ex Livio XXI. 51. Reliquis vero expeditionibus ante P. Scipionem in Africam suscepti, a Cn. Servilio Cos. A. U. 537. (Liv. XXII. 31.) a L. Furio Prætore A. U. 538. (Liv. XXIII. 21.) a M. Valerio Messalla A.U. 544. (Liv. XXVII. 5.) a M. Lævino Procos. A. U. 547. (Liv. XXVIII. 4.) nihil magni momenti adversus Carthaginienses effectum fuisse videmus.

L. 12. ἐπὶ Ρωμαίους. Tacitam hanc H. Stephani emendationem confirmant Aug. Ven. Vat. *L.* 18. & 22. Πούπλιος & Πουπλίου dedit Vat. reliquis codd. h. l. cum Editis facientibus. Ceterum utramque formam, Πούπλιος & Πόπλιος, promiscue & apud alios Græcos Scriptores & apud nostrum invenimus. Plerumque tamen in Πούπλιος apud Nostrum consentiunt libri.

L. 20. ἀνήσκετον. „ἐθνήσκετον." REISKIUS. Atque id Pag. 312. sane postulabat ratio grammatica. *L.* 28. πιμφθῆναι στρατηγὸς. Sic recte Aug. Ven. Et sic reponendum monuerunt REISKIUS & MUSGRAVIUS. De re conf. hist. Annib. cap. 55.

CAP. VII. Lin. 33. Μάγωνος. Vide ad Annib. p. 254, 29.

L. 37. ἰφεδρεύσειν Vat. & Ven. Sic & vetus interpres Pet. Candidus, *continue in Italia manſuros:* nec aliter dare debuit Aug. in quo ἰφεδρεύσει legitur. *Pag.* 312.

CAP. VIII. Lin. 50. ἔνθους ὤν. „Forte ἐνθουσιῶν." REISK. — De eodem Scipione in hiſt. Hiſp. pag. 121, 35. dixerat, πολλὰ ἀθρόως καὶ λάζρως, ὥσπερ ἔνθους, ἐπαγγειλάμενος: & 131, 15. τὸ βλέμμα καὶ τὸ σχῆμα διαθὶς πάλιν ὥσπερ ἔνθους. De ejuſdem vero cupiditate Pœnos in ipſa Africa invadendi, Hiſp. 135, 80 ſq. ὁ δὲ τοῦδε αὐτοῦ μάλιστα ἐπιθυμῶν ἐκ πολλοῦ. *Pag.* 312. *Pag.* 313.

CAP. IX. Lin. 66. Ασδρούβαν. De ſcriptura hujus nominis conf. quæ ad pag. 105, 73. dicta ſunt. *L.* 73. Αννίβα τε Reg. B. Aug. Vratisl. idque reponendum monuit REISKIUS. *Pag.* 314.

L. 74. τὸ μέλλον αἰεὶ περιορώμενος. Vide ad Annib. 295, 28. Adpoſite hæc phraſis reſpondet verbo ἰφεδρεύσει, quod præceſſit.

L. 78. ἐρέσσειν, *ad remigandum, qui remigaturi eſſent.* Temere ab editoribus futurum illud, in quod conſentiunt ſcripta exemplaria, cum præſ. permutatum eſt. *Pag.* 315.

CAP. X. Lin. 82. Σύφαξ δ' ὑπὲρ Reg. B. Aug. Vratisl. Inſerendam conjunct. δὲ REISKIUS etiam adnotavit: & eam jam inſeruerat SIGONIUS ad Liv. XXIV. 48. Minus feliciter MUSGRAVIUS hianti vulgo orationi inſerto pronomine ὃς voluerat mederi: Σύφαξ ὑπὲρ ἅπαντας, ὃς καὶ τιμὴν &c.

L. 83. πρὸς τῶν ἄλλων. Sic & Cand. *a cunctis.* Sed præſtare videtur πρὸ, in quod cum Aug. conſentit Vratisl.

Ibid. Μασυλίων. Syphax Maſſæſylorum rex fuerat; Maſſanaſſes vel Maſiniſſa Maſſylorum vel Maſſyliorum. Vide Criticos ad Liv. XXIV. 48. & XXIX. 29. tum Appianum noſtrum infra p. 334, 16. & 20. Ceterum Μασύλοι, non Μασύλιοι, ſcribitur apud Steph. Byzant. *L.* 84. ἀλκίμου Aug. Vratisl. & monuit REISK. *Ibid.* Μασσανάσσης Aug. De nominis hujus ſcriptura vid. ad Hiſp. pag. 130, 92. De re, quæ hic agitur, conf. Hiſp. cap. 37. p. 144 ſq.

L. 87. & 89. ἐνεγύησι tacite poſuit H. Stephanus. Vratisl. codex ſtat ab edit. 1. cum Regiis. Sed H. Stephani emendationem confirmat h. l. Aug. & eidem favent, ni fallor,

Pag. 315. Ven. & Vat. e quibus nihil varietatis hic adnotatum eſt. Atque iſta ſingulari ratione augmentum in medio recipere verbum ἐγγυάω, monuerunt Grammatici: cf. Suidas hac ipſa voce ἐνεγγύησεν. Sed plerumque apud Noſtrum Attica forma occurrit, quæ præter ſyllabicum augm. temporale quoque adſciſcit. Sic Syr. 552, 70. ubi ſimiliter ab H. Stephano pro ἐνεγύησεν (quod rurſus edit. 1. cum Regiis & Vratisl. dabant) ἐνεγγύησεν poſitum eſt, in Aug. eſt ἐνηγγύησεν. Et Mithr. 644, 21. in ἐνηγγύησε, & ibid. 796, 2. in ἐνηγγύα, omnia exemplaria conſpirant. Ceterum ſolo etiam temporali augmento ἠγγύησεν formari interdum Aor. 1. notum eſt; quam formam exhibet Pletho Leid. in Syriaca Appiani hiſt. loco paulo ante cit. pag. 552, 70. In præter. paſſ. rurſus duplex forma apud Noſtrum occurrit, ἐγγεγύημαι, & ἐνηγγύημαι, Hiſp. p. 145, 48. Mithr. 811, 68.

Pag. 317. CAP. XII. Lin. 23 ſiq. πόνων τε πᾶσιν ἐξῆρχε. Cum Regiis facit Vratisl. Quorum lectio quum in πόνον τε πολὺν πᾶσιν ἐξῆρχε eſſet ab editoribus mutata, quæſivit MUSGRAVIUS, an παρεῖχε ponendum pro ἐξῆρχε? REISKIUS vero πόνων τε πολλῶν πᾶσιν ἐξῆρχε cenſuit legendum. L. 24. Leviuſculus operarum noſtrarum error, quo ὑπεζύγ. poſitum eſt pro ὑποζύγιον, neminem puto magnopere offendet. L. 26. Poſt πολλάκις commode poneretur minuta diſtinctio, qua indicaretur ad διεκίδνη referendum hoc adverbium. L. 34. συνεχῶς προεσηκειρεῖν. An συχνῶς?

Pag. 318. CAP. XIII. Lin. 42. εὐτρεπῆ ex H. Stephani tacita eſt emendatione, quam neſcio an confirmet Vat. & Ven. Ex his certe codicibus, quorum prior cum edit. 2. alter cum edit. 3. collatus eſt, nullam lectionis diverſitatem adnotatam hic reperio. εὐπρεπῆ cum editis & Aug. dat Vratisl. Sæpiſſime autem duo iſta vocabula inter ſe permutata a librariis videre licet. conf. p. 325, 52. Nonnumquam etiam parum refert, utrum præferas.

Pag. 319. L. 51. ὑποκίνασθαί τε Μασσαγάτσην. Nullo modo ferri hoc poteſt, quod ſonaret *Maſſagetas perſonam induere.* Sicut ἐς Μασσαγέτσην MUSGRAVIUS, ſic πρὸς Μασσαγ.

reponere juſſit REISKIUS. ὑποκρίσασθαι, de quo dixi in Nota textui ſubjecta, nihil huc pertinere intelligo. Neſcio, an cum tertio caſu conſtrui verbum ὑποκρίνασθαι ea ſententia poſſit, quæ hic requiritur: ſed ſi ὑποκριν. τι Μασσανάσσῃ ſcripſiſſet Appianus, facile Μασσανάσσῃ in Μασσανάσσην tranſire per librariorum ſocordiam potuerat. Ceterum levi etiam verborum tranſpoſitione legere poſſemus ὑποκρίνασθαί τι, καὶ Μασσανάσσην εἰς φιλ. &c. quæ facillima fortaſſe medendi laboranti orationi ratio fuerit. *Pag.* 319.

L. 51 *ſq.* ἐπαγαγίσθαι. ὑπαγάγεσθαι (ſic) Aug. ὑπαχαγίσθαι Ven. Vratisl. Sic omnium conſenſu Pun. 342, 60, εἰς φιλίαν ὑπήγετο, & Syr. 543, 18 ſq. Γαλάτας εἰς συμμαχίαν ὑπήγετο, *ſocios ſibi adjunxit, in ſocietatem adſcivit.* Sic & Mithr. 725, 17. quum vulgo εἰς συμμαχίαν ἐπήγεν legeretur, ex Aug. & Ven. ὑπήγου revocavi. Sed & ibi teneri ἐπήγου poterat: nam utrumque æque recte dicitur. Sic Pun. 340, 12. in τοὺς μὲν εἰς φιλίαν ἐπαγόμενος conſpirant omnes. Et apud Polyb. IV. 84. ἐπαγαγίσθαι εἰς φιλίαν καὶ συμμαχίαν: & paſſim alibi. Quod vero apud Noſtrum Pun. 454, 72. legimus, Γελάσσην εὐθὺς εἰς συμμαχίαν ἐπήγετο, id diverſi paululum generis videri poteſt: hoc enim dicit, *Guluſſam Scipio ſtatim in belli ſocietatem ſecum duxit.* *L.* 52. ἐπικρατήσαιεν, quod omnes dant libri, in ἐπικρατήσειαν mutare juſſit REISKIUS: perſpecte omnino, & magis adcommodate ad id quod præceſſerat, nempe Καρχηδόνιοι δὲ καὶ Σύφαξ, πυνθανόμενοι, ἔγνωσαν.

CAP. XIV. Lin. 70. Etiam Vratisl. πῦργος h. l. & mox πῦργον, ut Aug. *L.* 75. πλησιαζόντων πολεμίων. „πλησιαζόντων τῶν πολεμίων." REISKIUS. *Pag.* 320.

L. 83. ἐκ βραχίως Aug. Vat. Vratisl. Sic carere poſſumus conjecturis REISKII & MUSGRAVII; quorum ille ſuſpicatus erat: „Forte, αὐτὸς ἐκ βραχίων; aut ὡς ἐδύνατο βραδέως, *quam poterat tardiſſime:*" hic, minus feliciter „ἐς βραχύ πως." *Pag.* 321.

L. 88. ὡς φίλος, ἐπανιὼν. Melius abeſſet diſtinctio poſt φίλος. Sed incommodum plane verbum ἐπανιὼν: quod nec in lat. verſ. expreſſi, quemadmodum nec Candidus nec Gelenius.

Pag. 321. Ac malim utique, cum REISKIO, ἐπανιόντι. Non enim Scipio, ſed Anno, *revertebatur*, quippe qui cum equitum manu Uticam erat provectus. *L.* 90. Mendoſe Aug. ἀντιδωκαν Ασρούβας. Jota in fine ſubſcribendum, quod ad latus olim poni ſolebat, in ς detortum eſt: ſicut ſæpe terminationes ας & αι inter ſe confuſas & permutatas videmus.

CAP. XV. Lin. 95. Λέχα urbs nulli alii Scriptori memorata. Conf. Criticos ad Liv. XXIX. 29, 2. & 34, 6. *Ibid.* Forſan πολλὰ καὶ δεινὰ ſcripſit Appianus.

Pag. 322. *L.* 98 *ſq.* ἡ δ' οὐχ ὑπήκουεν. Malim, οἱ δ' οὐχ ὑπήκουεν.

L. 5 *ſq.* αὐτὸς ἐληλάτει, *ipſe prædam egit*, ſc. ex urbe. Sed ſicut initio hujus capitis dixerat Σκιπίων δὲ καὶ Μασσανάσσης τὴν χώραν ἐπέρθουν; ſic nunc, expugnata urbe, dicere voluiſſe videtur, *ad prædam ex agris* (cum Maſiniſſa) *agendam*, vel *ad vaſtandos agros rediiſſe Scipionem*: cui magis conſentit id quod ſequitur, Ασδρούβας δ' αὐτοὺς ἐνέδρευε &c. Præterea λεηλατῶν de *agrorum populatione* potius, quam de urbis direptione, uſurpatur.

CAP. XVI. Lin. 15. πύργον. πύργων mend. edit. 1.

Pag. 323. *L.* 23. ἐπικαρσίας. Neceſſariam H. Stephani emendationem firmat Aug. & Vratisl.

CAP. XVII. Lin. 29. ἑκατέροις Reg. B. Aug. Ven. Vat. Vratisl.

L. 32. ἐπιχείρει διαιτᾶν διαλύσεις. Citat Suidas in Σύφαξ.

Pag. 324. *L.* 38. μεταθέσθαι opportune dederunt Aug. & Ven. pro ἐπιθέσθαι (ſic enim, non περιθέσθαι, ſcribi debuit in Nota ad h. l. infra contextum poſita) quod mendoſe cum Regiis & Vratisl. dabant Editi. Corrigendam vulgatam lect. eſſe, MUSGRAVIUS viderat, & ſuſpicatus erat ἐπάγεσθαι fortaſſe legendum. *L.* 39. Μασυλίων. Μασαλίων h. l. mendoſe edit. 1. cum Regiis, Aug. Vat. Vratisl. neſcio an & Ven. ex quo nihil adnotatum in ſchedis eſt. Sed p. 334. & deinceps Μασύλιοι vel Μασυλιοὶ dant omnes. Conf. ad p. 315, 83.

CAP. XVIII. Lin. 46. λύσειν. In λύσειν conſpirat cum editis & Regiis Vratisl. Candidus cum Aug. λήξειν legiſſe videtur; *non ultra differendum ratus.* De veritate emendationis

dationis H. Stephani dubitare non licet. *L.* 48. Θολοῦντας. Etiam hujus urbis nomen aliis ignotum. Vide viros doctos ad Liv. XXIX. 34, 6. *L.* 50. ἐπιλέσαντας. Sic cum H. Stephano reliqui codd. exceptis Regiis. *L.* 52. αὐτρεπῶς reponere REISKIUS etiam juſſit. *L.* 53. Quum vulgo legeretur, ὡς δὲ ἔγνω· „videndum eſt, ait REISKIUS, num ἔγνω reſpiciat ad Maſaniſſam."

Pag. 324. *Pag.* 325.

CAP. XIX. Lin. 59. Ὧν. Non video, cur τούτων idem REISK. repoſitum maluerit. *L.* 65 *ſq.* Quum ceteros Appiani libros, præter duos illos, alterum de Rebus Hiſpanienſibus, alterum de Bello Annibalico, perpetuis Adnotationibus illuſtrare noluerit HENR. STEPHANUS; exſtant tamen ejuſdem *in Orationes vel Conciones per Appiani Libros ſparſas Annotationes*, quas, ſicut Tollius ſuæ editioni inſeruit, ſic & nos huic Commentario ſuis quaſque locis, ne quid deſideraretur quod ad illuſtrandum Appianum facere poſſe videatur, inſerendas duximus. Igitur ad verba καὶ μάχης ἐξ ἀπογνώσεως H. STEPHANUS ſic: „Gelenius in hac interpretatione, *Et pugna ex deſperatione*, verbum verbo reddidit (atque ut hic, μάχης ἐξ ἀπογνώσεως, ita ἐξ ἀπογνώσεως μαχίσεται pag. 32. [p. 379, 66.] dicitur.) Malim tamen, *& ea quæ deſperatis convenit pugna*; vel, *& tali qualis ex deſperatione naſci ſolet pugna*. Eſſe porro miros & propemodum incredibiles hujuſmodi pugnæ effectus, cum ex hoc hiſtorico, aliquot locis, tum ex aliis diſcimus. Eſt autem obſervandum, in deſperatione vel fugere ſolere milites, vel incredibili quadam non ſolum fiducia ſed audacia etiam uti. Exemplum fugæ cum alibi habemus apud noſtrum Appianum, tum vero pag. 26. [c. 47. p. 360.] valde inſigne, utpote de ipſo etiam Annibale, ἔφευγεν, ἤδη σαφῶς ἀπογνοὺς ἅπαντα."

L. 67 *ſqq.* „E duobus, quæ a Scipione afferuntur ut ſuos ad hoſtem invadendum accendat, alterum omittit hic interpres. Ita enim Scipio Appiani ore loquitur, ἐκείνους μὲν ἐκπλήξει τὸ ἀδόκητον τῆς ἐφόδου, καὶ τὸ παράδοξον τοῦ ἔργου, τῶν ἀλγωτέρων προεπιχειρούντων. At ille locum hunc ita reddit: *Illos terrebit nec opinus adventus noſter, & quod invadantur*

Pag. 326.

Pag. 326. *a paucioribus.* Atqui his verbis exprimitur quidem τὸ ἀδόκητον; ſed omittitur, καὶ τὸ παραδόξον τοῦ ἔργου, id eſt, & *quia quod fiet a nobis incredibile erit.* Verum, quum id quod proxime ſubjungitur, ad illud quod proxime præceſſit referatur, ut pote rationem reddens cur factum eorum incredibile futurum ſit, interpres contra alterum illud eſſe putavit, quod Scipio ſuis ad inflammandos eorum animos proponeret: ideoque particulam & addidit. Totus enim hic locus ita reddendus fuerat: *Illi quidem terrebuntur inopino adventu noſtro, & quia quod fiet a nobis, incredibile erit, utpote invadentibus iis qui ſunt pauciores: at nos non in multas partes diſtracto, ſed conferto, exercitu utemur.* H. STEPHANUS.

L. 72. „Ferri non poteſt hæc lectio, ἐλαθμένοις δ' ὑφ' ἑαυτῷ ἕκαστοι, nec dubito quin ὑφ' ἑαυτῷ mutari in ἐφ' ἑαυτῶν debeat. Ac convenit certe hæc, quam repono, lectio cum utriuſque interpretis verbis. Nam ita Gelenius, *ſcorſum enim caſtra habent:* (ſed ſcribe, *caſtra quique habent*:) ita & P. Candidus, *caſtra ſeparatim unuſquiſque eorum habet.*" H. STEPHANUS. ὑφ' ἑαυτῶν, propius vero, Ven. Vratisl. ἐφ' ἑαυτῶν, ut recte conjecerat H. Stephanus, dederunt Aug. & Vat.

CAP. XX. Lin. 80. „Perinde vertit Gelenius acſi ſcriptum eſſet, ὅτι καὶ τὸ ἔργον ἔσται φοβερώτερον, non autem ἐστὶ φοβ. quum tamen recte ſcribatur ἐστὶ, non ἔσται. Neque enim hoc dicitur de iſta pugna, (nam ἔργον hic eſt *pugna*) tanquam illi futurum peculiare: ſed de quavis quæ nocte committitur, *eam eſſe magis formidoloſam.*" H. STEPHANUS.

L. 83. Quum vulgo ſic diſtingueretur oratio, τὰ βουλεύματα, μόνως ἐγνωκότων, monuit etiam REISKIUS „comma poſt μόνως promovendum."

Pag. 327. *L.* 85. καὶ οὐκ ἔστι ναυσὶ νυκτὸς ἐπιχειρεῖν. „Gelenius, ad vitandam ambiguitatem, debuit potius dicere, *nec licet navibus noctu aggredi*; vel, *nec poſſunt naves nocte* hoſtem *aggredi.*" H. STEPHANUS.

L. 95. „ Omittit interpres [Gelenius] duo iſta verba, καὶ τόλμῃ θρασυτάτῃ, quæ ita copulata vix memini alibi me legere. Ac in promptu ratio eſt cur quis ea non libenter copulet, quum τόλμα quidem vitio carere dicit [dici poſſit,] at non item θρασύτης. Quum tamen initio hujus concionis nomine τόλμα fuiſſet contentus, hîc longius progredi au us eſt, & τόλμῃ θρασυτάτῃ dicere. Quem ſermonem Ariſtoteli, & cæteris qui in ſuis Ethicis libris de virtutibus & vitiis diſputant, haud facile probaret. P. Candidus vertit, *bona ſpe audaciaque confiſi:* at vero Gelenius, quum illud ἐλπίδι χρησθῇ non minus recte vertiſſet, *cum ſpe victoriæ*, (quum enim hac de re ſermo eſt, ſpes bona haud eſſe alia poteſt quam ſpes victoriæ;) interpretationem illarum vocum τόλμῃ θρασυτάτῃ, quæ proxime ſequuntur, vel imprudens omiſit, vel conſulto vitavit: [expreſſit tamen quodammodo, per adjectum adverbium *acriter*: nos *pertinaci audacia* poſuimus.] At ego non dubito, quin itidem fas ſit latine dicere, *cum fiducia quæ ſit etiam audaciſſima*; vel, *cum fiducia modo non audaciſſima.* Perinde acſi diceret, *cum fiducia quæ vel in audaciam erumpat.* Non ignoro tamen, Gelenium in ipſo hujus concionis principio τόλμαν non diſtinxiſſe ἀπὸ τῆς θρασύτητος, ſive θρασύτητα ἀπὸ τῆς τόλμης: quippe qui verba illa, Τόλμης καὶ ταχυτῆτος δεῖ verterit *Audacia nobis ac celeritate opus eſt.*" H. STEPHANUS. *Pag.* 327.

CAP. XXI. Lin. 16. ἀνεπηδῶν τι - - - μετελάμβανον. Verba hæc Appiani laudat Grammaticus S. Germanenſis, v. μεταλαμβάνω: ubi ad marg. libri pro μετελάμβανον notatum eſt μετέλαβον. Vide ſupra, hoc Vol. pag. 17. *L.* 25. Deletum velim comma poſt ὑγούμενοί τι. *Pag.* 328. *Pag.* 329.

CAP. XXIII. Lin. 52. ἀργύρου Reg. B. Aug. Vratisl. *Pag.* 330.

L. 55. καταβαλὼν ἅπαντα, ἀριστῖα. Sic recte diſtinxit Aug. & Cand. Monuitque etiam REISKIUS: „ comma poſt ἅπαντα promoveatur, aut legatur ἅπαντι." *L.* 58. Μάγωνα reponere quoque REISKIUS juſſit: neque dubitationi locus erat. Vide Notata ad Annib. pag. 254, 29. conf. Hiſp. p. 145, 54. Pun. cap. 9. & cap. 31. extr. & c. 32.

Pag. 331. *CAP. XXIV. Lin.* 62. εἰς Ανδὰν κατέφυγεν. Livius XXX. 7. *Haſdrubal ex fuga cum paucis Afrorum urbem proximam petierat.* Etiam Polybius XIV. 5. urbis nomen tacet, quod uni Appiano memoratum legimus. *L.* 66. Cand. *Hannonemque, Bomilcaris filium.* *L.* 68. ἐλπίζετο ἐς τὰς τροφὰς Reg. B. Aug. Vat. Vratisl. ἐλπίζετο ἐς τὰς τροφὰς Ven. & Candidus, *adhibitis commeatibus.* ἐλπίζετο legendum MUSGRAV. & REISKIUS viderant: & in ſeqq. verbis quæ vulgo legebantur, ἐς τὰς ἄλλας τροφὰς, mendum ineſſe adnotavit MUSGRAVIUS. *L.* 71 *ſq.* Aut poſt Ρωμαίους, aut poſt Καρχηδονίους delenda verba ἐπὶ πολὺ monuit REISKIUS. Candidus, *diutius Romanos ac Carthaginienſes diſtinebat:* legiſſe videtur ut Aug.

Pag. 332. *CAP. XXV. Lin.* 80. REISKIUM quoque video, deleto pron. τινα, legendum cenſuiſſe „προῦπεμπε, *præmiſſo nuncio juſſit*, τὸν εἴσπλουν τοῦ λιμένος &c.". *L.* 83. τὰ πλοῖα τοῖς κέρασι συνδῆσαι. „ταῖς κεραίαις, aut τοῖς πείρασι, *bey den Enden.* [*par les bouts.* Sed ſic fortaſſe teneri τοῖς κέρασι poterat: nam κέρας, ἡ ἐξοχὴ, & κέρατα, τὰ ἄκρα, Heſychius; ubi vide quæ monuerunt Abreſch. & Alberti.] aut τοῖς πείσμασι, *rudentibus.*" REISKIUS. κέρατα *antennas* h. l. intellexerunt Cand. & Gelenius. Ac, pro κεραίαις, κέρατα *antennas* a Syneſio dicta monuit H. Stephanus in Theſ. Græc. Ling. Similiter vero Livius XXX. 10. *onerariarum quadruplicem ordinem pro muro adverſus hoſtem obpoſuit: eaſque ipſas, ne in tumultu pugnæ turbari ordines poſſent, malis antenniſque de nave in navem trajectis, ac validis funibus velut uno inter ſe vinculo inligatis, comprendit.*

L. 84. καταλαβὼν δὲ τοῦτο τὸ ἔργον. Reiskio etiam atque Muſgravio ſuſpecta fuerunt iſta verba. Et MUSGRAV. quidem „delenda fortaſſe duo verba τὸ ἔργον" cenſuit. REISKIUS vero „aut καταβαλὼν, ait, legendum: *quum* (velut fundamentum) *ſubſtraviſſet* (ſuis conſiliis) *hoc opus*: [ſed ea quidem ratio frigidior videtur:] aut poſt ἔργον deeſt τετελεσμένον aut ἐπιτελεσθέν." Similiter & equidem ad oram exemplaris mei notaveram: Forſan καταλαβὼν δὲ ἕτοιμον τοῦτο τὸ ἔργον.

Sic & Candidus: *eo opere perfecto.* Fortaſſe tamen integritas etiam ſua conſtat orationi; ut ea ſententia ſit quam cum GELENIO in lat. verſ. expreſſi. Sed dubitationem rurſus & hoc aliquam poteſt adferre, quod & ἔργον & πόνος frequentiſſime (apud Noſtrum præſertim) de ipſa *pugna* dici ſolent, & quod ea continuo ſubjiciat Appianus ex quibus ſuſpicari poſſis, dicere eum voluiſſe, ipſi pugnæ jam commiſſæ Scipionem ſuperveniſſe. At hoc quidem non neceſſaria ratione ex verbis, quæ præ oculis habemus, colligitur: & ex Livio XXX. 10. diſcimus, Pœnos, die ſegni navigatione abſumto, ſatis temporis Romanis ad paranda inſtruendaque omnia reliquiſſe. Pag. 332.

L. 86. καὶ ἀπὸ τοῦ τείχους. A quonam *muro*? Nullus alius certe intelligi poteſt, niſi is quem colligatæ naves efficiebant. Sic ergo, ἀπὸ τῶν πλοίων, quod præceſſit, non de eiſdem, ſed de aliis navibus, erit intelligendum. *L.* 88. ἀπιούσας δ' αὐταῖς. Conſentit Vratisl. *L.* 95. λῃστρικάς. Sic h. l. omnes. Promiſcue aliàs λῃστρικὸς, & λῃστικὸς, ut apud alios auctores, ſic apud noſtrum, occurrunt. Pag. 333.

CAP. XXVI. Lin. 1. Λαιλίου recte Vat. & *duce Lælio* Cand. — In Λελίου eum reliquis facit Vratisl. *L.* 2. καθεφώμενος, *conſpectius ab hoſtibus.* *L.* 6. ἰδὼν commodum obtulerunt Aug. Ven. Vat. & inſerendum illud verbum vidit MUSGRAV.

L. 4. πολλὰ καὶ ἀθρόα. „ Forſan πολλὰ βέλη καὶ ἀθρόα." REISK. Mihi in vulg. lect. nihil deſiderari videtur.

L. 7. ἀντεπήλασε reſtitui ex Vat. idque jam in animo habuiſſe GELENIUS videtur, latine reddens *concitavit ſe obviam.* Vidit etiam REISKIUS, & diſerte ἀντεπήλασε legendum monuit.

L. 9. αὐτοῦ τὸν Σύφακος ἵππον. Nollem ſollicitatam hanc lectionem. *L.* 18. μεταστάντων. μεταστῆναι, vel μεθίστασθαι, idem quod aliàs ſæpius μετατίθεσθαι dicit, *tranſire*, *deficere ad aliquem*, *ſigna transferre.* μεταναστάντων, quod cod. Vat. exhibet, eſſet *migraverant*, *emigraverant*: ſic non ἐς Σύφακα dicendum fuerat, ſed ἐς τὴν τοῦ Σύφακος; at id quidem ab hoc loco alienum videtur. Pag. 334.

Pag. 334. *Cap. XXVII. Lin.* 20. Μασσυλίους. conf. ad p. 315, 83. *L.* 21 *sq.* τοὺς μὲν - - τοὺς δὲ Aug. Ven. Ex Vat. nihil adnotatum in ſchedis. τῆς μὲν - - τοὺς δὲ Regii & Vratisl. quod in τὰ μὲν - - τὰ δὲ mutavit C. STEPHANUS; qui in Indice variarum Lectionum, editioni ſuæ ſubjecto, adnotavit: „In exemplari erat τῆς μὲν αὖθις;" alteram autem lectionem, τοὺς δὲ, quæ vera erat, & ex qua prior erat corrigenda, ſilentio præteriit.

Pag. 335. *L.* 26 *ſq.* Σοφονίβας - - Σοφονίβαν. Obſequendum libris duxi. Literam σ ante β, quam cum edit. 1. ignorant omnes noſtri codices, Henr. Stephanus ex Livio XXX. 12. & 15. inſeruit: in quo tamen præeuntem etiam Candidum habuit. Sed ne alius quidem ullus, quoad quidem ſciam, Græcus auctor Σοφονίσβα ſcripſit. In Excerpt. ex Diodori Sic. lib. XXVI. Valeſius p. 288. ſcriptum exemplar ſecuturus, Σοφόνβα edere voluerat, quod contra ejus voluntatem in Σοφονίσβα mutatum eſt: vide ejuſdem Adnot. ad illum loc. & Weſſeling. T. II. p. 571. Apud Dionem & Zonaram Σοφωνίδα eam fœminam vocari, monuit ad l. c. Valeſius. Vide Fragm. ex Dione ap. Valeſ. p. 605. (edit. Reimari T. I. p. 27.) Zonar. Annal. IX. c. 11-13.

Pag. 336. *L.* 42. νῦν γε εἶναι ὑμῖν. νῦν γε ὑμῖν εἶναι Vratisl.

Cap. XXVIII. Lin. 50. οἷόν τι καὶ Κροίσῳ &c. Vide Herodot. I. 88 ſqq. *L.* 51. ταὐτὰ. Sic & REISKIUS reponere juſſit. *L.* 53. τὴν Συφ. γυν. Vratisl. cum Aug. Pariter REISKIUS.

Pag. 338. *Cap XXIX. Lin.* 77. Malim ὑποσχίσεσι. Sed in ὑποσχίσει conſpirant libri. *L.* 78. τὸ στρατόπεδον ἐμπρησ. τὸ Σκιπ. Aug. Ven. Vat.

Pag. 339. *Cap. XXX. Lin.* 95. καὶ τὸ πλῆθος ἠλέγχετο. „τὸ πλῆθος non valde aptum. [Quidni?] Sententia potius flagitat ἡ συνωμοσία aut ἡ ἐπιβουλή." REISK. *L.* 1. διέβαλλεν Aug. Vat. Vratisl. *L.* 10. προκόπτοντος αὐτῷ dedit Aug.

L. 10 *ſq.* „κατακαύσας τὰ ἄχρηστα τῶν μηχανημάτων." REIS-
Pag. 340. KIUS. *L.* 11 *ſq.* τοὺς μὲν ἐς φιλίαν ἐπαγόμενος. Vide ad p. 319, 51.

Cap. XXXI. Hoc Caput cum ſeqq. uſque cap. 36. med. p. 346. l. 19. διὰ τὸν πόλεμον γενομένης *Excerptis de Legationibus* inſertum in Cod. Bav. *Lin.* 18. ἢ χρόνον διατρίψαι Vat. Bav. *Vel tempus conſultando tererent* Cand. *L.* 21. In ἀφῖκεν cum editis conſentit Bav. ἵφικεν cum Reg. A. & Aug. dat Vratisl. *L.* 23. βουλευτῶν prætuli cum Aug. & Bav. *Pag.* 340.

L. 25. ὡς ὁσάκις σύνθοιντο, παραβαίειν Edd. ὡς ὁσάκις σύνθοιντο, παραβαίειν Regii, & Vratisl. cum quibus faciunt Aug. & Ven. niſi quod hi mend. σύνθοιτο dent. ὁσάκις σύνθοιντο καὶ παραβαίειν, omiſſa conjunct. ὡς, dedit Bav. fere ut Pun. 383, 16. αἰεὶ συνετίθεντο καὶ παρώρκουν. Utraque conjunctione, ὡς, & καὶ, caret Vat.

L. 29. ἐκλετρυχωμένης. Eamdem vim habet vulgata lectio ἐκλετριμμένης. Certe non modo ſimplex verbum τρίβειν, τετριμμένος, eadem notione haud dubie nonnumquam uſurpatum Noſtro videmus; (quamquam ſæpius variant codices inter τετριμμένος & τετρυμμένος, quod ex τετρυμένος corruptum eſſe monui ad Annib. 236, 29.) ſed & ipſum hoc compoſitum ἐκλρίβειν habemus Pun. 399, 81. ὁ λιμὸς τὸν Αννίβαν ἐξέτριβε. At vero hoc loco, in quo verſamur, verbum ἐκλετριμμένης, utpote notius & familiarius librariis, videtur utique interpretamentum eſſe verbi rarioris, quod codex Bavaricus ex vetuſtiori Hiſtoriarum Appiani recenſione nobis conſervavit; quo verbo uſum Thucydidem III. 93. & VII. 48. reperimus, cujus Scriptoris φράσιν paſſim æmulatur Appianus. Verbum ſimplex ejuſdem formationis, τετρυχωμένης, Civil. IV. p. 537, 98. ex alio probatæ recenſionis codice Regio, quem *Reg. C.* inſignivimus, vindicari Appiano potuerat, atque in contextum recipi utique merebatur, quod ibi a nobis factum non eſſe doleo. Ac hoc quidem loco levi menda in Bav. ἐκλετρυχομένης, per ο breve, legebatur, quod in ω longum fuit mutandum. *Pag.* 341.

L. 3. ἐπιπλευτομένων. Alteram lectionem, ἐπιπλευσουμένων, quam infra retuli, in contextum receptam malim. Futurum verbi πλέω a probatiſſimis Scriptoribus, Xenophonte, Thucydide, aliis, πλευσοῦμαι, πλευσεῖσθαι, formari, vel ex Grammaticis notum eſt. Sic & in ἐπιπλευσεῖσθαι apud Noſtrum Civ. II.

Pag. 341. 246, 16 ſq. conſentiunt libri. L. 32. Αγγών. Sic mox omnes, (*lin.* 38.) excepto Bav. qui utroque loco pravam lect. præfert. H. l. ſuper β in Αιβύων in Vratisl. ſuperſcriptum γ. De vera ſcriptura nullum eſſe dubium poteſt: conf. ad Annib. p. 254, 29 & Pun. p. 314, 68. & p. 330, 58.

CAP. XXXII. Lin. 34. συμβούλους. Vide ad Hiſp. 195, 8. Conf. Liv. XXX. 43. *L.* 43. ἰσπεγκεῖν. Vide ſupra ad pag. 306, 36. *L.* 43. Μασσυλίους. Supra, p. 315, 83. & 334, l. 16. & 20. Ceterum quōd h. l. in Bav. Maſæſyli cum Maſ. ſylis confunduntur, id ſæpe apud Livium & alios pariter fa-

Pag. 342. ctum videmus. *L.* 47. ὁρκοῦντες, recte, in fut. tempore, Aug. & Bav. Ceterum promiſcue dicitur ὁρκίζω & ὁρκόω: recte utrumque.

CAP. XXXIII. Lin. 55. ταχυεργίαν. „ταχυοργίαν, *promtam iram.*" REISK. At non ſolicitandum illud nomen, in quod omnes libri conſentiunt. Sane in laude nonnumquum ponitur ταχυεργία, pro *celeritate in rebus gerendis*; ut Præf. p. 12, 85. Hiſp. 146, 72. Sed & in vitio, pro *mobilitate*, *levitate*, *temeritate*, *celeritate ad male faciendum.* Sic certe & ταχύεργος Pun. 360, 74. Civ. II. 342, 68. *L.* 59. Αρτεμιδῶν. Nulli alii Scriptorum, quod ſciam, memoratum nomen. Candidus: *Numidarum principem*, *Arearchidem nomine.*

Pag. 343. *L.* 63 *ſq.* Μεσσύλους. Livio *Mezetulus.* De eo vide Liv. XXIX. 29 ſq. *L.* 65. Ουιμινᾶς. Conf. p. 378, 40. Livius cum alibi, tum XXX. 36. *L.* 67. Νάρκαν. An *Naraggara?* Liv. XXX. 29. Antonini Itin. p. 41. Sed vide ad 350, 87. Totus locus de *Narce* urbe l. 67-73. abeſt ab Exc. de Legat. in cod. Bav.

Pag. 344. *CAP. XXXIV. Lin.* 82. ὑπὲρ τὰς παραβάσεις. Nil variant libri. Imperite Candidus: *famemque ob hujuſmodi moras invaleſcere.* REISKIUS; „Forte ὑπὲρ τὰς συμβάσεις, *a fame ſe magis, quam ab iniquitate pactorum, uri.*" *L.* 90. τοῖς τοῦ Σκιπίωνος Reg. B. Aug. Vratisl. Et Cand. *legatos invaderet.* Ceterum commodiorem videri poſſe intelligo lectionem vulgatam τοῖς ſc. ναυσίν. At paulo poſt (l. 94.) unius tantum navis fit mentio.

CAP. XXXV. Lin. 11. μεθ' ἧς εἶχε revocavi ex Bav. Sic & REISKIUS emendavit. *Pag.* 345.

CAP. XXXVI. Lin. 19. ἀσπόρου διὰ τὸν πόλεμον γενομένης. In hæc verba desinit Ecloge de Legationibus in Cod. Bav. quæ inceperat a Cap. XXXI. *L.* 20. περὶ Ζάμαν. Polyb. XV. 5. Liv. XXX. 29. Monuit etiam REISKIUS: „*Zamam* appellat Livius." Duo verba περὶ Ζάμαν vel περὶ Σάμον præteriit Candidus. *Pag.* 346.

CAP. XXXVII. AB HOC CAPITE nova incipit *Ecloge in Cod. Bav.* his verbis: Ὅτι ἱππομαχίας γενομένης Ἀνίβᾳ τε καὶ Σκιπίωνι, καὶ πλεονεκτοῦντος Σκιπίωνος, ὁ Ἀνίβας ἐς ἔσχατον κακοῦ ἀφιγμένος, καὶ τὸ παρὸν ἐπινοῶν ὅπως δύναιτο διαθέσθαι &c. usque Cap. XXXIX. pag. 349. l. 69. πέμψας ἔλυσε τὰς ἀνοχάς. Quibus verbis hæc in fine adjecit compilator: Καὶ ὁ πόλεμος ἤρχετο.

Lin. 34. τεθραμμένος emendavit H. Stephan. & sic Aug. & Vratisl. *L.* 43. μέχρι αὐτοῦ revocavi ex Bav. Vide notata ad Præf. p. 2, l. 16. *Pag.* 347.

CAP. XXXVIII. Lin. 55. ἐνδοῦναι Vat. Bav. Idem verbum Hisp. 187, 72. restitui ex eod. Vat. & Med. *Ibid.* ἐπὶ τῷδε (posses & ἐπὶ τόδε legere) προσπελάσαντα. Conf. supra cap. 30. p. 339. *L.* 60. ἑαυτὸν. αὐτὸν cum aliis Vratisl. *Ibid.* Quæ sequuntur, οἱ δὲ κἀκεῖθεν &c. usque pag. sq. ὑφίζητο, præteriit Bav. *Pag.* 348.

CAP. XL. Lin. 87. Κίλλα, ignotum aliàs nomen. *Naraggaram* hoc loco nominat Livius XXX. 29. quod apud Polyb. XV. 5. in Μάργαρον detortum est. *L.* 88. εὐφυὴς Aug. Vat. ut ratio postulabat, monente etiam REISKIO. *L.* 90. ὡς ἔχων τὸν λόφον. „Forsan ὡς καθήξων, aut ὡς ἤδη ἔχων." REISKIUS. *Pag.* 350.

L. 99. ἰώρα δὲ. Ob præcedens ἤχθετο μὲν, necessario hic requiri δὲ videbatur. *Ibid.* ὡς εἴτε μένοι κατὰ χώραν, κακοπαθήσων: intellige, τοῦτο ποιήσει, id est, κακοπαθήσει: & sic mox rursus. *L.* 5. ἴσῃ Aug. Vat. Sed ἴσῃσι, ut vulgo, Vratisl. Nec hoc male. *L.* 6. φοβερώτατα κατασκευάσας. Mox pag. 355, 71. simplici verbo utitur, ἐλέφαντες ἐς τὸ φοβερώτατον ἐσκευασμένοι, sicut h. l. Vat. σκευάσας. *Pag.* 351.

Pag. 351. *L.* 7. ὑπ' αὐτοῖς. Nil variant libri: & Cand. *sub iis.* An, quod sub belluarum mole, veluti sub muro, tuti stabant. Ceterum commoda sane *Musgravii* emendatio ἐπ' αὐτοῖς, *post illos:* & convenit Polybio XV. 11. μετὰ δὲ ταῦτα (τὰ θηρία) τοὺς μισθοφόρους ἐπέστησε· - - οὗτοι δ' ἦσαν Λιγυστινοὶ, Κελτοὶ, Βαλιαρεῖς, Μαυρούσιοι. & Livio XXX. 33. *Hannibal ad terrorem primum elephantos (octoginta autem erant) instruxit: deinde auxilia Ligurum Gallorumque, Baliaribus Maurisque admixtis.* *L.* 10. ὄπισθεν. ὄπιθεν cum Reg. B. Vratisl. ut passim alibi. *L.* 11. εἵποντο. ἕσποντο cum Regiis & Aug dedit etiam Vratisl. Vid. Hisp. 199, 69. Annib. 298, 74.

Pag. 352. *CAP. XLI. Lin.* 18. Δακάμας. Consentiunt nostri omnes. Gelenius tamen ex Livio XXIX. 29. extr. & 30. *Lacumaces* posuit. At apud ipsum Livium codices nonnulli *Demacen* habent, transpositis quidem inter se literis *c* & *m*, sed prima litera *D*, ut apud Appianum. *L.* 20. λόχους δ' ὀρθίους, *ordines in longitudinem directos*, in longitudinem magis quam in latitudinem dispositos. Livius de eadem Scipionis acie, lib. XXX. cap. 33. *Non consertas autem cohortes ante sua quamque signa instruebat, sed manipulos aliquantum inter se distantes.* Mox ibid. *rectos ordines* dicit. *L* 21-25. ἐφίστη δὲ ἑκάστῳ λόχῳ &c. Laudat Suidas v. ἀφάπτειν & v. καταπέλτης; sed corrupto usus exemplari.

L. 29. πεζοὶ. Necessariam hanc vocem offert etiam Vratisl.

Pag. 353. *L.* 37. τὸ δὲ λαιὸν Οκταουΐῳ. „Videtur esse *Cn. Octavius* Proprætor, præfectus oræ maritimæ ad Sardiniam, qui classem ad Scipionem adduxerat." REISKIUS. Vide Liv. XXX. 24. Ceterum de Scipionis acie paulo aliter Livius XXX. 33. (ex Polyb. XV. 9.) *Lælium cum Italico equitatu ab sinistro cornu, Masinissam Numidasque ab dextro obposuit.* Cn. Octavii nulla mentio. Appianus eumdem, quem hoc loco, ordinem servat cap. 44. p. 356. ibique Masinissam Lælio in dextro cornu adjunctum facit. *L.* 39. ἀμφ' αὐτοὺς. Sic & Vratisl.

Pag. 354. *CAP. XLII. Lin.* 50 *sq.* Verba ἢ δέος idem quoque agnoscit Vratisl. *L.* 55. οὐκ ἐπὶ Νομάσιν, ἀλλ' ἐπὶ πᾶσιν Ιταλοῖς.

— „ Subaudi κριτὰς." REISKIUS. At nihil de *judicibus* hic cogitandum. Hoc dicit Annibal: res a ſuis militibus in Italia præclariſſime geſtas eſſe, *non adverſus Numidas, ſed adverſus exercitus qui non niſi ex Italis* (vel, *qui ex meris Italis*) *erant compoſiti:* ſecus nimirum atque nunc, ubi Numidæ magnam partem virium Romanarum efficiebant. Minus adcurate Gelenius, cujus verſionem h. l. tenui, verba illa ἐπὶ πᾶσιν Ιταλοῖς, *de univerſa Italia*, reddiderat. Pag. 354.

L. 61 *ſq.* ἠσσωμένων. „ ἠσσωμένην." REISKIUS. Eadem emendatio nobis quoque venerat in mentem, quum continuo ſermone editum eſſet, ἢ δούλην εὐθὺς ἠσσωμένων εἶναι. Sed, adhibita commoda diſtinctione, præſtare utique vulgata lectio, in qua nihil variant libri noſtri, videbatur, ea ſententia quam in lat. verſ. expreſſi. Gelenius, itemque Candidus, duo verba εὐθὺς ἠσσωμένων plane præterierunt. *L.* 64. ἐπικρατοῦσι δὲ. Sic ab H. STEPHANO demum repoſitum video: nam & in edit. 1. pariterque in Vratisl. eſt ἐπικρατοῦσί τε. Sed cum ipſe orationis nexus, tum diſerte præcedens particula μὲν, neceſſario nunc adverſativam δὲ flagitare videtur. Conf. ad p. 351, 99.

CAP. XLIII. Lin. 77. ἀπείρους τε μάχης τοιᾶσδε ὄντας. Dedi verborum ſeriem, quam obtulerunt codd. Aug. Ven. Vat. Cum editis facit Vratisl. Pag. 355.

CAP. XLIV. Lin. 92. συνίτασσε τὴν μάχην. Mox *l.* 96. τὸ λαιὸν συνέσῃσεν. Tum pag. ſq. lin. 23 ſq. συνετάσσοντο αὖθις ἐς μάχην. Ferri tamen & hæc phraſis συνίτασσε τὴν μάχην commode poſſe videtur: quemadmodum & latine *inſtruere pugnam* dicimus. At hic potius *reſtituit*, *redintegravit* pugnam Annibal. *L.* 3. ἐξίος cum H. Stephano dedit Aug. & Vratisl. Sic autem ſolet apud Appianum genitivus ille caſus ſcribi, ad differentiam adverbii ἐξίως; & ſic in aliis nominibus ejuſdem terminationis. Pag. 356.

CAP. XLV. Lin. 6. ὥρμων. ὥρμιζον edit. 1. cum Regiis. In illo verbo ſæpe peccatum in eiſdem codicibus. Pag. 357.

Pag. 357. *L.* 10. „ Ante *μάχῃ* videtur aliquid deeſſe." REISKIUS.

L. 18. *ἀπογνοὺς οὖν αὐτῶν* Reg. B. Aug. Sic & Grammaticus S. Germanenſis, qui hæc verba citavit v. *ἀπογινώσκω*. Vide ſupra, hoc vol. pag. 16. *ἀπογνοὺς οὖν αὐτὸν* Vratisl.

L. 23. *ἀνεκάλουν*. Sic & REISKIUS malueraf.

Pag. 358. *CAP. XLVI. Lin.* 32. *συνεσῶς* cum aliis dedit Vratisl. — Idem quóque mox *L.* 34. in *παλινδίωξιν* conſentit.

L. 35. Quum editum eſſet *καὶ μόνος ἦν οὗτος Μασσ.* (in quo cum Edd. facit Vratisl.) monuit REISKIUS ſuſpectum eſſe locum. *καὶ μόνος ἦν οὕτως πόλεμος Μασσ.* Aug. *καὶ μόνος ἦν οὗτος πόλεμος Μασσ.* Ven. Neque ſpernam nomen *πόλεμος*, quod ſæpius idem notat quod *ἀγὼν* aut *μάχη*: ſed addendus ſaltem
Pag. 359. fuerat artic. *ὁ*, quem non neglexit Vat. *L.* 42. *τὰ ἀκόντια ἐς τὸν ἐλεφαντισθὴν ἐκδεχόμενος.* „ Poſt *ἐλεφαντισθὴν* deeſſe videtur *φερόμενα*. Sunt in hac narratione obſcura & corrupta nonnulla." REISKIUS. „ An delenda verba *ἐς τὸν ἐλεφαντισθὴν*?" MUSGRAV. Mire Candidus: *tela ab elephantis relicta ſuſcipiens. ἐλεφαντισθὴν* apud Ariſtotelem notare *rectorem elephanti*, qui aliàs *ἐπιβάτης* dicitur, (vid. ſupra, p. 355, 75. Syr. 589, 4.) ex Budæo monuit H. Stephanus in Theſ. Græcæ ling. Hoc loco *ſcutum elephantinum* ex probabili admodum conjectura interpretatus eſt GELENIUS, quem ſecutus ſum. Scuta e tergore hippopotami Plinius memorat lib. VIII. cap. 25. ſect. 39. & *cetras impenetrabiles ex elephantorum tergore* laudat idem lib. XI. c. 39. ſect. 93.

L. 57. *ὅπη* Reg. B. Aug. Vat. Vratisl.

Pag. 360. *CAP. XLVII. Lin.* 60. *ἐπανῄει* recte Aug. Frequens & aliàs in eo verbo error librariorum. *L.* 61. *ἀπὸ τοῦ λόφου*. Commodius hæc verba poſt *ἐπανῄει lin. præced.* ſtarent.

L. 64. *αὐτῶν* Aug. Vat. & monuerunt quoque MUSGRAV. & REISKIUS. *Ibid. περιεγίνετο* Vratisl. cum Vat.

L. 66. *ἀπογνοὺς ἅπαντα*. Citavit hæc verba Grammaticus S. Germanenſis, ſed ibi mendoſe *ἀπάντων* ſcriptum. Vide ſupra, hoc Vol. p. 16. Conf. ad p. 357, 18.

L. 72. *Θώυ*. Hoc quoque oppidum Appiano ſoli, quantum video, memoratum. In nomine nulla librorum noſtrorum va-

rietas. *Thunex*, quod h. l. Candidus habet, *Tunes* eſt, Græce Τύνης; (Exc. ex hiſt. Sic. pag. 95, 56.) quam quo auctore, quove jure, huc traxerit ille interpres, neſcio. Tunes maritima urbs eſt: at hic mediterraneam intelligi, cum aliis ex rationibus, tum ex eo probabile fit, quod paulo poſt ubi de Adrumeto dicit Appianus, diſerte adjicit πόλιν ἐπὶ θαλάσσης. De fuga Annibalis diſſerentes Polybius (XV. 15.) & Livius (XXX. 35.) non niſi Adrumeti urbis mentionem faciunt. — Θών, quod edit. 1. cum manuſcriptis dabat, repoſuit in edit. 3. ALEX. TOLLIUS, adjecitque in Nota: „Male in Edit. Θεών." *Pag. 360.*

Ibid. Βρυττίων. De Græco *Bruttiorum* nomine vide quæ notavimus ad Annib. p. 295, 30. *L.* 74. ταχυήργων. Rurſus ταχυήργων maluerat REISKIUS. Conf. ad p. 342, 55.

L. 78. σταδίους δ' ἀνύσας ἐς τρισχιλίους δύο νυξί τε καὶ ἡμέραις. *Pag. 361.* Si pro mille paſſibus, ut plerumque ab Appiano factum videmus, numerentur VIII. ſtadia; tria millia ſtadiorum conficient CCCLXXV. M. P. Sed fieri poteſt, ut Appianus h. l. ſecutus ſit auctorem, juxta cujus rationem mille paſſus æquiparabant decem ſtadiis: unde prodirent CCC. M. P. Quidquid ſit, legimus apud Cornelium Nep. XXIII. 6. *Apud Zamam Hannibal cum Scipione conflixit: pulſus, (incredibile dictu) biduo & duabus noctibus Adrumetum pervenit, quod abeſt a Zama circiter millia paſſuum trecenta.* Simili celeritate plus ſemel uſum Mithridatem legimus, (Mith. cap. 112. p. 815.) & uno die mille ſtadia confeciſſe. Hæc & alia exempla curſuum ſingulari celeritate confectorum congeſſit Lipſius, in Epiſt. LIX. ad Italos, T. II. operum edit. Veſal. p. 604. De dubitatione quæ circa ſitum urbis Zamæ ex diſſenſu auctorum oriri poteſt, vide Cellar. Geogr. Ant. lib. IV. c. 5. p. 175. *L.* 79. ἐπὶ θαλάσσης. Immerito hanc phraſin ſolicitatam vidimus ab H. Stephano, ad Hiſp. p. 103, 31 ſq.

CAP. XLVIII. Lin. 83 *ſq.* τὰ μὲν ἄχρηστα τῆς λείας ἐνεπίμπρη. — „Ex more & ſuperſtitione Romanorum. Sic L. Æmilius Paulus victis Macedonibus arma hoſtium face ſubdita ſuccendit, apud Livium lib. XLV. c. 33. & lib. XXVIII. [XXXVIII.

24.] apud eundem Cn. Manlius victis Gallogræcis, armis hoſ. 361. ſtium in uno concrematis tumulo, ceteram prædam conferre omnes juſſit. Africanus minor inferius *ſcuta machinas & naves inutiles, Marti Minervæque ſacratas accinctus cremavit, more patrio.* Non tamen hoc ſemper in uſu fuiſſe liquet ex Flori lib. IV. c. 12. [f. 9.] ubi cæſis a Vibio Pannoniis, *arma victorum non ex more belli cremata, ſed capta ſuot, & in profluentes data: ut ceteris qui reſiſtebant victoria ſic nuntiaretur.* Plerumque autem ſpoliorum partem deorum alicui conſecrabant ac devovebant, idque non ſolum cum ad bellum proficiſcerentur imperatores, ſed etiam cum victoriam obtinuiſſent atque ad triumphum reverterentur. De quibus multa ſcitu non indigna produxit *Thomaſinus lib. de donariis & tabulis votivis*, cui addi poteſt *Faber l. II. Semeſtr. c. 3.* & *Stewech. ad Vegetii lib. II.* Unde & Romæ templum erat *Jovis Prædatoris*, ita a præda dicti, quod ei a præda aliquid deberetur. Servius III. Æneid. *Romanis*, inquit, *moris fuit, ut bella geſturi de parte prædæ aliquid numinibus pollicerentur, adeo ut Romæ fuerit unum templum Jovis Prædatoris.*" ALEX. TOLLIUS.

L. 84. διαζωσάμενος αὐτὸς, ὥσπερ &c. *Ipſe, incinctus cinctu* (Gabino,) *quo uti ſolebant* (hac occaſione, ut in aliis ſacris cærimoniis) *Romani imperatores.* Sacra enim erat illa reliquias ſpoliorum ex hoſtibus captorum cremandi cærimonia, in honorem Deorum belli præſidum peracta. Hiſp. cap. 57. extr. p. 170. Pun. cap. 133. extr. p. 495. Mith. c. 45. p. 704. De *Gabino cinctu* conf. Liv. V. 46, 2. & VIII. 9, 9. alioſque ſcriptores ibi a viris doctis citatos, eorumque interpretes.

L. 86. ἀργυρίου διοχίλια καὶ πενταχόσια. Sic verbis hunc numerum expreſſi cum cod. Aug. & Vat. quum editi dediſſent ἀργυρίου β' καὶ φ'. *L.* 91. Quum editum fuiſſet ἰσὶ φάνου· καὶ τότε καὶ τὰς πόλεις &c. monuit etiam REISKIUS: „punctum deleatur; nam καὶ τότε, *etiam tunc*, cohæret cum ἰσὶ φάνου, *corona donabat tunc quoque*, quemadmodum antea jam fecerat; vid. p. 18, 2." [Pun. cap. 32. extr. p. 342.]

Cap. XLIX. Lin. 7 *ſq.* τῇ Καρχηδόνι κατὰ μὲν τὴν γῆν ἐπίπεμπειν Ὀλαούϊον. Sic mox, duobus verbis interjectis, αὐτὸς ἐπίπλει. Numquam πίμπειν ſimpliciter cum tertio caſu conſtructum hac notione, *hoſtiliter adverſus aliquem mittere*, uſurpatur. Verbo ἐπιπίμπειν, proprio in ea re, frequentiſſime utitur Appianus, ut Index noſter Græcitatis oſtendet. Sed ex eo verbo nonnumquam, ſicut hoc loco, intercidit præpoſitio: conf. Pun. pag. 400, 1-3. Mith. 654, 96. Et aliàs inter vulgatiſſima eſt librariorum errata, ut præpoſitiones verborum compoſitorum prætermittant; & in hoc verbo, ob duarum ſequentium literarum cum prioribus ſimilitudinem, proclivior etiam lapſus. Pag. 362.

L. 9 *ſqq.* Καὶ οἱ Καρχηδόνιοι, τὸν ἧσσαν Ἀννίβου πυθόμενοι &c. Hinc incipit ampliſſimum *Fragmentum*, *Codici Bavarico* inter *Excerpta de Legationibus* inſertum, quod ab his verbis: Ὅτι μετὰ τὸν ἧσσαν Ἀννίβου οἱ Καρχηδόνιοι πρέσβεις ἐπὶ κελητίου προσέπεμπον τῷ Σκιπίωνι &c. excurrit uſque fere ad finem *Cap. LXV.* deſinitque in verba hæc, pag. 387, *lin.* 90. ἐς τὴν Ῥώμην ἐσήλαυνε. Eſtque idem illud Fragmentum, ex quo *inſignem lacunam* (pag. 72-78.) *explere nobis contigit*, quæ in cetera omnia, quæ ad hunc diem ſuperſunt, Hiſtoriarum Appiani Exemplaria invaſerat.

L. 11. Ἄννων τε, ὁ Μίγας λεγόμενος, καὶ Ἀσδρούβας ὁ Ἔριφος. Hi anno ſuperiori legatos Romanos furori plebis Carthaginienſis eripuerant. Vide cap. 34. p. 344. Adeoque præ ceteris idonei ad legationem nunc ad Romanos ſuſcipiendam. Pag. 363.

L. 12. τὸ κηρύκιον ὑψηλὸν ἔσησαν &c. Livius XXX. 36. *velata infulis ramiſque oleæ Carthaginienſium navis.*

L. 17. ἀνισλάντων Bav. & (ut videtur) Vat.

Cap. L. Lin. 19 *ſq.* Ἐμοὶ μὲν ἔσλιν - - καθαρεύειν ἁμαρτημάτων. — „ Gelenius [hæc ita latine reddens: *Ego quidem - - & Hanno hic - - alieni ſumus a criminibus, quæ nobis objiciti:*] perinde vertit, ac ſi ſcriptum eſſet, Ἐγὼ μὲν καὶ Ἄννων ὅδε καθαρεύομεν ἁμαρτ. &c. Non parum tamen diſcriminis inter hanc ſermonis formam & illam eſſe puto. Quum enim Aſdrubal ita loquitur, videtur velle innuere, non eſſe ſibi

difficile efficere ut ipſe & Hanno puri ab illis criminibus ju-
Pag. 362. dicentur. At P. Candidus vertit: *Mihi quidem fas eſt, ô Romani, & Hannoni ipſi, reliquiſque Carthaginienſibus, quicunque non inſipientes ſunt, purgare crimina quæ nobis objiciuntur.* Quaſi vero καθαιρεύειν ἁμαρτημάτων, idem valeret quod καθαίρειν ἁμαρτήματα (ſi tamen ita loquuntur Græci) & ideo poſſent hæc verba ita reddi, quia eum ſtatim hoc ipſum facientem videmus." H. STEPHANUS. Nec tamen ita male fortaſſe Gelenius vertiſſe putandus fuerit. Nam ἔστι μοι καθαρεύειν periphraſtice dictum videri poteſt pro καθαρεύω.

L. 20. ἔμφρονες. Si verum eſſet εὔφρονες, quod dant Bav. & Vat., intelligendum foret ſicut Homericum εὐφρονίων. Sed hac notione, vereor, ut in uſu ſit vox εὔφρων. Et alibi quoque perperam inter ſe commutata illa verba videmus. Sic Civ. I. pag. 164, 75. pro εὐφρόνως, quod ibi editum erat, ἐμφρόνως ex cod. Aug. revocavi.

L. 23. Χρὴ δ' ὑμᾶς &c. Sic libri omnes, præter Reg. A. e quo mendoſa lectio in editos recepta. Correxit etiam MUSGRAV. Tum ad h. l. hæc monuit H. STEPHANUS: „Mutandum eſt ἡμᾶς in ὑμᾶς. Non bene autem cum præcedentibus cohærent iſta interpretis verba: *Nec populum tamen Carthag.* &c. Sed dicendum potius fuit: *Atque adeo ne populum quidem Carthag. univerſum accuſare debetis.* Perinde acſi diceret Aſdrubal: non ſolum autem & ego & Hanno culpa caremus, ſed de aliqua etiam populi parte idem dici poteſt. Niſi quis Καρχηδονίων ἁπάντων malit ſimpliciter *Carthaginienſes omnes* interpretari, quam *populum omnem* ſive *univerſum* dicere. Neque enim dubium eſt, quin de illis qui præcipui erant inter Carthaginienſes, hoc intelligi præcipue velit."

L. 24 *ſq.* „Scribe πρότεροι, & pone hypoſtigmen poſt λαβόντες." H. STEPHANUS. Verba illa, οἵ γε τὸν εἰρήνην καὶ πρότ. ἤτησαν, abſunt a Bav.

L. 25 *ſq.* αἱ πόλεις. Citra neceſſitatem hæc lectio a Muſgravio ſolicitata eſt. „Perinde eſt acſi diceret, ἀλλ' ὑμᾶς ἐνθυμεῖσθαι χρὴ ὅτι αἱ πόλεις ἐπὶ τὸ χεῖρον εἰσὶν εὐεπίβλεπτοι: id eſt,

Sed

Sed vos considerare oportet, urbes [potius, *civitates*] *facile ad id quod deterius est deflecti.*" H. STEPHAN. De verbo εὐεπίστρεπτοι conf. p. 364, 32. & ibi notata. Pag. 363.

L. 28. „ Male Gelenius οὔτε πεῖσαι οὔτ' ἐπισχεῖν vertit, *nec suadendo nec dissuadendo*: quum ἐπισχεῖν sit *cohibere* seu *reprimere*, adhibita etiam vi, quos verbis ad officium suum adducere non potes. Nec male etiam fortasse quis reddiderit, *In officio suo continere.*" H. STEPHANUS. Pag. 364.

L. 29. παρὰ δ' ὑμῖν. Sic libri nostri omnes; & ipse quoque Reg. A. ex emendatione. *L.* 30. ὑμετέρας εὐπειθ. Sic & MUSGRAV. emendavit.

L. 31 *sq.* ἀλλ' εἴ τῳ καὶ τὸ πεισθῆναι Aug. & Bav. Et sic scribendum monuit H. STEPH. εἰ τὸ καὶ τὸ πεισθῆναι maluerat MUSGRAV. quod minus placet. *L.* 32. „ Miror quomodo Gelenius ex istis Appiani verbis, ἀλλ' εἴ τῳ καὶ τὸ πεισθῆναι τοῖς ἐπιτρίβουσιν ἀδίκημα εἶναι δοκεῖ, elici posse crediderit hunc sensum, *Sed si forte alicui nostrum peccatum videtur calamitate premente majus:* quum hæc sententia requirat ut multa in scriptura illa mutentur, immo vix etiam mutatio ulla excogitari posse videatur e qua sensus hic effici queat. Contra vero hunc sensum aperte verba illa admittunt, *Sed si cui vel in hoc peccatum esse videtur, quod assensus præbitus iis fuerit qui remp. perdebant*, vel, *rempubl. pessundabant.* Utitur autem hac voce eodem modo & alibi, & quidem in uno etiam loco qui non procul abest. Nam legitur pag. 31. [p. 372, 49 sq.] ἐπιτρίψει τὸ πλῆθος. At P. Candidus putavit esse *cunctari.* Vertit enim: *Verum si fidere cunctantibus peccatum ducitis.* Atqui pro *cunctari*, quod ab hoc loco prorsus alienum est, dicendum esset non ἐπιτρίβειν, sed διατρίβειν: sic tamen ut alia verba usum illum frequentius habeant."

At Stephanum non minus, quam Gelenium, fefellit vis verbo ἐπιτρίβειν apud Appianum passim subjecta. Certe & hoc loco & altero (p. 372, 49 sq. δεδιότων μὴ φιλοπόλεμος ἀνὴρ ἐπιτρίψῃ τὸ πλῆθος) nihil aliud denotare ἐπιτρίβειν potest, nisi *incitare*, *concitare*, *instigare.* Similiter Exc. ex hist.

difficile efficer-
Pag. 363. dicentur. ... τολεμον ὑμᾶς, *qui ad*
Romani, ... quam significationem,
quicunq... præterierunt veteres
obiic... ...chium legimus Επιτρ-
quod ... ...æc interpretamenta si
ideo ... ...modum, altero loco ἐπαι-
facie ... Επαίρειν autem pariter
m... quum eamdem vocem Επι-
... ...χομενοι expositam videmus;
... quod quid huc faciat nemo
... ἐπαιρόμενοι esse corruptum sa-
... apud eumdem Suidam occur-
... ...andoquidem idem sonant πα-
... ...ca, unde glossæ istæ in Glos-
... ...us investiganda pandendaque
... ...s, vereor, ne vera scriptura
... ...ve editorum, obscurata sit &
... (haud procul a fine illius libri)
... ...ους κατ' ἰδίαν λαβοντας ἐπιτρέ-
... ἐπιτρέψαι τον ἀνθρωπον exponitur
... *hominem*. Ibi nolim equi-
... ἐπιτρέψαι legendum. Satis
... ...ctio reponendum visum est, de
... ...ditioni Viennensi vel Lipsiensi adje-
... ...d App. paulo ante hunc locum in quo
... ...ἐπι τὸ χεῖρον ἐδεπιστρε-
... *partem traduci, flecti, mutari pos-*
... ...ἐδεπιστρεπτοι habet:) forsan etiam
... ἐπιτρέψαι poterit, quod in Animadv.
... Reiskius defendit. Hoc moneo, Ap-
... ...oq. quo veluti primario fun-
... ...am apud Polybium lectionem Reis-
... ...non esse immunem. Nam quum ibi
... ...
... ...ex ... Reg. B.
... ...videtur ... ...ta est, sed

alter Regius cum Aug. Vat. & Vratisl. in ἐπιτρίψειε consentit; quod verbum, familiare (ut vidimus) Appiano, restituendum ibi Scriptori nostro fuit, hac sententia: *ut abiit, custodiam cum eo miserunt, ne in via nonnullos* (ad bellum adversus Romanos) *concitaret, solicitaret, stimularet.* Pag. 364.

L. 33. „ὑπείδεσθε. Scribo ὑπίδεσθε." H. STEPHANUS. — In vulgatam illam lect. consentit Vratisl.

L. 34. Quum ἔργον ἀκούσιον vulgo legeretur, miror, quo id pacto probare H. STEPHANUS potuerit, qui in hunc locum etiam diserte sic commentatus est: „Non observavit Gelenius hanc pulchram antithesin inter ἔργον ἀκούσιον, & ἑκόντας ἁμαρτεῖν, quod in fine hujus periodi legitur. Non cadebat (inquit) in eumdem populum hæc facere, quæ nonnisi ab invitis fieri poterant: deinde quum hæc fecisset, ultro in vos illa committere." Contra REISKIUS „Aut ἑκούσιον ἦν, ait, legendum, aut νομιστέον εἶναι." In ἑκούσιον cum reliquis consentit Vratisl.

L. 38. πέμψαντας tacite restituit H. Stephanus, cui adstipulantur mssp̄ti libri, exceptis Regiis.

L. 40-42. Commodius hoc modo distinguenda videtur oratio: Ἀλλὰ μάλιστα μὲν θεῶν τις ἔβλαψε· καὶ ὁ χειμὼν, ὁ τὴν ἀγορὰν ὑμῶν ἐς τὴν Καρχηδόνα καταγαγὼν, ἐπὶ δὲ τῷ χειμῶνι, ὁ λιμὸς ἡμᾶς ἀφείλετο &c. *L.* 41. Operarum vitio in edit. 2. irrepsisse videtur ἀγορὰν ἡμῶν: monuitque H. Stephanus in Annotat. „Muta ἡμῶν in ὑμῶν." Pag. 365.

L. 42. ἡμᾶς ἀφείλετο, μὴ καλῶς &c. REISKIUM quoque in hanc cogitationem venisse video, ut diceret: „Forsan ἡμᾶς ἀφείλετο τὸ καλῶς φρονῆσαι." Sic fere infra, p. 375, 1. ὁ λιμὸς πάντας ἐξαιρεῖν δύναται λογισμούς. Fortasse tamen stare hic potest vulgata lectio, hac sententia: *abripuit nos, vi cui ægre resistere poteramus compulit nos:* videndumque, an huc faciat glossa apud Hesychium, Ἀφελομένη· ἐπάρασα; id enim est *incitans, impellens.* Ceterum ἡμᾶς illud tacite reposuit H. Stephanus, cui nescio an adsentiatur Vat. & Ven.

— ὑμᾶς quidem cum Regiis & Aug. dat Vratisl. quod ferri
Pag. 365. certe non potest, & in ἡμᾶς mutandum monuit etiam Musgrav.

L. 43 *sq.* οὐδὲ. Cum οὐ δὴ, quod habet Aug., conferri potest pag. præc. l. 30. μὴ δὴ.

CAP. LI. Lin. 48. μὲν οὐδὲν. Concinnior visa est hæc codicum Bav. & Vat. scriptura, quam vulgata μὲν μηδὲν, quam & Vratisl. habet. *L.* 52. οἷα. οἷα est in Vratisl.

Pag. 366. *L.* 55. ἐπλακοσίοις ἔτεσιν ἀνθήσασα. Vide ad pag. 306, 28.

L. 62 *sq.* νέμεσιν φυλασσομένους. Conf. ad p. 52, 19. φυλάσσ. non φυλατ'. dedit Bav. & sic fere constanter aliâs consentientibus scriptis libris editum est. *L.* 63. μετριοπαθῶς χρῆσθαι ταῖς εὐπραξίαις. „ De his verbis dictum a me est in Annot. quadam in pag. 49. [420, 17.]" H. STEPH.

L. 66. τάς τε τοῦ δαιμονίου μεταβολὰς &c. „ Sæpe proponitur considerandæ hæc rerum humanarum mutatio, tanquam omnibus æque periculum ejus impendeat. Neque enim solum pag. quæ hanc proxime præcedit, [p. 365, 51.] legimus eo pertinentia (ubi tamen non simpliciter τὰς μεταβολὰς, sed τὰς αἰφνιδίους μεταβολὰς, habemus) sed etiam pag. 44. [408, 31 sq.] Ἀλλ' ἐς σωφρόνισιν ὑμῖν, ὦ Ρωμαῖοι, καὶ μετριοπάθειαν ἡ τῆς ἡμετέρας μεταβολῆς ἰξύτης ἔσθω. Sic & 47. [415, 38.] τοὺς δὲ ὑπάτους ἔσχε μὲν οἶκτος ἀνθρωπίνης μεταβολῆς. Illa tamen verba paginæ 29. (quæ nunc in manibus est) τάς τε τοῦ δαιμ. μεταβ. ἀνεπιφθόνως ἐν ταῖς ἡμετ. συμφοραῖς διατίθεσθαι, ita Gelenius vertit, ut nullam mutationum mentionem fecerit. Ita enim totum hunc locum reddit: *Et fortunæ beneficio sic in nostris cladibus uti, ut nec deos immortales offendatis insolentia, & apud homines laudem clementiæ vobis comparetis perpetuam.* Atqui quum hoc etiam in loco præcipuum id sit quod *mutationes* illas considerandas his proponit, (nimirum ut quas & ipsi experiri aliquando possint;) earum mentio prætermittenda non fuit. Et vicissim minime necesse fuit duas voces iis, quæ ab Appiano dicuntur, adjicere; videlicet *insolentiæ* & *clementiæ*. Possit autem locus iste, mentione illa non prætermissa, & illis vocibus non adjectis, ita reddi: *Et circa mutationes quæ divinitus contingunt, ita vos gerere,*

ut noſtræ calamitates nullam vobis invidiam conflent. Hinc enim fiet, ut iis quæ de nobis ſtatuetis, minime in deos delinquatis, & ea laude digna ab omnibus hominibus judicentur." Pag. 366.

„ Scio tamen fore, qui genitivo τοῦ δαιμονίου *fortunam* ſignificari exiſtiment: ſed hæc interpretatio non placet: ſicut nec præcedens genitiv. τύχης *fortunam*, ſed εὐτυχίαν, id eſt *felicitatem*, ſignificare putandus eſt. Adde quod in illis, quos attuli antea, locis μεταβολὴν aut μεταβολαὶς, ſine ulla fortunæ mentione, dici videmus. Sed enim quendam etiam habemus locum initio pag. 50. [421, 31.] ubi τύχην ἀνθρωπείαν de his dicere mutationibus videtur. Cæterum non dubito quin ſcribendum ſit ὑμῖν poſt ὑμέτερα. Nec repugnaverim ei qui, ſicut ego ex ἡμῖν facio ὑμῖν, ita, mutato viciſſim η in υ, legere malit ἡμέτερα, ut τὰ ἡμέτερα ſonet *Res noſtræ*: id eſt, *Ea quæ de rebus noſtris ſtatuetis, ſive de ſtatu rerum noſtrarum.*" H. STEPHANUS.

Cur non placeat Stephano, τὸ δαιμόνιον *fortunam* exponi, non ſatis perſpicio. Certe & pag. 378, 44. (ubi τὸ δαιμόνιον ἀνώμαλον καὶ ἐπίφθονον dicitur) & ſæpe aliàs, vix aliter exponi nomen illud poteſt, quam per latinorum *fortunam*, ſcil. ea notione, qua Græci & Romani fortunam quaſi divinam aliquam naturam intelligere conſueverant. τὰ ὑμέτερα ὑμῖν cum Regiis, e quibus in edit. 1. recepta hæc lectio eſt, recte dedit Bav. & Vratisl. Ex Vat. & Ven. nil monent ſchedæ. τὰ ἡμέτερα ὑμῖν cum H. STEPHANO maluit REISKIUS, ſicut eſt in Aug.

CAP. LII. Lin. 70. „ Scribo, οὐ γὰρ μὴ μεταθῶνται." H. STEPHANUS. Sic & REISKIUS. Cum vulgata lectione facit Vratisl. Pag. 367.

L. 71 *ſq.* „ Non debuit Gelenius omittere in ſua interpretatione genitivum τῆς ἀγνωμοσύνης. Eum in hac mea habebis, *qui ad tantam pœnitentiam tantaſque ingrati animi pœnas rediguntur.* Multi vero nec *ingratitudinis pœnas* dicere dubitarent." H. STEPHANUS. Pro illis verbis τῆς πρὶν ἀγνωμοσύνης Gelenius *anteactorum* poſuerat: nos, *præte-*

— ὑμᾶς quidem cum Regiis & Aug. dat Vratisl. quod ferri
Pag. 365. certe non potest, & in ἡμᾶς mutandum monuit etiam Musgrav.

L. 43 *sq.* οὐδὲ. Cum οὐ δὴ, quod habet Aug., conferri potest pag. præc. l. 30. μὴ δὴ.

CAP. LI. Lin. 48. μὲν οὐδὲν. Concinnior visa est hæc codicum Bav. & Vat. scriptura, quam vulgata μὲν μηδὲν, quam & Vratisl. habet. *L.* 52. οἷα. οἷα est in Vratisl.

Pag. 366. *L.* 55. ἐπλακοσίοις ἔτεσιν ἀνθήσασα. Vide ad pag. 306, 28.

L. 62 *sq.* νέμεσιν φυλασσομένους. Conf. ad p. 52, 19. φυλάττεσ. non φυλατῆ. dedit Bav. & sic fere constanter aliàs consentientibus scriptis libris editum est. *L.* 63. μετριοπαθῶς χρῆσθαι ταῖς εὐπραξίαις. „De his verbis dictum a me est in Annot. quadam in pag. 49. [420, 17.]" H. STEPH.

L. 66. τάς τε τοῦ δαιμονίου μεταβολὰς &c. „Sæpe proponitur consideranda hæc rerum humanarum mutatio, tanquam omnibus æque periculum ejus impendeat. Neque enim solum pag. quæ hanc proxime præcedit, [p. 365, 51.] legimus eo pertinentia (ubi tamen non simpliciter τὰς μεταβολὰς, sed τὰς αἰφνιδίους μεταβολὰς, habemus) sed etiam pag. 44. [408, 31 sq.] Ἀλλ' ἐς σωφρόνισιν ὑμῖν, ὦ Ρωμαῖοι, καὶ μετριοπάθειαν ἡ τῆς ἡμετέρας μεταβολῆς ὀξύτης ἔσθω. Sic & 47. [415, 38.] τοὺς δὲ ὑπάτους ἔσχε μὲν οἶκτος ἀνθρωπίνης μεταβολῆς. Illa tamen verba paginæ 29. (quæ nunc in manibus est) τάς τε τοῦ δαιμ. μεταβ. ἀνεπιφθόνως ἐν ταῖς ἡμετ. συμφοραῖς διατίθεσθαι, ita Gelenius vertit, ut nullam mutationum mentionem fecerit. Ita enim totum hunc locum reddit: *Et fortunæ beneficio sic in nostris cladibus uti, ut nec deos immortales offendatis insolentia, & apud homines laudem clementiæ vobis comparetis perpetuam.* Atqui quum hoc etiam in loco præcipuum id sit quod *mutationes* illas considerandas his proponit, (nimirum ut quas & ipsi experiri aliquando possint;) earum mentio prætermittenda non fuit. Et vicissim minime necesse fuit duas voces iis, quæ ab Appiano dicuntur, adjicere; videlicet *insolentiæ* & *clementiæ*. Possit autem locus iste, mentione illa non prætermissa, & illis vocibus non adjectis, ita reddi: *Et circa mutationes quæ divinitus contingunt, ita vos gerere,*

ut noſtræ calamitates nullam vobis invidiam conflent. Hinc enim fiet, ut iis quæ de nobis ſtatuetis, minime in deos delinquatis, & ea laude digna ab omnibus hominibus judicentur." Pag.

„ Scio tamen fore, qui genitivo τοῦ δαιμονίου *fortunam* ſignificari exiſtiment: ſed hæc interpretatio non placet: ſicut nec præcedens genitiv. τύχης *fortunam*, ſed εὐτυχίαν, id eſt *felicitatem*, ſignificare putandus eſt. Adde quod in illis, quos attuli antea, locis μεταβολὴν aut μεταβολὰς, ſine ulla fortunæ mentione, dici videmus. Sed enim quendam etiam habemus locum initio pag. 50. [421, 31.] ubi τύχην ἀνθρωπίνην de his dicere mutationibus videtur. Cæterum non dubito quin ſcribendum ſit ὑμῖν poſt ὑμέτερα. Nec repugnaverim ei qui, ſicut ego ex ἡμῖν facio ὑμῖν, ita, mutato viciſſim η in υ, legere malit ἡμέτερα, ut τὰ ἡμέτερα ſonet *Res noſtræ*: id eſt, *Ea quæ de rebus noſtris ſtatuetis, ſive de ſtatu rerum noſtrarum.*" H. STEPHANUS.

Cur non placeat Stephano, τὸ δαιμόνιον *fortunam* exponi, non ſatis perſpicio. Certe & pag. 378, 44. (ubi τὸ δαιμονιον ἀνήμαλον καὶ ἐπίφθονον dicitur) & ſæpe aliàs, vix aliter exponi nomen illud poteſt, quam per latinorum *fortunam*, ſcil. ea notione, qua Græci & Romani fortunam quaſi divinam aliquam naturam intelligere conſueverant, τὰ ὑμέτερα ὑμῖν cum Regiis, e quibus in edit. i. recepta hæc lectio eſt, recte dedit Bav. & Vratisl. Ex Vat. & Ven. nil monent ſchedæ. τὰ ἡμέτερα ὑμῖν cum H. STEPHANO maluit REISKIUS, ſicut eſt in Aug.

CAP. LII. Lin. 70. „ Scribo, οὐ γὰρ μὰ μεταθωνται." H. STEPHANUS. Sic & REISKIUS. Cum vulgata lectione facit Vratisl. Pag.

L. 71 *ſiq.* „ Non debuit Gelenius omittere in ſua interpretatione genitivum τῆς ἀγνωμοσύνης. Eum in hac mea habebis, *qui ad tantam pœnitentiam tantaſque ingrati animi pœnas rediguntur.* Multi vero nec ingratitudinis *pœnas* dicere dubitarent." H. STEPHANUS. Pro illis verbis τὴν ἀγνωμοσύνης Gelenius *anteactorum* poſuerat: nos, *præ-*

CAP. LIII. Lin. 90. Ἔριφος Aug. Vratisl. cum edit. 2. 3.

Pag. 368. *L.* 95. ἀθεμίτως. Sic h. l. ſcripti omnes, cum impreſſis.

L. 97. δεῖ. Abeſſe poterat. Sed habent omnes, præter Bav. in quo paſſim unum aut alterum verbum, partim ex compilatoris conſilio, partim librarii incuria, omiſſum.

L. 99. ὑπολιπόντες. Aug. Ven. Vat. Vratisl. Bav.

Pag. 369. *L.* 1. ποιήσομεν. Conſentit Vratisl. *L.* 3. καὶ ἐς πρέσβεις ἁμαρτόντων. „ Forſan πρέσβεις ἡμετέρους." REISKIUS.

L. 5 *ſq.* καταγιγνώσκοντας αὐτῶν. „ Non recte Gelenius hæc verba καταγινώσκοντας ὑμῶν [αὐτῶν ſcribere voluit Stephanus] vertit, *in rebus deſperatis*: nec illi venit in mentem, Appianum, hoc ſignificare volentem, dicturum fuiſſe, ἀπεγινώσκοντας αὐτῶν, ſicut pag. quæ proxime ſequitur, habemus, τῆς πάλεως ἀπεγνόντας. At vero, ut hic dicitur καταγινώσκοντας αὐτῶν, ita etiam in fine pag. 27. [363, 24.] καταγινώσκειν ἁπάντων; ubi ipſemet καταγινώσκειν vertit *culpare*. Satis alioqui notum eſt, reddi etiam *accuſare*, nec non *condemnare*." H. STEPHANUS.

CAP. LIV. Lin. 9. καὶ ἔτι τὴν εἰρήνην. Magis placet lectio cod. Bav. *L.* 10. παραδίδωτε. Poterat παραδιδῶτε ſervari: nam promiſcue in hiſce vel in penult. vel in antepenult. poſitus accentus reperitur. *L.* 12. ἢ τῶν ἀπολ. τιμῶν. Malim

Pag. 370. ἢ τὴν τῶν. *L.* 20. Εὐβοϊκά. Sic omnes, præter Bav. Conf. ad p. 94, 34.

Pag. 371. *CAP. LV. Lin.* 44. Quum mendoſe editum eſſet ἐφ' ἕκαστον τῶν αὐτῶν, monuit H. STEPHANUS: „Scribe ἕκαστον αὖ αὐτῶν." τῶν delere juſſit MUSGRAV. *L.* 47 *ſq.* Μαρθαμᾶ

Pag. 372. vel Βαρθαμᾶ. Et hoc nomen aliis incognitum. *L.* 49. φιλοπόλεμος ἀνήρ. Sic recte Aug. Ven. Vat. Vratisl. Bav.

Ead. & ſq. ἐπιτρίψῃ τὸ πλῆθος. Aug. Ven. Bav. De verbo illo vid. ad p. 364, 32. *L.* 50. ἐκέλευε reliqui omnes præter Reg. A. *L.* 51. „ ὑπὸ ὀργῆς βλασφήμου ἐβλασφήμει. Expungo βλασφήμου." H. STEPHANUS. Cum vulg. lect. facit Vratisl.

CAP. LVI. Lin. 56. De LACUNA, qua hoc loco exemplaria omnia, quæ ad hunc diem ſuperſunt, excepto cod. Bavarico,

laborant, in *Exercitationibus in Appiani Alex. Romanas Hiſtorias*, Anno MDCCLXXXI. editis, monui nonnulla, quæ hic repetere, paucis interſperſis, libet. „ Aliquanto major (ſic ibi dixeram, Sect. V. p. 43. not. *h.*) videtur eſſe hiatus, quam ad marginem codicum quorumdam adnotatum legimus. Scilicet in Codice *Auguſtano* [continua quidem linea verba iſta, ὑπ' Αννίβου σεσωρευμένα conjunguntur cum illis ἀνώμαλον καὶ ἐπίφθονόν ἐστιν, quæ ſequuntur lacunam, p. 378, l. 44. ſed in eodem codice] ad hunc locum in margine notatum eſt: ἐνταῦθα λείπουσι στίχοι ι. In *Florentino* Codice, cujus notitiam cum orbe literato communicavit Doctiſſ. BANDINIUS in *Catal. Codicum Græcorum Biblioth. Laurent.* T. II. col. 660.) ſpatium paucorum verſuum vacuum reliquit librarius; ibidemque in margine alia manu adſcriptum eſt: Ζήτει τὸ λεῖπον τοῦ καταβάτου· ὀλίγον γάρ ἐστι. Ubi quidem quid ſibi velit illud τοῦ καταβάτου, non valeo hariolari. [Docere poterat Du Cange, in Gloſſario mediæ & infimæ Græcitatis; ubi oſtendit, τὸ κατάβατον apud illius ævi Scriptores *paginam* dici.] In veteris verſionis latinæ Editione *Moguntina* (A. 1522. in 4°. p. 494.) itemque *Lugdunenſi* (A. 1551. in 16. pag. 748.) ad hunc locum, exiguo relicto ſpatio, hæc legitur adnotatio: *Deſiderantur hic* PAUCA QUÆDAM *de populi tumultu, atque Romanorum conſultatione de Rebus Carthaginienſium; id quod ex ſequentis orationis fragmento facile conſtare videtur.* Sed in antiquioribus ejuſdem Verſionis Editionibus, quarum nobis duæ ex inſtructiſſima Univerſitatis noſtratis Bibliotheca ad manus ſunt; altera *Veneta* A. 1477, altera partim *Regii* A. 1494. partim *Scandiani* A. 1495. impreſſa, hoc loco integra pagina, & in *Veneta* editione pars etiam præcedentis paginæ, ad indicandam lacunam, vacua relicta eſt, atque ad marginem adnotatur: *Defectus unius folii: in quo tumultus populi contineri videbatur; deinde Romanorum conſultatio de Rebus Carthaginienſium, ut patet ex fragmento orationis inſequentis.*"

Pag. 37

His, olim in hunc locum a nobis dictis, pauca, quæ interim comperimus, adjiciemus. In Regiis codd. ſpatium

Pag. 372. versuum aliquot, in Vratislaviensi adcurate decem versuum spatium, vacuum relictum est, nulla adnotatione adjecta. Ad oram cod. Ven. hæc verba latina leguntur: *Hic est fenestra, & aliquid deficit.* In *Vaticanis* nostris *membranis*, quod vetustissimum videtur esse ex omnibus Historiarum Appiani exemplaribus quæ ætatem tulerunt, folium 117. desinit in hæc verba, quorum postremum decurtatum est, ἐς ἐμπόριόν τι ὑπ' Ἀννίβα σεσω.: & folium 118. incipit ah his μώμαλον (sic) καὶ ἐπίφθονόν ἐστίν. (sic) Unde proclive videri poterat ut colligeremus, ex ipso hoc exempl. folium illud, quo continebantur quæ vulgo nunc desunt, forte etiam duo folia, primum intercidisse. Ex quo porro, si id ita se haberet, consequeretur, (quæ & mihi olim nata suspicio erat, priusquam varietas lectionis ex toto illo codice mecum communicata est,) ex eodem exemplari (Vat. A.) lacunam illam in cetera quæ hodie supersunt hujus historiæ Punicæ exemplaria invasisse, adeoque reliqua omnia exemplaria ex illo velut communi fonte fluxisse. Sed, id quidem secus esse, intellexi ex varietate lectionum, quas iste Codex exhibet, cum aliorum exemplarium lectionibus collata. Itaque exemplar illud, e quo tamquam communi fonte manarunt nostra exemplaria, prius quidem & vetustius debuit esse Vaticanis his membranis; sed ex ipso illo antiquo atque lacero hac parte codice membranas has a Calligrapho ita descriptas fuisse intelligitur, ut pagina paginæ responderet. Vidimus turbas nonnullas in libro de Reb. Hispan. pag. 184 sqq. ex duorum foliorum inter se transpositione ortas. Rursus in hist. Mithridatica folium unum alieno loco positum videmus. (Vide Notas Textui subjectas p. 642. & p. 823.) Quodque illorum foliorum tantum fere continebat materiæ, quantum quinquaginta lineæ editionis nostræ. Supplementum lacunæ hujus, quod suppeditavit *Codex Bavaricus*, continet lineas nostræ editionis octoginta octo: ex quo (si simul cogites, passim nonnulla præterire solitum compilatorem *Eclogarum de Legationibus*) colligere licet, ea, quæ h. l. in ceteris codicibus desiderantur, in

antiquo illo exemplari, quod primum hac parte mutilatum fuit, non uno folio, ſed duobus foliis fuiſſe comprehenſa.

L. 63 *ſq.* ὁ Σκιπίων ἔπεμπε τοὺς συμβουλεύσαντας, κομιοῦν τὰ ἐγκείμενα. Minus adcurate hæc a me in lat. verſ. reddita eſſe intelligo: *Simul cum Pœnis Scipio Romanorum legatos, qui ad ipſum communicandi conſilii cauſa fuerant miſſi, Romam remiſit, qui operam darent, ut ratæ haberentur conditiones, in quas pax convenerat.* Scilicet τοὺς συμβουλεύσαντας putaveram idem valere ac τοὺς συμβούλους αὐτῷ γεγενημένους, de quibus συμβούλοις ſupra dixerat p. 341, 34 ſq. At ſic minus apte cohærebat Græca oratio, & ad nexum ſermonis ſupplenda nonnulla erant, quæ non dixerat Appianus. Neque vero ex verbis illis, ſicut ea ex Exemplari dedi, alia ſententia commode extricari poterat. At in promtu eſt medicina, quæ in Nota textui ſubjecta, nimis quidem timide, a nobis jam indicata eſt. Quemadmodum ſæpiſſime a librariis terminationem Aoriſti primi cum futuri primi terminatione perperam commutatam videmus; ſic hoc loco συμβουλαίσαντας ex συμβουλεύσοντας corruptum intelligi debet. Atque ipſum τοὺς συμβουλεύσαντας, deleta diſtinctione quæ ſequitur hoc verbum, in contextum repoſitum velim. Jamque plana erit ſententia: *Scipio Romam miſit qui ſuaderent (ſenatui,) ut ratas haberet pacis conditiones.* In hujuſmodi phraſi adjici *articulum* ad participium ſolere, notum eſt. Sic p. 33, 34 ſq. πέμπειν τοὺς συνθησομένους αὐτῷ τὰ πρέποντα. Pun. 451, 24. ὁ σύγκλητος ἔπεμπε τοὺς εἰσομένους τὰ ἐκκλίσιμα. Civ. II. p. 257, 99. πέμπε μοι τοὺς χειραγωγήσοντας, ubi ſimillimo errore χειραγωγήσαντας ex Regiis codd. editum erat. Pag. 373.

L. 73. οἱ σύμβουλοι. Non illi qui a Scipione erant miſſi. Sed generatim ſenatores Romanos dicit qui de ea re inter ſe deliberabant. Conf. 379, 62.

Cap. LVII. Lin. 81. αἰεὶ μετριάσαντας. μετριάζειν, *moderatione uti, moderationem adhibere.* Vid. H. Stephan. ad hiſt. Parth. p. 29, 31. Verbum μετρίζειν græca lingua non agnoſcit. Pag. 374.

Pag. 376. *Cap. LVIII. Lin.* 8. κατεφρόνησαν, *non tamen projecerunt, non adeo ſpreverunt atque abjecerunt, ut exſtinctos vellent, ut nulla conditione ſocios illos & amicos vellent habere:* cf. p. 385, 57 ſq. Sic duriori quadam & ſeveriori notione intelligendum fuerit verbum καταφρονεῖν; fere ut Annib. 300, 15. & 303, 54. Videtur autem paralleliſmus quidam intereſſe inter tres illas phraſes, οὐ κατεφρόνησαν, tum εὐσταθῶς ἔφερον lin. 11 ſq. & οὐκ ἀνέστησαν l. 14. Ceterum rectius fortaſſe κατεφρόνησαν illud hoc modo intelligetur: „non ita illos *ſpreverunt*, ut non cogitarent, ſi nimis dure cum illis ageretur, ſatis adhuc virium ſupereſſe deſperatis ad frangendam victorum inſolentiam." Conf. mox cap. 59. ſub fin. & cap. 60. tum præcipue p. 379, 62.

L. 11 *ſq.* εὐσταθῶς ἔφερον. Satiſne integra hæc verba ſint, quove potiſſimum modo exponenda, fateor mihi non liquere. In lat. verſ. poſui: *nec idcirco internecione exſtinxerunt*, tamquam legeretur εὐσταθεῖς ἔφερον, i. e. οὐκ ἀναστάτους ἐποίησαν, vel οὐκ ἀνέστησαν, ut mox dicit lin. 14. An εὐσταθῶς ἔχοντας ἔφερον? *poſtquam pacati ſunt & quieverunt, tulerunt eos Romani.* Sic Λιβύη εὐσταθοῦσα eſt *pacata, quieta Africa*, Hiſp. 110, 59. & ἵπποι εὐσταθοῦντες Syr. 573, 33. *equi quieti ſtantes.* An εὐσταθῶς ἔφερον, *conſtanti ac forti animo eos tulerunt? non timentes numquam ſe ſalvos eſſe poſſe, quoad illi ſupereſſent?* Conf. p. 382, 1 ſqq. Sic fere Annib. p. 255, 56. οἱ δὲ καὶ τούτους εὐσταθῶς καὶ ἀκαταπλήκτως ὑπέμενον.

Pag. 378. *Cap. LIX. Lin.* 40. Λιγύων. Vide p. 370, 21. & alia loca, quæ collegi in Adnot. ad Annib. p. 295, 27. *Ibid.* Βερμινάς. Conf. p. 343, 65.

L. 44. ἐν αἷς καὶ τὸ δαιμόνιον ἀνώμαλον καὶ ἐπίφθονον ἐσθί. „Nihil annoto in hanc orationem ſive concionem? quod ſit ἀκέφαλος." H. STEPHANUS. Vide ad p. 372, 56. — Poſt ἐν αἷς, fortaſſe καὶ μάλιστα τὸ δαιμ. ſcripſit Appianus. — De vocab. δαιμόνιον cf. Adnot. ad p. 366, 66. τὸ δαιμόνιον (ἐν ταῖς μάχαις) ἀνώμαλον, *incerta, inconſtans belli fortuna.* Vocabulum ἐπίφθονον aliquid dubitationis habet. Nam in phraſi illa vocabulum φθονερὸς aliàs ſolet adhiberi, quod

activam significationem habet, *invidus*, *invidens*: ut apud Herodot. I. 32. τὸ θεῖον πᾶν φθονερόν τε καὶ ταραχῶδες; & III. 40. ἐπισταμένῳ τὸ θεῖον ὡς ἐστὶ φθονερόν: & apud ipsum Nostrum, Maced. pag. 535, 60. φθονερὸς γὰρ ὁ δαίμων. At ἐπίφθονος passive significat, *invidiosus*, *invidendus*, Pun. 381, 88. 419, 7. Syr. 615, 45. Pag. 378.

CAP. LX. Lin. 59. ἤδη. Sic recte omnes, præter edit. 1. cum Regiis & Vratisl. *Ibid.* „Hic videtur aliquid deesse. Forte sic integranda oratio: ἤδη ὅσου ἄξιόν ἐστιν ἐπιμελεῖσθαι σπονδῶν φυλακῆς αἰσθάνεσθαι." REISKIUS. *L.* 68. Quum ex Regiis codd. (quibuscum facit Vratisl.) in edit. 1. editum fuisset πάντες ἐπισείονται; monuerat CAR. STEPHANUS: „Vide, num πάντες ἐπισείονται." Id in contextum recepit H. Stephanus, & confirmat Aug. & Bav. Pag. 379. Pag. 380.

CAP. LXI. Lin. 72. τὸ ἑαυτοῦ. „καὶ τὸ ἑαυτοῦ" maluerat MUSGRAV.

L. 73. καί πιστεύει Vat. Bav. Abesse autem poterat conj. καὶ, quæ sequitur hoc verbum. Loco verborum καὶ σκοπεύει repositum σκοπείτω maluerat MUSGRAV. Totus locus, inde a verbo ἀρχὴν *lin.* 72. sic fortasse refingendus visus est REISKIO: „*F.* ἀρχὴν σπευδάζει, τὸ ἑαυτοῦ μόνον σκοπεῖ. καί τοι τιθῶμεν καὶ τὰ τῆς εὐχῆς αὐτῷ." *L.* 77 *sq.* νέμεσιν δὲ cum Regiis dat Vratisl. τε, quod C. Steph. tacite posuerat, confirmat Aug. & alii. *L.* 81. τῷ Ρωμ. Sic & Vratisl. & REISK.

L. 85. „Interrogationis signum ponendum post πέμψομεν. Nam ab ἐς μέσους incipit responsio ad consilium, ejusque improbatio." REISKIUS. *L.* 89. συνιδών, *considerans*. Sic pag. 493, 45. & sæpius alibi. συνιών cum aliis dat Vratisl. Saltem συνιῶν esse debebat. *L* 90. Ad vulgatam lectionem κελεύει δεῖν ἡμῖν, in quam & Vratisl. consentit, monuit REISKIUS ἡμᾶς legendum pro ἡμῖν. Pag. 381.

CAP. LXII. Lin. 95. διαδέξεσθαι προσδοκῶντος. Ex primi editoris emendatione est illud futurum, quam nescio an confirmet Vat. & Ven. ex quibus nihil enotatum est. Vratisl cum reliquis διαδέξασθαι exhibet. Et sic passim alibi, post verbum ἐλπίζω & similia, ubi futuri proprius locus erat, aoristus

Pag. 381. primus invenitur. Annib. 275, 93. poſt ἐλπίζων Vat. & Med. ἐργάσασθαι dabant: & p. 245, 88. editi cum ſcriptis οὐκ ἔλπιζε βιάσασθαι dederant, quod ibi, quum ſervari fortaſſe potuiſſet, Muſgravio obſecutus in βιάσεσθαι mutavi.

L. 96. Τὸ μὲν συμφέρον &c. „Pro hoc loco facit illud, pag. 29. [367, 81 ſq.] ἐστὶ δὲ ἀμείνονες μὲν ὑμεῖς τῶν ὑμετέρων συμφερόντων κριταί." H. STEPHANUS. *L.* 97. ὅσῳ δυνατὸν. Obvia ellipſis adverbii μᾶλλον. *L.* 98 *ſqq.* Peſſime vulgo diſtincta fuit oratio. Monuit tamen H. STEPHAN. „Poſt πόλιν, non poſt φυλάξασθαι, interpungendum eſt: item poſt δυνάμεως." Eodemque modo recte diſtinguunt Aug. & Vratisl.

Pag. 382. *L.* 3. πάντων. „Non immerito ſuſpicaturus eſt quiſpiam, non πάντων, ſed πάντως, Appianum ſcripſiſſe: quoniam nomen ἀσθενὴς cum genitivo aliquid inſolens habere videtur." H. STEPHANUS. „Aut πάνυ lege, aut πάντων μᾶλλον." REISKIUS. In πάντων h. l. conſpirant omnes libri. Sed p. 380, 71. pro πάντων vidimus πάντως dediſſe Aug.

L. 4. πρὶν αὖθις αὐτὸν. „Intellige αὐτὸν τὸν φόβον: quod Gelenius intellexiſſe non videtur: vertit enim, *priuſquam vires & opes recipiant.* [Scilicet αὐτοὺς legendum cenſuit interpres, ſicut Muſgrav.] Sed quoniam dicit εἰς ἑκάτερον, ad illa duo, ἀσθενεῖς καὶ ἄποροι, reſpiciens, videtur ἄποροι non de *inopibus*, ſed de *conſilii incertis* intelligendum. Alioqui duo illa ἀσθενεῖς & ἄποροι idem propemodum valere dici poſſent." H. STEPH. Si, lectioni vulg. inſiſtentes, intelligamus: *priuſquam metus rurſus augeatur*; erunt verba illa ἐς ἑκάτερον ad δύναμιν & ad ἀπιστίαν, ad *potentiam* & ad *perfidiam Pœnorum* referenda. „αὐτῶν legendum cenſuit REISKIUS, & in εἰς ἑκάτερον ſubaudiendum εἰς σθένος καὶ πόρον vel εὐπορίαν."

L. 5 *ſq.* οὐδ' ἀμετρίας μοι δοκῶ δόξαν εἶσεσθαι τὴν πόλιν ἐπὶ Καρχηδονίοις. Fateor me hærere in loco, quem intactum ab aliis præteritum video. Sententiam in verſ. lat. eamdem expreſſi, quam Gelenius, diverſis licet paululum verbis: ſed in hanc ſententiam dicendum fuerat μοι δοκεῖ, aut nude δοκῶ deleto μοι, (nam δοκῶ idem valet quod δοκεῖ μοι,) aut προσδοκῶ, aut aliquid ſimile: ſuſpicari quis etiam poſſit legendum ἀμε-

τρίας ποι δοκῶ. Si teneas verba μοι δοκῶ; sententia erit, *non puto fore ut ego nimis dure agere videar*; adeoque post οἴσεσθαι excidisse aliquid fuerit putandum, ex quo pendeant verba τὴν πόλιν ἐπὶ Καρχηδονίοις. Pag. 382.

L. 9. εὐθὺς ἐπὶ ταῖς συνθήκαις μετατίθενται. Tenui interpretationem Gelenii: *ac mox impetrata venia discedunt a fœdere.* Paulo adcuratius dixissem: *illico post factum fœdus, ab eo rursus discedunt.*

L. 11 *sq.* διὰ νέμεσιν θεῶν, καὶ ἀνθρώπων φθόνον. „Quum dicat Appianus *deorum* quidem νέμεσιν, *hominum* autem φθόνον, interpres hic alterum tantum, videlicet φθόνον, non minus diis quam hominibus tribuit. Ita enim vertit, *ad vitandam hominum deûmque invidiam.* Ego tamen relinquendam diis *nemesin* existimo, & hac ipsa voce in Latino etiam sermone uti licere. Haud ignoro interim, φθόνον apud hunc ipsum scriptorem esse etiam deorum, non minus quam hominum, pag. 512. [Civ. II. p. 361, 81.] πόσον δὲ ὑμῖν ἔσεσθαι φθόνον παρά τε ἀνδρῶν καὶ θεῶν, ἐνυβρίζουσιν ἐς τὸν ὑμῖν τὴν ἡγεμ. &c. Verum annon per κατάχρησιν diis quoque vox ista tribuatur, quærendum esse respondeo." [φθόνον θεῶν esse *vindictam divinam*, vulgo dictam νέμεσιν, docuit doctiss Valckenarius ad Herodot. III. 40. Conf. supr. ad p. 378, 44.]

„Sed quis ille est locus ubi Asdrubalem ista dicentem audimus? Immo duos esse crediderim: hunc videlicet qui paginam 28. claudit, & 29. inchoat, [p. 366, 62 sq.] καὶ τὴν ἐπ' αὐτοῖς νέμεσιν φυλαττομένους: & istum, qui parvo intervallo sequitur, τάς τε τοῦ δαιμονίου μεταβολὰς ἀνεπιφθόνως ἐν ταῖς ἡμετ. συμφ. διατίθεσθαι." [pag. 366, 66 sq. At vero illud οὗτος (*lin.* 10 *sq.* οὓς οὗτος ἀξιοῖ) non ad Asdrubalem, sed ad illum Scipionis amicum refertur, cujus oratio in senatu habita desiderabatur in superioribus editionibus: vid. p. 375, 92 sq.]

„Ad vocem autem νέμεσιν quod attinet, talem ejus usum habemus & initio paginæ 82. [492, 22 sq.] σοὶ μὲν οὐ νέμεσις ἐκ θεῶν, ὦ Ρωμαῖε. Legimus vero & pag. 50. [421, 32.] καὶ τὴν φοβερωτάτην τοῖς εὐτυχοῦσι νέμεσιν: ubi tanquam de dea loquitur. Sed ad duos illos priores locos quod attinet, ubi

Pag. 382. genitivus θεῶν huic nomini additur, iis & similibus adhiberi interdum & φθόνον, paulo ante ostendi." H. STEPHANUS.

L. 14. καὶ Ἰβηρίαν καὶ Ἰταλίαν. Sic Bav. cum editis. Sed inverso ordine, cum aliis, dedit Vratisl.

Pag. 383. *L.* 16. καὶ παρώρκουν. Sic Aug. Vat. Bav. Cum Regiis & edit. 1. facit Vratisl. H. STEPHAN., quum sua auctoritate suoque ex ingenio παρώρμων posuisset, monuit tamen ad h. l. „ Suspectum mihi est hoc quidem loco vocabulum istud παρώρμων. Nihil certe habet Gelenii interpretatio quo istud voluisse exprimere dici possit: & quod in eadem legitur, *fœdera violando*, verbo συνετίθεντο respondere haud dici potest." — Mirum vero, quod non saltem indicaverit lectionem, quam in edit. 1. ex Regiis codd. editam invenerat: ex qua alius fortasse probabiliorem certioremque veræ lectionis conjecturam capere potuisset. „ Caselius [editionem primam fortasse ante oculos habens] corrigit παρώρκουν: bene ad sententiam. Sed exemplum verbi παρορκεῖν pro ἐπιορκεῖν desidero. Num παρεώρων, *dispiciebant?*" REISKIUS. Mox vero *Idem*: „ Est tamen παρορκεῖν, pro *pejerare*, verbum Appiani, vid. p. 34, 4." [384, 35.] Sic & in fragm. ex hist. Gall. p. 91, 78. εὐθὺς ἠρέθιζον τοὺς Βρεττανοὺς παρορκῆσαι. Ac non tam cum ἐπιορκεῖν, *pejerare*, convenit hoc verbum, quam cum παρασπονδεῖν, *fœdus vel juramentum violare*: scil. idem est, ac παρὰ τὰ ὅρκια ποιεῖν, quemadmodum παρασπονδεῖν est παρὰ τὰς σπονδὰς ποιεῖν.

L. 17. πρὸ τῶν ἡμετέρων. Sic recte H. Stephanus reposuit: & confirmat Bav. Vat. Vratisl. puto & Ven. Nec aliter Candidus legit, *domestica* interpretatus. *L.* 18. ἐφησθ. Καρχ. Articulum τοῖς omittunt Reg. B. Aug. Vratisl. Bav. Ex Vat. & Ven. nil adnotatum.

CAP. LXIII. Lin. 22. Νουκερίαν. Cf. Annib. 290, 27 sq. & Liv. XXVII. 3. *L.* 26. Αχερράνων. Sic recte Bav. & Αχέρραι, per duplex ρ, Civ. I. pag. 61, 6. & 65, 73. Apud Polyb. tamen, lib. II. cap. 34. bis Αχέραι editum est. At latine saltem constanter *Acerræ* dicitur. Nec aliter quam per duplex ρ,

Ἀχέρραι,

Ἀχιλλεύς, est apud Steph. Byzant. Gentile Ἀχιλλεῖος formari ait idem Byzantinus. De re, quæ hic agitur, vid. Liv. XXIII, 17. Pag. 383.

L. 28. Μάρκον τε Κορνήλιον. Nil variant libri; & Cand. quoque *Marcum* habet. „Non video, quis ille *Cornelius Conſul* alius eſſe poſſit, quam *Cn. Cornelius Scipio Aſina*, quem A. U. CDXCIV. Annibal ad Liparas cepit. Sed eum *Cnæum*, non *Marcum*, appellant Scriptores; neque memini eum alibi Carthaginem raptum dici." REISKIUS. Vide Polyb. I. 21. & Livius Epit. XVII. Reliquos auctores citat Pigh. T. II. p. 21 ſq. Apud Zonaram alio errore Γαΐος vocatur.

L. 33. „Malim hæc ὑπὸ εὐορκίας ita reddere, *Qui tam erat obſervans jurisjurandi, ut eum ad ſe reverſum haberent:* vel, *Qui ſervandi jurisjurandi tam erat ſtudioſus.*" H. STEPHANUS. Pag. 384.

L. 41. ὑπίδαλον: ſic & Vratisl. Sed prætulerim ὑπίδαλον.

CAP. LXIV. Lin. 49. „De his verbis ἔλεος ἢ μετριοπάθεια a me dictum eſt in Annotatione quadam in pag. 49." [420, 17.] H. STEPHAN. *L.* 53. βέβαιος ἢ δεξιά; Vratisl. cum ſigno interrog. Idem deinde & vocem Ποία agnoſcit; & in iis quæ ſequuntur cum Editis facit, quos & nos hic ſecuti ſumus. Pag. 385.

L. 51. ὥσπερ ἔφη Σκιπίων. „Verba illa Scipionis habes initio pag. 30. [368, 98 ſq.] οἱ μηδ' ὄνομα Ρωμαίων καταλιπόντες ἄν, εἰ ὑμεῖς ἐκρατήσατε. Ex horum autem locorum collatione colligitur, ἐλάβοντο hic dici poſſe idem valere quod ἐκράτησαν." H. STEPH. *L.* 56 *ſq.* „Pag. 29. [367, 75 ſqq.] dictum fuit ab Aſdrubale, οὐδ' ἄξιον Καρχηδονίους ὑμᾶς ὠμότητα καὶ ἁμαρτίαν ἐπικαλοῦντας, ταῦτα μιμεῖσθαι. Hic prius ad illud quod dixit ἁμαρτίαν ἐπικαλοῦντας, reſpondet: perinde acſi intellexiſſet Aſdrubal, ἁμαρτίαν ἐν τῷ λύειν τὴν συνθήκην, vel τὰς συνθήκας." IDEM. Reſpondet potius ad orationem amici illius Scipionis, qui pag. 374, 79 ſqq. dixerat, μὴ Καρχηδονίων αὐτῶν ὠμότερα πράξωμεν, εἰ Καρχηδονίοις ὠμότητα ἐπικαλοῦντες.

L. 60. σκιψώμεθα. σκιψόμεθα cum edit. 2. 3. dat Vratisl. Nec diſplicet.

CAP. LXV. Lin. 77. αἱ πλείους Aug. Ven. Vat. & ſic emendavit REISKIUS. *L.* 78. συνθῆκαι, τρίται αἵδε. Tertium Pag. 386.

hoc fœdus Romanorum cum Pœnis est, cujus mentionem facit Appianus. Primum erat illud post bellum Siculum. Vide Exc. ex hist. Sic. p. 94 sq. Hujus adpendix erat illa conditio de Sardinia: vid. Hisp. cap. 4. Pun. c. 5. Alterum pactum erat de Hispaniæ finibus, Hisp. c. 7. Annib. c. 2. Pun. c. 6. Conf. Adnot. ad p. 389, 32.

Pag. 386.

Pag. 387.

L. 87. ἐξεῖπε τοῖς Ρωμαίοις Κάτων, *in senatu Romano publice adfirmavit Cato:* in Oratione ea, quam laudat Livius XLV. 25. & A. Gellius VII. 3. Idem tamen Cato deinde delendam Carthaginem censuit: vid. p. 393, 92 sqq.

L. 90. In verba, ἐς τὴν Ρώμην ἐσήλαυνε, desinit amplissimum illud Fragmentum, Codici Bav. inter Eclogas de Legationibus insertum. *Ibid.* ἐπιφαν. δὴ Aug. Vat. & sic reponere jussit MUSGRAV.

CAP. LXVI. Lin. 93. ἐστεφάνωντο .. ἡγοῦνται δὲ. Sic scripti libri omnes. Consulto autem variare Tempora verborum videtur, quia simul id quod tunc factum est, simul quod moris erat, exponit.

Pag. 388.

L. 98. ὅσοις. Sic & REISKIUS emendavit. *L.* 5. τιτυριστῶν. Conf. Hesych. in Τίτυρος & Τιτυρῆνοι, & quæ ibi a Viris doctis notata sunt. *L.* 8. λυδοὺς &c. Dionys. Halic. lib. II. c. 71. p. 130. ed. Sylb. καί εἰσιν οὗτοι τῆς πομπῆς ἡγεμόνες, καλούμενοι πρὸς αὐτῶν ἐπὶ τῆς παιδιᾶς τῆς ὑπὸ Λυδῶν ἐξευρῆσθαι δοκούσης Λυδίωνες. *Ibid.* Τυῤῥηνοὶ recte Aug. Vat. *L.* 14. Ferri potest ἔστεπται nulla præcedente conjunctione: & mox nomen στεφάνῳ vel στέφανον ex cognato verbo poterit intelligi.

Pag. 389.

L. 15 *sq.* πορφύραν ἀστέρων χρυσῶν ἐνυφασμένων, *togam palmatam.* *L.* 17. δάφνην, ἣν ἀεὶ Ρωμαῖοι νομίζουσι νίκης σύμβολον. Scilicet secus atque Græci, apud quos laurea supplicationis symbolum erat.

L. 19. ἐπὶ τῶν παρῃόρων ἑκατέρωθεν ἠΐθεοι συγγενεῖς. „ Perperam interpres (Gelenius) τοὺς παρηόρους verterat, *jugales equos*, cum *funales* fuerint, quibus, qui currum triumphantis comitabantur, veherentur. Suetonius in Tiberio cap. 6. *Actiaco triumpho currum Augusti comitatus est, sinisteriore funali equo, cum Marcellus Octaviæ filius dexteriore veheretur.*

Erant autem in quadriga quatuor equi, quorum duo *jugales* erant, dexter & finiſter; duo *funales*, itidem dexter & finiſter; omneſque ita juncti ut æquata fronte currerent. *Jugales* intra jugum ibant, ac ζύγιοι dicebantur: *Funales* utrimque ad latera jugalium loro annexi, quos στειραφόρους & στειραίους, παραόρους & παρασείρους idcirco Græci vocabant, quod funibus ſcilicet alligati forent ad latus jugalium. Sed & ἀορτῆρες iidem *funales* nominabantur, quemadmodum feliciſſime eam vocem Dioni Chryſoſtomo, in Orat. de Circo, ὁ πάνυ Salmaſius reſtituit, pro quo perperam ἀκροτῆρες vulgatum eſt: ἐν ᾧ ἅρματι ἵπποι λευκοὶ, κατὰ τὸν Ζαχαρίαν, ζυγαῖοι μὲν, φῶς καὶ ἀθανασία· ἀορτῆρες, δικαιοσύνη καὶ ἀλήθεια. Et paulo poſt: ἐν ἅρματι αὐτοῦ μέλανες, ὑποζύγιοι μὲν, ὁ ᾅδης καὶ θάνατος, ἀορτῆρες δὲ, σκότος καὶ ἀπώλεια. Utrobique ἀκροτῆρες editum. Vide Salmaſ. Not. ad Solin. pag. 898. [p. 631. edit. Traject. anni 1689.] & pagg. aliquot præcedentibus & ſequentibus, ubi plurima obſervatione ac ſcitu digniſſima, de quadrigis, equorum ad illas applicatione atque agitatione adduxit, ad quæ lectorem remittimus." AL. TOLLIUS. Pag. 389.

L. 20. παρὰ τὸν πόλεμον Aug. Vat. Vratisl. Frequens inprimis præpoſitionum παρὰ & περὶ inter ſe commutatio; quum exiguo momento differant compendia ſcripturæ, quibus illæ ſignificari ſolent. *L.* 25. οὓς μὲν Reg. B. Aug. Ven. Vat. Vratisl.

L. 26. ἀφελὴς. An ἀφελὲς ſc. χρῆμα. Cand. *ſimplex denique triumphi forma.* Gelenius: *eſt enim res ſimplex triumphus.* Cogitaveram ἀτελὲς, & ad hoc accommodavi verſionem. Sed non opus eſt ſolicitare vulgatam, in quam conſentiunt omnes. Apud Demoſthenem (Epiſt. 4. pag. 1489. edit. Reisk.) fere ut hic, conjunguntur ἀφελὴς καὶ παῤῥησίας μεστός. *L.* 28. εἰσῆλθε - - ἐς τὸ ἱερόν. Sic omnes. *Ad convivium vocavit in templum.*

CAP. LXVII. Lin. 31 *ſq.* λήξας δ' ἐν Αἰσύῃ ἐς τάσδε τὰς περὶ αὐτῆς Καρχηδόνος σπονδάς. Tria verba περὶ αὐτῆς Καρχηδ. video me in lat. verſ. cum Gelenio præteriiſſe. Hoc autem dicit Scriptor noſter: *Alterum Bellum Punicum deſiiſſe in hanc pacem, cujus conditiones ad ipſam urbem Car-*

thaginem proxime pertinebant. Scilicet in pace quæ ſe-
Pag. 389. cuta erat primum bellum Punicum, agebatur de *Sicilia*, moxque adpendix ejus pacis ad *Sardiniam* pertinebat; tum alterum fœdus ad *Hiſpaniam* ſpectaverat, & ad fines imperii Pœnorum in Hiſpania. (Conf. ſupra, Adnot. ad pag. 386, 78.) Nunc hujus pacis conditiones recta atque proxime *ipſam urbem Carthaginem* & *imperium Pœnorum in ipſa Africa* tangebant.

Pag. 390. *L.* 34. Μασσανάσσης δὲ &c. Rurſus hinc incipit novum *Excerptum de Legationibus* in Cod. Bav. „Ὅτι Μασσανάσσης μετὰ τὰς συνθήκας μηνιῶν, καὶ Ρωμαίοις θαλλῶν &c. uſque cap. 69. extr. ἐκδιαιτωμένων ἤδη. pag. 394. *L.* 35. μηνιῶν Vratisl. cum edd. & Bav. Sic ſupra, pag. 79, 25. ἂν ἔτι μηνιῶσι.

L. 36. In ἑαυτοῦ conſentit Vratisl. *L.* 37. Μασσανάσσην. Quartum caſum exhibent ſcripti libri omnes, ut ratio poſtulabat. Monuit & MUSGRAVIUS.

L. 40 *ſqq.* συνθῆκαι Καρχ. καὶ πρὸς τόνδε &c. *fœdus etiam cum hoc* (Maſiniſſa) *factum eſt, quod ad annos duravit quinquaginta.* Mox quidem recruduerunt controverſiæ, per omne ſequens tempus numquam penitus ſopitæ; & ſubinde rurſus apud Romanos conqueſti ſunt Pœni de Maſiniſſa, contra fœdus in ditionem ipſorum invadente, agrumque qui Pœnorum eſſet vi & armis occupante: (vid. cap. 68 ſq.) ſed aſtute ſemper Maſiniſſa ſpecie juris injurias ſuas tegere conabatur, &, adjuvantibus Romanis arbitris, in poſſeſſione eorum, quæ ſubinde occupaverat, manebat. Donec tandem ſub annum DCIV. demum Carthaginienſes, injurias illas diutius non ferentes, & feſſi incaſſum jure diſceptare, aperte arma contra eum ceperunt. (cap. 70.)

Pag. 391. *CAP. LXVIII. Lin.* 51. Σαυνίτης Aug. Ven. Vat. Bav. σαυνίης Vratisl. cum Reg. B. *L.* 51 *ſq.* φυλάξαντες Ρωμαίους τι κελεύσωσι πολεμεῖντας. Quoniam certius nil habui, retuli ad illud bellum, quod in hiſt. Hiſp. c. 39. extr. & ſqq. expoſitum eſt.

L. 52 *ſq.* Μασσανάσσην &c. Rurſus Vratisl. conſentit cum Reg. B. Pro ἀνίαις, quod in editis legebatur, ἀνοδίαις legendum ſuſpicatus erat MUSGRAV. Poſt emendationem quam

ex ſcriptorum librorum ſubſidio adferre deſperato loco licuit, conjecturis jam non amplius opus eſſe puto: liceat ejus rei, quam obiter hic memorat Appianus, mentionem apud nullum alium auctorem inveniam. Pag. 391.

L. 60. ἐπῆλθον ἐς διαλύσεις. Sic Vat. ἦλθον ἐπὶ διαλύσεις Bav. Conf. pag. 398, 75 ſq. Inſuavior tamen hæc lectio, quam vulgata, videri poteſt; quoniam mox rurſus eadem repetitur phraſis ἐς διαλύσεις, pag. 392, 66. Sed viciſſim διαλλαγαὶς (in quod cum aliis conſentit Vratisl.) ſpeciem habet interpretamenti vocis διαλύσεις. Mox *ibid.* εἰς ὁμοίως εἶπτο. „ὅμως, *nihilominus.*" REISKIUS. Imo vero recte ὁμοίως, *similiter*, *pariter*: conf. pag. 390, 38 ſq. Rem quod adtinet, quæ hic agitur, atque tempus ad quod ea referenda eſt, Livius, quum primæ illius legationis a Romanis ad diſceptandum inter populum Carthaginienſem & Maſiniſſam in rem præſentem miſſæ, de qua Appianus cap. præc. dixerat, mentionem nullam feciſſet, duas deinceps legationes, ante eam de qua cap. ſeq. agitur, ejuſdem diſceptationis cauſa Carthaginem a Romanis miſſas, memorat: alteram A. U. DLXI; (Liv. XXXIV. 62.) alteram A. U. DLXXII: (Liv. XL. 17.) quarum ad quamnam nunc reſpiciat Appianus quum haud ſatis certo indicio mihi conſtaret, utriuſque anni notam ad oram libri hoc loco adpoſui.

L. 66. κίλευσμα πρὸς ἀμφ. ἐς διαλύσεις Vat. Bav. Aliter Candidus: *mandata conciliationeſque*; tamquam eſſet καὶ διαλύσεις. Pag. 392.

Ead. lin. 66. Οὐ πολὺ δ' ὕστερον Μασσανάσσης ἀμφισβήτει &c. De hac nova controverſia Maſiniſſæ cum Carthaginienſibus vide Livium XLII. 23 ſq. in rebus anni ab U. C. DLXXXII. Initium autem rei retuli ad A. U. C. DLXXXI, quoniam apud Livium l. c. Pœni legati dicunt, *jam biennio proximo amplius* LXX. *oppida caſtellaque agri Carthaginienſis vi atque armis poſſedisſe Maſiniſſam.* Poſtquam Romæ primum hæc controverſia diſceptata erat; ſero & poſt complures annos demum Romani legati ad diſceptandum in re præſenti miſſi in Africam ſunt: vid. finem hujus cap. & init. cap. ſeq.

Pag. 392. *L.* 68. Τύσκαν. Freinshemius in Supplem. Liv. XLVII. 19. (conferens hunc locum cum Polyb. Legat. 118. & Appian. infra p. 397, 62 ſq.) docet, Τύσκαν eſſe Punicum nomen fertilis illius regionis circa minorem Syrtin, quæ a Græcis & Romanis *Punica Emporia* vocabatur, cujus regionis princeps civitas Leptis erat. Conf. Liv. XXXIV. 62.

Cap. LXIX. Lin. 73. Καὶ τότε. Sero demum, & per complures annos dilata re, legatio tandem a Romanis in Africam miſſa eſt. Vide Liv. Epit. libri XLVII. & Freinsh. in Suppl. illius libri, cap. 19 ſq. Polyb. Legat. CXVIII. Conf. quæ paulo ante diximus ad cap. præc. lin. 66. *Ead. lin.* 73. πρέσβεις ἔπεμπον ἑτέρους τε καὶ Κάτωνα. Nihil vulgatius iſto genere loquendi. Sic Syr. 546, 77. πρέσβεις ἕτεροί τε καὶ Σκιπίων.

L. 79. αὐτὰς συνθήκας. Sic editum inveni ex Regiis. Cum Aug. facit Vratisl. Placet Bav. τὰς συνθήκας. Ex Vat. nil enotatum. Reiskius legendum cenſuerat, ἔφασαν οὖν κατὰ τὰς συνθήκας.

Pag. 393. *L.* 80. παραβαίνεται Vat. Bav. *L.* 86 *ſq.* ἢ φόβου. Verba ad ſententiam neceſſaria commode obtulit Vat. & Bav. „Forſan ζήλου μᾶλλον, ἢ οἴκτου" conjecerat Musgrav. „ζήλου πολλοῦ γέμειν" Reiskius. *L.* 94 *ſq.* Verba μὴ εἶναι &c.

Pag. 394. uſque Καρχηδόνα ἐᾶν deſiderantur in Aug. *L.* 95. καὶ τόνδε. Conſentit Vratisl.

Cap. LXX. Lin. 1. καταδίξεσθαι. καταδίξασθαι Vratisl.

L. 5. Γολόσσην recte Regii, Vratisl. Vat. Sed *lin.* 8. Γολόσσῃ ſolus dedit Vat. Γλοσσ. utrobique h. l. cum editis dat Aug. Infra autem, pag. 453 ſqq. ſcripti omnes in Γολοσσ. conſentiunt. *L.* 9. Σαυνίτης Reg. B. Aug. Vratisl. Vat.

Pag. 395. *L.* 21 *ſq.* ἐνεδρεύων αὐτὸν. Schol. marg. in cod. Vat. „ἐνεδρεύω σοι καὶ ἐνεδρεύω σε συντάσσεται." *L.* 26. ὀχυροτέρους Reg. B. & Vratisl. cum Editis: neſcio an & Vat. Sic autem (per o bréve ante terminat. comparativi) analogia videtur requirere; quoniam præcedens vocalis υ longa eſt, ut vel ex trito illo Apollodori dicto patet, Poëtarum Gnomis inſerto, pag. 187. edit. Brunckii;

- - - - - - ἀλλ' οὐδὲ εἷς,
τείχων ὀχυρὰν οὕτως ἐποίησεν θύραν, Pag. 395.
δι' ἧς γαλῆ καὶ μοιχὸς οὐκ εἰσέρχεται.

Attamen Pun. 487, 36. ubi in ὀχυρώτατον editi & ſcripti omnes conſentiebant, obſecutus ſum libris: & ſic rurſus Illyr. 863, 15.

Cap. LXXI. Lin. 29. Λευκολόφῳ. Sic in edit. 3. Tollius poſuit: & ſic plerumque aliàs apud Noſtrum conſentientibus libris editum. Attamen Syr. 609, 39. & 46. Illyr. 869, 2. & paſſim alibi omnes in illam formam Λεύκολλος, qua Græcos Scriptores nonnumquam uſos reperimus, conſentiunt. De re conf. Hiſp. cap. 53 ſq.

L. 32. ἱππίας ἀπαντᾷν ἔπεμψε. Eamdem noſtram emendationem a REISKIO etiam propoſitam video: „lege ἀπαντᾶν." *Honoris cauſa alicui obviam prodire*, ὑπαντᾷν aliàs dici ſolet. Sed & ἀπαντᾷν probum eſt: vide p. 34, 57. Et ὑπαντᾷν proprie videtur eſſe *paululum obviam prodire*, ἀπαντᾶν *longius* etiam. Pag. 396.

L. 37 *ſq.* Λιβύων - - - μακροβίων ὄντων. Notum eſt, ex Herodoto aliiſque, in Libya Æthiopum genus, qui proprio etiam nomine Μακρόβιοι adpellabantur. *L.* 39. ὅ τι χειμών. Sic plane & REISKIUS: „ὅτι. Lege ὅ τι χειμών." *L.* 52. δύο περὶ αὐτοῦ τὴν θέαν ταύτην ἰδεῖν &c. Vide Iliad. VIII. 47 ſqq. & XIII. 1-15 ſqq. Pag. 397.

Cap. LXXII. Lin. 62 *ſq.* τὴν μὲν περὶ τὸ Εμπόριον γῆν. Vide ad p. 392, 68. „Τὸ Εμπόριον, ſive τὰ Εμπόρια (utroque modo dicitur) regio eſt Africæ ad minorem Syrtim fertiliſſima, in qua civitas una Leptis tam opulenta, ut ſingula indies talenta vectigal Carthaginienſibus dederit. Quæ opes etſi eriam aliunde, præcipue tamen ex ubertate regionis, ipſis ſuppetebant. Quare *Emporia* Livio [XXXIV. 62.] dicuntur, *Ora minoris Syrtis & agri uberis.* Idem Livius lib. XXIX. [25.] *Emporia ut peterent gubernatoribus edixit. Fertiliſſimus ager, eoque abundans omnium copia rerum eſt regio.* Unde Polybius lib. I. [c. 82.] dicit, Carthaginienſes ſpes fere omnes ſuas collocatas habuiſſe in eo commeatu,

Pag. 397. qui advehebatur *ex loco quem ipſi vocabant Emporia.* Atque hinc etiam tanta ſolicitudine caverunt, ne Romani ultra Pulchrum Promontorium, quod Carthagini præjacet, navigarent, ne loca circa Byzacium cognoſcerent, *nec loca circa parvam Syrtim, quæ Emporia vocant, propter ſoli ubertatem*, ut auctor eſt Polybius, lib. III. [c. 23.]" AL. TOLLIUS.

Pag. 398. *L.* 68. ἐφύλασσε Aug. Vat. Vratisl. quod in ἐφύλασε corruptum eſt in Reg. B. *L.* 71. ὀλίγα recepi ex Aug. *L.* 72. διεκπαῖσαι (ſic enim ſcribendum pro ἐκπαίσαι) ex eodem Aug. reſtitui, & ſic in Vat. quoque eſſe videtur, ſed ob lituram non ſatis diſcerni poteſt. διεκπαῖσι paululum corrupte Ven.

L. 74. προκαλεῖσθαι τὸν Μασσανάσσην ἐνόμιζε. Candidus: *hoſtes quidem provocare inſtituit.* Prætuli ſententiam quam Gelenius his verbis expreſſit: *putabat Maſiniſſam pacem petiturum.* Nam ſicut προκλήσεις p. 397, 62. dixerat *propoſitionem conditionum pacis*, ſic verbum etiam προκαλεῖσθαι notat *conditiones pacis proponere*, *ad pacem invitare*: in quam ſententiam plura ex Thucydide exempla H. Stephanus in Theſ. Gr. Ling. congeſſit. In eamdem ſententiam hunc locum intellexiſſe videtur Freinshemius, Suppl. Liv. XLVIII. 34. Neque tamen video, quid magnopere obſtet, quin vulgatiori notione verbum illud accipiamus, *putabat Maſiniſſam ipſum ad pugnam provocaturum.* Sed, utrovis modo accipias, malim utique προκαλέσεσθαι: niſi forte futurum ſecundum, quod dicunt Grammatici, hic fuerit illud προκαλεῖσθαι.

L. 75. Pro Ρωμαῖων, quod operarum errore irrepſit, facile Ρωμαίων reponet Lector. *L.* 76. οἱ δ' ἦλθον μὲν. Etiam Vratisl. hæc verba agnoſcit.

Pag. 399. *CAP. LXXIII. Lin.* 87. καὶ τὸ δίον στρατόπεδον ὄχλος ἀνθρώπων, Λιβύη θέρους. „Mendoſa[b]" hæc eſſe, MUSGRAVIUS etiam conqueſtus eſt. Pariterque REISKIUS „corrupta ſunt, ait. Non expedio." Nihil opis ferunt libri; nec variant quidquam Cogitaveram, καὶ ἐς σῖτον στρατόπεδον. Pro Λιβύη proclive eſſet Λιβύης reponere, ut Candidus, *calor Libyæ*, aut „ἐν Λιβύῃ", quod REISKIUS propoſuit: ſed vereor,

ut id faciat ſatis. In lat. verſ. Gelenium fere ſecutus ſum, cum quo conſentit Freinshem. loco paulo ante citato. Pag. 399.

L. 88 *ſq.* ἐπιλιπόντων Aug. Ven. Vat. Et proprium hoc in ea re verbum. Vide Pun. 485, 10. Hiſp. 219, 15. Annib. 233, 76. 282, 4. &c. REISKIUS quoque monuit, ἐπιλιπόντων legendum.

L. 99. διὰ χιτωνίσκου. Non ferendum videtur διὰ, ea notione quam hic ratio poſtulat. Ac poteſt eſſe ex μετὰ corruptum, ſive ex ſcribendi compendio male accepto, ſive aberrante librarii oculo ad διὰ illud quod modo præceſſerat. Similiter Civ. II. pag. 242, 45. pro δι' ὧν reponendum μεθ' ὧν videtur. REISKIUM quoque video „μετὰ χιτωνίσκου" hic juſſiſſe reponere. Alibi, in ſimillima re, præpoſitione σὺν utitur Appianus: Exc. de reb. Samnit. pag. 52, 21. σὺν ἱματίῳ. Pun. 383, 23. σὺν δύο ἱματίοις. *L.* 3. ἐπέπεμψεν. Vide pag. 362, 8. & ibi notata. Candidus: *poſt illos miſit.* *Ibid.* οἳ οὐκ ἀμυνομένους. Candidus: *ut armis deſtitutos* &c. οἳ, *qui*, pro οἷς REISKIUS quoque reponere juſſit: ſed de ἔκλινεν, *Lin.* 5. aut alio verbo ibi inſerendo, ab eodem nihil monitum video. ἔκλινον poſuit in ſuo exemplari MUSGRAVIUS. Facile a feſtinante quodam librario prætervolari illud verbum potuit, ob id quod ſequitur ἔκ τε. *L.* 5 *ſq.* σῖτου Aug. Ven. Vat. Et monuerat REISKIUS: „aut delendum σίτου, aut ſcribendum σῖτου." Pag. 400.

CAP. LXXIV. *Lin.* 11 *ſq.* Τῷ Μασσανάσσου πλαίσματι. Sic cum reliquis codicibus dedit etiam Bav. Nam ab hoc loco rurſus in illo *Codice Bavarico* incipit ampliſſimum ex hoc Libro de Rebus Punicis *Fragmentum*, his verbis: Ὅτι οἱ Καρχηδόνιοι τῷ Μασσανάσσου πλαίσματι συμπεσόντες, ἀσθενεσθέντες ὑπ' αὐτοῦ τῆς πόλεως γενομένης· καὶ (ſic, omiſſis quæ apud Appianum interjecta ſunt) οἱ Ρωμαῖοι τοῦτο πυθόμενοι &c. uſque ad fere Capitis XCII. pag. 432. ὡς θεῶν ἀμυνομένων αὐτοὺς ἀντὶ τῶν παίδων.

L. 18. ἐπήγγειλον. ἐπήγγελον Vratisl. cum Bav. *L.* 19. ὡς οἷ' ἂν ἐξέως ἔχοιεν. „Mendoſa" hæc eſſe cenſuit MUSGRAV. Nec diffiteor, ſcabram quodammodo videri orationem. At Pag. 401.

Pag. 401. ferri tamen fortaſſe poterit, intelligendo ἐποίησαν δὲ τοῦτο, (ſcil. ἐπήγγελλον δὲ στρατὸν ἐς ὅλην τὴν Ἰταλίαν,) ὡς ἂν ἔχωσιν &c. *ſed fecerunt illud, ut paratas haberent copias, ſimul atque uſus poſtularet.* *L.* 22. Καρθάλωνι. Jam olim Carthalo ſubditos Maſiniſſæ invaſerat. Vide cap. 68. pag. 391.

L. 25. καὶ ἐς Ῥώμην Aug. Ven. Et ſic emendaverat REISKIUS. ἔς τε, quod cod. Bav. offert, notaverat MUSGRAV.

L. 27. ἀμυνομένων αὐτὸν Regii, Aug. Bav. Vratisl. puto & Ven. Idemque monuit REISK. & conferri juſſit p. 410, 62.

Pag. 402. *L.* 28. ἐμβαλόντων Aug. Vat. Bav. *L.* 30 *ſq* ἐξεκήρυξαν· καὶ --- πρεσβεύεσθε. Neminem offendere debet ſubitus ille *Tranſitus ab oratione obliqua ad rectam*, Appiano juxta cum probatiſſimis Scriptoribus uſitatus. Sic Hiſp. pag. 148, 4 ſqq. τὸν στρατὸν ἐδίδασκεν, οὐ τοῦτο εἶναι φοβερὸν, ὅτι πλήθει προὔχουσιν οἱ πολέμιοι --- ἀλλ' ὅτι νεῶν ἀπορούμεν. Adde Mithr. 720, 40 ſqq. Civ. III. p. 461 ſq. l. 39-48. Civ. II. p. 212, 32 ſq. Similiter Xenophon Hiſt. Græc. I. 1, 19. λόγον ἔφασαν χρῆναι διδόναι, μεμνημένους, ὅσας τε ναυμαχίας αὐτοὶ καθ' αὑτοὺς νενικήκατε &c. Ceterum „mendoſam vel mutilam" eſſe orationem, prout in ſuperioribus editionibus exhibebatur hic locus, monuit MUSGRAVIUS. REISKIUS emendationem etiam tentaverat: „Sententia, inquit, flagitat ἀπορησάντων aut σιωπώντων."

L. 34 *ſq.* ἀπολογήσασθαι ex emendatione primi editoris eſt, quam confirmat Aug. Bav. puto & Vat. & Ven. In ἀπολογίσασθαι cum Regiis facit Vratisl. *L.* 39 *ſq.* ἐπὶ Σκιπίωνος, *Scipionis tempore.* Commode quidem dixiſſet ὑπὸ Σκιπίωνος: ſed nec illud male.

Pag. 403. *CAP. LXXV. Lin.* 46 *ſqq.* Ἰτύκη --- ἑξήκοντα σταδίους ἀπὸ Καγχηδόνος ἀφεστῶσα. Apud Ariſtotelem περὶ Θαυμασίων Ακουσμάτων, T. I. opp. p. 1165. B. legimus, *Uticam ſitam eſſe* ἐπέκεινα Καρχηδόνος ὡς σταδίους διακοσίους, *circiter cc ſtadia ultra Carthaginem.* Cum quo ſatis conſentit Itinerarium Antonini, p. 22. ubi XXVII. M. P. (id eſt, ſtadia CCXVI.) ab Utica Carthaginem numerantur. Itaque, quod Appianus non niſi LX. ſtadiorum intervallum ponit, id *minus ex vero* ab eo

fieri contendit Weſſelingius ad Anton. l. c. Sed videndum puto, an eam cenſuram meruerit Appianus. Nam quum e regione & in conſpectu Carthaginis, in altero promontorio ejuſdem ſinus, (ut cum aliis Strabo docet lib. XVII. p. 832.) ſita fuerit Utica; Appianus videtur de intervallo in directa linea per mare dixiſſe: in Itinerario autem terreſtri itinere, per circuitum ſinus, deſignatam diſtantiam eſſe conſtat; atque eodem modo intelligendam eſſe Ariſtotelis rationem, adparet ex ipſo conſenſu cum Antonino. Pag. 403.

L. 50. καὶ αὕτη. Placet καὶ αὐτὴ, quod offert Bav.

L. 54. προσγενομένης reſtitui ex Aug. & Bav. Atque ita legendum viderat MUSGRAVIUS.

L. 58. Μάνιον Μανίλιον. „Eruditiſſimus Pighius ad annum U. C. DCIV. [juxta Faſtos, quos ſequimur, A. DCV.] bene obſervat, alterius Conſulis *Manilii* nomen corruptum apud ſcriptores legi, & nunc *M. Mallium*, nunc *Anicium Manlium*, nunc *M. Manlium* vocari; docetque, verum nomen eſſe *Manius Manilius*. Idem error apud interpretem noſtrum, [Gelenium;] qui itidem *M. Manlium* perperam vertit. Livius enim lib. VI. [c. 20.] tradit, Manlio Capitolino, poſt necem illatam, hanc gentilitiam notam quoque additam eſſe, ut Maniliæ gentis decreto cautum fuerit, *ne quis deinde M. Manlius vocaretur*. Quare ubique in hac hiſtoria in textu Græco Μάνιον Μανίλιον, & in Latino *M'. Manilium* repoſuimus." ALEX. TOLLIUS. Adde quæ notarunt Viri docti ad Livii Epit. XLIX. & conf. quæ diximus ad Hiſp. p. 167, 43.

L. 61. κατασκάψει. κατασκάψωσι legere juſſerat REISKIUS. Pag. 404.

L. 66. ἐς ἐπιφανῆ. ἐπ' ἐπιφανῆ idem emendaverat REISK. — In Bav. abeſt hic locus, inde a verbis οἱ μὲν δὴ θύσαντες lin. 61. uſque ἐς τὸν κατάλογον, lin. 69: non librarii culpa, ſed compilatoris conſilio. *L.* 67. Verba πᾶς τις &c. uſque κατάλογον laudat Suidas, v. παρήγγειλον. *L.* 68 *ſq.* παρήγγειλον. παρήγγελον Aug.

CAP. LXXVI. Lin. 84. ἴξειν. Sic legendum viderunt quoque MUSGRAV. & REISKIUS. Reiskius quidem „aut ἴξειν aut ἴξουσι" reponere juſſit. *L.* 88. ἰδίᾳ. Et de hoc monuit REISK. Pag. 405.

pag. 406. *Cap. LXXVII. Lin.* 91. τὰς ἐλπίδας ἐν ᾧ μηδὲν ἐκλείψουσι τιθέμενοι. Illud ἐν ᾧ in hac phrasi paulo aliter dictum videtur atque supra, Hisp. 150, 38. ἐν ᾧ γὰρ ἅπαξ ὑπακούειν ἐδόκει &c.

L. 3. „ὄνομα εἰς εὐπρέπειαν idem est atque ὄνομα εὐπρεπές." Reiskius. *L.* 7. ἐν μὲν δὴ Καρχ. Præteriit hæc compilator Excerptorum de Legat. usque ad verbum Σικελίᾳ. Tum vero sequentia ita connectit: καὶ παραλαβόντες &c. δὲ post ἐν

pag. 407. μὲν inserui cum Aug. & Vat. *L.* 10. Verba τοῦ πολέμου deleta voluit Musgrav. nulla, quantum video, idonea de causa.

Cap. LXXVIII. Lin. 15. δὲ καὶεῖ dedit Vat.

pag. 408. *L.* 28 *sq.* ἀρχῆς τῆς ἐς πολὺ μεγίστης. Sic prorsus Bav.

L. 31 *sq.* ἐς σωφρόνισμα ὑμῖν revocavi ex Vat. & Bav. σωφρονισμὸς Aug. mendose. Corruptius σωφρόνει Reg. B. & Vratisl. In σωφρόνισιν cum Reg. A. & edit. 2. 3. consentit, ni fallor, Ven. Ad vulgatam lectionem hæc monuit Henr. Stephanus: „Perinde esse puto acsi dictum esset, ἀλλ' εἰς τὸ σωφρονίζειν ὑμᾶς καὶ προτρέπεσθαι εἰς μετριοπάθειαν. Sic autem principio paginæ 29. [366, 63.] dicitur μετριοπαθῶς χρῆσθαι ταῖς εὐπραξίαις. Atque ut hic sequitur ἡ τῆς ἡμετέρας μεταβολῆς ἐξύτης, ibi, paucis interjectis, sequi vides τάς τε τοῦ δαιμονίου μεταβολὰς ἀνεπιφθόνως ἐν ταῖς ἡμετ. &c." συμφρόνησιν notaverat Musgrav. ad exemplar suum editionis C. Stephani.

L. 34 *sq.* τῷ μηδὲν ἐς ἄλλας τύχας ἁμαρτεῖν. „Pro his Gelenii, *si non insolenter utantur alieno infortunio*, malim ista, *quod non insolenter se gesserint erga aliena infortunia.* Cæterum non dubium est quin ἄλλων τύχας scribendum sit: quum hanc lectionem aperte sequatur & P. Candidus, his verbis, *ne quid in* aliorum *fortunas indigne agant.*" H. Stephanus. Rursus in *Emendandis erratis* ad calcem totius libri monuit idem Stephanus, scribendum ἄλλων pro ἄλλας. Et Reiskius: „ἄλλων vel ἀλλοτρίας." Et Musgrav.: „ἄλλων, Interpres." Sed in ἄλλας septem nostri codices conspirant.

L. 36. ὑμετέρας εὐσεβείας, ἣν προσποιεῖσθε. ὑμετ. εὐσεβείας ἦν, προσποιεῖσθαι cum edit. 1. dat Vratisl. itemque Aug. nisi quod in hoc aliud erratum accedat, ἡμετ. pro ὑμετ. Candidus:

hæc - - veſtra pietate digna, diſſimulare maxime quæ hominum ſunt. Gelenius: *Hoc veſtram pietatem decet, ut præcipue curetis res hominum.* Veram lectionem, quam ex Bav. reſtitui, præclare vidit & his verbis expreſſit FREINSHEMIUS, Suppl. Liv. XLIX, 12. *Hæc - - digna ſunt veſtra religione, quam uni omnium hominum ſanctiſſime vos colere profitemini.* Neque REISKII aciem effugit eadem lectio: „ὧν προσποιεῖσθε: (inquit:) *quam vobis arrogatis.*" Pag. 408.

Cap. LXXIX. Lin. 38. τετυχήκαμεν Vat. Bav. & parum corrupte Aug. τετυχήκει μὲν. Duplicatum augmentum præteritorum pluſquamperfectorum, Atticorum more, ſæpius omittit Appianus. *L.* 39. κόρος ἐστὶν ἀτυχημάτων &c. Bene Candidus: *abunde nobis miſeriarum hæc erunt, quæ pertulimus.*

L. 41. ναῦς ὑμῖν Reg. A. recte cum aliis ſcriptis & edit. 2. 3. Sed in ἡμῖν cum edit. 1. facit Vratisl. Illud corrigendum eſſe, monuit MUSGRAV. Pag. 409.

L. 42. „καὶ χλιάσεως καὶ ἐλεφάντων. Videtur expungi debere particula καὶ ante genitivum ἐλεφάντων: ut intelligamus θήρων & χλιάσιν ἐλεφάντων. Nec aliter intellexit hic interpres, [Gelenius,] utpote illam particulam non agnoſcens. Sed nec alter interpres [Candidus] agnoſcit, qui vertit, *elephantorum poſſeſſionem vobis liquimus.* Verum hic non ſolum voculam καὶ non agnoſcit, ſed nec iſta, καὶ θήρας. Eſt autem obſervatione dignum, & ad locum hunc facit, quod videmus pag. proxime ſequente, [nobis hac ead. pag. l. 53.] (ſicut & pag. 48.) nimirum elephantas ἐπιφθόνους vocari: quod P. Candidus vertit *inviſos*, (id tamen ſignificare Appianus volens, dixiſſet potius μισητούς, aut μισουμένους, aut certe ἀπεχθεῖς) at Gelenius, *invidendos.* Sed *invidioſos* rectius quis dixerit, aut *invidiæ obnoxios:* etiam ſi Horatius *invidenda aula* pro *invidiæ obnoxia* dixiſſe exiſtimari poſſit. Quantum autem natio illa eſſe crediderit elephantum in bello momentum, cum ex aliis nonnullis hujus ſcriptoris locis, (quorum eſt hic in fine paginæ 28. [366, 59.] οὐδ' ἐν τοῖς ἐλέφασι καὶ ἵπποις) tum vero ex multis Hiſpanicæ hiſtoriæ apparet: quum interdum vel parvum eorum numerum ducere, rem ſibi glo-

p. 409. rioſam exiſtimarent: etiamſi quidam, κοινοὺς πολεμίους, id eſt *communes hoſtes*, illos vocaverint, illam ob cauſam quam legis in eodem illo opuſculo, in fine paginæ 280. & principio pag. 281. [156.]" H. STEPHANUS.

κλήσεως ἀληφάντων, abſque conj. καὶ, recte dant Aug. Vratisl. Bav. Et delendam conjunctionem monuerunt etiam REISKIUS & MUSGRAV. *L.* 44. λαβόντες prætuli, quod dedit Bav. Reliqui codd. cum editis faciunt. *L.* 48. οἷς ἐπολεμήσαμεν. REISKIUS οἷς ἐπολέμησαν cenſuit legendum.

L. 50. παραδεδόσθαι Aug. ut editi. *L.* 51. τὸν πόλεμον τόνδε. Hunc ordinem verborum prætuli, quem tenet Bav.

p. 410. *L.* 56. πολλά γε reſtitui ex Aug. Vat. Bav. Id Candidus etiam expreſſit: *qui plurima jam ſuperlucratus eſt.*

L. 61 *ſq.* εἰ τοῦτ' ἐστὶν ἡ τοῦ πολέμου πρόφασις. Verba hæc ad præcedentia retulit Candidus: *hæc enim totius belli occaſio vobis eſt.*

L. 66 *ſq.* πρὸς ἄνδρας οὐχ ὁμολογοῦντας μὲν μὴ ἁμαρτεῖν. „ Adhibentur quidem ſermoni aliquando duæ negantes particulæ, ſed non in locis hujuſmodi. Ideoque vix aliud mihi perſuadere poſſum, quam duarum alteram hic expungi debere. Fortaſſe autem quum Appianus ſcripſiſſet, ὁμολογοῦντας μὲν μὴ ἁμαρτεῖν, aliquis novum eſſe putans iſtius particulæ uſum, ad collocationem quod attinet, & hanc expungendam cenſens, loco ejus præfixit alteram illam participio ὁμολογοῦντας: ſed quum hanc expungere oblitus eſſet, utraque remanſit. Gelenius quiddam velut medium inter confeſſionem & inficiationem quæſivit in ſua interpretatione: vertit enim: *contra non tam fatentes peccatum, quam committentes ſe veſtro judicio.* At vero apud P. Candidum, peccatum fatentur: vertit enim, *contra eos qui nec ſe peccaſſe diffitentur, &c.* neutram videlicet negationem agnoſcens." H. STEPHAN. Particulam μὴ deletam voluiſſe MUSGRAVIUM, eamdemque abeſſe a cod. Bavarico, monui in Nota textui ſubjecta. Et ſic quidem primo intuitu commodiſſima prodire ſententia videri poteſt: *non fatemur nos peccaſſe, ſed tamen vobis nos tradimus.* At propius ſi rem ſpectes, aliena plane ſententia illa ab hoc

loco videbitur. Nam paulo ante, eadem oratione, (l. 55 ſq. & 66 ſq.) majorem licet culpæ partem in Maſiniſſam conferentes, haud obſcure tamen profeſſi erant, ſe contra fœdus cum Romanis ictum peccaſſe: & jam antea legati eorum Romam miſſi, quum excuſare culpam accuſando auctores belli voluiſſent, ad quæſtionem a ſenatu Romano objectam, *cur ergo non initio ſtatim belli damnaſſent ejus auctores, legationemque Romam miſiſſent?* nihil quod reſponderent invenerant, (vide cap. 74. p. 402.) ipſoque adeo ſilentio culpam erant confeſſi. Itaque bene recteque habere mihi videtur vulgata lectio, hac ſententia, *adverſus homines non profitentes ſeſe non peccaſſe*, (vel, ut percommode h. l. Candidus, *non diffitentes ſe peccaſſe*,) *ſed veſtro arbitrio ſeſe permittentes.* Verbum ὁμολογῶ interdum aptius exponi *profiteor*, monuit Stephanus in Theſ. T. II. col. 635. H. nullum tamen adferens exemplum. Pag. 410.

L. 72 *ſq.* ἢν παράσχωμεν. Corrupte ἢν παράσχομεν erat in edit. 1. quod tacite correxit H. STEPHANUS. ἂν παράσχωμεν Aug. ἢν παράσχωμεν Vratisl. Pag. 411.

CAP. LXXX. Lin. 82 *ſq.* ταχυτῆτος revocavi ex Bav. & ex eodem lin. 83. inſerui artic. τῆς ante ἐπιλέξεως. „ἡ ταχύτης τῶν ὁμήρων eſt breviter dictum pro ἡ ταχύτης τῆς παραδόσεως τῶν ὁμήρων." REISKIUS. Idem REISKIUS vidit, καὶ τῆς ἐπιλέξεως eſſe legendum.

L. 84-86. φέρετε vulgo cum πάντα ὅσα conjungunt editi cum Regiis, Aug. Vratisl. Cui conſentaneum erat, interſerere conjunctionem καὶ l. 86. ante ἡμῖν παράδοτε, quod fecit Aug. Sed præſtat, φέρετε abſolute poſitum intelligere: præſertim quum conjunctionem illam καὶ ceteri omnes libri, & in his vetuſtiores Bav. & Vat., ignorent. Mox in παράδοτε ſcripti omnes conſentiunt: ſed quum in Reg. A. accentus per errorem eſſet literæ ο ſuperſcriptus, & litera ε pauliſper in ſiniſtram partem reclinata, ut fere vocalis ω figuram referret, inde factum ut παραδότω ederetur. Eadem de cauſa paſſim vocales has ε & ω perperam a librariis vel ab editoribus inter ſe commutatas eſſe, monui jam ad Hiſp. pag. 171, 1. De

pg. 411. φέρετε quoque REISKIUS: „Poſt φέρετε figendum eſt comma: non enim cum βίλη cohæret, neque hìc loci *afferte* ſignificat, ſed idem atque *agite*. Eſt exclamatio incitandi." — φέρετε οὖν πάντα legendum cenſuerat MUSGRAVIUS: παράδοτε autem IDEM reponere juſſit.

pg. 412. *L.* 90. παρασπιδίσαντα. Sic recte cum editis ſcripti omnes, præter unum Aug. *L.* 93 *ſq.* Γναῖος Κορνήλιος, ὁ Ἰσπανὸς ἐπίκλησιν. „Corrupte apud Appianum Ἰσπανὸς ſcriptum eſſe," contendit DRAKENBORCHIUS ad Liv. XLI. 14, 4. Et apud latinos quidem Scriptores ut plurimum, itidemque in Faſtis, *Hiſpalus* vel *Hiſpallus* ſcriptum cognomen illud reperitur: quemadmodum & a *Meſſana* urbe *Meſſallarum* cognomen inditum familiæ Valeriorum conſtat. Sed & apud Senecam in Controverſiarum libris ſæpiſſime *Cornelius Hiſpanus*, nec umquam aliter, & apud Diodorum Sic. in Excerptis Peireſc. ex lib. XXXIV. (p. 381. ed. Valeſ. T. II. Opp. p. 605. edit. Weſſel.) ſimiliter Ἰσπάνος ſcribitur. Eademque ſcriptura firmatur *Inſcriptione*, *in Scipionum Sepulcro* nuper Romæ reperta, quæ, in Novellis literariis Romanis, quibus *Antologia* titulus eſt, N°. XXIII. anno MDCCLXXXIII. ab erudito Abb. Joh. Bapt. Viſconti primum publici juris facta, mox a politiſſimo viro ANDREA BIRCHIO, Dano, cujus multa de Appiano noſtro merita exſtant, curatius inſpecta, & paulo emendatior nobiſcum communicata, ſic habet:

CN. CORNELIVS. CN. F. SCIPIO. HISPANVS.
PR. AID. CVR. Q. TR. MIL. II. X. VIR. SL. IVDIK. X. VIR. SAC. FAC.

VIRTVTES. GENERIS. MEIS. MORIBVS. ACCVMVLAVI.
PROGENIEM. GENVI. FACTA. PATRIS PETIEI.
MAIORVM. OPTENVI. LAVDEM. VT. SIBEI. ME. ESSE. CREATVM.
LÆTENTVR. STIRPEM. NOBILITAVIT. HONOR.

L. 1. ἢ τῆς ἄλλης πόλεως. Si quis minime opus fuiſſe contendat adjectivo ἄλλης, non magnopere equidem repugnem. *Ibid.* ἢ ἄλλως ἐπιφανεῖς. Sic Annib. 264, 1. Civ. II. 195, 55. Eodemque modo Civ. I. p. 3, 35. ἢ τῶν ἄλλως ἐπιφανῶν ex Regiis

ex Regiis libris editum erat consentiente Vratisl. neque ibi opus fuerat ex Aug. & Ven. ἄλλων reponere. Pag. 412.

L. 2. ἴμειλον τοὺς ὑπάτους. Particulam οὖν, quam cum Regiis & Vratisl. importune inserunt editi, ignorant Aug. Vat. & Bav.

CAP. LXXXI. Lin. 10. ὑπόσπετε Aug. Bav. *L.* 13. τήνδε γὰρ ἡμῖν. Sic recte H. STEPHANUS emendavit, adstipulante Aug. Vratisl. Vat. Bav. Nec displicet κε, quod pro γὰρ ponit Bav. Pag. 413.

L. 11. ἀνοικίσασθε ὅπη θέλετε. „ Loco moveri volebant Romani Carthaginem, quod situ maxime opportuno erat, unde præcipua illi opum initia & incrementa, & semper rebellionis metus. Usitatum autem apud veteres, eos populos, quorum rebellionem timerent, e patriis sedibus in alia loca transferre. *Augustus fiduciam montium timens in quam se recipiebant Astures, castra sua, sed quæ in plano erant, habitare & incolere jussit:* apud Flor. lib. 4. c. 12. Philippus Macedo, apud Justin. lib. 8. c. 5. *Reversus in regnum, ut pecora pastores nunc in hybernos, nunc in æstivos saltus trajiciunt; sic ille populos & urbes, ut illi vel replenda, vel derelinquenda quæque loca videbantur, ad libidinem suam transfert:* ad subtrahendam scilicet rebellionis materiam. Non alia de causa Corinthum alterum oræ maritimæ ocellum sustulerunt iidem Romani, *opportunitatem loci maxime sequuti, ne posset aliquando ad faciendum bellum locus ipse adhortari*, ut loquitur Cicero Offic. lib. 1. Exempla plura videri possunt apud Forstner. in Not. ad Tacit." ALEX. TOLLIUS.

L. 17. ἐς μῦσος πρέσβεων. Frequens in impressis Appiani exemplaribus permutatio vocabulorum μῖσος & μύσος vel μῦσος; & alibi jam de ea monuimus. Veram lectionem plerumque exhibet Aug. sed & ille h. l. mendosus; & solus Bav. μῦσος dedit. Perspecte REISKIUS: „ μύσος: *ut Romanos ad scelus in legatorum sacris corporibus patrandum incitarent.* μύσος πρέσβεων est *piaculum quod violandis legatis conscisitur:* idem atque μύσος εἰς πρέσβεις." *L.* 18 *sq.* καὶ

χερσὶ καὶ κεφαλαῖς. καὶ ταῖς χερσὶ κεφαλαῖς Bav. omissa conjunct. *Manibus capita contundere* Cand.

Pag. 414. *L.* 21. ὑπὸ ἀνοίας. ἀπὸ ἀνοίας Reg. B. mend. *L.* 23. οἱ ὕπατοι. οἱ abest ab Edd. & Vratisl. Adjiciendum articulum REISKIUS etiam monuit. *L.* 25-28. καλῶς εἰδότες &c. Pro his Bav. sic: καλῶς εἰπόντες. οἱ δὲ παρὰ τὴν σιωπὴν ἀπίλομ. & omittit interjecta. Ad εἰπόντες autem notatur Γρ'. εἰδότες.

Pag. 415. *L.* 35. παμμιγὴς καὶ ἐλεεινὸν. ἣν τε παμμιγής τε καὶ ἐλεεινὸν. Bav. *CAP. LXXXII. Lin.* 38. ἐπῆει. In mend. ἔσκει, & mox in πόρος, cum Regiis consentit Vratisl. ἔσχε ex emendatione est primi editoris. *L.* 39. κόρον REISKIUS quoque & MUSGRAV. reponere jusserunt. *L.* 47. περικάθηνται τὸ ἄστυ. Sic recte Vat. & Bav. περικάθημαι cum quarto casu construitur, παρακάθημαι & προσκάθημαι cum tertio. *L.* 49. θορύβου μὲν ἔτι.

Pag. 416. Malim μὲν ἤδη: sed nil variant codices. *L.* 51. Βάννων. Sic rursus pag. 421, 42. Vat. Cand. Vratisl. sed h. l. Vratisl. cum reliquis in Ἄννων conspirat. Prima litera eo facilius intercidere potuit, quo notius ex eis quæ præcesserunt fuerat Annonis nomen. In Βλάννων apud Diod. Sic. Excerpt. Legat. XXVII. cum exempl. Ursini consentit Bav. *Ibid.* ᾧ Τιγίλλας Reg. B. Aug. Vratisl. Vat. a quibus sede solum accentus differt Bav. In edit. Mogunt. versionis Candidi *Gallus* legitur, sed operarum errore: nam in antiqua Veneta editione *Gellas* est.

CAP. LXXXIII. Lin. 54. Εἰ μέν ἐστι καὶ τῶν πρότερον εἰρημένων &c. „ Male vertit hoc primum membrum Gelenius. Hæc enim sunt ejus verba: *Si licet, principes Romani, jam ante dictis aliquid addere, dicemus.* Neque enim hæc, εἰ ἐστὶ λόγος τῶν πρότερον εἰρημένων, sonant, *si licet jam ante dictis aliquid addere*: verum, *si qua ratio a vobis habetur eorum quæ jam dicta sunt.* Videtur certe & P. Candidus (cujus alioqui passim infidelis & multis in locis barbara etiam est interpretatio) sensum assequutus esse, sed loquendi genus non satis aptum ad eum exprimendum adhibuisse. Vertit enim: *Si qua apud vos dictorum per nos ratio constat.*" H. STEPHANUS. „ Forsan εἰ μέν ἐστι μετὰ τὸν πρότερον εἰρημένον." REISKIUS.

L. 55 *sq.* δίκαια προφέροντες. „ Hic δίκαια sunt τὰ δικαιώματα: & ab illo nomine, quum hanc significationem habet, fit verbum δικαιολογῶ, sive δικαιολογοῦμαι. Néque aliud est hic δίκαια προφέροντες, quam δικαιολογούμενοι, sive εἰς δικαιολογίαν προφέροντες. Qua δικαιολογίας appellatione usus est supra, in medio pag. 28. [365, 48. Conf. rursus pag. 430, 80.] Ac optime conveniunt ea quæ illic dicuntur, de iis qui nihil peccarunt, & de iis qui peccarunt, cum iis quæ hic leguntur: ubi tamen quum sequendo præcedentia deberet sequi illud idem vocabulum δικαιολογία, subjungi videmus ἀντιλογίαν. Nam quum dictum esset, οὐχ ὡς δίκαια προφέροντες, rationi consentaneum erat ut sequeretur in parenthesi, οὐ γὰρ ἐστὶν ἐν καιρῷ τοῖς ἀτυχοῦσι δικαιολογία. Simul autem observa, non dicere hic τοῖς ἁμαρτοῦσι, ut illic, sed τοῖς ἀτυχοῦσι: quasi videlicet τὸ ἁμαρτεῖν contigerit ἐξ ἀτυχίας τινός." H. STEPHAN. Pag. 416.

L. 59. „ καὶ θαλάσσης, ὅτι πλείσλοις περὶ ἡγεμονίας ὑμῖν ἐπολεμήσαμεν. Malim ὑμῶν, ut hic genitivus cum ὅτι πλείστοις jungatur. P. Candidus, *cum pluribus ex vestris de principatu contendimus.* At Gelenius, *per multos annos:* non secus quam si ἔτεσι additum inveniisset, aut subaudiendum putasset. Cujus tamen subauditionis exemplum in memoriam mihi non venit: ut omittam, videndum esse an & hic scriptor non accusativum tantum sed dativum etiam locis hujusmodi adhibeat." H. STEPHANUS. Cum Editis facit Vratisl. Veram lectionem largitus est Aug. & Bav. Eamdemque perspecte vidit REISKIUS: „ ὅτι πλείστης, & *maris quam plurimi*, id est, *latissimi.*" ὅτι πλεῖστον ponere jusserat MUSGRAVIUS.

L. 60. „ ἀπὸ Σκιπίωνος. An ἀπὸ Σκιπίωνος, *a tempore Scipionis* sonat? id est, Jam ab eo tempore quo Scipio vestri exercitus imperator erat. An potius ὑπὸ Σκιπίωνος scribendum est? ut videlicet ita dicatur ταύτης ἀπέστημεν ὑπὸ Σκιπίωνος, sicut alia quædam verba neutra & significationem & constructionem passivorum habent. Atque hoc Latini imitantur etiam in verbis Interire & Mori." H. STEPHANUS. — ὑπὸ Σκιπίωνος recte Aug. Ven. Bav. Vratisl. Monuitque

Pag. 416. REISKIUS: „ aut ἐπὶ aut ὑπὸ Σκιπίωνος:" *ætate Scipionis*, aut *coacti a Scipione*. *L.* 62. καὶ ἐδίδομεν. Rectius fortaſſe ex manuſcriptis revocaſſem δίδομεν. Conſentit cum reliquis liber Vratisl. Sic & mox omnes, (pag. ſq. lin. 67.) οὐ τοὺς φόρους ἐκλείπομεν: & p. 409, 52. πότερον οὐ δίδομεν τοὺς φόρους. Dubitationem tamen aliquam injicere poteſt, quod ſuperiori anno, qui ab U. C. DCIV. fuerat, jam excurrerant quinquaginta illi anni, in quos (vid. cap. 54. pag. 370.) ſtipendium Carthaginienſibus a Romanis impoſitum fuerat: nam A. U. DLV. argentum in ſtipendium impoſitum primum Romam advectum eſſe, Livius docet XXXII. 2.

Pag. 417. *L.* 65. ἔσεσθαι Ρωμαίους Καρχηδονίοις συμμάχους. Sicut hæc lectio aptius cum præcedentibus videtur cohærere: ſic, quod exhibet Bav. Ρωμαίοις Καρχηδονίους, magis congruit cum eis quæ ſequuntur, οὐδ' ἔστιν ἐς ταῦτ' ἔ τι ἡμάρτομεν &c. Forſan Ρωμαίους καὶ Καρχηδονίους ſcripſit Appianus.

L. 67 *ſq.* συνεμαχήσαμεν ὑμῖν ἐπὶ τρεῖς βασιλέας. „ De præſtito a Carthaginienſibus auxilio Romanis adverſus Philippum, Antiochum, & Perſeum, reges nihil memini alibi legere. — Attamen infra, p. 99, 37. naves Carthaginienſium aliquas Romanis adverſus Antiochum militaſſe ait." REISKIUS. Locus, quem ſpectavit Reiskius, eſt Syr. 566, 6 ſq. Conf. Liv. XXXVI. 4. FREINSHEMIUS, orationem hanc Annonis vel Bannonis Supplementis Livianis inſerens, lib. XLIX. cap. 18. locum hunc Appiani ita expreſſit: „ Adverſus tres reges, duos Macedoniæ, unum Syriæ, vobis auxilia miſimus." Ac de Philippo quidem, unde id Freinshemius ſumſerit, niſi ex hoc ipſo Appiani loco, non reperio. Frumenti copiæ a Carthaginienſibus ad Hoſtilium conſulem miſſæ, bellum in Macedonia adverſus Perſeum gerentem, mentionem facit Livius XLIII. 6.

L. 72. „ ἂν τι λόγῳ. Forſan ἀντὶ λόγων ſcribendum eſt: id eſt, οὐδὲν ἡμῖν ἐστὶν ἀντὶ λόγων ἐς ὃ δυναίμεθα ἂν καταφυγεῖν. Sed voci οὐδὲν addit ἕτερον." H. STEPHANUS. Probarunt Stephani conjecturam MUSGRAV. & REISKIUS: eamdemque extra dubium ponunt codd. Aug. Vat. Bav. Mox

καταφυγεῖν ejuſdem STEPHANI tacitæ emendationi debebatur: quam confirmant Vat. & Bav. Pag. 417.

L. 75. βεβαιωτής. Et hoc tacite ſic poſuerat H. STEPHANUS; cui adſtipulantes cognovi Reg. B. Aug. Vratisl.

L. 81 *ſq.* „Pro his, αὐτόνομον εἶσειν, fuit potius dicendum, *ſuis legibus relictum iri*, vel, *fore ut ſuis leg. relinqueretur*: quam, *ſuis leg. relinquendam.*" H. STEPHANUS. Pag. 418.

L. 83. „Malim οὐκ εἰκὸς ἦν interpretari, *veriſimile non erat.*" IDEM.

L. 85 *ſq.* „Non expreſſit Gelenius vim & proprietatem horum verborum, ἐν δὲ προσθήκῃ τῶν ὁμήρων ποιεῖσθαι τὴν Καρχηδόνος αὐτῆς καταστροφήν. Quibus ſignificatur, non debuiſſe everſionem Carthaginis eſſe velut auctarium alterius petitionis, qua videlicet petebantur obſides." *Idem* STEPH. Gelenius ſic poſuerat: *Non decebat vos --- ultra obſides imperare ſubverſionem ipſius Carthaginis.* κατασκαφήν, quod habet Bav. reſpicit ad verbum quo uſus erat Conſul, pag. 413, 13. Nec tamen ſpernam vulgatam lectionem.

L. 88. ὡς ἐλέγετε. Sic Bav. Vulgo ὡς λέγετε: quod infra Textum monere oblitus ſum.

CAP. LXXXIV. Lin. 93 *ſqq.* ὑπέρ τε γὰρ πόλεως παρακαλεῖμεν ἀρχαίας &c. „Quorſum tot Carthaginis laudes? dicet quiſpiam. Sed is meminerit hujus loci, quem habuit initio paginæ 29. [p. 366, 65.] καὶ τῆς Καρχηδονίων ποτὲ τύχης ἄξια πράσσειν: necnon ejus qui in ejuſdem paginæ medio legitur, [p. 367. extr. & ſq.] ubi qui illa nomine Carthaginienſium dicit legatus, hoc etiam ait, ipſos ſaluti ſuæ conſulere volentes, Romanis proponere eam quæ olim fuit Carthaginienſium dignitatem, & Romanorum in omnes moderationem. Quinetiam addit, hanc, adjunctam armis, (id eſt, virtuti bellicæ) illos ad tantam extuliſſe potentiam." H. STEPHAN.

L. 94. χρησμοῖς μετὰ θεῶν. In ſuſpecta lectione nil variant libri. Candidus: *oraculis deorum.* χρησμοῖς τε θεῶν reponere juſſit REISKIUS.

L. 95. καὶ ὑπὲρ δόξης ἐπὶ μέγα προελθούσης. „ὑπὲρ delendum. Nam δόξης non ad προελθούσης, id quod ad πόλεως redit,

Pag. 418. ſed ad ἐπὶ μέγα referri debet. ἐπὶ μέγα δέξης idem eſt atque ἐπὶ μεγάλην δέξαν." REISKIUS. At ſequentes genitivi, ἐνόματος ἐπιφοιτήσαντος, ſane non ab ἐπὶ μέγα pendere poſſunt, ſed neceſſario ad ὑπὲρ referendi videntur: quare conſervandam utique præpoſitionem illam arbitror.

Pag. 419. *L.* 99. „ Ut ſcriptum habemus hunc locum, cum his verbis, μηδὲ τοὺς τάφους, τὰ ἐναγίσματα, oportet nos ἀπὸ κοινοῦ, repetere, ἀφέλησθε τοὺς θεούς, vel ἀφέλησθε αὐτούς: tanquam hæc quoque ad deos pertineant. Aliter tamen hic interpres: qui etiam οὐδὲν ὑμῖν ἔτι ἐπιζημίων ὄντων, quod de mortuis dicitur, reddit, *vobis non obnoxios:* quum potius dicendum eſſet, *qui non jam vos ullo damno afficiunt.*" H. STEPHANUS. „ Comma poſt τάφους delendum; nam ſubauditur ἀφέλησθε." REISKIUS.

L. 2. μετοικίσασθαι. μετοικήσασθαι Reg. B. Vratisl.

L. 8. προτίθεσθαι. Sic, non προσλίθεσθαι, dant ſcripti omnes cum editis.

L. 7. „ Sic τοὺς ἐπιφθόνους de elephantibus dictum audimus & ſupra, pag. videlicet 45. [409, 53.] Vide annot. in quendam locum qui legitur in fine pag. 44. [ad p. 409, 42.]" H. STEPHANUS.

Ibid. περὶ δὲ τῆς ἀνοικίσεως. „ Alium uſum habet præpoſitio in hoc verbali nomine ἀνοίκισις, deinde in ἀνοικίσασθαι & ἀνοικίζετε, quam putat Gelenius: eum autem oſtendit adjectio iſta ἐς ἤπειρον ante illud ἀνοικίσασθαι, ſimulque nomen θαλασσοβιώτους, quod velut per antitheſin ponitur." *Idem* STEPH. — Videtur id dicere Stephanus, præpoſitionem ἀνὰ in illa compoſitione denotare *ſurſum* vel *retrorſum*; ſcil. *ſurſum a mari*, *retrorſum a mari*.

L. 10. „ Pro his, ὧν ἄπειρον πλῆθος ἐργάζεται τὴν θάλασσαν, habet Gelenii interpretatio (ut vides) *quorum infinitus numerus deditus eſt rei nauticæ:* ſed latius extendi illud Græcum loquendi genus videri poteſt; ad eos quoque videlicet *qui e mari quæſtum faciunt:* etiamſi novus hic verbi ἐργάζεται uſus multis ſit futurus, & non omnino abſimile vero ſit, Appianum ſcripſiſſe, ἐργάζεται τὰ πρὸς τὴν θάλασσαν. Conve-

niret certe cum hac ſcriptura quod legitur pag. 52. [p. 427, 27.] χειρώνακτες; πολλοὶ θαλασσοβίωτοι." IDEM. „Immerito ſollicitavit H. Stephanus optimam & lectiſſimam dictionem, ἐργάζεται τὴν θάλασσαν: de qua vide Weſſeling. ad Diodor. Sic. I. [T. I. 651.]" REISKIUS. Pag. 419.

L. 13. εἰ θέλετε, διακρίνασθε Aug. Vat. Bav. Conf. p. 426, 15. Aliene plane, ut nimis ſæpe ſolet, Candidus: *nos autem quocunque inhabitare vultis, eo mittite.*

CAP. LXXXV. Lin. 16. καὶ εὐσεβοῦς. „Fortaſſe ſcripſit καὶ τοῦ εὐσεβοῦς: ut τὸ εὐσεβὲς dicatur pro ἡ εὐσέβεια. Comperi autem & interpretem mihi aſſentiri." H. STEPHANUS. — *Pietatiſque rationem habere*, Gelenius: cujus interpretationem h. l. tenui. Infra, p. 421, 40. τὸ δ' εὐσεβὲς καὶ φιλάνθρωπον, pro ἡ εὐσέβεια καὶ φιλανθρωπία. Pag. 420.

L. 17. „Non intellexit [Gelenius] uſum præpoſitionis παρὰ hoc in loco: quum παρὰ πάντα ἔργα ſonet ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις, id eſt, *in omnibus factis veſtris*." H. STEPHANUS. — Verba hæc, *in omnibus factis veſtris*, vel, *in omnibus rebus*, per errorem omiſſa ſunt in latina noſtra verſione. παρὰ πάντα ἔργα idem valet quod ἐς πάντα, p. 368, 85.

Ibid. καὶ μετριοπάθειαν. „Hac ipſa μετριοπαθείας appellatione de Romanis Appianus ſæpe utitur: quam miror hic Gelenium *modeſtiam* potius quam *moderationem* reddidiſſe. Atque ut ejus laudem Romanis tribuit hic Hanno Gillas, Carthaginienſium legatus; ſic eandem illis tribui vidimus ab alio eorum legato, Aſdrubale, pag. 29. [368, 85.] his verbis, καὶ τὴν ὑμετέραν αὐτῶν ἐς πάντας [ἐς πάντα] μετριοπάθειαν. Quinetiam in ejuſdem pag. principio, [pag. 366, 63.] idem eos hortatur, ut velint μετριοπαθῶς χρῆσθαι ταῖς εὐπραξίαις, & iis quæ ſtatim ſubjungit, hoc convenire eorum μεγαλοφροσύνῃ, innuit. Ibi enim legimus (ſed repetam paulo altius, a fine pag. præc. initium ſumens) ἃ χρὴ θεωροῦντας ὑμᾶς, καὶ τὴν ἐπ' αὐταῖς νέμεσιν φυλαττομένους, μετριοπαθῶς χρῆσθαι ταῖς εὐπραξίαις· καὶ τῆς σφετέρας αὐτῶν, ὦ Ρωμαῖοι, μεγαλοφροσύνης, καὶ τῆς Καρχηδονίων ποτὲ τύχης ἄξια πράσσειν. Non enim hoc aliter accipiendum eſt quam ſi dictum eſſet, καὶ, τοῦτο ποιοῦντας (videlicet μετριο-

p. 420. παθῶς χρωμένους ταῖς εὐπραξίαις) τῆς σφετ. αὐτῶν, ὦ Ρωμαῖοι, μεγαλοφρ. &c. Hanc autem μετριοπάθειαν, id est *animi moderationem*, proficiscei ἀπὸ τῆς μεγαλοφροσύνης, id est a magnanimitate, non tantum hic Asdrubal Carthaginiensium legatus, censuit, sed idem & philosophi censuerunt. Eodemque modo eadem de re philosophatus est Ovidius. Hic enim, postquam dixit,

Quo quisque est major, magis est placabilis iræ,
Et faciles motus mens generosa capit.

hæc addit,

Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni:
Pugna suum finem, quum jacet hostis, habet.

Verum, ut ab hoc poëta ad Appianum, id est ad vocem ejus μετριοπάθεια revertar, animadvertendum est, eum pag. 34. [p. 385, 49.] vocem hanc, necnon vocem ἔλεον uni eidemque loco adhibere: sed tamen ita, ut has disjungere potius quam conjungere videatur, & quidem data priore sede nomini ἔλεος. Nam ibi legimus, τούτοις οὖν τίς ἐστιν ἔλεος ἢ μετριοπάθεια παρ' ἑτέρων, τοῖς οὐδὲν μέτριον οὐδ' ἤμερον εἰς οὐδένας εἰργασμένοις; Hic, inquam, ἔλεον & μετριοπάθειαν potius disjungi videmus quam copulari: quum non dicatur ἔλεος καὶ μετριοπάθεια, sed ἔλεος ἢ μετριοπάθεια. Scimus tamen ejusdem hæc duo esse, & quidem μετριοπάθειαν in eum non cadere qui nihil ἐλέου habeat: sed hic ἔλεον dici puto de illis qui omnino velint ignoscere; perinde acsi Latine diceretur, *His igitur quæ esse debet miseratio aut* saltem *moderatio ab illis.* Ne hoc quidem tacebo, ἀμετρίαν ab hoc ipso scriptore huic μετριοπαθείᾳ opponi, pag. 33. [p. 382, 5 sq.] ubi, dicens fore ut Roma ob Carthaginienses famam ἀμετρίας non incurrat, innuit etiam tacite, id facturam præter suum morem: quum ejus mos sit, μετριοπάθειαν erga hostes superatos adhibere." H. STEPHANUS.

L. 18. ἐπαγγέλλεσθε. „Videtur hoc verbo significari *polliceri*, hoc etiam in loco, potius quam *præ se ferre*: ut sit sensus, *Et in prospera fortuna vos moderatione usuros pollicemini.* Nisi quis, *profitemini* dicere malit quam *pollicemini.*

Idem valet autem hic εὐτυχήμασι, quod εὐπραξίαις, in illo paginæ 29. [p. 366.] loco, cujus in præced. annot. mentionem feci. Sed in eo magis peccatur circa hujus loci interpretationem, quod, ſequendo qualem habes hic ſcripturam, verbum καταλογίζεσθε [*lin.* 19.] abſtrahitur ab iis verbis cum quibus conjungi vult & debet. Nimirum ab iſtis καὶ τοῦθ' οἷς ἂν αἰεὶ λαθοιτε. Intelligit enim, καὶ τοῦτο καταλογίζεσθε οἷς ἂν αἰεὶ λάθοιτε. Is autem aliquid alicui καταλογίζεται, qui vult illum id ſibi acceptum ferre." H. STEPHANUS. Pag. 420.

L. 19 *ſqq.* „καταλογίζεσθε &c. Locus hic poſſit crucem figere nonnullis etiam qui in Græca lingua ſunt exercitatiſſimi: ſed hoc illis, ſi hanc meam annotationem conſuluerint, haud eveniet. Spero enim fore, ut ea lecta nullus de loco iſto ſcrupulus relinquatur. Primum igitur dico, (ut etiam antea dixi) verbum καταλογίζεσθε cum præcedentibus jungendum, (vel ipſa Græci ſermonis conſuetudine id evincente: quæ vult ut μὴ δὴ καταλογίζεσθε, non autem καταλογίζεσθε μὴ δὴ dicatur: ut omittam, verbum hoc nullum poſſe uſum habere loco huic convenientem, ſi ſequentibus jungatur,) & poſt ipſum τελείαν ſtigmen eſſe collocandam. Deinde, ex duabus vocibus μνησικακῆσαι ἐν [*lin.* 21.] fieri volo unam, μνησικακήσαιεν. Sed ubi erit verbum quod cum illis particulis μὴ δὴ jungatur? erit in fine totius periodi: id enim erit διαβάλητε: perinde acſi dictum eſſet μὴ δὴ διαβάλητε, πρὸς Διὸς καὶ θεῶν, &c. deinde, repetito eodem verbo, ſequeretur, μὴ ἀγαθὴν δόξαν ὑμῶν αὐτῶν ἐν ἡμῖν πρώτοις διαβάλητε. Cui ſecundo membro apud Latinos adhiberetur vox *inquam*: & diceretur, *ne inquam*. At Gelenius, lectionem illam ſequens quæ verbum καταλογίζεσθε cum illis voculis μὴ δὴ jungit, & quidem id præfigens, (quod contra ſermonis Græci conſuetudinem eſſe dixi) vertit, *Sinite vos exorari:* quod verbis illis qui ſignificari poteſt? Paulo poſt vero, verbum μνησικακῆσαι, quod de diis dicitur, de Romanis dictum exiſtimat. Sed libet primum quidem totam hujus loci interpretationem Gelenianam, deinde vero & meam tibi ob oculos ponere. Ita igitur ille: *Sinite vos exorari per Jovem, deoſque cæteros qui Carthagini*

pag. 420. *adhuc præsident: & definite infensi esse vel nobis vel nostris liberis ob injuriarum præteritarum memoriam. Cavete, ne præclaram existimationem, quam de vobis habent homines, propter nos primos labefaciatis.* In qua interpretatione observandum est, eum hoc quoque sibi permittere, ut pro ὑμῖν & ὑμετέροις scribat ἡμῖν & ἡμετέροις, nimirum ut quod de diis dicitur ab Appiano (vel potius ab Hannone Gilla, Carthaginiensium legato) de Romanis dici possit. Sed jam & meam interpretationem, ut pollicitus sum, oculis tuis subjiciam. *Ne per Jovem, & deos, tum alios, tum vero eos qui Carthaginem adhuc tenent, (qui utinam nec vobis nec vestris liberis unquam succenseant, injuriarum memores!) ne, inquam, præclaram de vobis existimationem in nobis primis ludibrio exponite.* Fortasse autem reddi etiam possit, *Ne suspectam reddite.* Scio διαβάλλειν esse non solum *Calumniari*, sed & *Calumniæ exponere*: verum potius dicendus sit aliquis calumniari aut calumniæ exponere eum de quo bona sit existimatio, (aut etiam, invidiam illi conflare) quam ipsam bonam existimationem. Nisi forte, quoniam legimus, Imminuere bonam existimationem, & Violare bonam existimationem, etiam illa dici posse aliquis arbitretur. Cæterum vides me in hujus loci interpretatione parenthesi quædam verba includere, quamvis de parenthesi Græcis adhibenda tacuerim. De hoc autem tacui propter particulam τε, quæ est post ἔχουσι: alioqui enim, hac sublata, aptum & ibi locum parenthesis haberet, hoc modo: καὶ ὅσοι Καρχηδόνα ἔτι ἔχουσι (καὶ μή ποτε μνησικακήσαιεν ὑμῖν, μηδὲ παισὶν ὑμετέροις) μὴ ἀγαθὴν &c." H. STEPHANUS.

Post καταλογίζεσθε recte orationem interpunxerunt Aug. & Bav. μὴ δὴ bene editum erat ex Reg. A. cui adsentitur Vratisl. & Vat. quum δὴ omiserit Bav. & δὲ pro δὴ dent alii codices. μνησικακήσαιεν recte Aug. in quo spiritus quidem primum impositus fuerat literæ ε, ut esset ἐν, sed is rursus erasus est, & accentus jam ab initio recte positus. In Bav. & Vratisl. h. l. idem vitium obtinet, quod in Regiis & editis. ἐν ἡμῖν πρώτοις, quod tacite in contextum rece-

perat H. Stephanus, confirmant codices Reg. A. Aug. Vratisl. Bav. MUSGRAVIUS in toto hoc loco nihil correxit, nisi quod μνησικακήσαιεν reponendum monuerit: ἐν ὑμῖν πρώτοις, quod erat in edit. 1. qua ille usus est, intactum reliquit. A Reiskio nihil quidquam ad h. l. adnotatum video. Pag. 420.

L. 25. πρώτοις ὑμῖν ἐξ ἅπαντος τοῦ βίου. In ὑμῖν ad unum omnes consentiunt nostri codices. ἐξ ἅπαντος τοῦ βίου, *ex omni ævo, ex omnibus mortalibus.* Sic Aristoteles de Mundo, (citatus post Guil. Budæum ab H. Steph. in Thes. T. I. col. 735. G.) Cap. 6. T. I. p. 614. edit. Du Val: συνεπιμαρτυρεῖ δὲ καὶ ὁ βίος ἅπας, τὴν ἄνω χώραν ἀποδοὺς θεῷ· καὶ γὰρ πάντες οἱ ἄνθρωποι ἀνατείνομεν τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν, εὐχὰς ποιούμενοι. In illius libelli latina versione, quæ ipsi Guil. Budæo debetur, operarum (ut mihi videtur) error sententiam hujus loci turbat. Legitur enim, in meo quidem exemplari: *Hujus autem rei elogium* (puto *omnium* scripsisse Budæum, non *elogium*) *est mortalium consensus.* Ac certe pro synonymis manifeste poni videntur duæ dictiones, ὁ βίος ἅπας, & πάντες οἱ ἄνθρωποι: quod miror non animadvertisse doctum Interpretem Gallum, qui pag. 97. edit. suæ græca ista verba hisce francicis expressit: *Ce qui se passe dans la vie humaine suffiroit pour prouver que c'est-là qu'habitent les Dieux.* Adcommodate ad eamdem, quam dixi, notionem vocabuli βίος, Reiskius apud Demosthenem τὸν παρόντα βίον exponit *homines una locisque temporibusque iisdem viventes*, & ἐν τῷ καθ' ἑαυτοὺς βίῳ, *ætate sua*: vid. Ind. Græc. Demosth. p. 161. & 162.

L. 31. καὶ τύχην ἀνθρωπείαν. „Intelligere videtur illam μεταβολὴν, seu illas μεταβολὰς, quarum & in præcedentibus facta sæpe fuit mentio. De his quædam dixi duobus locis annotationum in pag. 29. [p. 366, 66.]" H. STEPHANUS. Pag. 421.

L. 32. Νέμεσιν. „Vide quandam annot. in pag. 33. [p. 382, 11.] ubi hominum quidem φθόνον, at deorum dici νέμεσιν, ostendo." IDEM.

L. 33. ἐς τὴν ὑμετέραν εὐπραγίαν ὑμᾶς ὑβρίσαι. ὑμετέραν recte dedit Reg. B. Vratisl. Bav. Sic Hisp. 184, 26. Ὑβρίατθε

Pag. 421. ἐς τὴν εὐτυχίαν (ſcil. αὐτοῦ) οὐχ ὕβρισεν. Etiam Candidus ὑμετέραν legit, ſed mox perperam ἡμᾶς pro ὑμᾶς: *ne ſecundis vobis afflantibus nobis inſultetis.* Quum ἡμετέραν darent ſuperiores editiones, MUSGRAVIUS εὐπραγίαν in δυσπραγίαν mutatum voluerat.

CAP. LXXXVI. Lin. 42. ὁ Βάννων Vat. Bav. Vide ad pag. 416, 51.

Pag. 422. *L.* 47. οὐδὲ ἀναθέσθαι δυνάμεθα. „Hic ἀναθέσθαι non puto eſſe *differre*, ſed *retractare*, ſeu *revocare*. Quendam autem & Suidæ ſæculo huic verbo illam ſignificationem pro hac dediſſe, conjicere eſt ex iis quæ in meo Theſauro Græcæ linguæ ex eo affero." H. STEPHANUS. Scilicet Suidas in ἀναθέσθαι, inter alia, hæc habet: οὔτε δὲ ὑπερθέσθαι σημαίνει ἡ λέξις, οὔτε &c. i. e. *Hæc autem vox neque differre ſignificat, neque* &c. At vero, vim hanc, *differendi, in aliud tempus rejiciendi*, habere verbum ἀναθέσθαι docent exempla poſt Guil. Budæum (Comment. ling. Græc. p. 504. edit. Rob. Steph.) ab H. Steph. in Theſ. adlata; quibus cum alia addi poſſunt, tum hoc Appiani Civ. I. pag. 143, 15 ſq. κωλύων καὶ ἀνατιθέμενος, *quum illum prohibuiſſet & in aliud tempus rejeciſſet.* Quare, quum moram præſertim dilationemque flagitaſſent Pœni, non video quid impediat quo minus *differendi* notione verbum hoc, quo in reſponſione utitur Romanus Conſul, accipiamus. In eamdem ſententiam idem rurſus p. 427. extr. & ſq. dicit: Τὸ δὲ πρόσλαγμα τῆς βουλῆς, δεῖ γενέσθαι, καὶ αὐτίκα γενέσθαι. ἀνθέσθαι mendoſe cum Regiis dat Vratisl. ἀναθέσθαι recte Aug. Ven. Vat. ſicut repoſuerat H. Stephan. In Bav. deſunt ſeptem verba, καὶ ἀναθέσθαι uſque γενέσθαι.

L. 49. ἐπ' ὠφελείᾳ καινῇ. Nolim hanc lectionem cum lect. cod. Bav, commutatam. conf. pag. 426, 22. & 427, 25 ſq.

L. 52 *ſqq.* ἡ θάλασσα ὑμᾶς ἡδὲ --- ἀδικεῖν ἐπαίρει. „Juvit ſcilicet, imo non parum promovit Pœnorum vitia, mare vicinum, portuum celebritas, ad inſulam accedens ſitus, forma, fertilitas agrorum, &, quod omnia ſuperat, mercaturæ frequentia. Hinc Cicero in Orat. in Rullum: [cap. 35.] *Non*

ingenerantur hominibus mores tam a ſtirpe generis ac ſeminis, quam ex iis rebus, quæ ab ipſa natura loci & a vitæ conſuetudine ſuppeditantur; quibus alimur & vivimus. Carthaginienſes fraudulenti & mendaces: & quidem non genere, ſed natura loci; quod nempe propter portus ſuos, multis & variis mercatorum & advenarum ſermonibus ad ſtudium fallendi quæſtus cupiditate vocentur. Plura & egregia ad hanc rem apud Alexandrum ab Alexandro peti poſſunt." AL. TOLLIUS. Pag. 422.

L. 54 *ſq.* Σικελίᾳ τι γὰρ Aug. & ſic reponendum monuit REISKIUS.

CAP. LXXXVII. Lin. 63 *ſq.* ἔοικε γὰρ τὰ θαλάσσια τοῖς ἐμπορικοῖς κέρδεσιν. „Mirum hoc videri poſſit, *quæſtus e mari provenientes* diſtingui a *mercatorum quæſtibus.* Quid? an nihil mercatoribus cum mari, & cum iis quos afferre ſolet quæſtibus? Immo credibile eſt, mare ab iis primum tentatum fuiſſe: credibile eſt (inquam) illi mercatori *qui fragilem truci, Commiſit pelago ratem Primus, nec timuit præcipitem africum Decertantem aquilonibus, Nec triſtes Hyadas, nec rabiem noti.* Unde igitur illa diſtinctio? Exiſtimo, diſcrimen poni inter mercatores & eos maritimarum urbium incolas, quibus, domi etiam manentibus, (id eſt, in ipſa urbe commorantibus) quæſtuoſum eſt mare: dum a mercatoribus appellentibus vili pretio emunt quod aliquanto poſt care vendant. Sed videndum eſt, an τὰ θαλάσσια abſolute dicatur, an vero ita ut κέρδη ſubaudire oporteat: quoniam de iis quos mare affert quæſtibus loqui volens, potius dicturus fuiſſe videtur, ἔοικε γὰρ τὰ θαλάσσια κέρδη τοῖς ἐμπορικοῖς. Verum & alterius ſtructuræ verborum inveniri exempla (multo tamen pauciora) ſciendum eſt." H. STEPHAN. Quum *maritimos quæſtus* opponit *negotiatoriis*, videtur eos potiſſimum quæſtus dicere quos ex prædationibus maritimis & ex ſubitis inſularum orarumque minus munitarum invaſionibus facere ſolebant ii qui multum mari pollebant. Pag. 422.

L. 66. τὴν ἀρχὴν ἐπὶ τὴν Ιόνιον &c. De re conf. Præfat. App. p. 10, 45 ſq. Prætuli τὴν Ιόνιον, ſcil. θάλασσαν, *Jonium mare*:

τὸν Ἰόνιον (scil. κόλπον) esset *sinum Adriaticum.* De eo nomi-
423. ne vide, si lubet, quæ notavimus ad Præfat. pag. 4, 50.

Ibid. ἐκλείποντες. Præferenda fortasse fuerat lectio cod. Bav. ἐπεκλείποντες. *L.* 75. ἀκινδυνότερα Aug. Bav.

424. *L.* 77. Videtur cum Bav. τὸν σάλον τῶν πραγμάτων legendum.

L. 81. τὰ Μήδων. Sic & MUSGRAV. & REISKIUS reponere jusserunt.

CAP. LXXXVIII. Lin. 85. ἀπίδετε correxit H. STEPHANUS, adstipulantibus manuscriptis omnibus, exceptis Regiis. Post hoc verbum, in superioribus editionibus intercidisse verba nonnulla perspecte IDEM STEPHANUS monuit: „Scio, inquit, fore, ut hic alii quoque hæreant, dum, quid referat vox relativa ὧν, quærent. Hac enim scriptura manente, ἐς δὲ τὴν ὑμετέραν Λιβύην ἀπίδετε, ὧν ἢ ἂν ἐθέλητε γείτονες ἔσεσθε, ad quid ea referri dici potest? Nec vero id cognosci ex interpretibus potest: quorum uterque, ut ex hoc se extricare loco possent, viam sibi vi fecit. Nam Gelenius ita: *Vestram Africam respicite, in qua vicinos habebitis quos elegeritis.* At vero P. Candidus, prior interpres: (quamvis autem ejus quoque interpretationem afferam, absit tamen ut cum Gelenio ulla in parte conferendum existimem:) *Ad Libyam vestram referte oculos: cuicunque finitimi esse volueritis, per nos licebit fore.* Hæc certe interpretatio ut habere locum posset, non de una Libya sed de pluribus loquutum esse Censorinum oporteret. Nam tunc apte sequeretur, *cuicunque earum finitimi esse volueritis*, &c. Ad Gelenium autem quod attinet, ut Græca sequutus verba dici posset, ita legi locum hunc necesse esset, ἐς δὲ τὴν ὑμετέραν Λιβύην ἀπίδετε, ἐν ᾗ ὧν ἂν ἐθέλητε γείτονες ἔσεσθε. Sed tandem & ipse aperiam quid de eo sentiam. Deesse pauca quædam suspicor, ad quorum unum pertinet illa vocula relativa. Suspicor enim ita scriptum ab Appiano fuisse: (ψεύσομαι, ἢ ἔτυμον ἐρέω;) ἐς δὲ τὴν ὑμετέραν Λιβύην ἀπίδετε, πολλὰς πόλεις ἔχουσαν, ὧν ἢ ἂν ἐθέλητε γείτονες ἔσεσθε. Nemini autem (ut de hoc obiter moneam) novus videri debet hic concursus duarum vocum quas eadem syllaba inchoat, quum passim apud Græcos scriptores hic in

his ipsis vocibus inveniatur: etiamsi alioqui hunc concursum κακοφωνίας aliquid habere, delicatæ multorum aures judicaturæ sint." Hæc STEPHANUS. Breviori via REISKIUS mederi adfecto loco tentaverat: „Aut delendum, inquit, ἧς, aut ὧν αὐτῆς legendum: *quorum istius terræ populorum vicini* &c. aut transponenda sunt vocabula sic: ἧς ὧν ἄν. Pag. 424.

L. 89. ἀναμιμνήσκεσθε ex emendatione H. Stephani est, cui nescio an adstipuletur Vat. & Ven. Indicativum, quem quidem respuit præcedens conjunctio ὅταν, cum Regiis & Bav. exhibet Vratisl. *L.* 92. ταμεῖα ἃ vel οἷα ἐνταῦμακατι maluerat REISKIUS.

L. 94. τί ταῦτα μνημεῖα ὑμῖν ἐστιν. „Scriptum fuisse arbitror, τί ταῦτα ἢ μνημεῖα ὑμῖν ἐστίν; vel, τί ἄλλο ταῦτα, aut τί ταῦτα ἄλλο ἢ μνημεῖα; At Gelenius vertit, *cujus rei vos admonent?* (sequitur autem, *aut quid aliud quam dolorem vobis afferunt*, &c. tanquam scriptum esset, τίνος ταῦτα μνημεῖα ὑμῖν ἐστίν;) Alter autem interpres, P. Candidus, duo membra in unum confundens, (ut sæpe & hoc & alia multa peccat) quæ juncturam nisi magna cum mutatione habere non possunt, ita hunc locum reddit: *quid autem hæc aliud mentibus vestris suggerunt, quam dolores & incitationes quasdam ad ea redeundi, quum licuerit?*" H. STEPHAN. — ταῦτα τὰ μνημεῖα legere REISKIUS jussit. Rectius fortasse cum Aug. cui adsentitur Vratisl. hoc modo distinguetur oratio: τί ταῦτα; μνημεῖα ὑμῖν ἐστίν; ἢ τί ἄλλο &c. Sed vel sic scabra videtur neque satis emendata oratio. Pag. 425.

L. 95. „Malim ἐρίθισμα τοῦ ἐπανελθεῖν ἐς αὐτά." H. STEPH. — Sed nec minus commode abesse ille articulus potest.

L. 96. „εἴ ποτε δύνασθε. Non dubito, quin scriptum ab Appiano fuerit, εἴ ποτε δύναισθε." H. STEPHANUS. Sic & MUSGRAV. reposuit. Atque ita dederunt Reg. A. Vratisl. Bav.

L. 4. & 6. δεῖ τῇδε τῆς πόλεως. Hæc ad protasin relata voluit MUSGRAVIUS, legendo δεῖ δὲ τῆς πόλεως: & mox *lin.* 6. pro καὶ τί legit κατὰ τί, ut ibi incipiat apodosis.

CAP. LXXXIX. Lin. 14 *sq.* καὶ τοῖς ἱεροῖς θύειν εἰ θέλετε ἰκετεύοντες. Sic & supra, pag. 419, 13. pro ἐθέλετε, quod vulgo Pag. 426.

editum erat, εἰ θέλετε dederunt Aug. Vat. Bav. Conſentit h. l.
p. 426. Candidus: *ſed ad illa, cum libuerit, accedentes ſacra facite.* REISKIUS, intactum relinquens εἰθέλετε „aut καὶ εἰ τοῖς ἱεροῖς θύειν, aut, καὶ τοῖς ἱεροῖς, οἷς θύειν &c." legere juſſit. Secundum lectionem, quam ex librorum præſcripto ſecutus ſum, infinitiv. θύειν vim *Imperativi* habebit, intelligendo nimirum repetitum ipſum verbum θέλετε, hoc modo, εἰ θύειν θέλετε τοῖς ἱεροῖς, θύειν θέλετε (i. e. θύετε) ἐπιόντες. De ejus generis ellipſi, ſatis ceteroquin obvia, plura dixi ad p. 52, 19. Quod ſi ſubintellectum verbum χρὴ, vel ἔνι, *licet*, malis; tum non ἐπιόντες, ſed ἐπιόντας, fuerit legendum, ſicut paulo inferius, lin. 17. μετελθόντας. Sed dubitet fortaſſe aliquis, quid ſit τοῖς ἱεροῖς θύειν: nam, ſi ἱερὰ dicuntur *templa*, ſane non *templis*, ſed *in templis*, ἐν τοῖς ἱεροῖς ſacrificatur; ſi ἱερὰ ſunt *ſacra*, ſane non τοῖς ἱεροῖς θύειν dicimus *ſacra facere*, *victimas cædere*, ſed ἱερὰ ῥέζειν, ἱερὰ ποιεῖν, ἱερὰ θύειν. Tamen Gelenius, cujus verſionem h. l. tenui, *ſacris operari* poſuit. At videntur omnino τὰ ἱερὰ *templa* intelligi, (ſcil. *publica templa*, quæ lin. 17. a privatis ſacellis & aris in ædibus privatorum diſtinguuntur:) ut hoc dicat Cenſorinus, *ſepulcra & templa intacta relicturos Romanos, reliqua ædificia omnia deſtructuros.* Subiit autem cogitare, an τοῖς ἱεροῖς fortaſſe pendeat a participio ἐπιόντες quod ſequitur, hac ſententia: *& templa quod adtinet, quod ſi in eis ſacra peragere volueritis, accedentes ad ea, obeuntes, viſitantes ea, ſacra facite: reliqua vero ædificia deſtruemus.* Sed, (ut omittam, verbum ἐπιέναι in illa notione cum quarto potius, quam cum tertio, caſu ſolere jungi) video, mox etiam νεωρίοις θύετε legi, lin. 16. quemadmodum hic τοῖς ἱεροῖς θύειν. Itaque τοῖς ἱεροῖς a verbo θύειν pendebit, & ad ἐπιόντες accuſativus pronominis αὐτὰ erit intelligendus.

L. 17. ἱερὰ ἄλλα videtur *privata ſacella & ædiculas* dicere, aut alia loca vel ædificia quæ ſacra habentur, licet proprie non ſint templa: velut *curia* & ſimilia. Vide paulo ante, ad lin. 15 ſq.

L. 24 *ſq.*

L. 24 ſq. ἀλλ' ὡς ἄποικοι reſtitui ex Bav. *L. 28. ἐπιμιμνήσθε* Aug. Ven. Bav. Pag. 427.

CAP. XC. Lin. 40. εἴρηκαι. Ipſi Regii codices, e quibus ſolis editus adhuc fuerat Appianus, verbum hoc ad ſententiam neceſſarium, quod & ſcripti omnes agnoſcunt, obtulerant primo editori; a quo conſulto-ne, an errore operarum, neglectum fuerit, neſcio. REISKIUS, perſpecte videns deſiderari hic aliquid, ita legere juſſit: *Ἃ μὲν ἔδει π. ν. π. εἰπεῖν, ταῦτα. Τὰ δὲ ἑξῆς.*

L. 41. ἐσθὶ γὰρ ἔτι πρέσβεις. Sic omnes: quam ſi teneas lectionem, erit hæc ſententia: *Abite, dum legatorum jure adhuc fruimini.* Sed neſcio quid ſcabri verbis iſtis ineſſe videtur: ut addubitem, ſatis-ne integra h. l. oratio ſit. Pag. 428.

L. 43. τὸ μέλλον ὑπὸ Καρχηδονίων ἔσεσθαι προορῶντες. „Quum dicat Appianus, *& quum præviderent id quod facturi erant Carthaginienſes*, Gelenius hoc ipſum quod facturi erant voluit exprimere, ita reddens, *& quia prævidebant futurum motum Carthaginienſium.* (Neque enim dubito quin *motum* Gelenius ſcripſerit, non *metum*, ut habet Baſilienſis etiam editio.) At vero P. Candidus, *futuram urbis ſortem prævidentes*; perinde acſi non *ὑπὸ Καρχηδονίων* ſed *ἐπὶ* aut *περὶ Καρχ.* legiſſet: quanquam de hoc etiam dubito, an Appianus, illud ſignificare volens, alterutro horum loquendi generum fuerit uſurus." H. STEPHANUS.

L. 52. „καὶ ἀκούοντες καὶ θεωροῦντες ὧν προσετάξατε. Non immerito (meo quidem judicio) ſuſpectus fuerit hic genitivus *ὧν*, præcedente participio *θεωροῦντες*. At ſi participium *ἀκούοντες* præcederet, *θεωροῦντες* ſequeretur, ſuſpicione fortaſſe carere videri poſſet hæc lectio. Rationi tamen conſentaneum eſſe puto ut præcedat *ἀκούοντες*: perinde acſi diceretur, non ſolum audientes ſed etiam videntes quæ imperaſtis. Adde quod videtur dicturus fuiſſe potius *ἀκούοντες ἃ προσετάξατε.*" H. STEPHANUS. *θεωροῦντες καὶ ἀκούοντες ὧν* dedit Bav.

L. 54. ἀφῖχθαι. „Deeſſe puto hic vocem *πράγματα*, & ſcriptum fuiſſe, *ἐς τοῦτο δ' ἡμῖν ἀνάγκης καὶ τύχης ἀφῖχθαι τὰ πράγματα.* Alioqui neceſſe fuerit, ut dicamus, *ἀφῖχθαι ἡμῖν*

dictum esse eo modo quo Latini dicerent, *Eo ventum est a nobis*, pro *Eo venimus*." H. STEPHAN. *Pag. 428.* *L.* 56. ἀπέισαν, ut emendavit H. Stephanus, sic dederunt Aug. & Bav. puto & Ven. & Vat. In mend. lectionem cum edd. consentit Vratisl.

Pag. 429. *CAP. XCI. Lin.* 67. ἀπεκρίνετο Reg. B. Aug. Vratisl. Vat.

Pag. 430. *L.* 72. Probo Bav. δὲ καὶ διέσασαν. *L.* 76. ἐφ' ἑαυτῶν. ἐφ' αὑτῶν Vratisl. ut Vat.

L. 77. περιεσλήκεσαν. Rectius prætulissem lectionem Bav. περιεισλήκεσαν. Sic Pun. 462, 10. ἐνεισλήκει, & Syr. 585, 31. ἐφεισλήκει.

L. 80. ἐπᾶγον. Sic recte cum editis dat Vratisl. puto & Vat. & Ven. e quibus certe nullam varietatem adnotatam in schedis video. ΕΠΕΙΓΟΝ, quod est in Aug. & Bav. videri posset ex ΕΠΕΙΠΟΝ corruptum: quo verbo & alibi & haud multo ante (pag. 427, 39.) usum esse Appianum videmus, commoda & apta huic loco sententia, *insuper dixerunt, dictis adjecerunt*. Sed, ut taceam sæpissime a librariis vocalem ι cum diphthongo ει commutari, verbum ἐπάγειν, quod indubie h. l. exhibent reliqui codices, eamdem vim habet, ut *jam dictis subjicere, porro exponere, præterea commemorare*, denotet. De qua quidem notione obiter tantum, & nullo adlato exemplo, H. Stephanus in Thesauro monuit, ubi de verbo ἐπιφέρω, cujus eadem ratio est, egit, T. IV. col. 105. B. Legitur autem verbum istud eo sensu apud Appianum Civ. V. p. 794, 82. & Mithr. p. 745, 50. ubi diserte ut synonymum verbi ἐπιφέρειν (collat. lin. 48.) usurpatur. Præterea ἐπαινεῖν (de quo plura exempla Index nost. offeret) non, ut ἐπάγειν, construitur sequente accusativo ejus rei quæ commemoratur; sed (quemadmodum & verbum ἐπιλέγειν) ita poni solet, ut subjiciatur statim ipsa oratio, ipsa verba ejus qui ἐπεῖπεν.

L. 81. ἐς Ῥώμην πρεσβεύσας παραιτούμενοι. Verbum πρεσβεύσας cum editis offert Vratisl. ac (ni fallunt schedæ) cod. Vat.

Pag. 431. *CAP. XCII. Lin.* 90. ἠκίζοντό τε. Rectius ex cod. Bav. restituissem ἠκίζοντο: nam in medio genere potius, quam in activo, verbum illud, ut apud alios scriptores, sic apud nostrum,

uſurpatur. Vide Samn. 55, 66. Hiſp. 109, 31. 114, 27. 144, 31 ſq. Sic & REISKIUS h. l. ἠκίζοντό τε repoſitum maluerat. Pag. 431.

L. 95. ἀπάτης Aug. Ven. Vat. Bav. Et ita legendum viderunt REISKIUS & MUSGRAV. Eodem, quo editi cum Regiis, vitio laborat h. l. Vratisl. nec meliorem lectionem in ſuo libro Candidus invenerat, qui pro illo vocabulo poſuit *cæteris*. *L.* 99. οὐδὲ σφίσιν. οὐδὲν σφίσιν Reg. A. *L.* 7. παραδόντας. Emendationem H. Stephani firmat Reg. A. & reliqui noſtri libri, excepto Bav.

L. 12. ἀμυνομένων αὐτοὺς. Sic & Vratisl. Monuitque REISKIUS. Pag. 432. *L.* 13. ἀπέκλειεν. Delendum ν in fine hujus verbi. ἀπέκλειε edere volueram, quod exhibent Aug. Ven. Vat. ἀπέκλει mutilata voce Reg. B. & Vratisl.

CAP. XCIII. *Lin.* 28. ἐνεπίμπλαντο. ἐπίμπλατο Vratisl. quod Pag. 433. in contextum velim receptum. *L.* 30. εὐρύχωρον ἦν. Reg. B. Aug. Ven. Vratisl. Vat. Eodemque modo emendavit MUSGRAV.

L. 31. μὴ ἀναπαυόμενοι. Quemadmodum hic, ut dixi, particula μὴ fortaſſe pravæ ſedulitati librarii alicujus debetur; ſic certe infra, pag. 474, 12. ubi in ſimillima locutione eadem particula vulgo intruditur, meliores codices Aug. & Vat. eam ignorant. Ceterum de mira illa Carthaginienſium in armis parandis induſtria conf. Strab. lib. XVII. p. 833.

L. 34. σαύνια. σαυνία Vratisl. ut Aug.

L. 35 *ſq.* ἐς δὲ τὰς ἐπιτάσεις αὐτῶν ἀπέκειραν τὰς γυναῖκας — „ Factitatum id ſæpius etiam ab aliis. Capitolinus in Maximo & Balbino: *Non tacenda hoc loco devotio eſt Aquileienſium pro Romanis, qui etiam crines mulierum pro nervis ad ſagittas emittendas totondiſſe dicuntur.* Cæſar lib. III. de B.C. de iis, qui obſeſſi erant Salonis: *Præfectis omnium mulierum crinibus tormenta effecerunt.* Talia tormenta, ejuſmodi funium genere inſtructa, apud Rhodios quoque olim oſtendebantur in teſtimonium virtutis mulierum ejus civitatis, ut tradit Ariſtides in Oratione Rhodiaca. Et Byzantii, referente Dione, *rudentes e capillis mulierum fecerunt.* Romani etiam antiquiſſimis temporibus, cum Galli Capitolium obſiderent, iiſdem inopia aliorum pilorum uſi fuerunt, *maluerunt*

Pag. 433. *que pudiciſſimæ feminæ deformato ad tempus capite liberæ vivere cum maritis, quam cum hoſtibus integro*, ut loquitur Vegetius. In cujus rei memoriam Veneri calvæ ædem conſecraverunt. Apti autem ad eam rem erant muliebres capilli & nervorum vicem ſupplebant: ſiquidem cum longi ac tenues eſſent, atque oleo inter plectendum perfunderentur, vires & intentionem validam accipiebant, adeò ut parum a nervorum robore abeſſent. Vide porro quæ Stewechius ad Vegetii lib. IV. c. 9. adduxit." ALEX. TOLLIUS.

CAP. XCIV. Lin. 38. Οἱ δ' ὕπατοι &c. Laudat hunc locum Suidas, v. Ἀλλόκοτον, mutatis paululum verbis: Οἱ μέντοι ὕπατοι καὶ ὤκνουν μὴ ἐπιχειρεῖν ἐς ἔργον ἀλλόκοτον· ἔτι δὲ καὶ πάλιν ἄνοπλον οὖσαν λήψεσθαι ἡγοῦντο.

Pag. 434. *L.* 46. ἐπὶ δή τι. Facilem H. Stephani emendationem confirmat Aug. puto & Ven. & Vat. Sed Vratisl. cum edit. 1. & Regiis peccat. *L.* 48. εἰκὼν τὰ τῆς γνώμης. Haud vereor, ut doctis improbetur iſta noſtra emendatio. Eodem modo p. 326, 77. legimus, τὰ τῆς γνώμης ἐρῶ.

L. 51. τῷ ἐπιγράμματι αὐτῆς ἐπιτρέχοντας. In hanc ſcripturam ad unum omnes conſentiunt noſtri codices: eamque ſua auctoritate mutavit primus editor. ἐπίγραμμα eadem notione dicitur, qua ἐπιγραφὴ ſæpius legitur apud Polybium (cujus loca huc ſpectantia collegit Erneſtius in Lexico Polybiano) pro *titulo*, *laude*, *gloria quam quis fert alicujus facti*. Qua ratione & verbo ἐπιγράφειν utitur Noſter, Civ. I. p. 99, 55. Μαρίου μὲν εἶναι τὰ ἔργα τάδε πάντα, Κίνναν δ' αὐτοῖς ἐπιγράφεσθαι. Pro αὐτοῖς ἐπιτρ. quod hoc loco, in quo verſamur, editum erat, αὐτῶν legendum cenſuerat REISKIUS: ſed αὐτῆς ad marginem exempl. ſui adnotavit MUSGRAV. Fateor autem non ſatis mihi planum eſſe, ad quid referatur illud pronomen αὐτῆς; niſi fortaſſe intelligatur τῆς τῶν Καρχηδ. δυνάμεως ἐς γόνυ βληθείσης: quod tamen duriuſculum videtur. Si plane abeſſet pronomen, non magnopere, puto, deſideraretur.

L. 53. ὅμως δ' αὐτοῦ. Rurſus ſua auctoritate, & omnino infeliciter, ex αὐτοῦ, quod ab ἀπωτειρωμένων pendet, αὐτῶν

fecit ſive Carolus Stephanus, cujus nomen præfert editio prima, ſive Robertus, cujus auſpiciis ea procurata eſt: & hinc in editionem 2. & 3. tranſiit eadem lectio, quam ſcripta omnia exemplaria reſpuunt. αὐτοῦ, quod ipſum exhibent libri, REISKIUS etiam reponere juſſit. Quod in Nota infra textum poſita ὅμως pro ὅμως ſcriptum eſt, id operarum noſtrarum errore factum, nec in illa voce peccatum eſt in ſuperioribus editionibus. *Pag.* 434.

L. 57. ἤδη δέ τι Reg. B. Aug. Vratisl. *L.* 58. προσπίμψειν. Nil variant libri. Malim tamen προσπέμψειν, quod & REISKIO video placuiſſe. Nimis ſæpe πρὸ & πρὸς inter ſe permutantur a librariis. *L.* 60. Ἀξυμπτοῦ Aug. Vratisl. Conf. p. 342, 57. 361, 79. *Ead. & ſq.* Σαξοῦ -- Ἀχάλλης. Cand. *Saxo -- Chellis.* Vide viros doctos ad Liv. XXXIII. 48, 1. & Cellar. Geogr. antiq. lib. IV. c. 4. p. 135 ſq. *L.* 61 *ſq.* ἦν ἔτι πάντα. Sic Vratisl. cum aliis. *L.* 63. διατριφθ. Aug. Vratisl. aliique, cum edit. 2. 3. *Pag.* 435.

CAP. XCV. Lin. 67. χειρονήσῳ. Sic h. l. Aug. cum editis. Sed χειρόννησῳ Vratisl. per νν, ut alibi ex Aug. a nobis editum eſt. Conf. Adnot. ad Præf. p. 3, 36. Duplici ν nomen illud pariter apud Apollodor. Bibl. lib. I. 9, 1. in codicibus & in editionibus quæ Pariſinam præceſſerunt ſcriptum exſtare monuit Heynius V. Cl. in Notis ad Apollod. pag. 136.

Ibid. αὐχὴν. Neceſſariæ & facili H. Stephani emendationi adſentiuntur libri noſtri omnes, exceptis Regiis.

L. 68. διεῖργεν Aug. Ven. Sic & MUSGRAVIUS emendaverat. Et ad h. l. REISKIUS monuit: „Vir doctus in Codice editionis primæ, διῆργεν. Volebat διεῖργεν, ut pag. 62, 23." Scil. p. 449, 92. μίαν τοὺς δύο λόφους χαράδρα διεῖργεν. Mendoſe διήγειρεν cum editis dat Vratisl. puto & Vat. Pariter Cand. *inſurgit.*

L. 71 *ſq.* Mendoſa eſſe verba περὶ κρημνὰ οὖσα, MUSGRAV. ac REISKIUS monuerunt: & ille quidem medicinam nullam tentavit; hic vero, „Contrahenda, inquit, hæc duo vocabula περὶ κρημνα in unum. Num ergo περιειργμένη? aut περιγεγμένη? aut ὀχυρὰ παράκρημνος οὖσα?" Sed illa ſcriptura περὶ κρημνα *Pag.* 436.

Pag. 436. οὖσα nonnisi ex inconsiderata primi editoris sedulitate orta est. Scripti libri omnes, sicut nos edidimus, περίκρημνα ὄντα exhibent. Jam si verba hæc, ἁπλῷ τείχει περίκρημνα ὄντα, conferas cum eis quæ sequuntur, τὰ δὲ πρὸς μεσημβρίαν ἐς ἤπειρον, - - τριπλῷ τείχει, facile tibi persuadebis, inter verba τῆς θαλάσσης & ἁπλῷ τείχει lin 71. intercidisse nonnulla, quorum ea fuerit sententia quam in lat. vers. expressi. Et verba quidem quæ exciderunt (sive illa ipsa quæ in Nota infra contextum posui, sive his similiima) consentaneum utique est desiisse in τῆς θαλάσσης: quæ duo verba, paucis interjectis repetita, fefellerunt fugientem librarii illius oculum ex cujus exemplari nostra exemplaria derivata sunt. Fortasse pro περιτετείχισθο, quod posui, περιείληπτο scripserat Appianus.

L. 73. ἔνθα καὶ ἡ Βύρσα ἦν. Hic, ubi *Byrsæ* mentio rursus injicitur, inferam ALEX. TOLLII Adnotationem, quam eo loco ad quem a Tollio relata est, scil. *pag.* 305, *lin.* 16-18. a me prætermissam intelligo. Est autem, paucis exceptis, ad verbum ex SAM. BOCHARTI lib. I. de Phœnicum Coloniis cap. 24. p. 513. exscripta; quem tamen auctorem ne nominare quidem dignatus est callidus ille Appiani editor. „Fabulam de bovis corio, inquit, in tenuissimas partes dissecto, unde *Byrsæ* factum sit nomen, jam pridem docti exploserunt. Nec fidem meretur, quod quidam statuunt, tempore Didonis, quo Carthaginis fundamenta locavit, pecuniam de corio bubulo (quos nummos D. Hieronymus *Scorteos* vocat) in usu fuisse. Neque magis verisimile, Didonem, Pygmalionis tyrannidem fugientem, tot boum attulisse terga, quibus tantam terræ portionem, facta permutatione, comparaverit, in qua arcem illam condiderit, cui postea urbem circumdederit, quæ secundum Strabonem, CCCLX. stadiorum, Livium XXIII. M. Eutropium XXII. M. Orosium XX. M. passuum ambitum haberet. Statuendum potius, Βύρσαν Græcis dici pro *Bosra* ad vitandam κακοφωνίαν. Græcæ enim linguæ genius non patitur, ut *R* post *S* ponatur. *Bosra* autem est arx, munimentum: adeo ut recte nostro, ut & Straboni, Βύρσα, Ακρόπολις, & τὸ ὀχυρώτατον τῆς πόλεως dicatur. Et merito: cum

Byrſæ ambitus, autore Servio, ad lib. I. Æneid. Virgil. fuerit ſtadiorum XXII. vel quemadmodum tradidit Eutropius „plus quam II. M. paſſuum, & in vertice habuerit Æſculapii templum, quod ſcribitur tantæ fuiſſe capacitatis, ut, Byrſa a Scipione capta, in eo per ſeptem dies quinquaginta hominum millia delituerint." Pag. 436.

L. 76. & 77. τετρώροφοι & διώροφον Reg. B. Aug. Vratisl. ſed in Vratisl. utrobique literæ ω ſuperſcriptum ο breve. Sic & in Reg. B. vocabulo διώροφον ſuperſcripta litera ο. In brevi Nota infra contextum ad *L.* 77. parum accurate ſcriptum eſt: „διόροφον Edd. cum Regiis &c." Ac dicendum potius fuerat: „διόροφον Edd. ex cod. Reg. A. Et in Reg. B. etiam literæ ω ſuperſcriptum ο breve." In edit. I. mendoſius erat δι' ὄροφον.

L. 80. ἱπποσταάσια Reg. B. Aug. Vratisl. Sic & REISKIUS: „Forſan ἱπποσταάσια, a nominat. ſing. ἱπποσταάσιον.

L. 84. γωνία δ' ἡ Aug. Vratisl.

CAP. XCVI. Lin. 2. ἔκειτο δ' ἡ νῆσος κατὰ τὸν ἔσπλουν. Pag. 437. „Uncis includenda" hæc verba, veluti ſuſpecta, cenſuit MUSGRAV. non video qua cauſa commotus. *Ibid.* ἀνετέτατο ἰσχυρῶς. Gelenius, *in longum ſpatium patebat:* ſimiliterque Candidus, & *extendebatur maxime.* Præferendam putavi aliam, non minus ceteroquin certam, verbi illius ſignificationem. De hoc verbo MUSGRAVIUS conferre juſſit p. 442, 78. Sed ibi ἀνατείνειν τὰ ἱστία eſt *pandere vela.*

CAP. XCVII. Lin. 11. Μανίλιος. Sic recte edit. I. ut pag. Pag. 438. 403, 58. dederant omnes tam ſcripti quam editi: & ſic mox rurſus pag. 439, 25. dedit Aug. ubi Regii cum Vat. per itaciſmum iterum Μανήλιος habent. H. Stephanus Candidum & Gelenium eſt ſecutus, quorum ille, quamquam p. 403, 58. *Manilium* poſuerat, tamen h. l. & conſtanter deinceps, Gelenius autem etiam ſuperiori illo loco, adeoque ſemper, *Manlium* ſcripſit. Conf. Adnot. ad p. 403, 58. *L.* 20. ἀπετύγχανον Aug. Vratisl. & alii, ut edit. 2. 3.

L. 27. ἐπὶ ὕλῃ - - διέπλευσε *ad comportandam materiam* Pag. 439. *tranſnavigavit.* Forſan ἐπὶ ὕλην ſcripſit Appianus, ſicut ἐπὶ σιτολογίαν ἐξῆλθε, & περιέπεμπον ἐπὶ σῖτον Civ. II. 268, 82. & 84.

& alia ſimilia ubivis obvia. Ferri tamen & tertius caſus poſſe
p. 439. videtur, ἐπὶ ὕλῃ, *materiei* (*cædendæ*) *cauſa*. Sic & Civ. I. 156, 25 ſq. pro eo quod vulgo legitur, ἐπὶ χορτολογίαν ἐξιὸν (τέλος ὅλον,) in Aug. ſcribitur ἐπὶ χορτολογίᾳ: quam recte, non definio.

L. 29. Ἰμίλκωνος. Sic recte editum inveni. Zonaras IX. 27. καλούμενος δ' ὑπὸ Ιμίλκωνος τοῦ τῶν Καρχηδονίων ἐπαπάρχου, ὃν καὶ Φαβῖαν ἐκάλουν. Vratislavienſis cum aliis καὶ μίλκωνος ſtatim habuerat: ſed id ab eadem manu mox ita mutatum, ut αἰμίλκωνος prodierit. *L.* 34 *ſq.* προτειχίσματος Vratisl. cum Aug. Sic & REISKIUS emendavit.

p. 440. *CAP. XCVIII. Lin.* 40. ναυάρχων. Licet pleraque nomina ex verbo ἄρχω & nomine aliquo compoſita promiſcue in prima & in ſec. declin. ut ab aliis ſcriptoribus, ſic a Noſtro, uſurpari ſoleant, quemadmodum jam ad p. 53, 32. monui; tamen ὁ ναυάρχης in prima declin. unde genit. plur. eſſet τῶν ναυαρχῶν non memini me legere, neque a Lexicographo ullo formam illam adnotatam video: eoque lubentior prætuli alteram formam, a probatiſſimis codicibus Aug. & Vat. oblatam. Paulo ſuperius, p. 437, 99. in τῷ ναυάρχῳ conſentiebant omnes. *L.* 44. ᾠκοδόμουν. „ἀνῳκοδόμουν." REISK. In libris nulla varietas. *L.* 51. ἀχρεῖα δ' ἄλα. „Forſan δ' ὅμως." REISK.

p. 441. *L.* 62. τοὺς ἑαυτοῦ λόχους. Sic H. STEPHANUS edidit, Candidum fortaſſe ſecutus. Neque vero aliter dare debuit librarius, qui cod. Aug. exaravit, quum in τοὺς ἑαυτοὺς deflecteret. ἑαυτοῦ, ut Stephanus emendavit, perſpicue exhibet Vratisl. puto & Vat. & Ven. e quibus nihil varietatis adferunt ſchedæ.

CAP. XCIX. Lin. 69. Κυνὸς δ' ἦν ἐπιτολή. Ita emendandum eſſe hunc locum, partim ex ſcriptis libris partim ex facili conjectura docueram in Exercitationibus in Appianum, Sect. V. p. 44 ſq. not. *i.* Nec præteriit vera lectio REISKII ſagacitatem, ſcripto licet codice nullo adjuti: „Delendus, inquit, aſteriſcus. Nihil enim deeſt; ſed legendum: Κυνὸς δ' ἦν ἐπιτολή, *Tempeſtas anni erat illa, qua Sirius oriri*

ſolet. Difficultatem vulgatæ lectionis non expediverat Muſgravius, qui ad h. l. nihil aliud, niſi veteris interpretis Candidi verba adnotavit: *extat enim de hac re ipſius epiſtola.* Gelenius, præmiſſo aſteriſco, ad verbum expreſſit corruptam editorum lectionem, *communis autem erat epiſtola.* Κυνὸς cum aliis exhibet cod. Vratisl. Idemque in mend. ἐπισ[illegible]ολὴ cum reliquis conſentit, a quibus ſolus Vat. diſcedit, veram offerens ſcripturam. Obvia autem phraſis κυνὸς ἐπιτολὴ, *caniculæ ortus*, id eſt, *tempus quo canicula oritur*, *dies caniculares*: vide Polyb. lib. I. c. 37. Diodor. Sicul. I. 19. XVII. 7. XIX. 18. Sic κυνὸς ἀνατολαὶ Apollon. Argon. II. 529. *Pag.* 441.

L. 71. καταπνεόμενον Aug. Vratisl. Et Candidus, *nullæ perflarent auræ.* Intactam hic vulgatam lect. reliquit Reiskius: ſed perſpecte emendavit MUSGRAV. *L.* 75. σλυπαίου Reg. B. Aug. Ven. Nec diſſentit magnopere Vratisl. licet in eo σλυπαῖον ſcriptum videri poſſit. *L.* 78. αὐταῖς Vratisl. cum Aug. & Ven. *L.* 79. ἐνέβαλον revocavi ex edit. 1. cui præter Regios conſentit Vratisl. Præteritum imperf. ſua auctoritate poſuerat H. Stephanus, quoniam præcedebat ἀνέτεινον. Sed aoriſtum Aug. etiam agnoſcit: & mox cum imperf. ἐωθεῖτο & ἐλυμαίνετο conjungitur etiam aoriſtus primus κατέφλεξε. *Pag.* 442.

L. 89. οὐδεὶς πόλεμος, *nulla pugna.* *Pag.* 443.

CAP. C. Lin. 94. τεῖχος ἀντὶ χάρακος. Scribe τεῖχός τε ἀντὶ χάρακος, quemadmodum perſpicue exhibet Vratisl.

Ibid. ἐπίνειον. „ἐπινείῳ vel ἐπινείου" maluerat MUSGRAV. præter neceſſitatem. *L.* 96. μισόγαια recte Aug. puto & Vat. & Ven. ut emendavit H. Stephanus. *L.* 99. ἕτερος παρ' ἑτέρῳ. Utique παρ' ἕτερον legendum: quemadmodum & REISKIUS monuit: „παρ' ἕτερον, *alter poſt alterum*, *per vices.*" Sic Civ. I. 138, 33 ſq. ἕτερος παρ' ἕτερον ἐπὶ πέντε ἡμέρας ἦρχεν. Mithr. 692, 59: ἄλλο παρ' ἄλλο κατέπιπτε.

L. 6. ἀπεπήδα. Hoc ratio poſcebat: idque ipſum exhibent Regii, Aug. Vratisl. Sic & MUSGRAV. & REISKIUS emendarunt; & Reiskius conferre juſſit p. 447, 71. Neque aliter dare Ven. & Vat. puto: quamquam in ſchedis nobiſcum communicatis, quum impreſſa exemplaria ἐπεπήδα darent, *Pag.* 444.

nullam varietatem ex illis codicibus adnotatam video. Cujuſ-
g. 444. modi exempla, ubi, quum mendoſam aliquam lectionem, invitis codicibus Regiis, (per errorem fortaſſe operarum,) exhibeant editiones eæ quibuſcum collati ſunt codices Venetus & Vaticanus, nulla tamen varietas ex his adnotata eſt, dubitationem mihi nonnumquam injiciunt, ut aliis in locis, ubi veræ & probæ emendationes invitis libris Regiis ab Editoribus, & ab H. Stephano præſertim, in contextum receptæ ſunt, in ſilentio earumdem ſchedarum non audeam certo definire, an comprobentur firmenturque, nec-ne, ejuſmodi emendationes auctoritate iſtorum codicum.

L. 8. ἦγε τοὺς πεζούς. Candidus: *pedites in ordinem diſpoſitos, equiteſque paratos in promtu habebat.* Cum vulgata lect. facit Vratisl. ἦκε, ἦγε, εἶχε non raro inter ſe permutantur a librariis. *L.* 11. καὶ τότε κύκλῳ αὐτὸς ἑτέραις ἴλαις ἱππέων αἰεὶ περιήει. Quum καλῶν ex Regiis, quibuſcum facit Vratisl., editum fuiſſet, quærendum de ea lectione monuit Muſgravius, REISKIUS παρῶν fortaſſe legendum ſuſpicatus eſt. Candidus: *& ipſe cum aliis equitum cohortibus præſens adſtitiſſet.* Proxime a vero aberravit Vat. Non autem κυκλῶν αὐτὸς περιήει Scipio, ſed κύκλῳ, *ipſe circum equitabat cum aliis equitum turmis.* Sic & frater Scipionis, Maximus Æmilianus, in Hiſpania facere ſolebat, χειρολογῶν τε, ἐνόπλους αἰεὶ τοῖς γυμνοῖς περιίσῃ, καὶ περιέτρεχε μεθ' ἱππέων αὐτός. Hiſp. p. 179, 45 ſq.

g. 445. *CAP. CI. Lin.* 24. δι' ὀλίγου Vratisl. cum Aug. & edit. 2. 3. puto & Ven. & Vat. *L.* 30. ἴλας δέκα λαβών. Sic recte Vat. — ἴλη, *turma*, interdum latius ſumitur pro majori quodam numero. Sic (ut alios omittam ſcriptores) quam φίλων ἴλην, *amicorum turmam*, a Scipione adpellatam memorat Noſter, Hiſp. 204, 54 ſq. quingentis conſtiterat equitibus: & Pun. 448, 87. ubi legimus, ἐπιλεξάμενός τινας τῶν ἱππέων ἴλας, videri pariter poſſunt ἴλαι latiori quadam notione dictæ; quare ibi Freinshemius (Suppl. Liv. XLIX. 52.) *alas equitum* interpretatus eſt, quem & nos in lat. verſ. ejus loci ſecuti ſumus, quamquam & latinum vocabulum *turma* ſimiliter latiori no-

tione haud incommode poni poterat. At hoc loco, de quo nunc quærimus, ubi numerus additur τῶν ἴλων, ſtrictiore utique ſignificatione ἴλη *turma* qualis in exercitibus Romanis habebatur, *triginta equitum*, (conf. Lipſ. de Milit. Rom. lib. I. dial. 6.) erit intelligenda. Sic *decem turmæ* efficient *trecentos equites*, cui numero mox rurſus alia occaſione præfectum Scipionem legimus, p. 447, 67. Quum ex Regiis editum eſſet ἴλας δέους, REISKIUS, veſtigia literarum ſecutus, ſuſpicatus erat: „Forte ἴλας δ'. πρασλαξῶν vel παρασλαξῶν, *aſcitis quatuor turmis.*" Eodem vitio cum Regiis laborat Vratisl. Et Cand *cohortes metu territas.* Muſgravius cum Gelenio & Tollio δύο maluit. *Pag.* 445.

L. 35. ἔφυγον, Vratisl. cum Aug. & Ven. non male.

L. 36. ἦν τε Reg. B. Aug. Vratisl. *L.* 37. Delenda diſtinctio, quæ per errorem irrepſit poſt ἄξιος.

CAP. CII. Lin. 52. βιασθεῖεν correxit H. Stephanus, cui neſcio an adſentiantur Ven. & Vat. βιασθοῖεν Vratisl. cum Regiis & Aug. *Pag.* 446.

L. 51. οὐκ ὄντος recte cum H. Steph. dat Aug. Vratisl. puto & Vat. & Ven.

CAP. CIII. Lin. 68. In ἀμφ' αὐτὸν h. l. conſentiunt cum editis Aug. & Ven. Aliâs, ut ſæpius monitum, αὐτὸν vel ἑαυτὸν Aug. & alii probati codices. *L.* 77. ἐπ' αὐτοῖς Reg. B. Aug. Vratisl. *L.* 86 *ſq.* τινὰς τῶν ἱππέων ἴλας, *aliquot equitum turmas.* Turmam civium, triginta equitum fuiſſe, turmam ſociorum quadraginta, conſtat: qui numerus, quum *aliquot* tantum *turmas* dicat, exiguus admodum videri poteſt, pro expeditione quam ſuſcepit Scipio. Conf. notata ad p. 445, 30. *Pag.* 447. *Pag.* 448.

L. 93. πρὸς αὐτοὺς ἐνενεύκεισαν, *nutu illis ſignum dederunt*, ſcilicet ne fruſtra confiderent auxilio Scipionis. Sed malim πρὸς ἀλλήλους. Sic Candidus: *invicemque ſignificant*; quam eamdem ſententiam in verſ. lat. expreſſit. Neſcio autem, an πρὸς αὐτοὺς eamdem vim habere poſſit: conf. H. Stephani Adnot. edit. 2. ad Hiſp. pag. 222, 50. Gelenius, longius a græcis verbis recedens: *rati, non poſſe ſuccurrere Scipionem, ſeſſum ex itinere.* *L.* 95. τὰς πέξας Reg. B. Aug. Vratisl. ut edit. 2. 3. *Pag.* 449.

C. 450. CAP. CIV. Lin. 8. πολλὴν τίσιν recte Reg. B. Aug. Ven. Vat. Vratisl. Incongrue Candidus, *multam illis comminatus est.* Verum præclare vidit MUSGRAV. Pariter REISKIUS: „Aut πολλὴν τίσιν legendum; aut saltem τίσιν, id est δίκην, & πολλοῖς pro ἐν πολλοῖς πράγμασιν accipiendum, *multum pœnæ*, aut *multis in rebus*, *dederat.*" Neque Gelenium vera fugit lectio, qui *multa perpessus* posuit.

L. 12. τινὰ λύσας τῶν αἰχμαλώτων. Sic omnes, excepto Vat. qui, quum αἰχμαλώτους exhibeat, τινὰς, non τινὰ, dare debuit. Et sic fortasse scripsit Appianus. Si τινὰ teneas, in plurali numero neutrius gen. intelligi debebit, non in singulari: certe τὰ αἰχμάλωτα sæpe legimus pro οἱ αἰχμάλωτοι, Pun. 369, 13. Syr. 595, 7. &c. & αἰχμάλωτά τε τινὰ λύσας, Pun. 465, 62.

L. 15 *sq.* τῶν ἐλατίνων σιδηροφορούντων. „Usum annulorum Romanis varium fuisse, neminem, qui vel primoribus labiis eorum antiquitates gustavit, latere potest. Alii enim aureos, alii ferreos gestabant, iisque ordo plebejus ab equestri distinguebatur. Aureis autem equites, non solum domi, sed & militiæ utebantur, ut & tribuni; plebes vero ac pedites & gregarii milites ferreos habebant. Hinc Punico bello secundo cum Mago, Annibalis frater, victoriæ, quam Pœni ad Cannas obtinuissent, nuntius, Carthaginiensibus res in Italia gestas exposuisset, *ad fidem tam lætarum rerum effundi in vestibulo curiæ jussit annulos aureos, qui tantus acervus fuit, ut metientibus dimidium super tres modios explesse, sint quidam autores. Fama tenuit, quæ propior vero est, haud plus fuisse modio. Adjecit deinde verbis, quo majoris cladis indicium esset, neminem nisi equitem atque ipsorum primores id gerere insigne.* Testis Livius lib. XXIII. [c. 12.] Plinius quoque lib. XXXIII. c. 2. [c. 1. s. 7.] tradit, *Annulos distinxisse alterum ordinem* (equestrem nempe) *a plebe, ut semel cæperunt esse celebres; sicut tunica ab annulis Senatum tantum.* Per ἐλατίνους [ἐλατίνους] igitur h. l. pedites & gregarii milites intelligendi sunt, qui ferreorum solum annulorum usum habebant; quibus etiam plebs in urbe utebatur.

Cujus tribuni, narrante nostro lib. II. ἐμφυλίων, ob cædem Clodii tumultuantes, cum armata multitudine in forum irruperunt, ac obvios quosque trucidarunt, & præsertim eos, ὅσοι ταῖς ἐσθῆσιν ἢ σφραγῖσιν ἀπὸ χρυσοῦ διέφερον, *qui vestitu annulisque aureis ab aliis distabant.*" ALEX. TOLLIUS. Pag. 450.

L. 16. ἔθαψεν αὐτοὺς. „Eadem humanitate multi usi fuerunt. De Romanis observat Varro, eos recuperata urbe, quam Galli Senones possederant, ossa Gallorum coacervasse & in media urbe condidisse, eumque locum *Busta Gallica* appellasse. L. Cornelius Consul Hannonis Carthaginiensium ducis, cum pro Olbia oppido *occubuisset*, *corpus e tabernaculo suo amplo funere extulit, atque hostis exsequias ipse celebravit.* Et Cn. Pompejus missum ad se Mithridatis cadaver non modo humanum, sed & regiis Sinopensium sepulchris sumptu suo inferri jussit. Simili pietate in Archelai ac Bruti corpore humando usus est Antonius, referente Valerio Maximo lib. V. c. 1. & nostro Appiano lib. IV. ἐμφυλ. extremo." *Idem* AL. TOLLIUS.

L. 20. Pro verbo εἰσιοῦσι, Candidus habet, *alia ex parte.*

L. 21. καί τινα καὶ Vratisl. cum aliis.

CAP. CV. Lin. 29. ἐς ἅπαντας. Adjiciendam præpositionem vidit REISKIUS, posuitque „πρὸς ἅπαντας." *L.* 34. οὐ κατελήφθη. Sic & idem REISK. legere jussit, versionemque adjecit: „*legati eum in vivis superstitem non offendebant.*" Recte etiam Vratisl. & Gelenius, a cujus vers. lat. hoc loco non recessi. *L.* 40. ἐπέσκηψε Vratisl. cum reliquis. Pag. 451. Pag. 452.

CAP. CVI. Lin. 42. ἀνὴρ ἐς πάντα ἐπιτυχὴς &c. Locum hunc usque p. 453, 60. ἐτεθνήκει. inseruit Lexico suo Suidas, v. Μασανάσσης. *L.* 51. τῆς ἀναστάσεως. Sic Suidas l. c. & rursus v. Ανάστασις: (ubi perperam Πολύβιος pro Αππιανὸς positum esse Küsterus jam monuit.) Conf. Polluc. Onomast. III. 91. Ceterum in ἀναστατώσεως conspirant libri nostri omnes; quod vocabulum Reiskius in Ind. Græcitat. Demosth. pag. 60. confictum a Grammaticis censuit.

L. 54. χωρὶς ἀναβολέως. Candidus & Gelenius, *sine ephippiis.* ἀναβολεὺς ab aliis *stapes* vel *stapeda* exponitur. Sed est Pag. 453.

homo *cujus adminiculo equus conſcenditur, ſtrator.* Conf.
Pag. 453. Plutarch. in Craſſo vel hiſt. Parth. p. 65, 25 ſq. edit. noſtræ.

L. 55. καὶ μεγίσῳ δὴ τῷδ' ἐτεκμηρίωσε. Quod ſi verbum τεκμηριόω idem ſignificaret quod τεκμαίρεσθαι, *ex ſignis quibuſdam cognoſcere*; non male haberet lectio edit. 1. in quam cum Regiis conſentit Vratisl. καὶ μεγίσῳ δὴ τῷδε τεκμηριῶσαι ſcil. ἔνι vel χρὴ. Sed quoniam (ut docent exempla ex Thucydide aliiſque auctoribus collecta ab H. Stephan. in Theſ. III. 1366. A.) τεκμηριόω eamdem vim habet cum activo verbo τεκμαίρω, *certis ſignis declaro, oſtendo*, non ſolum commodiſſima ſed & neceſſaria viſa eſt emendatio, quam in contextum recipere non dubitavi. μεγίσῳ δὴ τῷδε τεκμηρίῳ εἴσῃ conjecerat MUSGRAV. μεγίσῳ δὲ δεῖ τῷδε τεκμηριῶσαι REISKIUS.

L. 55 *ſq.* μάλιστα τὴν εὐρωστίαν αὐτοῦ. Hunc ordinem verborum tenet Suidas. Nec tamen ſpernam μάλιστα in fine poſitum cum editis & mſptis noſtris. *L.* 57. οὔ ποτε recte Vat. & Suidas. Quum editum eſſet εἴ ποτε, MUSGRAVIUS legendum cenſuit εἰ τότε: REISKIUS „Fortaſſe, ait, ἀποθνησκόντων ἀεὶ, τότε μὲν ἦσαν αὐτῷ οὐ μείους." *L.* 63. Quum vulgo abeſſent verba ὡς ἔμελλεν, REISKIUS pro ἁρμόσειν repoſitum ἁρμόσαι voluerat.

L. 66. Γολόσσῃ. Sic Regii & reliqui ſcripti libri omnes, & mox Γολόσσην *pag. ſq. l.* 71. eodemque modo deinceps. Sed Γελοσσ. per ε, conſtanter, Editi. Conf. ad p. 394, 5. & 8.

Pag. 454. *L.* 69. τὰ ἀμφίλογα, *controverſa*, Aug. Ven. Vat. Vratisl. Sed Pun. 369, 13. omnes, ἐμοῦ τὰ ἀμφίβολα κρίνοντος.

CAP. CVII. Lin. 74. ἐν δέ τινι χειμασίᾳ. Quænam ſit vis horum verborum, non ſatis mihi liquet. Candidus, *per crepidinem quandam.* Gelenius, *tempeſtate quadam.* Freinshemius, Supplem. Liv. L. 20. *quum forte ingens tempeſtas oborta eſſet. L.* 81. „πρὸς Καρχηδονίων. Mendoſa. Forſan πρόσιων." MUSGRAV. Et mox IDEM: „προελπλυθότι, τί δὴ." — „Videtur hic aliquid deeſſe: corruptus certe locus eſt." REISK. An πρὸ Καρχηδ. idem ſignificat, quod ἔμπροσθεν, *in conſpectu Pœnorum, coram Pœnis?* Sed audientibus certe Carthaginienſibus non videtur eum compellare voluiſſe. Dein-

de, an οἱ (id eſt, αὐτῷ) προσελήλυθε, *ad eum acceſſit?* Sed ſic pariter adjiciendum videretur καὶ ἔφη, aut aliquid ſimile. An verba οἱ προελήλυθε corrupta ſunt ex phraſi, cujus ſententia erat, *prior illum compellavit?* Candidus: *cum appropinquaſſent ut ſe invicem audire poſſent, (Carthaginienſes enim præiverant) Cur, inquit, Scipio* &c. Gelenius, omiſſo plane verbo προελήλυθε: *quúnque jam exaudiri poſſent mutuum, ſic Pœnum affatus eſt.* *L.* 87. ἐκήνεσε Vratisl. cum aliis. *L.* 88. ἀξιοπιστότατον idem. Sed mox *l.* 89. in ἡγοῦμαι pro ἡγῶμαι, conſentit cum Regiis & Edd. Pag. 454. Pag. 455.

Cap. CVIII. Lin. 24. ὁ Λεῦκος. Sic ſcripti libri cum editis. Pag. 457.

Cap. CIX. Lin. 34. προσλαβὼν δὲ Aug. Vratisl. *L.* 35. ἐπείχθη reſtitui ex Aug. *L.* 37. περὶ νύκλα. Malim περὶ τὴν νύκλα; quo ſignificetur, circa noctem ejuſdem diei, quo profectus erat, cum præda revertiſſe Scipionem. Pag. 458.

Cap. CX. Lin. 54. καὶ σὺν αὐτῷ Λεύκιος Μαγκῖνος. „Male Interpres [Gelenius] Lucium Mancinum Calpurnii Piſonis conſulis *collegam* vocat; cum Mancinus non Conſul, ſed Prætor anno U. C. DCV. [ſecundum Faſtos, quos nos ſequimur, A. U. DCVI.] claſſem ſortitus, atque in Africam profectus, ad Carthaginem nihil memorabile geſſerit." ALEX. TOLLIUS. Pag. 459.

L. 57. ἑτέραν δ' ἐγγὺς εἶλεν ὁ Σκιπίων. *Neapolin*, Νέαν πόλιν, vocat Zonaras, Annal. IX. 29.

L. 59. ἐς Ἱππαγρέτα. „*Hippagretam* [potius *Hippagreta*; dicit enim τὰ Ἱππάγρετα, conf. pag. ſq. l. 72.] præter Appianum nemo veterum agnoſcit. Eſt autem *Hippo* antiquior, quem *Diarrhytum* vocaverunt, diſtinxeruntque ab *Hippone Regio*, quod [potius, *qui*] in altero ſinu poſt Rubicatum [Rubricatum] amnem. Utrumque Græcos equites condidiſſe vult Solinus. Sed errat. Græci enim in eam Africæ partem colonias nunquam deduxerunt; multo minus equites in colonias tranſmarinas translati fuerunt: Græci denique ſermonis aut ritus in illis locis veſtigium nullum apparuit. Verior Saluſtius, qui Hipponem Phœnicum urbibus

Pag. 459. accenſet. Dicebatur eadem urbs etiam Ἵππου ἄκρα ab Hippi promontorio, cui imminebat, unde & Incolæ *Hippacritæ* Stephano & Polybio dicuntur. Fallitur porro noſter Appianus cum dicit μέσην οὖσαν Καρχηδόνος καὶ Ἰτύκης. Nam Utica, non Hippo, medium ſitum obtinebat. Verum docti jam pridem obſervarunt Appianum Geographiæ non admodum peritum fuiſſe. *Hipponem* hunc *Diarrhytum* media latinitas poſtea *Zarytum* vel *Zaritum* vocavit. Hinc *Hipzaritum* legimus in Victore Uticenſi, & in Africæ notitia *Marianus Hipzaritenus*, & in collatione Carthaginienſi *Hippo Zaritorenſis*, & in concilio Carthaginienſi ſub Cypriano de baptizandis Hæreticis: *Martyr Petrus ab Hippone Zarito.* Sed verum nomen Διαῤῥύτος, id eſt Καταῤῥύτος, *irriguus.* Vere igitur Plinius: *Hipponem Diarrutum vocant, Διαῤῥύτον a Græcis dictum propter aquarum irrigua.* Nempe in vicinia eſt λίμνη Ἱππωνῖτις, palus aut ſtagnum Hipponenſe, de quo præter Diodorum Siculum Plinius junior ad Caninium, lib. IX. Epiſt. [33.]" AL. TOLLIUS; vel potius SAM. BOCHARTUS: ex cujus lib. I. de Phœnic. Colon. cap. 24. p. m. 517 ſq. totam iſtam Adnotationem pæne ad verbum, erroribus nonnullis exceptis, transſcripſit Tollius, diſſimulato (ut ſolet) Auctoris nomine.

Utrum Ἱππάγρετα, an alia (neſcio qua) ratione ſcriptum reliquerit Appianus nomen illius urbis, dubitari poteſt; præſertim quum varient nonnihil libri. Quin eamdem urbem dixerit, cui aliàs *Hippo Diarrhytus* & Ἵππου ἄκρα nomen fuit, nullum eſſe dubium debet. Ceterum ſimpliciter Ἱππῶνα πόλιν Zonaras vocat, ubi de eadem re agit, Annal. IX. 29. ἐπὶ δὲ Ἱππῶνα πόλιν ὁρμήσας (Πείσων ὁ ὕπατος) κατέτριψε τὸν καιρὸν, μηδὲν περάνας. Pariterque Appianus, Pun. 339, 9. Ἱππῶνα πόλιν, & p. 498, 18. nude Ἱππῶνα, dixit. Quod autem *inter Carthaginem & Uticam media* ſita (*Lin.* 62 *ſq.*) perhibetur Hippon; errorem iſtum (quem, præter Geographos, Bochartum & Cellarium, Valeſius notavit ad Excerpt. ex Diod. Sic. T. II. edit. Weſſeling. p. 567. & ipſe Weſſelingius ad Diodor. XX. 55. T. II. p. 447.) librarii potius alicujus ſive lapſui ſive temeritati originem debere, quam Appiano eſſe tribuendum, ſuadent

ſuadent duo ejuſdem hujus hiſtoriæ Libycæ loca; quorum in altero (p. 403, 48.) Uticam nonniſi LX ſtadiorum intervallo a Carthagine abeſſe dixerat, cum quo ſane non convenit, ut nunc aliam magnam ſplendidamque urbem inter utramque mediam poſitam dicat: altero autem loco, quem paulo ante citavi, p. 498, 18. manifeſte ſatis Uticam inter Carthaginem & Hipponem ſitam declarat. Pag. 459.

L. 66. οὐκ ἦνυεν, ſcil. τοῦτο ὃ ἐπενενόηκεν, *non perfecit id quod cogitaverat.* conf. lin. præc. Aliàs οὐδὲν ἦνυεν dicere ſolet: quemadmodum & Zonaras (qui e Dione ſua hauſit) loco modo cit. οὐδὲν περάνας.

Cap. CXI. Lin. 83. μὴ διδυνῆσθαι. Sic recte emendavit H. Stephanus. μὴ δεδυνῆσθε Vratisl. μηδὲ δυνήσθαι Aug. Pag. 460.

Cap. CXII. Lin. 1. ἐξαγγελλομένης. ἐξαγγελομένης Vratisl. cum Aug. quod in contextum recipi poterat. *L.* 5. ἄπιστα πρὸ τῶν κελεύσαντες. Verba hæc præteriit Candidus. Gelenii verſionem h. l. retinui. Reiskius: „Forſan ἀνύποιστα:" fere ut Musgrav. Pag. 461.

L. 10. ἀρχαιρέσια. ἀρχαιρεσία, in ſing. primæ declinationis, dant Editi cum manuſcriptis noſtris, certe Aug. & Vratisl. quemadmodum *lin.* 16. ἀρχαιρεσιῶν ex eadem declin. Prætuli neutrum plurale, quo aliàs ſæpius utitur ſcriptor noſter; quum in ſing. ἡ ἀρχαιρεσία nuſquam, excepto hoc loco, legere apud eumdem meminerim, quamquam pluralem numerum promiſcue in prima & in ſec. declinat. format. Etiam Reiskium video ad h. l. adnotaſſe: „Forte ἀρχαιρέσια, mutato accentu." Apud Herodotum tamen ἡ ἀρχαιρεσίη in ſingul. primæ declin. legitur; quod & H. Stephan. in Theſ. monuit. Pag. 462.

L. 11. Quum codd. Regii (quibuſcum & in hoc conſentit Vratisl.) omiſſis verbis οὐ γὰρ πω, dediſſent δι' ἡλικίαν ὑπατεύειν αὐτῷ συνεχώρουν οἱ νόμοι; Car. Stephanus particulam negativam interpoſuit αὐτῷ οὐ συνεχώρουν: tum particulam γὰρ poſt δι' ἡλικίαν inſerendam orationi monuerunt Reiskius & Musgrav. *L.* 16 *ſq.* τῶν περὶ αὐτῶν νόμων. Sic recte dederunt Aug. & Vat. τὸν περὶ αὐτῶν νόμον, minus concinne,

Pag. 462. edit. 1. cum Regiis & Vratisl. τὸν περὶ αὐτῶν νόμων, mendose, edit. 2. 3. In Nota textui nostro subjecta per errorem bis περὶ αὐτὸν positum est, quum utrobique περὶ αὐτῶν poni debuerit. *L.* 17. ἐθέλοιεν Aug. Ven. Vat. Vratisl.

Pag. 463. *Cap. CXIII. Lin.* 38. καὶ παρ' αὐτὸ Reg. B. Aug. Ven. Vat. Sic & Reiskius: παρ' αὐτὸ, *propter id ipsum*, aut παρ' αὐτοὺς. Similiter Musgrav. vel ᾧ παρ' αὐτῶν, vel καὶ παρ' αὐτὸ, legendum monuit. A vero propius quam editi aberrans Vratisl. dat παρ' αὐτῷ. *L.* 45. ἐπὶ νίκῃ Vratisl. cum aliis: & sic emendarunt Reisk. & Musgrav. *L.* 49. τοῦ θεοῦ, *sole*. Vide notata ad Præf. p. 11, 73. *L.* 50. ἐχυρόν τι. Sic & Vratisl. *Ead. & sq.* καταλαβόντες. καταβάλλοντες cum Regiis Vratisl. Frequens est librariorum error in permutandis illis verbis. Verum viderunt Musgrav. & Reisk.

Pag. 464.

Pag. 465. *Cap. CXIV. Lin.* 59 *sq.* Quum per errorem omissa in Editis fuissent duo verba, ὅσοι συνεληλύθεσαν, quæ in Regiis codicibus sicut in reliquis omnibus leguntur; Musgravius hiatum hoc modo explendum suspicatus erat, ἐπὶ θάλασσαν κατασχόντι ἐξ Ιταλίας αὐτῷ τοὺς ἡβῶντας &c. deleta partic. καὶ. Concinnius Reiskius, & propius attingens verum: „Forte, ἐπὶ θάλασσαν τοὺς συμπλεύσαντας ἐξ Ιταλ."

L. 61. Pro eo quod vulgo legebatur, ὅσοι δ' ὑπερήλικες, ἀγορὰν ἐς αὐτῶν τριήρεις, (in quam lect. consentit Vratisl.) Musgravius emendaverat „ὅσοι δ' αὐτῶν ὑπερήλικες, ἀγορὰν ἐς τριήρεις." *L.* 69 *sq.* πεντακοσίους μὲν, οὓς μόνους εἶχεν. Sic Vratisl. cum Aug. *L.* 71. τιτρωσκόμενος δὲ δι' ἐκείνων. Nil variant græci libri. Miror, intactum hunc locum relictum a Musgrav. Reiskioque. Mihi sane non liquet. Nec Gelenius rem expedivit, cujus versionem fere secutus sum: *jamque vim telorum & crebra vulnera vix sustinens.* Freinsh. Supplem. Liv. LI. 4. *crebris vulneribus & numero hostium fatigati.* *L.* 76. σωτηρίαν. Emendationem necessariam H. Stephani firmant Aug. Vratisl. aliique libri.

Pag. 466.

L. 80. Σέῤῥας. „Lege Σεῤῥάνος, quod & Interpres [Gelenius; nam Cand. *Serras* habet:] recte observavit, & Pighius ad A. U. C. DCVI. bene notavit ipsum Prætorem classem Afri-

canam ſortitum obtinuiſſe, & L. Mancino ſucceſſorem datum fuiſſe." ALEX. TOLLIUS. „Σερρᾶς, cum circumflexo in ult. pro *Serranus*, ut Λευκᾶς pro *Lucanus*." REISKIUS. Σερράνες quidem reſtitui Civ. I. pag. 101, 91. pro eo quod ibi truncatum legebatur ἱππάνος; ſed & recte Σερρᾶς dici cum Reiskio arbitror. *Pag.* 466.

L. 84. Βιθύας. Sic Vat. & Vratisl. quemadmodum paulo ante (p. 460, 72.) dederant omnes. conf. p. 475, 26 ſq.

L. 85. Ἵππαρχος. Vide ſupra, loc. modo cit.

CAP. CXV. Lin. 92 *ſq.* λειποστρατιώτην Aug. Ven. Nuſquam autem alibi, quod ſciam, occurrit hoc vocabulum λειποστρατιώτης; nec ulli Lexicographorum obſervatum. Suidas: Λειποστράτιος· ὁ τὴν στρατιὰν καταλιπών. Λειποστρατιωτικὴν cum Edd. dat Vratisl. quod ex λειποστρατιωτικὸν corruptum videri poteſt. Atque ita REISKIUS: „λειποστρατιώτην, aut λειποστρατιωτικόν." λειποστρατιώτην vero ad oram exemplaris ſui MUSGRAVIUS etiam adnotavit. *Pag.* 467.

L. 95. ἐς τὸν στρατηγὸν Aug. Ven. στρατὸν cum Edd. legit Cand. & conſentit Vratisl. puto & Vat. Sæpius autem duo illa vocabula perperam a librariis permutantur.

L. 99 *ſqq.* ἐλπιζόμενος οὔ ποτε κρατήσειν &c. Conf. Hiſp. cap. 84. extr. & ſeq. ubi ſimilis reformatio exercitus a Scipione inſtituta exponitur. Verbum autem ἐλπιζόμενος quod adtinet, *rarum* eſſe hujus verbi *uſum* in Medio genere activa notione, MUSGRAVIUS monuit. Pariter REISKIUS, quum „ἐλπίζων aut λογιζόμενος" legere juſſiſſet: „Videtur tamen, inquit, ἐλπίζεσθαι pro ἐλπίζειν Appiano familiare. Sic ἐλπισθέντων pro ἐλπισάντων, pag. 111, 8." Mihi vero utique ſuſpectum illud verbum eſt. Ἔλπεσθαι quidem Herodoto & poëtis activa notione uſurpatum; ſed ἐλπίζεσθαι, ſicut apud alium nullum auctorem, ſic ne apud Appianum quidem uſquam, excepto hoc loco, invenire me memini. Nam eo loco, ad quem Reiskius provocavit, quem legimus in hiſt. Syr. p. 592. l. 50. Ῥωμαίων οὐκ ἂν εὐμαρῶς ἐλπισθέντων βιάσασθαι τὴν διάβασιν, paſſive ſane ſignificat ἐλπισθέντων: *quum non facile exſpectari poſſet Romanos vi perrupturos*, vel,

Pag. 467. *quum ſperari potuiſſet, Romanos non facile perrupturos:* quemadmodum Civ. V. 809, 34. καὶ ἐλπιζομένους τότε καὶ ἀποδώσειν τῷ δήμῳ τὴν πολιτείαν.

Pag. 468. CAP. CXVI. *Lin.* 8. ἴσῃ. Sic recte in edit. 1. erat expreſſum: pro quo quum operarum errore in edit. 2. ἴσῃ irrepſiſſet, monuit H. STEPHANUS: „Scribe ἴσῃ. Perinde eſt autem acſi diceret, *Satis vobis eſtis conſcii, me tacente.*" Et illum operarum errorem, & Stephani adnotationem, fideliter repetiit Tollius. *L.* 12. ἐθέλετε. Sic ſcripti omnes, excepto Reg. A.

L. 14. οὗ κατέλιπον &c. „Libenter ſcripſerim, ἀφ' οὗ κατέλιπον. Ut enim ἀφ' οὗ quam ἐξ οὗ malim legere, facit præpoſitionis ejuſdem uſus, qui trium vocum intervallo præcedit. Hoc quoque animadvertendum eſt, ſcribendum eſſe ἐπῆρται, ut legitur γέγονε. Quod ſi ἐπῆρτο dicendum foiſſet, certe & ἐγεγόνει." H. STEPHANUS. Neutram ex duabus illis lectionibus (in quas libri noſtri conſentiunt omnes) ſolicitandam puto. Quamquam præceſſit ἐπῆρτο in pluſquamperfecto, non incommode tamen ſequitur γέγονε. Et recte omnino & ex uſu ſermonis dictum mihi videtur ἐκ βραχίος οὗ κατέλιπον, pro ἐκ βραχίος ἐξ οὗ (vel ἀφ' οὗ) κατέλ. Similiter p. 500, 56. μετὰ ἔτη τῆς σκαφῆς ἑκατὸν, pro ἀπὸ τῆς σκαφῆς. Pari ratione, ubi de loci intervallo agitur. Conf. ad p. 483, 67.

L. 18 *ſq.* Ἥκω δὲ οὐ λῃſτεύσων &c. „Ad illud redit, de quo illos initio ſuæ orationis reprehendit, quum diceret, λῃſτεύετε μᾶλλον ἢ πολεμεῖτε. Quum autem dicat hic, ἥκω δὲ οὐ λῃſτεύσων ἔγωγε, ἀλλὰ νικήσων, & in altero membro præceſſerit, νῦν μὲν ὑμᾶς ἀφίημι τῶν μέχρι νῦν γεγονότων, hac particula μὲν reſpondente illi δὲ: non aliter hæc accipienda ſunt quam ſi ita loquutus eſſet, νῦν μὲν ὑμᾶς ἀφίημι τῶν μέχρι νῦν γεγονότων· θέλω δὲ, οὐκέτι λῃſτεύειν, ἀλλὰ νικᾶν. Perinde acſi diceret: (ſi quadam paraphraſi uti hic conceditur:) *Nunc remitto vobis* (ſeu *condono*) *quod peccaſtis: ſed ea lege ut in poſterum, exemplo meo, non latrocinemini, ſed vincatis.* Eſtque hoc quoque obſervandum, eum, quum dicendum eſſet, ἥκω δὲ οὐ λῃſτεύσων ἔγωγε, ἀλλὰ πολεμήσων, (ſicut reprehendens illos his uſus verbis fuerat, λῃſτεύετε μᾶλλον ἢ

πολεμεῖτε) maluisse νικήσων dicere, bene ominandi causa, & ex ea spe quam ipsum concepisse jam videbant, iis quoque spem injiciendo. Alioqui certe primo aspectu videri cui posset scribendum hic, ἥκω δὲ οὐ λῃστεύσων ἔγωγε, ἀλλὰ πολεμήσων. Hoc enim optime conveniret (ut jam admonui) cum illis, quæ parvo intervallo præcedunt. Verum & hoc νικήσων ita resolvi potest, οὕτω πολεμήσων ὥστε καὶ νικᾷν." H. STEPHAN. Pag. 468.

L. 19 *sq.* „Hæc Scipionis verba, οὐδὲ χρηματιούμενος πρὸ τῆς νίκης, respiciunt itidem ad alia ipsius, parvo intervallo præcedentia; ista inquam, καὶ τρυφᾷν θέλετε πολεμοῦντες ἔτι, οὐ νενικηκότες. Neque enim τρυφᾷν possunt milites, nisi præcedat τὸ χρηματίζεσθαι: hoc autem jam significaverat sub appellatione τῶν κερδῶν. Sic autem κέρδη & τρυφὴν ab eo conjungi videbimus in fine hujus orationis." H. STEPHANUS.

L. 21. Ἄπιτε. „Aptum sibi, meo judicio, locum haberet particula οὖν, post ἄπιτε." IDEM.

L. 23. δίδωμι, quod & ceteroquin concinnius est & ob præced. τοῖς ἐξιοῦσι necessarium, dedit cod. Vat. „Græci sermonis consuetudo non permittit ut ita quis loquatur, τοῖς δ' ἐξιοῦσιν οὐδ' ἐπανελθεῖν βούλομαι: sed hoc modo, τοὺς δ' ἐξιόντας οὐδ' ἐπανελθεῖν βούλομαι. Concedit quidem illa consuetudo & dativo uti, dummodo & secundum infinitivi modi verbum addatur: ut si, exempli gratia, diceretur, τοῖς δ' ἐξιοῦσιν οὐδ' ἐπανελθεῖν ἐξεῖναι βούλομαι. Ac magis verisimilis fortasse videbitur multis hæc emendatio, qua verbum omissum reponetur, quam altera quæ dativum in accusativum mutat." H. STEPHANUS.

L. 29. ὁ ἐμὸς τρόπος καὶ πόνος. „Jam antea, tanquam hæc duo, suum τρόπον & suum πόνον, in exemplum illis proponens, dixit illa, ἥκω δὲ οὐ λῃστεύσων ἔγωγε, ἀλλὰ νικήσων." *Idem* STEPHANUS. Pag. 469.

L. 29 *sq.* πρὸς γὰρ τόδε. REISKIUS: „πρὸς γὰρ τόνδε."

L. 32. „τὰ δὲ κέρδη τὴν τρυφὴν. Scribo „τὰ δὲ κέρδη καὶ τὴν τρυφὴν." H. STEPH. „τὰ δὲ κέρδη τήν τε τρυφὴν." MUSGRAV.

CAP. CXVII. Lin. 39 *sq.* παραγγελλόμενα. παραγγελόμενα Aug.

L. 40 *sq.* τῶν καλουμένων Μεγάρων. „Ita passim tertiam

Pag. 469. urbis Carthaginis partem vocat Appianus, quam *Magalia*, ſeu melius *Magaria*, Servius & Iſidorus appellant. Erant autem *Megara* ſeu *Magaria*, portu *Cothone* & arce *Byrſa* demptis, reliquum civitatis Carthaginienſis habitationi civium deſtinatum. Videatur Strabo." ALEX. TOLLIUS. Cum magna veri ſpecie docet SAM. BOCHARTUS, (ex cujus libro I. de Phœnic. Colon. cap. 24. pag. 513 ſq. excerpta iſta Tollii Adnotatio eſt,) nomen illud Μέγαρα vel Μαγάρια, quod in Μαγάλια corruptum eſt, Pœnorum idiomate idem fuiſſe quod Hebræorum מגורים, *magurim*, *habitationes*. Apud Suidam, in Ασδρούβας, (ubi adfertur Appiani locus ex Pun. 471, 70 ſqq.) pro τὰ Μέγαρα, in quod conſentiunt Appiani exemplaria, mendoſe vulgo τὰ μεγάλα legitur. Nomen iſtud Μέγαρα vel Μαγάρια vel Μαγάλια plane non commemorat Strabo; ſed pro eo nihil aliud habet, niſi quod, de Byrſa arce loquens, dicat, arcem in media urbe eſſe, *circumcirca habitatam*, κύκλῳ περιοικουμένη: lib. XVII. p. 832.

Pag. 470. *L.* 43. ἐτέους recte Aug. Vat. Et viderat REISKIUS: „Forte ἐτέους." *L.* 44. ἐξαδίζε σταδίους εἴκοσιν (ſic, non εἴκοσι) ἀψαφητί. Nomen numerale dedit Aug. ſicut Cand. CAR. STEPHANUS, ad calcem edit. 1. monet: „Numerus

Pag. 471. deerat. Interpres habet *viginti*." *L.* 62. In ἐμοῦ conſentit Vratisl. CAR. STEPH. in fine edit. 1. „ὁμοῦ τοῖς ἄλλοις." Indicans, ſic eſſe in altero exemplari, nempe Reg. B.

L. 65. ἄλλης ἀκάνθης. Sic Reg. B. Aug. Ven. Vratisl. & ipſe Reg. A. ex emend. ἄλλαις ἀκάνθαις legere juſſerat MUSGRAV.

L. 66. ὀχετοῖς βαθέσιν ὕδατος. βαθίος (non βάθεως, ut in Nota infra context. dictum) Vat. ut referatur ad ὕδατος.

Ead. & ſq. κατάπλεων. Sic & ἔμπλεως, & ἔμπλεων, Attica forma, Civ. I. pag. 94, 73. IV. 585, 20. V. 827, 29.

L. 69. Poſt γίνεται commodius punctum ſuperius poneretur.

CAP. CXVIII. Lin. 70 *ſqq.* ὁ Ασδρούβας, καλεπῶς ἔχων &c. Inſeruit totum hoc Caput Lexico ſuo Suidas, v. Ασδρούβας.

Pag. 472. *L.* 78. ἐς Ρωμαίους ἐπινοῶν. In hanc lect. conſentit Suidas. Ad ἐπινοῶν forſan ſubintellig. ἔστησαν. *Ibid.* Articulum τοῖς ante Καρχηδ. & *lin.* 75. τοὺς ante ὁπλίτας omiſit Suidas.

L. 79. Præter necessitatem verbum ἠρέθιζε in εἴθιζε mutatum voluit MUSGRAV. Pag. 472.

CAP. CXIX. Lin. 91. καταλελοίπεσαν. Consentit Vratisl. Jam sæpius observare debuit lector, plerumque negligi a Scriptore nostro duplicatum augment. præt. plusquamperfecti. Pag. 473.

L. 94 *sq.* ἦν αὐτῷ τὸ ἔργον. Sic restitui ex Aug. Atque sic emendandum vidit REISKIUS. ἦν αὐτῷ ἔργον Vratisl. Vulgatum αὐτὸ in αὐτῷ mutandum monuit quoque MUSGRAV.

L. 95. ἐπὶ σταδίους τοῦ μετώπου πέντε καὶ εἴκοσιν. „ἐκ τοῦ μετώπου." REISKIUS. *L.* 97. ἐξετετέλεστο. Mendose ἐξετέλεστο Reg. B. Vratisl. ἐξετετέλετο Aug. *Ibid.* ὤρυσσε Reg. A. Aug. ὤρυσε Reg. B. Vratisl. quod ab editoribus in ὤρυξε erat mutatum.

L. 98 *sq.* ἐπικαρσίας recte Aug. Et in Vratisl. quum esset ἐπικασίας, superscriptum est ρ. Monuit in fine edit. 1. CAR. STEPHANUS: „In exemplarib. erat δύο τε ἐπὶ κασίας."

L. 4 *sq.* δυώδεκα. Sic plerumque scriptum illud nomen in Aug. *L.* 5. οἱ ἐκ διαστημ. Aug. Reg. B. Vratisl. *L.* 12. ὕπνον αἱρουμένῳ. Particulam negantem delevi cum Aug. & Vat. qui eam non agnoscunt. Conf. p. 433, 31 sq. & ibi notata. Pag. 474.

CAP CXX. Lin. 22. θαμινὰ Aug. Vat. In mend. θαμινοὺς conspirat cum Editis Vratisl. quod in θαμινῶς mutare jusserunt MUSGRAV. & REISK. *L.* 24. τὰ πλέονα δὲ Aug. Quum abesset vulgo partic. adversativa, τὰ δὲ πλέονα reposuerunt IIDEM docti Viri.

L. 28. προσελθεῖν vulgatæ lectioni prætuli cum Aug. Sic & Cand. *accedere.* Verba ἐκ πολλοῦ *lin. præc.* a præcedentibus ἐπέμπετο ἐπὶ σῖτον separavit H. Stephanus, & cum προελθεῖν conjunxit, minus commode & invitis manuscriptis. Pag. 475.

L. 33. ἐδύναντο. Sic recte Regii, Aug. Vratisl. Nescio an & Vat. & Ven. Perperam certe ab editoribus in ἐδύνατο mutatum. Pluralem reposuit etiam REISKIUS. *L.* 38. πεπετασμένοις Reg. B. Aug. Ven. Vratisl. *Ead.* & *sq.* διέθεον recte Aug. Ven. Et viderunt REISK. & MUSGRAV. *In portum ferebantur*, Cand. *L.* 43. ἐπιλέλεκτο dedit Aug. ἐπίλεκτο cum aliis mendose Vratisl. quod in ἐπελέλεκτο mutarunt editores. Pag. 476.

Pag. 476. *Cap. CXXI. Lin.* 49. ἔχων recte Aug. Ven. Et in Vratislavienſi, quum (ſicut in editis) eſſet ἔχων, ſuperſcripta eſt litera υ, ἔχου repoſuit etiam MUSGRAV. Et REISKIUS: „Forte ἐχώννυ, aut ἔχου." *L.* 52. ἐπὶ τὸν ἔσπλουν recte Aug. ut paulo ante dederant omnes. ἔσπλουν etiam MUSGRAV. repoſuit; ἔκπλουν REISK. Conf. Adnot. ad Annib. pag. 269, 92 ſqq.

Ibid. ἔχου δὲ. Sic perſpicue Vat. Nec multum aberrant Aug. & Ven. in quibus ἔχον δὲ. Magis corrupte ἔχει δὲ dat Vratisl. cum Regiis; qui quamquam ambo eamdem exhibeant lectionem, tamen C. Stephanus h. l. (ut ſæpius alibi) alterutrum tantum inſpexiſſe videtur: certe, velut de uno tantum loquens, in fine edit. 1: ait „exemplar habebat ἔχει δὲ λίθοις." Quod autem ex ἔχει δὲ idem editor ἐρεῖδε fecit, id ex Candidi verſione ſumſit, quæ ſic habet, *ſaxis ingentibus denſiſque firmavit. Ibid.* λίθοις τε μεγάλοις καὶ πυκνοῖς. Utique particula τε poſt μεγάλοις potius ponenda, quam ante, videri poteſt. Similiter tamen Hiſp. p. 114, 25. legimus πόλει τε μεγάλῃ καὶ δυνατῇ, ubi videri poterat πόλει μεγάλῃ τε καὶ δυνατῇ dicendum. Et pari fere ratione περί τε Σικελίας καὶ Ἰβηρίας Pun. 375, 97. pro περὶ Σικελ. τε καὶ Ἰβηρ. Et ἔν τε Ἰβηρίᾳ καὶ Ἰταλίᾳ, pro ἐν Ἰβηρίᾳ τε καὶ Ἰταλ. Pun. 340, 26 ſq. & id genus alia.

Pag. 477. *L.* 73 *ſq.* ἐσκευασμένοις. ἐσκευασμένοι Vratisl. ut Aug. — Candidus: *horrendam explicuere aciem*; ut neſcias, utram lectionem præ oculis habuerit.

Cap. CXXII. Lin. 77. εἰ αὐτίκα Aug. Sicque emendarunt REISK. & MUSGRAV. οἱ, non αἱ, dederant editi cum Regiis & Vratisl. Ex Vat. & Ven. nil adnotatum. Recte Cand.

Pag. 478. *ut ſi Carthaginienſes* &c. *L.* 84. εὐτρεπισάμενοι Reg. A. ex emend. & Aug. (puto & Vat. & Ven.) cum Editis. εὐπρεπισ. Vratisl. cum Regiis. *Ibid.* βοῦς δὲ &c. Citat h. l. Suidas in ἐντελεῖς, his verbis: Ἀπτιανός· Ναυμαχίας δὲ γενομένης, καὶ βοῦς παμμεγοῦς, ὡς ἐν τῷδε λοιπὸν Καρχηδονίοις τῆς σωτηρίας οὔτης, Ρωμαίοις δὲ τῆς νίκης ἐντελοῦς. *L.* 86. Vocabulum ἐπιέκατῶν, quod vulgo deerat, agnoſcit Vratisl. cum Aug. & Vat. & inſerere etiam juſſit MUSGRAV. *Militum* dedit Cand. unde H. STEPHANUS σἱρατιωτῶν poſuerat. *L.* 86 *ſq.* ὡς ἐν τῷδε

λοιπὸν. Præferenda utique fuerat lectio cod. Vat. ἐν τῷδε λοιπῷ. Sic Mithr. 697, 41. ὡς ἐν τῷ δὲ λοιπῷ τῆς ὅλης ἰδέας ὄντος. Pag. 478.

L. 92. διετίτρη Aug. recte. Suidas, ſub hoc ipſo verbo, omiſſo auctoris nomine, ſic: Τῶν Λιβύων τὰ σκάφη μικρὰ ὄντα, ταῖς Ρωμαϊκαῖς ναυσὶν ὑποτρέχοντα, διετίτρη τὰς πρύμνας, καὶ τὰ πηδάλια ἐξέκοπτεν.

CAP. CXXIII. *Lin.* 3 *ſq.* χῶμα ... ἐμπόροις ἐς διάθεσιν φορτίων ἐγένητο. Hæc cum Freinsh. Suppl. Liv. LI. 16. interpretatus ſum *aggerem, qui ad exponenda mercatorum onera exſtructus fuerat.* Gelenius: *agger, qui ad excipiendas mercatorum ſarcinas extructus.* Malim autem: *qui in uſum mercatorum ad venum exponendas merces fuerat exſtructus.* τὴν τῶν ὡραίων διάθεσιν, p. 427, 29. dixerat *venditionem frugum*; & Civ. V. 724, 98. *Palmyreni mercatores merces Indicas important,* & διατίθενται ἐν τῇ Ρωμαίων, *divendunt in ditione Romanorum.* φορτία autem *merces mercatorum* ſæpe, cum apud alios, tum præſertim apud Herodotum. Pag. 479.

L. 4 *ſq.* καὶ παρατείχισμα ἐπ' αὐτοῦ βραχὺ ... ἐπεποίητο. — παρατείχισμα cum Gelenio & Freinsh. *loricam* expoſui; ut περιτείχισμα pag. 439, 34. pro quo p. 438, 12. ἐπιτείχισμα dixerat. Eſt autem παρατείχισμα potius *propugnaculum vel munimentum juxta locum aliquem exſtructum*; & videtur hoc loco intelligi *caſtellum* aliquod in medio aggere ædificatum, quo velut in duas partes agger ille dividebatur; quare, pro παρατείχισμα, mox l. 11. διατείχισμα vocatur. Quodſi nil niſi *lorica* fuiſſet, non conveniret quod *l.* 9 *ſq.* dicit, *alios ex ipſo aggere, alios ex lorica pugnaſſe*: & ibi pro *lorica* malim *ex munimento* vel *ex caſtello.* Conf. pag. 481, 30. & 482, 55 ſqq. *L.* 9. ὡρμήτησαν revocavi ex edit. 1. cum qua faciunt Aug. & Vratisl. Nec tamen ſpernam ὡρμίσαντο, quod ex H. Stephani emendatione eſt; quam neſcio an confirment Vat. & Ven. e quibus nihil adnotatum in ſchedis. ὁρμεῖν aliàs non niſi in activo genere ſolet uſurpari, ὁρμίζειν promiſcue in activo & in medio.

Pag. 480. *L.* 15. ἐπισ]ρέφοιντο. Non male Vat. ἐπισ]ρέφειν, intelligendo τὰς ναῦς. *L.* 17. Σιδητῶν. Gelenius & Freinsh. *Sidenſium.* Ex *Side*, Pamphyliæ urbe: vid. Cellar. Geogr. ant. III. 6. p. 221. Steph. Byz. in Σίδη. Livius XXXV. 48: *& ex Pamphylia Sidetas, quas gentes nullæ umquam nec arte nec virtute navali æquaſſent.* *L.* 20. ἱρεσίᾳ. Sic & MUSGRAV. & REISK. repoſuerunt.

Pag. 481. *CAP. CXXIV. Lin.* 33. ἐπὶ τὰ Ρωμαίων. Suidas, v. Ἀλιτενὲς, (ubi adfert hunc Appiani locum) ἐπὶ τὰ τῶν Ρωμαίων habet.

Pag. 482. *CAP. CXXV. Lin.* 59. δᾷδά τε συγκεκομμένην. Suidas, in Κώθων, & Scholiaſtes Ariſtoph. ad Equit. v. 597. ad hunc locum his verbis provocant: Ἀππιανός· ἔφερε δὲ δᾷδα συγκεκομμένην καὶ θεῖον ἐν κώθωσι. Ubi quidem duo priora verba, ἔφερε δὲ, quod adtinet; forte ex ἐσφενδόνων ille corrupta ſunt; fortaſſe etiam apud Appianum olim legebatur φέροντές τε δᾷδα &c. unde illa verba ducta eſſe poſſunt. Quæ autem ſequuntur, δᾷδα συγκεκομμένην, tantum abeſt ut ex vulgata apud Appianum lectione, quemadmodum KÜSTERUS ad Suidam l. c. contendit, emendanda ſint, ut dubitari non debeat, quin vera Appiani ſcriptura iſto fragmento nobis conſervata ſit. ἡ δαΐς, δαΐδος, vel δᾷς, δᾳδὸς, proprie eſt ἡ πεύκη, *picea* vel *teda arbor.* δᾷς συγκεκομμένη eſt *teda conciſa*, vel *aſſulæ ex teda arbore ſciſſæ*, *aſſulæ tedæ*, ut ait Plinius lib. XXIX. cap. 2. ſect. 9. quas Dioſcorides, ab Harduino ad illum Plinii locum citatus, σχίδακας δᾳδίων ἰσχνὰς dixit. Conf. eumd. Harduin. ad Plin. XVI. c. 12. ſ. 23. In ſimili caſu *ſcandulis* uſos Gallos refert Continuator Comment. Cæſaris de Bell. Gall. VIII. 42. *Cupas* (inquit) *ſevo*, *pice*, *ſcandulis complent; eas ardentes in opera provolvunt.* Cf. Oroſ. VI. 11. ſub fin.

L. 62. ὁ δρόμος. Emendationem H. Stephani confirmant Aug. Vratisl. aliique. *L.* 63. ὑπογυίου. ὑπογύου Aug. Vratisl.

Pag. 483. ut ſæpius aliàs. *L.* 67. εὖτ' ἐκ μακροῦ διασήματος αὐτῶν. Non opus eſt inſerta cum cod. Vat. præpoſitione ἀπὸ, ante αὐτῶν. Similiter genitivum caſum abſque præpoſ. poſitum vidimus pag. 446, 43. ὡς δ' ἀπὸ σταδίων τριῶν ἐγένοντο τοῦ Ἀσδρούβα,

pro ἀπὸ τοῦ Ασδρ. Pari ratione omitti illa præp. ἀπὸ ſolet, ubi de temporis agitur intervallo: conf. ad p. 468, 14. Pag. 483.

L. 68. ἔπεμψεν Vratisl. cum Aug. Ven. Sed, paulo ante, idem Vratisl. carębat verbo ἦγεμεν, ut Editi. *L.* 69 *ſq.* οἱ δὲ ἐνομεν. Poſtquam vitio operarum exciderat pronomen οἱ ex edit. prima, diſtinctione utcunque mederi laboranti orationi conatus eſt H. Stephanus.

Cap. CXXVI. Lin. 72. Particulam δὲ poſt χειμῶνος exhibet etiam Vratisl. Eamdem inſeruit REISK. *L.* 75. ἐτέρωθεν. Nil mutant libri. Sed *ἐτέρωσε* utique legendum videtur, quod repoſitum voluit REISKIUS.

L. 76. μετὰ Ασδρούβαν φρουροῦντα. μετὰ Ασδρούβαν φρονοῦντα Vratisl. φρουροῦντα legendum viderunt etiam duumviri noſtri, REISKIUS & MUSGRAV. Cand. cum vulg. *qui Haſdrubali favebat.* Recte autem Aug. & Vratisl. μετὰ Ασρούβαν, *poſt Aſdrubalem*; non, μετὰ Ασρούβα, *cum Aſdrubale:* Aſdrubal enim hic, qui extra urbem bellum adminiſtraverat, nunc urbem arcemque præſidio tenebat. Conf. pag. 461, 93 ſqq. 466, 83 ſqq. 471, 61 &c.

L. 98 *ſq.* ἀλῶναι Aug. Ven. Vat. Et ita correxerunt REISK. & MUSGRAV. Pag. 485. *L.* 2. πολιορκηθεῖσα recte Aug. Ven. Vat. repoſuitque REISKIUS. πολιορκησθεῖσα erat in Vratisl. Sed mox in πολιορκισθεῖσα mutatum. *L.* 9. ἢ οὐ δυσχερῶς. Verum, quod ex Vat. reſtitui, perſpecte viderat MUSGRAV. *L.* 10. τοὺς Καρχηδονίους ἐπίλιπε. τοῖς Καρχηδονίοις Aug. Sic p. 399, 88. omnes, τῶν ξύλων αὐτοῖς ἐς τὴν ἔψησιν ἐπιλιπόντων.

Cap. CXXVII. Lin. 15. τῶν λιμένων τῷ καλουμένῳ Κώθωνι. Pag. 486. — „ Carthaginis tres erant præcipuæ partes, Κώθων, Μέγαρα & Βύρσα. Cothon varie deſcribitur. A Strabone lib. XVII. [pag. 832.] νησίον περιφερὲς, εὐρίπῳ περιεχόμενον, ἔχοντι νεωσοίκους ἐκατέρωθεν κύκλῳ, *inſula parva, rotundo euripo, utrimque habente in orbem navalia.* Portum fuiſſe, ex hoc Appiani loco conſtat; & quidem partem unam habuiſſe rotundam, alteram quadrangulam, muro quoque cinctam, etiam ex his Appiani locis colligere poſſumus, ἐνεπίμπρη μέρος τοῦ Κώθωνος τὸ τετράγωνον, *incendit partem Cothonis quadrangulam.* Item:

Pag. 486. ἐπὶ θάτερα τοῦ Κώθωνος ἐς τὸ περιφερὲς αὐτοῦ μέρος ἀνιόντων · *ad alterum Cothonis latus ad partem ejus rotundam aſcendens.* Et rurſus: λαφθέντος περὶ τοῦ Κώθωνος τείχους, *occupato muro qui Cothonem cingebat.* Diodorus Siculus lib. III. [c. 44.] de portu Charmutha in Arabum Thamudenis: ἐμφερέστατός ἐστι τῷ κατὰ τὴν Καρχηδόνα λιμένι, προσαγορευομένῳ Κώθωνι: *Similliſimus eſt portui Carthaginis, Cothoni nomine.* Hirtius libro V. [Bell. Afric. c. 62 ſq.] aliquoties *Cothonem* nominat non Carthaginis, ſed Adrumeti urbis Africæ notiſſimæ. Quare veriſimile eſt, *Cothonem* non peculiarem Carthaginienſium portum fuiſſe, ſed ita Afros appellaſſe omnes portus manu & arte factos. Et Feſtus ſcribit, *Cothones appellari portus in mari interiore arte & manu factos.* Et in illud Poëtæ Æn. lib. I. [v. 431.] *Hic portus alii effodiunt*, Servius: *id eſt, Cothona faciunt. Cothona ſunt portus in mari non naturales, ſed arte & manu facti. Eſt autem & maſculini & neutri generis. Nam & Cothon hujus Cothonis facit, & Cothonum hujus Cothoni.* Cothonem porro Carthaginienſem Afros Tunetem uſque produxiſſe, quæ Urbs a Carthagine CXX ſtadia diſtabat, autor eſt Geographus Nubienſis de Tunete clim. 3. part. 2." AL. TOLLIUS, *vel potius* SAM. BOCHARTUS, *de Colon. Phœnic. lib. I. cap. 24. p. 512 ſq.* apud quem plura etiam huc facientia reperies.

L. 16. ἐνεπίμπρη τὸ μέρος. Conſentit Vratisl. in quo (levi menda) ἐνεπίμπρητο μέρος. *L.* 17 *ſq.* ἐλπίσας δ' ἔτι - - - καὶ πρὸς τοῦτ τῶν Καρχ. ἐπεστραμμένων. Nominativum, Atticorum more, abſolute poſitum excipit (per ἀνακολουθίαν quamdam, optimorum Scriptorum exemplo comprobatam) genitivus itidem abſolute poſitus.

L. 20. ἐπὶ νίκῃ Reg. B. Aug. Vratisl. Monueruntque REISK. & MUSGRAVIUS. Simul vero adnotavit REISKIUS: „Solet tamen Appianus ἐπὶ cum genitivo ibi jungere, ubi alii cum dativo ſolent. vid. pag. 176, 7." Locus, ad quem provocavit Reiskius, eſt Mithr. 652, 71. ubi mendoſe, pro ἐπὶ τῷδε quod meliores codices dabant, ἐπὶ τοῦδε editum erat; quemadmodum & Pun. 464, 45. eodem vitio, non auctoris,

ſed corruptorum codicum, pariter ut hic, ἐπὶ νίκης legebatur. Pag. 486.
Sic nimirum nimis ſæpe alienam ob culpam bonus Appianus in ſolœciſmi aut barbariſmi crimen incurrit. Attamen Syr. 590, 15. & rurſus 591, 39. & paſſim aliàs, recte Editi cum ſcriptis libris ἐπὶ νίκῃ exhibebant.

L. 30. ἰσιόντες ἱερὸν Ἀπόλλωνος. „Valerius Maximus [I. 1, 18.] tradit, acrem ſui numinis vindicem fuiſſe Apollinem, *qui Carthagine a Romanis oppreſſa, veſte aurea nudatus, id egit, ut ſacrilegæ manus inter fragmenta ejus abſciſſæ invenirentur.* Sed de eo ne γρύ quidem Appianus. De Scipione tamen refert, eum diruta Carthagine militaria dona omnibus diſtribuiſſe, eorum ratione non habita, qui fanum Apollinis violarant." ALEX. TOLLIUS.

CAP. CXXVIII. Lin. 35. τὴν Βύρσαν. Vide ad p. 305, 18. Pag. 487.
& ad pag. 436, 73. *L.* 36. ὀχυρώτατον. Sic h. l. omnes. Conf. notata ad p. 395, 26. *Ibid.* In οἱ πλέονες conſentit Vratisl. *L.* 37. ἐς αὐτὴν. Emendationi H. Stephani, præpoſitionem ἐς adjicientis, ſuffragantur libri omnes, exceptis Regiis. *L.* 45. εἰμωγῆς καὶ βοῆς Aug. Ven. Cand. Forſan & Vat. ex quo variationes hujuſmodi, ad ſeriem verborum tantum pertinentes, adnotare conſulto ſuperſedit ſæpenumero Vir ille doctus, qui membranas iſtas cum exemplari editionis H. Stephani in uſum editionis noſtræ contulit.

L. 53. ἀλασσόμενος recte Aug. Ven. Vat. Cum Regiis facit Pag. 488.
Vratisl. „Neſcio quid reſpexerit Interpres, [Gelenius,] corruptum ἀλασσόμενος reddens *uno agmine.* Num ἀσινὴς? an ἀλισσόμενος, ab ἀλίζεσθαι, *congregari*? an ἀλάμενος, *cum ſaltu*? An ἀλλασσόμενος, *identidem permutati*? vid. p. 81, 2." REISK. Nihil ad rem facit Candidi interpretatio, *liber permearet miles.* ἀλλασσόμενος nil hæſitans repoſuit MUSGRAVIUS. Sic ἐναλλασσόμενοι habemus p. 490, 83. ad quem locum Reiskius provocavit. *Eud. lin.* διαθέοι recepi ex Vat.

CAP. CXXIX. Lin. 46. Ad verbum διαιρούντων, notavit MUSGRAV. „Quærendum, an *aperientibus.*" ἐς ὀλίγον. In Vratisl. ſuperſcript. ἐπ' ὀλίγον. *L.* 65 *ſiq.* καταπασσόμενοι. Pag. 489.
A Regiis ſtat Vratisl. καταπαιόμενοι vel καταπατούμενοι malue-

Pag. 489. rat MUSGRAV. *L.* 67. Nec de lacuna, nec de alia menda quidquam monuit Reiskius: ſed MUSGRAVIUS, ſcabram eſſe orationem intelligens, pro ὕσοι πελάταισι repoſuerat τοῖς πελάταισι.

L. 70. κοντῶν Aug. Vratisl. puto & Vat. qui paulo ante etiam dabat κοντοῖς, cum accentu in ultima. *L.* 77. διαθέντες recte repoſuit H. STEPHANUS, cum quo faciunt meliores libri. Conf. pag. ſq. lin. 83 ſq.

Pag. 490. CAP. CXXX. *Lin.* 93. μακροτάτου. „Poteſt μακρότατα adverbialiter accipi. Mallem tamen μακροτάτου." REISKIUS. Sic & MUSGRAV. repoſuit.

L. 94 *ſq.* προσέφυγον -- αὐτῷ τινες ἐστεμμένοι στέμματα „Quinam coronarum uſum dedicaverint, docet Tertullianus de corona militis cap. 7. *Saturnum*, inquit, *Pherecydes ante omnes refert coronatum; Jovem Diodorus poſt devictos Titanas &c. Habes tragœdiam Cerberi, habes Pindarum, atque Callimachum, qui & Apollinem memorat interfecto Dracone lauream induiſſe ſupplicem. Erant enim ſupplices coronati apud veteres.* Supplices certe manibus ſæpius velamenta καὶ στέμματα præferebant, unde ἱκτηρίοις κλάδοισιν ἐξεστεμμένοι dicuntur a Sophocle, ſed & coronas capite præferentes quandoque adibant. Noſter de bello Hiſpanienſi: [c. 52. init.] τῆς δ' ἐπισύσης οἱ πρεσβύτατοι στεφανωσάμενοί τε καὶ φέροντες ἱκετηρίας, τὸν Λούκουλλον αὖθις ἱκέτευον, τί ποιοῦντες ἂν εἶεν φίλοι. Polybius lib. III. [cap. 52.] ſcribit, apud omnes pene barbaros coronam & olcæ ramos amicitiæ ſignum eſſe, quomodo τὸ κηρύκειον apud Græcos. Sic exiſtimabant ſacroſanctos eſſe ſe & inviolabiles. Sane & velamenta a ſupplicibus ad eorum, quibus ſupplicabant, genua erant depoſita, ut vel hac ratione, quaſi Deorum interventu, eos mollirent ac flecterent. Hinc & ad aras aliquando confugiebant & ea loca quæ exiſtimabant ſanctiora & religioſiori obſervatione culta, ut adverſus hominum injurias ſeſe tuerentur, &, quo inibi eſſent tutius, ibidem ſedebant, ut ſine vi & majori numinis contemptu deripi non poſſent; cujus rei exempla apud ſcriptores paſſim obvia. Illi etiam qui alicujus genua compre-

hendebant ſic ſe ſolebant ſtatuere, ut ſederent. Euripides in Oreſte : Pag. 490.

- - - - ταπεινοὶ
Ἔξωθ', ὁ μὲν τὸ κεῖθεν, ὁ δὲ τὸ κεῖθεν,
Ἄλλος ἄλλοθεν πεφρασμένοι,
Περὶ δὲ γόνυ χεῖρας ἱκεσίους
Ἔβαλον.

Noſter paulo inferius de Aſdrubale, καὶ αὐτὸν ὁ Σκιπίων ἱκάθισε πρὸς ποδῶν ἑαυτοῦ. Heliodorus Æthiopicarum hiſt. l. 9. διὰ δὲ τοῦ ζεύγματος ὡς τοὺς Αἰθίοπας ἐλθόντες ἱκέται πόρρωθεν γονυπετοῦντες ἐκάθηντο. Supplices porro eas quoque ædium partes quandoque occupabant, quas exiſtimabant ſanctiores, veluti focum, ubi etiam Dii penates. Unde ἐπίσιος ſupplex Herodoto, & Jupiter ἐπίσιος, ad focum ſc. ſtatutus, vel foci præſes, cujus gratia ſancti & inviolati ſupplices. Jam ſi quando ſupplicum, qui ad aram confugerant, habebatur ratio, eos ab aris benigne abducebant, quod ἀναστῆναι [ἀναστῆσαι] Græci dicunt. Si contra, *diripiebant* eos de ara & *abducebant*, ut latini loquuntur, quod Græcis ἀποσπάσαι. Interdum tamen non audebant ſupplices de ara abducere: ſed igni atque incendio circumſeptos inde abſcedere eos cogebant. Supplices denique qui repellebantur, φυλάδων ac velamentorum ſuorum diſcerptione, iis a quibus fuerant repulſi, invidiam facere conabantur, atque ita teſtabantur ſibi οὐδὲν ἀρκῆσαι θεῶν λιτάς." ALEX. TOLLIUS: — qui ſapientius, me judice, feciſſet, ſi quavis alia ratione, quam hujuſmodi Adnotationibus, de Appiano, cujus editioni nomen ſuum præfixit, mereri maluiſſet. Particulam τε, poſt ἰσλεμμένοι, quam ſuſtuli cum Vat, delere etiam juſſit REISKIUS.

L. 4 *ſq.* τὸ Ασκληπιεῖον. Prætuli hanc formam, quam exhibent Editi cum mſptis Mithr. pag. 673, 31. Sed & ibi Aug. Ασκληπιεῖν, quemadmodum hic ſcribere voluiſſe videtur librarius. Ceterum & Ασκλήπειον, & Ασκληπειῶν, & Ασκληπίειον & Ασκληπιεῖον paſſim apud alios Scriptores editum reperitur. Pag. 491.

L. 5 *ſq.* τῆς γυναικὸς τῆς Ασδρούβα. Sic Aug. Ven. Vat. τῆς γυναικὸς τοῦ Ασδρούβα Vratisl.

CAP. CXXXI. *Lin.* 14. θαλῶν revocavi ex edit. 1. cum qua faciunt (præter Regios) Aug. & Vratisl. Nam & ὁ θαλὴς
Pag. 492. dicitur, & τὸ θάλος, æque ac ὁ θαλλός. *L.* 15. πρὸ ποδῶν. Sic & REISK. emendavit, & dederunt Aug. & Ven.

L. 20. Delenda distinctio quæ post Σκιπίωνος per errorem irrepsit. *L.* 27. Quum editum fuisset ἐπισθρίψασθαι, εἰπεῖν, monuit REISKIUS „aut ἐπισθρψαμένην legendum, aut καὶ εἰπεῖν." Satis proba fortasse videri debet lectio cod. Ven. quam exhibui: nam & apud alios auctores, & passim apud Nostrum, ἐπισθρίφειν activa forma significationem neutralem,
Pag. 493. quam dicunt, vel reciprocam habet. *L.* 34. εἰπούσαν. Quum jam dixerit Τοσαῦτ' ἐπιδίσασα, incommode eadem sententia his verbis repeti videtur, ὧδε μὲν εἰπούσαν.

CAP. CXXXII. *Lin.* 45. ἐννοεῖν ὅτι καὶ πόλεις καὶ ἔθνη καὶ ἀρχὰς ἁπάσας &c. „Seneca, Epist. LXXI. *Omnes quæ usquam rerum potiuntur urbes, quæque alienorum imperiorum magna sunt decora, ubi fuerint aliquando quæretur, & vario exitii genere tollentur.* Et paulo ante: *certis eunt cuncta temporibus: nasci debent, crescere, extingui.* Velleius Paterculus lib. II. c. 11. *Ut paulo ante Domitiæ familiæ, ita Cæciliæ notanda claritudo est: quippe intra XII. fermè annos hujus temporis consules fuere Metelli, aut censores, aut triumpharunt, amplius XII. ut appareat, quemadmodum urbium imperiorumque, ita gentium nunc florere fortunam, nunc senescere, nunc interire.* Familiare est scriptoribus hac comparatione uti, & dicere *civitates mori, nasci, vivere, revivisscere, ægrotare, matresque habere ut homines*, ut docet Petrus Faber erudita & eleganti dissertatione lib. I. *Semestr.* c. 9." ALEX. TOLLIUS.

L. 46. μεταβαλεῖν. Sic recte editum erat: & ita scriptum videtur in Vat. & Ven. e quibus nulla h. l. varietas enotata in schedis est. Vratisl. cum Aug. & Regiis μεταλαβεῖν, solenni librariorum errore. μεταβάλλειν δαίμονα, *mutare fortunam.* Sic τὰς τοῦ δαιμονίου μεταβολὰς, *fortunæ vicissitudines*, dixit p. 366, 66. *Ibid.* ὥσπερ ἀνθρώπους restitui ex Aug. & Ven.

L. 47 *sq.*

L. 47 *ſq.* ἔπαθε δὲ ἡ Ασσυρ. Sic edidi ex Aug. cum quo facit Vratisl.

L. 48. Commodius forſan abeſſet inciſum, quod poſt ἀρχὴ inſerui. *L.* 49. ἡ μάλιστα ἔναγχος ἐκλάμψασα ἡ Μακεδόνων. *Pag.* 494. Neſcio qua re deceptus verbum ἐκλάμψασα *exſtinctum* expoſuerim. Poterat Gelenii interpretatio teneri: *idem paſſos nuper Macedonas, quorum imperium maximum & illuſtriſſimum fuerat.* ἐκλάμπειν eſt *effulgere, ſplendere.* De eodem imperio Macedonico loquens Appianus, Præf. pag. 12 ſq. ait: ἧς γε καὶ διαλυθείσης ἐς πολλὰς σατραπείας, ἐπιπολῆσόν ἐξέλαμπε τὰ μέρη, *partes adhuc diu atque plurimum ſplenduerunt.*

L. 50. ἐκὼν. „ἐκὼν ἔφη." REISK. *L.* 52. Ἔσσεται ἦμαρ &c. Iliad. VI. 448 ſq. *L.* 54. Πολυβίου δ' αὐτὸν ἐρομένου &c. Scipionem domi militiæque Polybium ſecum habuiſſe, refert Vellej. Pat. I. 13. *L.* 58. αὐτὸς ἀκούσας. „Forte αὐτοῦ ἑταῖρος." REISKIUS.

CAP. CXXXIII. Lin. 61. Dele inciſum poſt διαρπάζειν.

L. 62. ἀριστεῖα πολλὰ διαδοὺς. Eodem verbo compoſitò & aliàs in illa phraſi ſolet uti. Pun. 330, 55. ἀριστεῖα τῷ σῴσαντι τῷ διεδίδου. Mithr. 819, 98. διέδωκε ἀριστεῖα. Nec minus tamen frequenter ſimplici verbo utitur, ἀριστεῖα διδόναι: ſed commodior h. l. videbatur Aor. διαδοὺς, quam præſens tempus διδούς.

L. 63. τὸ Απολλώνιον. Hanc formam nominis (quam dedit Aug.) præferendam eſſe monuit Suidas h. v. & paſſim alibi. Conf. Duker. ad Thucyd. II. 91. *Ead. lin.* ἐξυτάτην. ὠκυτάτην maluerat MUSGRAV. At ipſe tamen conferre juſſit Initium Illyricorum, ſcil. 833, 41. ubi κοῦφα καὶ ὀξέα δίκροτα memorantur. Sic ὀξέως, *velociter, propere*, ſæpius apud ſcriptorem noſtrum occurrit. Neque vero inſolitam eſſe illam vocabuli ὀξὺς ſignificationem, vel ex Lexicographis notum eſt. Suidas: ὀξύς· ταχύς. Heſychius: ὀξύ· ταχύ.

L. 65. περιέπεμπεν Aug. Ven. Vat. Vratisl. *L.* 68. ὡς μετὰ τοῦ δυνατοῦ φιλάνθρωπον. *Pag.* 498. Gelenius: *ut qui benignitatem exerceret quantum poterat.* Sed id græce eſſet ἐκ τῶν δυνατῶν vel κατὰ τὸ δυνατόν: ac ne ſatis apta quidem huic loco videtur

illa ſententia. δυνατὸς eſt *validus, fortis.* Sic Sylla ἐς πάντα σφοδρὸς ἐμοῦ καὶ δυνατὸς, *acri ingenio fortique animo*; Civ. I. p. 148, 1. & δυνατὴ ἡλικία, *valida ætas*, ibid. 149, 7 ſq. & δυνατὸν ἔργον, *forte facinus*, Syr. 630, 98. Itaque μετὰ τοῦ δυνατοῦ φιλάνθρωπος eſt *qui cum fortitudine humanitatem conjungit.* Similiter μετριοπάθεια μετὰ τῶν ὅπλων, Pun. 368, 85 ſq. eſt *moderatio cum armis* (i. e. cum virtute bellica) *conjuncta*: & ἡ ἀπιστία μετὰ τῆς δυνάμεως, Pun. 381. extr. & ſq. *perfidia juncta potentiæ.*

Pag. 495.

L. 69 *ſq.* ὅπλα καὶ μηχανήματα - - - διαζωσάμενος αὐτὸς ἔπαιε. Conf. p. 361, 83 ſq. & ibi notata.

CAP. CXXXIV. Lin. 72. ὡσαύτως. An ὡσαυτίκα, *ſimulatque?* *L.* 75. φόβων. Sic & Vratisl. *L.* 78. In αὐτοῖς conſentit idem Vratisl. & ſic rurſus p. ſq. l. 82.

Pag. 496.

L. 83. ἀπιστίαν ἐν σφίσιν. Deleta præpoſitione, & uno tenore legendo καὶ τόλμαν ἐχθρῶν καὶ ἀπιστίαν σφίσιν ἐπικίνδυνον γενόμενον, non video quid amplius ad emendationem hujus loci deſiderari queat. Mirum tamen, omnes codices noſtros præpoſitionem illam agnoſcere, & eodem modo (certe Aug. & Vratisl. cum Regiis) orationem diſtinguere. Erunt fortaſſe qui ἐν non male pro εἰς poſitum dicant, ut ἀπιστίαν ἐν σφίσιν idem ſit ac ἀπιστίαν ἐς σφᾶς. Sed hujuſmodi permutationis duarum præpoſitionum εἰς & ἐν, apud Appianum quidem, certiora exempla deſidero. De iſta phraſi ἀπιστίαν ἐν σφίσιν miror nihil monuiſſe REISKIUM, qui ad h. l. hoc adnotavit: „aut ἐπίφοβον [l. 82.] aut ἐπικίνδυνον [l. 84.] delendum."

L. 84. ἀνέφερον δὲ καὶ ὧν ἔπαθον. „Forſan ἀ. Videtur tamen Noſtro peculiaris dictio eſſe ἀναφέρειν τινὰς, (ſubaudi μνήμην) pro *jactare, recitare aliquid, in memoriam revocare.* vid. pag. 68, 19. [p. 462, 7-9.]" Verbum ἀναφέρειν hac notione ab Appiano frequentari, *recordari, memoriæ repetere, ſecum reputare*, monui ad pag. 38, 13. ubi etiam varia loca huc facientia retuli, quibus adde Pun. 432, 20 ſq. Civ. II. 292, 95 ſq. Conſtruitur autem partim ſequente conjunct. ὅτι, partim ſq. genitivo caſu, partim ſeq. accuſativo, ſed plerumque genitivo. Eam ſignificationem, cujus in Theſ.

Gr. Ling. non meminit Stephanus, non præteriit Suidas, apud quem Ἀνέφερον exponitur ἀνεμιμνήσκοντο, adjecto exemplo ex neſcio quo auctore: Ἀνέφερον τοὺς ἐπιτηδείους, ὅπου τις ἂν εἴεν. *Recordabantur, ubi quiſque familiarium ſuorum eſſet.* Apud Polybium lib. II. c. 23. alia conſtructione legimus, πρὸς ταύτην ἀναφέροντες τὴν ἔννοιαν, *dum hoc mentibus agitant.* *Pag.* 496.

L. 89. ἐς ἔσχατον κινδύνου. ἐς dederunt Regii, Ven. Vratisl. — κινδύνου Reg. B. Aug. Ven. Vat. Vratisl. *L.* 92. ἐκεσχήνευον, Reisk. „ἐντεσχήνευον. Vide tamen p. 91, 21." [547, 95.]

Cap. CXXXV. Lin. 12. καὶ ἐπηράσαντο. Sic emendavit H. Stephanus, adſtipulantibus manuſcr. omnibus, exceptis Regiis. „Quid ſibi velit h. l. verbum ἐπειράσαντο, non poſſum divinare; nec mihi dubium eſt, debere legi ἐπαράσαντο, [potius ἐπηράσαντο, ut dedit H. Steph.] id eſt, *diris & imprecationibus devoverunt omnes, qui eum locum incolerent.*" Jac. Palmerius. Conf. p. 500, l. 52. *Pag.* 498.

L. 18. καὶ Ἱππῶνος ἐπὶ θατερά. Conf. Notata ad p. 459, 59. & 62. Ut vero Ἱππῶνα, προπεριϊσπωμένως, dederant omnes p. 339, 9. ſic & nunc Ἱππῶνος pro Ἴππωνος fuit reſtituendum.

L. 21. αὐτοῖς Aug. & alii cum H. Steph. In mend. αὐτῆς cum Regiis conſentit Vratisl. *L.* 24. ἐξεστέλεσθο Aug. & alii cum H. Steph. Conf. p. 473, 97. *L.* 28. τότε δ' ἦν, ὅτε καὶ κατὰ Μακεδ. &c. „Triumphi hi acti fuerunt anno tertio Olympiadis CLVIII. Calculi Appiano non recte poſiti." Reiskius. Non *ipſa* centeſima ſexageſima Olympiade actos illos triumphos dicit, ſed *circa* illam olympiadem. *Pag.* 499.

Cap. CXXXVI. Lin. 33. Χρένῳ δ' ὑσ'. recte Aug. Ven. Vat. Vratisl. Conf. lin. 38. Corrigendam mendam monuit etiam Musgrav. *Ibid.* Γαΐου Γράκχου δημαρχ. Conf. Civ. I. cap. 24.

L. 39. ὕστερον αὐτοῖς διὰ νίκης. „αὐτῆς ſuſpectum. Mallem quoque διὰ νίκην." Reisk. αὐτοῖς ded. Reg. B. Aug. Ven. Vratisl. Ceterum ſive διὰ νίκην cum Reiskio legas, ſive διὰ νίκας cum Muſgravio, frigidum videri poteſt hoc additamentum. Et videtur utique διηνεκὴς vel διηνεκὲς ſcripſiſſe Appianus; forſan etiam διατεκὴς aut διατεκὲς; quam formam Atticis ſcriptoribus uſurpatam fuiſſe monuit Moeris p. 129. edit.

Pag. 499. Pierſon. Sed & Heſychius, Διανικὰς, διαφαντάς. Apud Noſtrum, Civ. I. p. 6, 89. *Cæſar* δικτάτωρ ἐς τὰ διηνεκὲς ᾑρέθη.

L. 42 παρασβρατοπεδεύων. Sic recte dedit Vat.

Pag. 500. *L.* 46. συνέτασσεν, intell. αὐτοὺς, *deſcripſit illos.* Mox σύνταξις illa dicitur αἱ ὑπογραφαί. *L.* 51. ἀγχοτάτω Aug. Ven. Vat.

L. 51 *ſq.* φυλαξάμενος τῆς πάλαι τὸ ἐπάρατον. „Intelligit devotionem, cujus pagina præc. [p. 497 ſq.] meminit: οἱ Καρχηδόνος μὲν, εἴ τι περίλοιπον ἔτι ἦν, ἔκρυπτον κατασκάψαι Σκιπίωνα· καὶ οἰκεῖν αὐτὴν ἀπείπαντο ἅπασι, καὶ ἐπηράσαντο, μάλιστα περὶ τῆς Βύρσης, εἴ τις οἰκήσειεν αὐτήν. &c. Ejuſmodi vero devotiones in uſu fuiſſe ſæpius, liquet ex Macrobii libro III. Saturn. c. 9. qui in antiquitatibus hæc oppida invenit devota, *Stonios, Fregellas, Gabios, Veios, Fidenas, hæc intra Italiam. Præterea Carthaginem & Corinthum.* Ante devotionem tamen idem nos docet deos tutelares urbium evocatos primum fuiſſe, idque carmine ſolenni, cujus formulam loco citato adducit. Videri quoque poteſt Turnebus Adverſ. lib. XIV. c. 15." ALEX. TOLLIUS.

L. 56 *ſq.* μετὰ ἔτη τῆς σκαφῆς ἑκατὸν καὶ δύο. „τῆς καταστασεως. Quod autem ait, CII. annos ab everſa Carthagine ad eam reſtauratam fuiſſe, id de reſtaurata a C. Julio Cæſare Dictatore accipiendum, non de Auguſti opere, quod quindecim annis tardius (A. U. DCCXXV.) inſtitutum fuit. Vid. Dion. Caſſ. p. 377. & 694. & ibi Fabric. Animadv." REISKIUS.

AD FRAGM. EX LIBRI VIII. PART. II.

DE REBUS NUMIDICIS.

Pag. 501. FRAGM. I. Apud Valeſ. p. 561. *L.* 1. Ὅτι Μέτελλος. &c. — „Hæc in *Libycis* Appiani hodie non extant. Ex quo patet eum librum ad nos imperfectum perveniſſe, & extremam illius partem, in qua *de Bellis Numidicis* agebatur, deſiderari: quippe inſcriptus erat hic Liber, Ῥωμαϊκῶν Λιβυκὴ καὶ Καρχηδονιακὴ καὶ Νομαδική." HENR. VALESIUS. Vide Photii Teſtimonium de Appiano, hoc Vol. pag. 5. l. 43. ubi tamen

legendum putem Αἰδυκὴ, ἡ Καρχ. καὶ Νομαδ. De argumento hujus Fragm. conf. Salluſt. Jugurth. cap. 61. & 64. Pag. 501.

FRAGM. II. Apud eumdem *Valeſium*, p. ead. 561.

Lin. 5. Βαγαίων. *Vaccenſes* Salluſtius vocat. Sed oppidi nomen pariter apud Plutarch. Βάγα, & apud Ptolemæum Οὐάγα ſcribitur. Vid. Cellar. Geogr. antiq. lib. IV. c. 5. p. 174.

L. 6 *ſq.* „Τουρτίλιον. Salluſtius in Jugurthino [c. 66 ſqq.] T. Turpilium Silanum vocat." HENR. VALESIUS.

FRAGM. III. Apud *Urſinum*, p. 370. „Hoc Fragm. ex quo libro ſit, incertum. Videtur tamen ad Libycum pertinere. Eſt autem fere ad verbum e Salluſtio translatum, cujus verba in Jugurthino [Cap. 102. aliis c. 99.] ſunt hæc: *Poſtea loci Conſul, haud dubie jam victor, pervenit in oppidum Cirtam, quo initio profectus intenderat. Eo poſt diem quintum, quam iterum barbari male pugnaverant, legati a Bocche veniunt*, &c." URSINUS. Pag. 502.

L. 17. „γῆν γὰρ ἣν αὐτὸς Ιογόρθαν ἀφείλετο, & paulo ſupra, ἐς Κίρταν, in exemplari mendoſe erant." *Idem* URSINUS. — In cod. Bav. recte iſta ſe habent.

L. 18. „πρὸς Μαρίου νῦν ἀφῃρεῖσθαι. [ſic.] Hæc quoque ex Salluſtio, ut videtur. *Nam Numidiæ partem, unde Jugurtham expulerit, jure belli ſuam factam; eam vaſtari a Mario pati nequiviſſe.* &c." URSINUS. Vide Salluſt. ibid.

L. 21. διδόναι δὲ Ρωμαίους τὰς δωρεὰς &c. Conf. Hiſp. cap. 44. extr.

FRAGM. IV. Apud *Urſinum*, pag. 370 ſeq. „Hoc Fragmentum ad eandem rerum Libycarum hiſtoriam pertinet." URSINUS. Pag. 502.

Lin. 29. ἔπεμψε. Sic Bav. eodemque modo Urſinus in Notis citat priora hujus fragm. verba.

L. 30 *ſq.* „Σύλλα δὲ, ἵνα συμπράξαιεν ἐς τὰς διαλύσεις. Ita legendum. [Et ſic quidem eſt in Bav. ſed perperam: certe pro plur. συμπράξαιεν reponendus erat ſing. συμπράξειεν.] Eſt autem ſententia e Salluſtio ſumpta, qui ita ſcribit: [cap. 103.] *Igitur Quæſtori mandata Bocchi patefaciunt: ſimul ab eo petunt, ut fautor conſultorque ſibi adſit.* &c." URSINUS.

L. 31 *ſqq.* λαθόντας δ' ἐν ὁδῷ τοὺς πρέσβεις. [ſic in

Pag. 503. Notis recte verba hæc refert Urſinus] ὁ Σύλλας &c. „Salluſtius ibidem: *Deinde a Getulis latronibus in itinere circumventi ſpoliatique*, &c." URSINUS.

L. 32. καὶ ξενίζων. Forſan & Urſini exemplar (ſicut Bav.) ξενίζειν habebat, & id tacite ab Urſino in ξενίζων mutatum eſt. Mihi ſane videtur καὶ ξενίζει reponendum, cum quo cohæret διδάσκει quod lin. ſeq. dat Bav.

L. 33. „ παρειλθεῖν δὲ Βόκχον διδάσκειν. Hic multa deſunt, quæ ſuppleri ex Salluſtii Jugurthino poſſunt. Pro παρειλθεῖν [quod etiam eſt in Bav.] videtur παρῆνει legendum eſſe: [& id jam in ipſum contextum Urſini erat receptum:] ex παρειλθεῖν enim, verbo quod præcedit, error fluxit. Sunt autem Marii verba ad legatos Jugurthæ." URSINUS. Non video, cur Marii hæc verba eſſe putaverit Urſinus, quum ex nexu totius orationis manifeſtum videatur, ipſum Syllam, non Marium, illud monuiſſe legatos. *Ibid.* διδάσκειν, vel, διδάσκει. Sic Maced. 530, 84. Μάρκιος τοὺς πρέσβεις ἐδίδαξε Ῥοδίους πεῖσαι.

Pag. 504. *L.* 39. ἠξίου. „Ita emendavimus, cum in exemplari [ſicut in Bav.] ἠξίουν corrupte ſcriptum eſſet. Locus translatus eſt ex Jugurthino Salluſtii: [cap. 105. al. 102.] *Quibus rebus cognitis, Bocchus per literas a Mario petivit, ut Sullam ad ſe mitteret*, &c." URSINUS.

L. 40. Ἄψαρα δὲ &c. „*Aſparem appellat Salluſtius:* [cap. 108. al. 105.] ut incertum ſit in tranſpoſitione literarum, apud utrum erraverit librarius. *Ibi cum Boccho*, inquit Salluſtius, *Numida quidam, nomine Aſpar, multum & familiariter agebat:* &c." URSINUS.

L. 42. καὶ Μαγδάλσης. „Opinor, hoc nomen & locum etiam totum non vacare mendo. Nam cum alia, tum verba illa, καί τις ἐξελεύθερος, corrupta erant in exemplari: [In Bav. proba omnia:] & Salluſtius de *Cornelio liberto* ne verbum quidem profert. Incertum item, an Μαγδάλσης is ſit, quem *Maſſagradam* [*Maſſugradam*] Salluſtius [loco paulo ante citato] vocat." *Idem* URSINUS.

APPIANI
OMANARVM HISTORIARVM
VOLVMINIS TERTII
PARS II.

Vol. III. p. 503.

ADNOTATIONES

AD EXCERPTA ET FRAGMENTA

EX APPIANI LIB. IX.

DE REBUS MACEDONICIS.

I. EXCERPT. *de Legat.* Apud *Urſinum* p. 357. Pag. 504.

Lin. 1. Ὅτι Ρωμαῖοι τοῦ Φιλίππου &c. „Ex libro, qui *Macedonicus* inſcriptus fuit, depromptum hoc Fragmentum fuiſſe, intelligere poſſumus ex iis, quæ in eo narrantur. Appianus autem in Procœmio Hiſtoriæ meminit Μακεδονικῆς [Μακεδονικῆς] συγγραφῆς, a ſe ſcriptæ." URSINUS. Ad marg. codicis Bav. h. l. ſcriptum legitur: Ζήτει ἐν τῷ περὶ Ἐπιβοῶν: id eſt, *Confer titulum de Imploratione Auxiliorum:* qui nimirum erat unus ex LIII. Titulis vel Capitibus, quibus conſtabant Collectanea illa juſſu Conſtantini Porphyrogeneti ex græcis Hiſtoriarum Scriptoribus excerpta. Conf. Hœſchelii Præf. ad Eclogas Legationum, Auguſtæ Vindel. Anno MDCIII. editas: & Valeſii Præf. ad Excerpt. Peireſciana.

L. 8. ἔπεμπε πρὸς Ἀννίβαν &c. „Videndus de hac re Livius lib. XXIII. [c. 33 ſq.] in quo Xenophanem legationis principem nominat a Philippo miſſæ ad Annibalem; & Florus [II. 7.]" URSINUS.

L. 11. συμβάντος δ' ἐνταῦθα. Utique εἰς ταῦτα reponendum. Sic Maced. 511, 2. εἰς οὐδὲν συμβαίνοντες. Civ. I. p. 95, 93 ſq. οὐ συμβαίνοντος δὲ Σαυνίταις εἰς ἃ ἤτουν τοῦ Μετέλλου: & ſæpe aliàs. *L.* 15 *ſq.* ἢ Ρωμαίοις συνεμάχει. „Ita legendum, cum in exemplari abſit particula ἢ." URSINUS. Pag. 506.

II. Apud *Urſinum*, p. 357 ſq.

Lin. 22. Σουλπικίου δ' εἰπόντος &c. „*P. Sulpicius Galba*, qui Conſul fuit cum C. Aurelio Cotta anno DLIII, deſcribitur. Videndus Livius lib. XXXI. Eſt autem hoc Fragm. ex eodem Macedonico depromptum." URSINUS. Non ad ſecundum P. Sulpicii Conſulatum cum Urſino referendum eſt

Pag. 506. fragmenti hujus argumentum, ſed ad illud tempus, quo, ex primo Conſulatu (Anno DXLIII.) Macedoniam ſortitus, per complures annos prorogato imperio in Græcia & Maced. permanſit. (Liv. XXVI. 22. XXVII. 7. &c.) Agitur enim hìc de primis litibus (vid. p. 507, 39 ſq.) quæ Romanis cum Philippo interceſſerunt, priuſquam ex profeſſo inceptum eſſet Bellum Macedonicum primum, cujus origo & initium exponitur in fine Fragmenti III. p. 509. Sicut autem lites hæ, quæ Romanis cum Philippo ante Bellum Macedon. I. interceſſerunt, Appiano dicuntur Φιλίππου καὶ Ρωμαίων ἐς ἀλλήλους πεῖρα πρώτη, *primum bellum*, pag. ſq. lin. 40. ſic bellum illud, quod deinde erupit, quod *Bellum Maced. Primum* vulgo vocari ſolet, ab eodem Scriptore noſtro *Secundum Romanorum bellum cum Philippo* adpellatur, p. 515, 65 ſq. Ceterum de *conventu legatorum dirimendi belli cauſa inter Philippum atque Ætolos* habito, a cujus mentione incipit hoc fragmentum, vide Liv. XXVII. 30.

Pag. 507. *L.* 27 *ſq.* μεθ' ὧν οἱ Αἰτωλοὶ κατέλαβον Αμβρακίαν - - ἀνέλαβεν. — „ Corrupte legebantur hæc in Exemplari." URSINUS. — Et in Bav. corrupte Αβρακίαν eſt pro Αμβρακίαν: & αὐτῷ Φίλιππος pro αὐτῶν. Ceterum Sulpicium Livius cum claſſe tantum & ſociis navalibus adfuiſſe Ætolis adverſus Philippum refert, XXVI. 28. XXVII. 30. & auxilium illud X. M. peditum, M. equitum, ſub P. Sempronio demum, ſucceſſore Sulpicii, miſſum prodit: (XXIX. 12.) ſero autem adveniſſe, poſtquam Ætoli, deſertos ſe a Romanis rati, pacem cum Philippo fecerant.

L. 35 *ſqq* Καὶ τέλος Αἰτωλοί τε &c. De pace illa, primum ab Ætolis, & mox etiam ab Romanis, cum Philippo facta, conf. Liv. XXIX. 12. *L.* 40. πεῖρα. Corrige πεῖρα. Conf. Adnot. ad pag. 506, 22. πεῖρα autem idem denotat quod πόλεμος. conf. pag. 515, 65 ſq. Hiſp. 147, 85. Illyr. 839, 47. Eodem pertinet Samn. p. 46, 23. τὴν πεῖραν ἔχοντες τήνδε (ſic enim ibi legendum videtur) περὶ τῆς ἡγεμονίας, *bellum hoc de imperio habentes*, id eſt, *intelligentes de ipſo imperio ſibi eſſe dimicandum.*

III. Apud eumdem *Urſinum*, p. 358 ſq. Pag. 508.

Lin. 45 *ſq.* καὶ αὐτῆς ἀπεπείρασε Περγάμου, μὴ φυδόμενος ἱερῶν ἢ τάφων. „Ita emendavimus; cum in exemplari τάφρων, pro τάφων, ſcriptum eſſet. [Bav. recte τάφων.] Livius lib. XXXI. [cap. 46.] de hac re ita ſcribit: *Quo tempore Philippo circa Pergamum urente ſacra profanaque*, &c. Eſt autem hoc Fragm. ex eodem Macedonico, ut videtur, ſumptum." URSINUS.

L. 46 *ſq.* τὴν τε Ῥοδίων Περαίαν ἐδῄου. „Livius lib. XXXII. [cap. 33.] *Rhodii Peræam (regio eſt continentis adverſus inſulam, vetuſtæ eorum ditionis) repetebant.*" URSINUS.

L. 52 *ſq.* ὧν τότε ἦρχεν ἔτι παῖς ὢν Πτολεμαῖος ὁ τέταρτος, ᾧ Φιλοπάτωρ ἐπώνυμον ἦν. Non adverſus *Ptolemæum IV. Philopatorem* cognomine, ſed adverſus filium ejus, *Ptolemæum V.*, cui *Epiphani* cognomen erat, pactio iſta de dividendo regno Ægypti inter Antiochum Magnum & Philippum facta dicebatur. Vide Polyb. III. 2. & XV. 20. Juſtin. XXX. 2. Neque vero in alium Ptolemæum, niſi in eumdem illum, qui *quintus* hujus nominis fuit, quem apud Joſephum, apud Ptolemæum in Canone, Euſebium, Hieronymum alioſque *Epiphanem* cognominatum legimus, valet id quod h. l. adjecit Appianus, ὧν τότε ἦρχεν ἔτι παῖς ὢν. Ptolemæum enim Epiphanem conſtat mortuo patri Philopatori (A. U. 551.) quadrimum vel quinquennem puerum in regnum ſucceſſiſſe; quum Philopator ante XVII. vel XVIII. annos (A.U. 535.) non puer, ſed adulta ætate, & aliquot quidem annis ante ipſum Philippum Macedonem, ad regnum perveniſſet. At vero pariter in *Syriaca* etiam Appiani noſtri *Hiſtoria* rurſus eidem pupillo Ptolemæo, qui ex Scriptorum omnium conſenſu, & ex temporum ratione alius eſſe nequit niſi *Ptolemæus V. Epiphanes*, plus ſemel cognomen *Philopatoris* tributum videmus. Qua de re & USSERIUS in Annal. ad Ann Mundi 3800, & REISKIUS ad Appiani Syr. p. 539, 44. erroris Appianum arguerunt. Quid igitur? An Scriptorem natione Alexandrinum, & illuſtri loco Alexandriæ conſtitutum, putabimus in re ex media hiſtoria patriæ ſuæ depromta hunc errorem erraſſe, & non ſemel

Pag. 508. erraſſe, ſed per duos etiam Hiſtoriarum ſuarum libros errorem hunc continuaſſe, ut, confuſis duobus nationis ſuæ regibus, quorum alter pater XVII. annos, alter filius poſt hunc XXIV. regnavit, repugnantibus cunctis & rerum & temporum & perſonarum rationibus, quæcumque res ad filium pertinebant eas ad patrem cunctas retulerit? At id quonam lapſu memoriæ, quove tandem alio pacto accidere potuerit, vix, & ne vix quidem, intelligi poſſe videtur. Ac certe, cognomen hoc Φιλοπάτωρ quod adtinet, fieri poteſt, ut & hoc loco in Maced. hiſt. tota illa phraſis, ᾧ Φιλοπάτωρ ἐπώνυμον ἦν, & rurſus in hiſt. Syr. p. 536, 9. & 539, 44. & 540, 74. ipſum cognomen Φιλοπάτωρ per inſcii alicujus librarii ſedulitatem in contextum irrepſerit, quum cognomen forte plane prætermiſiſſet Appianus, quod nec apud Polybium nec apud Livium, nec apud Juſtinum, adjectum videmus: fieri etiam poteſt, ut ab Ægyptiis Ptolemæus hic, de quo quærimus, duobus cognominibus, altero *Epiphanes*, altero *Eupator*, eodem quo pater ipſius, fuerit adpellatus; quemadmodum & duos Evergetas & duos Soteras Ptolemæos cognominatos videmus. Et fortaſſe in opere illo, quo Ægyptiacam Hiſtoriam ex profeſſo perſecutus Appianus eſt, quod quidem ad noſtram ætatem non pervenit, de duplici illo cognomine, quod eidem Ptolemæo tributum eſt, ex profeſſo etiam diſſeruit. Numerale autem nomen, ὁ τέταρτος, quod hoc loco duo codices, paſſim ſatis mendoſi, quibus Fragm. hoc continetur, exhibent, pro corrupto utique haberi, & πέμπτος ab Appiano fuiſſe ſcriptum videri poteſt. Nam (ut taceam, in nulla re frequentius quam in numerorum notis peccaſſe librarios) quum in aliis Ptolemæis, quos adjecto numero deſignavit Appianus, conſentiat cum aliis Hiſtoricis atque Chronographis, non eſt admodum probabile, in hoc uno in diverſum abiiſſe. Sic autem certe in Hiſt. Syr. pag 636, 3. ἕκτον Πτολεμαῖον, *ſextum Ptolemæum* cum aliis Scriptoribus vocat eum, cui Philometori aliàs cognomen fuit: & pag. 652, 85 ſq. itidem cum aliis *undecimum* numerat illum, cui Auletæ fuit cognomen, quem Gabinius in regnum reduxit. Ac fieri poteſt,

ut, quum in vetuſto Libri de rebus Macedonicis exemplari per errorem ὁ τίταϱλος, pro ὁ πέμπλος, irrepſiſſet, primus ille error alteri errori, qui in cognomine Φιλοπάτωϱ ineſſe videtur, occaſionem originemque dederit. Pag. 508.

L. 55 *ſq.* Καὶ τάνδε τὴν δόξαν - - Ῥόδιοι μὲν Ῥωμαίοις ἐμήνυσαν. Juſtinus XXX. 2. ea occaſione *legatos* etiam *ab Alexandrinis ad Romanos miſſos*, ait, *orantes, ut tutelam pupilli ſuſciperent, tuerenturque regnum Ægypti, quod jam Philippum & Antiochum, facta inter ſe pactione, diviſiſſe dicebant.* Conf. quæ notabimus ad Syr. 539, 43 ſqq.

L. 68 *ſq.* στϱατηγοῦντος Ποπλίου, καὶ ναυαϱχοῦντος Λευκίου. — „Ita legendum, [atque ita eſt in Bav.] ut de *P. Scipione* Conſule intelligamus, & de *L. Apuſtio*, qui præerat claſſi. Livius lib. XXXI." URSIN. Non *P. Scipione*, ſed *P. Sulpicio*, (iterum Conſule A. U. DLIV.) ſcribere vel voluit vel debuit Urſinus. Vide Liv. XXXI. 14. & 27. Pag. 509.

IV. *Lin.* 70 *ſq.* Ποιμὴν ὑπέσχετο &c. Fragmentum hoc, a *Suida* conſervatum, referendum ad eam hiſtoriam putavi, quam Livius exponit lib. XXXII. c. 11. *Paſtor quidam - - deducitur ad Conſulem.* [T. Quinctium.] *Is ſe, - - ait, omnes montium eorum amfractus calleſque noſſe. Si ſecum aliquos mittere vellent, non iniquo nec perdifficili aditu ſupra caput hoſtium deductûrum.* &c. Et cap. 12. *Die tertio quum verticem, quem petierant, Romani cepiſſe ac tenere ſe fumo ſignificarent:* &c.

V. Apud *Urſinum*, p. 359. In cod. Bav. autem deſideratur hoc Fragmentum. Pag. 510.

Lin. 72. Λεύκιος Κοΐντιος. „In exemplari mendoſe ſcriptum erat λεύκιος κάντος, ex quo nos fecimus Κοΐντιος, ut de *L. Quinctio* intelligamus, T. Flaminini fratre, *cui*, ut inquit Livius lib. XXXII. [cap. 16.] *claſſis cura maritimæque oræ imperium mandatum ab Senatu erat.* Ad hujus Fragmenti intelligentiam, quod ex eodem Macedonico deſcriptum eſt, libet Zonaræ verba deſcribere, quæ leguntur in lib. II. [lib. IX. c. 16] Λεύκιος δὲ Φλαμινῖνος, [Φλαμίνιος,] ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, μετὰ τοῦ Ἀτλάλου καὶ τῶν Ῥοδίων τὰς νήσους ἐχειϱοῦτο. καὶ τέλος

ag. 510. Κέγχρειαν ἐλόντες, καὶ πυθόμενοι πρέσβεις παρὰ τοῦ Φιλίππου πρὸς τοὺς Αχαιοὺς πεπέμφθαι, ἀπέστειλαν καὶ αὐτοὶ, καὶ Αθηναῖοι συνεπρεσβεύσαντο. Καὶ πρότερον μὲν συνεμερίσθησαν [ἐμερίσθησαν] αἱ γνῶμαι τῶν Αχαιῶν, τῶν μὲν τῷ Φιλίππῳ τὴν συμμαχίαν ψηφιζομένων, τῶν δὲ τοῖς Ρωμαίοις. ὑπὲρ οὗ οὖν ποτὲ τὴν βοήθειαν αὐτοῖς ἐψηφίσαντο, καὶ ἐπὶ τὴν Κόρινθον συνεστράτευσαν, &c." URSINUS. — Eamdem rem fuse exponit Livius XXXII. 19-23.

L. 74 *sq.* αἰτοῦντος. „αἰτῶν βοήθειαν, pro αἰτοῦντος, mendose, ut videtur, scriptum erat." URSINUS. Nescio an αἰτοῦντες potius legendum, ut ἐς συμμάχους, quod sequitur, referatur ad Macedonas.

L. 79. διά τινα ἐς τὴν Ἑλλάδα Σευλακικίου τοῦ στρατηγοῦ παρανομήματα „Huc pertinent illa Pausaniæ, in Achaicis: [VII. 11.] Οὗτος ὁ Γάλλος ἐς τὸ Ἑλληνικὸν πολλὰ μὲν εἶπε, πολλὰ δὲ ἔπραξεν, ὑπερήφανα, &c." URSINUS.

VI. Apud *Ursinum*, p. 360.

Lin. 85. Ὅτι Φλαμινῖνος αὖθις &c. „Hoc Fragm. ex eodem Macedonico depromptum est." URSINUS. Retinui Φλαμινῖνος, quod ab Ursino editum inveni; quamquam, an in exemplari suo ita scriptum repererit editor, dubitari poterat. Nam sicut in loco ex Zonara ad Fragm. præc. adlato, pro Φλαμίνιος, quod apud Zonaram legebatur, tacite Φλαμινῖνος idem Ursinus reposuit, sic & apud Appianum lectio hæc ex ejusdem emendatione esse videtur. Certe codex Bav. & in his eisdem Appiani Fragmentis, & in Fragm. ex Dione, N°. XVII. apud Ursinum, pag. 381. (T. I. edit. Reim. p. 66. num. CLVII.) & in Eclogis ex Diodoro, n. III. & IV. ap. Ursin. p. 314 sq. (T. II. p. 619. ed. Wesseling.) non Φλαμινῖνος, ut Ursinus edidit, sed constanter Φλαμίνιος exhibet; in quam eamdem scripturam, tam apud Græcos Scriptores, quam apud Latinos, tantum non omnia scripta exemplaria cum veteribus editionibus consentiunt. Itaque, licet a Pighio ad A. U. DLV. T. II. p. 249. & a Sigonio ad Liv. XXII. 33, 8. aliisque Viris doctis passim observatum inveniam, mendose *Flaminium* cognomen Quinctiorum scribi, & cum lapidibus Capitolinis *Flamininum* esse reponendum, quod etiam in

pleriſque deinde editionibus græcorum latinorumque Scriptorum factum video: tamen in Hiſt. Syr. Appiani, p. 538, 31. & 36. &c. non mutandam duxi vulgatam ſcripturam, in quam ibi cum Editis ſcripti noſtri libri omnes conſpirant; ratus ſcilicet minime certum eſſe, Scriptores omnes veteres legi iſti eſſe obſecutos, ſcripturamque hanc, quam damnant eruditi quos dixi viri, ubique non niſi ex librariorum lapſu originem traxiſſe. Pag. 510.

L. 86. κατὰ τὸν Μηλιέα κόλπον. Sic Bav. ita tamen ut neſcias an Μιλιέα (mendoſe id quidem) ſcribere voluerit librarius. *In ſinu Maliaco:* Liv. XXXII. 32. Polyb. Excerpt. ex lib. XVII. c. 1. *L.* 87. Ρωμαίων. Utique Ροδίων legendum: atque id in contextu repoſitum malim, quod & in lat. verſ. expreſſi. Conf. Polyb. XVII. 2. Liv. XXXII. 33. Pag. 511.

L. 92. πέδας τῆς Ἑλλάδος. *Compedes Græciæ*, Liv. XXXII. 37. πέδας Ἑλληνικάς, Polyb. XVII. 11.

L. 96 *ſqq.* Ἡ δὲ βουλὴ τοὺς Φιλίππου πρέσβεις ἤρετο &c. Non perſpicuum eſt in Bav. εἴρητο ne (ſcil. compendio illo ſcripturæ, quo literæ ει uno nexu efferri ſolent) an ἤρετο ſcriptum ſit: quin ἤρετο ſcribi debuerit, dubitare nemo poteſt. „Livius libro 33. [potius XXXII. 37.] *Legati deinde regis intromiſſi. Quibus, longiorem exorſis orationem, brevis interrogatio, ceſſurus ne iis tribus urbibus eſſet, ſermonem incidit, cum mandatum ſibi de his nominatim negarent quicquam. Sic infecta pace dimiſſi. Quinctio librum arbitrium pacis ac belli permiſſum.* &c. Sumſit autem Livius ex Polybio; a quo totam hanc Macedonicam de bello Philippico & Perſico hiſtoriam accepit, ut apparet, Appianus." URSINUS.

VII. Apud *Urſinum*, pag. 360-364. „Pertinet hoc Fragm. ad eundem Macedonicum Appiani librum; ad cujus intelligentiam videndus Polybius in Fragmento [de Legat.] ſexto." URSIN. Pag. 512.

Lin. 4. ἡττηθεὶς πάλιν ὁ Φίλιππος. Ad Cynoſcephalas. Liv. XXXIII. 7-10. *L.* 8 *ſq.* εὐχεροῦς μεταβολῆς. Sic recte Bav. — Polyb. Legat. VI. Οὐκ ἐδύναντο πιστεύειν (οἱ Αἰτωλοὶ) διότι χωρὶς

pag. 512. δώρων ἡ γυναικύτη μεταβολὴ γέγονε τοῦ Τίτου πρὸς τὸν Φίλιππον. Livius XXXIII. 11. *Querentes* (Ætolos,) *mutatum victoria imperatorem. - - - Donis regiis imminere credebant invicti ab ea cupiditate animi virum.*

L. 10. ἐπιπολάσαι τὴν Αἰτωλῶν βίαν. Familiare Appiano verbum ἐπιπολάζειν, ut Index noster docebit. Livius l. c. *Philippo sublato, fractis opibus Macedonici regni, Ætolos habendos Græciæ dominos videbat.* *L.* 12. ἀγαπᾷν ἐποίει, intell. αὐτὴν, nimir. τὴν νίκην. *Ibid.* οἱ τὸν Φιλ. In contextu Ursini editum est, ἢ τὸν Φιλ. Sed in Notis ita repetuntur hæc verba, tamquam in contextu exhiberetur οὐ τὸν Φιλ. Tum vero monet in Notis URSINUS: „In exemplari χωρίον οἱ mendose scriptum erat. [scil. ut in Bav.] Fortasse pro οἱ non male ἢ reponi posset."

pag. 513. *L.* 20. συνοίσει. Recepi emendationem, quam in Notis proposuerat URSINUS; ubi ad vulg. lectionem συνοίσειν monuit: „Placeret magis συνοίσει. Est autem sententia sumpta ex Polybii Fragmento sexto." Adde Liv. XXXIII. 12.

L. 22 *sq.* οἵ οὐδένα ποτὲ τῶν ἐχθρῶν εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς ἀνέτρεψαν. — „Ita emendavimus, cum in exemplari, [quemadmodum & in Bav.] οἵ οὐδὲν ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς ἀνέγραψαν, mendose, ut apparet, scriptum esset." URSINUS.

pag. 514. *CAP. II. Lin.* 42. χωρὶς ἑξήρους μιᾶς καὶ σκαφῶν πέντε καταφράκτων. Paulo aliter Polyb. Legat. IX. πλὴν πέντε σκαφῶν καὶ τῆς ἑκκαιδεκήρους. Et rursus aliter Liv. XXXIII. 30. *naves omnes tectas tradere, quin & regiam unam inhabilis prope magnitudinis, quam sexdecim versus remorum agebant:* ad quem Livii locum vide quæ adnotarunt Viri docti in edit. Drakenb. *L.* 44. ἐσινεγκεῖν. De lect. cod. Bav. ἐπενεγκεῖν, vide ad Pun. 306, 36. *L.* 45. ἐν ἔτεσι δέκα. Sic & in hist. Sicula p. 94, 34. ἐν ἔτεσιν εἴκοσι, præfixa eadem præpositione. *Ead. lin.* τὸ μέρος: *definitam partem, ratam partem.* Sic l. c. pag. 94, 34 sq. τὸ μέρος ἑκάστου ἔτους εἰς Ῥώμην ἀναφέροντας. *L.* 49 *sq.* Συμβούλους δ' ἔπεμπον αὐτῷ &c. Conf. notata ad Hisp. p. 195, 8. „Appianus hæc ex Polybio; [Legat. VII.] e quo sunt Liviana illa translata in libro XXXIII.

XXXIII. [cap. 24.] *Decem legati more majorum, quorum consilio T. Quinctius imp. leges pacis Philippo daret, decreti; &c.*" URSINUS.

L. 55 *sqq.* Ὁ δῆμος ὁ Ρωμαίων &c. Idem præconium, mutatis paulisper verbis, legimus apud Polyb. Legat. IX. & apud Plutarchum in T. Flaminio, p. 374. Conf. Liv. XXXIII. 32. *Pag.* 515.

L. 58. ἰδίοις ἤθεσι καὶ νόμοις. Non solicitandum erat vocab. ἤθεσι. Nam & apud Herodot. II. 30. ἤθεα Αἰγύπτια sunt *mores & instituta Ægyptiorum*, & apud alios probatos Scriptores ἤθη cum νόμοις conjunguntur, & de *civilibus* etiam *institutis* dicuntur.

CAP. III. Lin. 67. καὶ συνεμάχησε Ρωμαίοις ὁ Φίλιππος &c. Conf. hist. Syr. cap. 16. pag. 557. & Liv. XXXVII. 7.

L. 70. παρέσεμνεν οἰκείοις τέλεσι καὶ τροφαῖς καὶ δαπανήμασι. *Pag.* 516. Verba καὶ δαπανήμασι ex interpretamento vocabuli τέλεσι videri possunt irrepsisse. Scholiastes Thucyd. ad verba τέλεσι τοῖς οἰκείοις, IV. 60. τέλεσι, ait, ταῖς δαπάναις. Civ. II. p. 195, 44. τέλεσι κοινοῖς, *sumtu publico.* De re, quæ hic agitur, conf. Syr. cap. 23. pag. 568. *L.* 72. Θρᾴκες. Corrige Θρᾷκας.

L. 76 *sqq.* Οἱ δὲ Θρᾷκες οἵδε &c. Conf. Syr. c. 43. p. 602 sq.

CAP. IV. Lin. 80. „ ἐκλελεσθέντος δὲ * πολλοί. Videtur hic deesse verbum τοῦ ἀγῶνος vel aliquid tale. Itaque locum stellula merito notavimus. [Non obsecutus est Typotheta in officina Plantiniana signo, sed posuit, ἐκλελεσθέντος δὲ τοῦ κηρύγματος.] Fortasse ἐκλελεσθέντων δὲ τούτων non male restitui posset: vel pro τοῦ ἀγῶνος, rectius esset τοῦ κηρύγματος. Omnino aliquid desideratur." URSINUS. In mente adhuc versabatur Ursino ἀγὼν ille τῶν Ισθμίων, & κήρυγμα, de quo cap. præced. p. 515. dictum est. Sed nunc agitur de eis quæ acciderunt post bellum a Romanis adversus Antiochum gestum. (vide mox p. sq. lin. 92 sqq.) Quod quoniam ex eis etiam, quæ præcedunt, satis adparet, fortasse nihil aliud h. l. excidit, nisi solum verbum πολέμου, a quo ad sequens vocab. πολλοὶ ab eisdem literis incipiens aberrare facile potuit librarius. De Argumento hujus Capitis conf. Polyb. Legat. XLVI. & Liv. XXXIX. 35. & 46 sq.

Pag. 517. *L.* 91. „καὶ προσεπεῖπε Δημήτριον. Verbum προσεπεῖπε mihi suspectum est, & pro eo προσέπεμψε, vel aliquid tale, reponendum opinor." URSINUS. Imo probum utique verbum προσεπεῖπε: sed particula διὰ, quæ sequebatur, ex Itacismi confusione absorpta est a sequente verbo Δημήτριον. Sic vero mox rursus lin. 95 sq. *Philippus* ὁρῶν αὐτὸν - - συγγνώμης ἀντὶ χαρίτων ἀξιούμενον, καὶ τῆσδε διὰ Δημήτριον. Pariter Polyb. l. c. T. II. p. 636. edit. Lips. vel Vindob. ἵνα δὲ καὶ Φίλιππος εἰδῇ, διότι τὴν χάριν ταύτην ἡ σύγκλητος Δημητρίῳ δίδωσιν, ἐξαποστελεῖν ἔφη πρεσβευτὰς - - - διασαφήσοντας τῷ βασιλεῖ, διότι τῆς συμπεριφορᾶς τυγχάνει ταύτης διὰ Δημήτριον.

L. 92. ἐς τὸν Αντιόχου πόλεμον. Sic emendavi. Vid. Adnot. ad Hisp. 176, 85. URSINUS, quum edidisset „ἐς τὸν πρὸς Αντίοχον πόλεμον", in Notis monuit: „Adverbium πρὸς in Exemplari deerat: videtur tamen necessarium."

Pag. 518. *L.* 97. ἐπέκρυπτεν restitui ex Bav. usitatius in hac re verbum, *occultare*, *dissimulare animi sensum*. *L.* 99. Εὐμενῆ. Scio, aliâs Εὐμένης, Εὐμένους &c. proprium hoc nomen solere efferri, sicut etiam Ursinus in his Fragmentis edidit: sed quum non solum cod. Bav. in his eisdem Fragmentis, verum etiam reliqui nostri codices cum Editis in hist. Syr. & Mithr. constanter, quoties nomen illud occurrit, accentum in ultima ponant, tenendam hanc formam putavi, quam Ursinus invito exemplari suo cum altero permutasse videtur.

VIII. Argumentum hujus Fragmenti, a *Suida* conservati, ad extrema Philippi tempora pertinere videtur. *L.* 3. ἐκτετρῦσθαι. Sic Suidæ editio Mediol. cum accentu circumflexo. Conf. Adnot. ad p. 45, 16. & ad 93, 20.

IX. Apud *Ursinum*, pag. 364-369. „Ex eodem Macedonico hoc quoque Fragmentum depromptum est." URSINUS.

L. 5. ἡ τῶν Ἑλλ. Sic recte Bav. *L.* 6. Vocabulum γειτνίασις aliquid amplius h. l. dicere videtur, quam γειτονία, *vicinia*, *vicinitas*: scilicet *usum & consuetudinem quæ inter bonos vicinos obtinet*, *conservationem officiorum quæ sibi mutuo præstant vicini*. Sic rursus infra, p. 526, 28. μηδ' ἔγκλημα ποιεῖσθαι γειτνίασιν καὶ σωφροσύνην καὶ παρασκευήν.

L. 7 *ſq.* οἱ ἐς Βασλάρνας ἐσλαλμένοι. „Ita legendum. Livius, libro XLII. [11.] *Baſtarnatum* [Baſtarnarum] *gentem excitam ſedibus ſuis* &c." URSINUS. Quid in exempl. ſuo invenerit, non declaravit Urſinus. ἐν Βασλέρνας ἐσλαλ. dat Bav. duplici menda. Recte autem Βασλάρνας, ſive ex codice ſuo, ſive ex ſua emendatione, Urſinus edidit. Et ſic, Βασλάρναι, pro vulg. Βασλέρναι, cum Vat. C. & Cand. gentis illius nomen edidi in lib. Mithrid. p. 744, 31. &c. & rurſus cum Cand. in hiſt. Illyr. p. 860, 68. Conf. ad Mithr. p. 744, 31. *Pag.* 518.

L. 12 *ſqq.* Ἐν δὲ τούτῳ καὶ Εὐμένης &c. Vide Livium XLII. 11 & ſeqq. *L.* 16 *ſq.* καὶ τὸν ἀδελφὸν οἰκείως ἐς αὐτοὺς ἔχοντα ἀνέλοι. „Verbum ἔχοντα corruptum erat in exemplari. [In Bav. eſt ἔχοντα: ſed initio vocis aliquid turbatum.] Hæc autem Eumenis oratio ſumpta videtur ex Polybio, a quo transtulit Livius in lib. XLII. Nam de Demetrii morte ita apud eum loquitur Eumenes: *Orſus inde a Philippi conſiliis, necem Demetrii filii retulit, adverſantis Romano bello.*" URSINUS. Apud Polybium intercidit locus, qui huc ſpectabat. *Pag.* 519.

L. 21. Βοιωτοῖς συμμαχήσας. Sic in contextu editionis Urſini legitur: nec male. At in Notis, ubi hæc verba repetit URSINUS, probabilius etiam συμμαχήσεις poſuit, adjecta hac Adnotatione: „Ita legendum, cum in exemplari συμμαχήσις [ſicut in Bav.] corrupte ſcriptum ſit. Hanc hiſtoriam refert Livius in eadem Eumenis oratione: *Boeotorum*, inquit, [loc. cit. c. 12.] *gentem, captatam Philippo, nunquam ad ſcribendum amicitiæ fœdus adduci potuiſſe: tribus nunc locis cum Perſeo fœdus inciſum literis eſſe*, &c. Paulo poſt: *Jam Ætolos quem ignorare in ſeditionibus ſuis non ab Romanis, ſed a Perſeo, præſidium petiiſſe.* &c. Et mox: [cap. 13.] *Auxilium Byzantiis adverſus fœdus tulit.*" URSINUS.

L. 22 *ſq.* καὶ Θετλαλοὺς καὶ Περραιβοὺς διασλασιάσειε βουλομένους τι πρεσβεῦσαι πρὸς ὑμᾶς. „Ita emendavimus, cum in exemplari mendoſe ſcriptum eſſet καὶ Θετλιλοὺς, [ſic] καὶ Ιταλεὺς διασλασιάσειε βουλόμενοι, &c. Livius ibidem de hac re ita: *confudit & miſcuit omnia in Theſſalia Perrhæbiaque*, &c." *Idem* URSINUS.

Pag. 520. *L.* 25. „Αβρόπολιν μὲν ἀφῆπται τὴν ἀρχήν. Livius ibidem: *Abrupolim, ſocium atque amicum veſtrum, regno expulit.* &c. Non eſt autem dubitandum, quin a Polybio ſumpſerit Livius, unde Appianus etiam fere ad verbum accepit. Opinor autem Αβρούπολιν, pro Αβρόπολιν, legendum eſſe apud Appianum ex Pauſania, & Pauſaniam ex hoc Appiani loco ita reſtituendum in Achaicis: [ſive lib. VII. cap. 10.] Περσεῖ γὰρ τῷ Φιλίππου, πρὸς Ρωμαίους ἄγοντι εἰρήνην κατὰ συνθήκας, ἃς ὁ πατὴρ οἱ Φίλιππος ἐποιήσατο, ἐπῆλθεν ὑπερβῆναι τοὺς ὅρκους, καὶ ἐπί τε Σαπαίων τὸν βασιλέα Αβρούπολιν, καὶ Αρθήταυρον, στράτευμα ἀγαγών, ἐποίησεν ἀνάστατους, Ρωμαίων συμμάχους ὄντας. Corrupte enim in vulgatis codicibus legitur, καὶ ἐπί τε Σαπαίων τὸν βασιλέα Ἄβρου πόλεως στράτευμα ἀγαγών, &c. eamque inemendatam ſcripturam ſecutus Amaſæus, vertit: *regemque Sapæorum, Abro urbe expugnata, populi Romani ſocium & amicum, ſedibus expuliſſet ſuis.* Omnino Αβρούπολιν, pro Ἄβρου πόλεως, apud Pauſaniam legendum: ita enim eſſe in libro manuſcripto, poſtea animadverti: [non videtur manuſcriptum codicem Pauſaniæ dicere Urſinus; ſed exemplar ſuum horum Excerptorum de Legationibus, in quo deinceps, pag. noſtra 523, 81. & 524, 85. (ſicut & in cod. Bav.) Αβρούπολιν ſcriptum erat, quod ibi etiam ita editum ab Urſino, unde nobis hoc quoque loco Αβρούπολιν edere viſum eſt:] &, ἀνάστατον Ρωμαίων σύμμαχον ὄντα, reponendum, pro ἀναστάτους Ρωμαίων συμμάχους ὄντας, ſi Αρθήταυρον nomen expungamus: quod tamen mihi retinendum videtur, vel ex his Appiani verbis quæ ſequuntur, Αρθήταυρον δὲ ἐν Ἰλλυριοῖς, καὶ δυνάστην ἔκλειπεν ἐπιβουλεύσας: ad quæ ex Polybio, ut diximus ſupra, reſpexit Livius, cum ſcribit: *Artetarum Illyrium, quia ſcripta ab eo quædam vobis comperit, ſocium item atque amicum veſtrum, interfecit.*" URSINUS.

L. 27 - 29. διέκλε δ' αὐτοῦ καὶ τὰς ἐπιγαμίας &c. *uſque* δόλῳ παρασπεμψείσας. „Ita legendum: [atque ita eſt in Cod. Bav. niſi quod διέκλε det, pro διέκλε:] illuſtrantibus hanc lectionem Livianis illis, in libro XLII. [c. 12.] *Seleuci filium duxiſſe eum, non petentem, ſed petitum ultro: ſororem*

dediſſe Pruſiæ, precanti ac oranti: celebratas eſſe utraſque nuptias gratulatione doniſque innumerabilium legationum, & velut auſpicibus nobiliſſimis populis deductas eſſe, &c. Videndus in Fragmentis Polybius, a quo ſumpſit Livius." IDEM. — Laodicen ſponſam ab Rhodiis ad Perſeum deductam eſſe, obiter memoratum legimus in Excerptis ex Polybio, Legat. LX. Pag. 520.

L. 32. ὀξέως ἐν ὀλίγῳ. Verba ἐν ὀλίγῳ ex interpretatione verbi ὀξέως irrepere in contextum potuerunt. Certe ſatis fuerat, ὀξέως. Sic infra, p. 535. 57. οὕτω ὀξέως ἁπάντων ἐπιτυχών: & ſæpe aliàs.

CAP. II. Lin. 36. σώφρονα καὶ φιλόσοφον. Infra, p. 526, 18 ſq. *Romani* dicuntur οὐ φέροντες σώφρονας καὶ δικαίους καὶ φιλοπάτρους γείτονας. *L.* 39 *ſq.* αἰτιωμένη. Sic recte Bav. Pag. 521.

L. 40. 44. „ταῦτ' ἀπόῤῥητα ἔτι ἐν σφίσι &c. *uſque* Εὐμένη διελέγχειν. Locus hic in manuſcripto non caret mendo. Nos autem ita edidimus, ut emendari debere exiſtimavimus. [In Bav. leguntur omnia ſicut edidit Urſinus, niſi quod ἀπόῤῥητον det pro ἀπόῤῥητα, & Εὐμενῆ pro Εὐμένη.] Huc autem pertinent Liviana illa ex libro XLII. [c. 14.] *Perſei deinde regis legatis poſt paucos dies ſenatus datus eſt. Ceterum præoccupatis non auribus magis, quam animis, ab Eumene rege, omnis & defenſio & deprecatio legatorum reſpuebatur: & exaſperavit animos ferocia animi Harpali, qui princeps legationis erat. Is, velle quidem & laborare, dixit, regem, ut purganti ſe nihil hoſtile dixiſſe aut feciſſe fides habeatur,* &c. *Et legatio Rhodiorum erat, ac Satyrus princeps,* &c. Appiani verbum ἐξηγρίωσαν, [lin. 47 ſq.] quod ex Polybio mutuatus eſt, *exaſperavit* Livius vertit." URSINUS.

L. 46 *ſq.* βουλομένους δ' ἤδη. Niſi plura quædam verba hic interciderunt, delenda omnino conjunctio δὲ, & ante βουλομένους inſerendum nomen πόλεμον, quod ob præcedens ſimile vocab. πλέον facile præteriri a feſtinante librario potuit.

L. 50. „καὶ Ῥόδιοι τὴν θεωρίαν αὐτοῦ. Pro θεωρίαν libenter legerem θεωρίδα, ut navim intelligamus, qua Theori vehebantur Rhodum, litatum ſoli, Eumenis nomine." URSINUS. Quum conjectura Urſini contra ejus voluntatem in

Pag. 521. ipſum contextum eſſet recepta, revocavi θεωρίων, in quam lect. conſentit Bav. cum Urſini exemplari. θεωρίαν dici *pompam* vel *legationem ſacram ad peragendum ſolenne ſacrificium miſſam*, ſatis notum eſt. Vide Plat. in Phædone cap. 1. & Xenoph. Memorab. Socr. IV. 8, 2. ubi quidem pariter θεωρὶς pro θεωρία, nulla urgente cauſa, repoſitum H. Stephanus voluit. *Ead. lin.* 50. μόνου βασιλέων. Non ſatis liquet, utrum hæc ita intelligenda ſint, ut in verſ. lat. poſui, *quam ſolus ex regibus Eumenes mittere ſolebat*, an, *ex legationibus ſacris a regibus ad Solis feſtum miſſis, unius Eumenis pompam non receperunt.* *L.* 51. εἰς τὴν ἑορτὴν τοῦ Ἡλίου. *Rhodum* inſulam *Soli ſacram* habitam, Rhodioſque præ ceteris Diis *Solem*, tamquam generis ſui auctorem, impenſius coluiſſe, docet & ejus cultus originem ex Antiquitate explicat Diodorus Sic. lib. V. cap. 56. Ἀγῶνος autem Ἡλίου, qui Rhodi olim quotannis magna celebritate agebatur, meminit Scholiaſtes Pindari, ad Olympion. Od. VII. extr. laudatus a Weſſeling. ad Diodor. l. c.

L. 52 ἐκ Κίρρας εἰς Δελφοὺς ἀναίβαινε θύσων. „Livius libro XLII. [c. 15.] *Satis conſtabat, Eumenem, ut ſacrificaret Apollini, Delphos aſcenſurum. Progreſſi cum Evandro inſidiatores nihil aliud ad peragendum inceptum, quam loci opportunitatem, omnia circumeuntes, quærebant. Aſcendentibus ad templum a Cirrha, priuſquam perveniretur ad frequentia ædificiis loca, maceria erat ab læva ſemitæ paulum extans a fundamento*, &c. Mox: *poſt maceriam ſe abdiderunt*, &c. quod Appianus dixit, ὑπὸ τὸ τειχίον ὑπεκλάντες ἐπεβούλευον, ex Polybio ſcilicet, ut jam admonuimus." URSINUS.

Pag. 522. *L.* 54. Καὶ ἄλλας δέ τινας αἰτίας. Non opus erat ſolicitare hæc verba.

CAP. III. Lin. 69. ὅτι Θρᾴκην κατακλῶτο. „Livius ibidem: [c. 12.] *Thraciam ſubjectam eſſe*, &c." URSINUS.

Pag. 523. *L.* 70. „οὐκ ἐρήμης ὄντος ἀνδρὸς. Locus, ſine dubio corruptus, reſtitui aliquo modo poſſet, ſi ἐρίζοντος ἀνδρὸς legeretur, pro ἐρήμης ὄντος ἀνδρός. Placeret etiam, οὐκ ἐπιβουλεύον-

τους ἀνδρὸς, [atque id in contextu poſuit is, qui impreſſioni hujus libri in officina Plantiniana præfuit:] quia paulo poſt dicit, στρατιὰν ἔχει καὶ παρασκευὴν, εἴ τις ἔξωθεν ἐπιβουλεύοι. Omnino ſenſus patet, utro modo legas." URSINUS. Imo plane repugnare ſententiæ auctoris videtur utraque Urſini emendatio: neque dubitari debet, quin ἡρεμήσοντος ſcripſerit Appianus, quo verbo ſæpius utitur hac ſententia, *quieſcere*, *quietum ſe tenere*, *abſtinere bello*. Vide hiſt. Gall. p. 80, 42. Samn. 42, 70. Annib. 282, 3. Mithr. 774, 46. &c. Pag. 523.

L. 71. ἐς τὸ βουλευτήριον ἀπαχθέντες. εἰσαχθέντες aut παραχθέντες legendum puto, ni potius ἐπαχθέντες, ut Samn. pag. 57, 95. τοὺς πρέσβεις ἐπὶ τὸ κοινὸν ἐπήγαγον. Sic & Mithr. 649, 19 ſq. *L.* 75. αἱρεῖσθε πόλεμον. „Ita emendavimus cum in manuſcr. ſit αἱρεῖσθαι, ut videtur, mendoſe." URSINUS. Idem mendum in Bav. eſt, & paulo ante pariter αἰδεῖσθαι pro αἰδεῖσθε. Sed pro αἱρεῖσθε, utique αἵρεσθε malim; ſicut Hiſp. 200, 83. pro αἱρεῖται πόλεμον, cum Muſgrav. ἀρεῖται πόλεμον legendum videri monui. *L.* 83. ὑμῖν, ante ἐδήλωσε, dedit Bav.

L. 84. Licet in contextu Urſini editum ſit μετὰ τοῦτο, quod etiam retinendum duxi; tamen in Notis ſic repetit hunc locum URSINUS, tamquam editum fuiſſet ἀντὶ τοῦτο, monetque: „Videtur legendum ἀντὶ τούτου, vel, quod magis placet, μετὰ τοῦτο. Livius lib. XLII. [c. 42.] *Hæc qualiacumque ſunt, per legatos meos non ſolum indicata, ſed etiam excuſata ſunt ſæpe in Senatu veſtro.*" Apud Livium XLII. 41 ſq. hæc Perſeus non (ut apud Appianum) per legatos Romæ in Senatu dicit; ſed in colloquio cum Q. Marcio Philippo, legato Romanorum, in Theſſalia ipſe coram hæc verba facit. Poſtremam orationem legatorum Perſei, Romæ in Senatu habitam brevibus verbis complexus eſt Livius XLII. 36. quam orationem latius diductam hic apud Appianum habemus. Verbum ἀνανεώσασθαι miror non ſolum intactum in contextu reliquiſſe Urſinum, ſed ne in Notis quidem correxiſſe. Propius a vero aberrans Bav. ἀνανεώσασθε dedit; quod in ἀνενεώσασθε, ex quo corruptum eſt, mutavi. Pag. 524.

Pag. 524. *Ead. lin.* 84. οὕτω διαβάλλοντες. „ Ita legendum, vel ex Livii auctoritate, pro οὕτω. [quod etiam in Bav. legitur.] Ejus verba [XLII. 42.] ſunt: *Sed nondum Romam accuſator Eumenes venerat.*" URSINUS. Eadem ſententia mox apud Noſtrum repetitur, lin. 98 ſqq. καὶ ταῦτα πρὶν ὑμῖν ἀμύτερον πρέσβεις ἐμήνυον· καὶ οὐκ ἐμέμφεσθε, μέχρι τῆς Εὐμενοῦς διαβολῆς.

L. 87. Δόλοψι γὰρ ἐπεσῆραίτευσεν. „ Livius lib. XLII. [c. 13.] *Dolopiæ bella intulit*, &c. *L.* 90 *ſq.* ἔκτεινεν δὲ οἱ Δόλοπες οἵδε τὸν ἡγούμενον αὐτῶν αἰκίσαμενοι. „ Livius ibidem: [c. 41.] *Quippe Euphranorem, præfectum a me impoſitum, ita occiderunt, ut mors pœnarum ejus leviſſima fuerit,* „ αὐτὸν, pro αὐτῶν, male ſcriptum erat in exemplari." URSINUS.

L. 92 *ſq.* Ἀλλὰ Ἀρθίταυρόν τινες &c. „ Livius: [XLII. 40.] *Artetari interfectores, ut cæde (ne quid ultra dicam) lætatum appareret, recepiſti.* Et paulo poſt: [c. 41.] *Ego tamen iſtos, ut primum in Macedonia eſſe admonitus a vobis comperi, requiſitos abire ex regno juſſi, & in perpetuum interdixi finibus meis.*" URSIN. *L.* 94. καθὰ καὶ ὑμεῖς &c. — „ Livius: [ibid.] *ſi vos quoque accipitis, ut quicunque exules in Italiam aut Romam ſe contulerunt*, &c." URSIN.

L. 96 *ſq.* Βυζαντίοις δὲ καὶ Αἰτωλοῖς &c. „ Livius: [XLII. 40.] *Byzantiis item contra fœdus miſiſti auxilia. Cum Bœotis, ſociis noſtris, ſecretam tibi ipſi ſocietatem, quam non licebat, jurejurando pepigiſti.*" IDEM. *L.* 98. καὶ ταῦτα πρὶν ὑμῖν &c. „ Ita emendavimus, cum πλὴν, pro πρὶν, ſit in exemplari. [ut in Bav.] Livius, ibidem: [cap. 42.] *Per legatos meos non ſolum indicata*, &c. *Sed nondum Romam Eumenes venerat, qui calumniando omnia*, &c. *Idem* URSINUS. Conf. lin. 84. & ibi notata.

Pag. 525. *CAP. IV. Lin.* 6. οἷς πᾶσιν ἐχθρός ἐστι, τοιοῦτος ὤν. „ Livius: [c. 41.] *Scilicet nec Eumenes, cum tam multis gravis publice & privatim ſit*, &c." URSINUS. *Ibid.* Εὐμένιον, τὸν ἐν Βριντεσίῳ &c. Inſertam partic. δὲ malim poſt Εὐμένιον. Nec mendo vacare verba τὸν ἐν Βριντεσίῳ videntur: forſan vocabulum aliquod intercidit, ad artic. τὸν pertinens. In Livii edi-

ione Gronov. ad lib. XL. c. 41. ita citatur hic locus, tamquam legeretur τὸν ἐκ Βρεντεσίου. „ *Ramnium*, non *Herrennium*, habet Livius, qui hanc hiſtoriam habet a Polybio, unde etiam ſumpſit Appianus. Livii verba ſunt ex libro XLII. [c. 17.] *Princeps Brundiſii Ramnius:* [*Rammius* habent editiones omnes:] *hoſpitio quoque & duces Romanos omnes, & legatos, exterarum quoque gentium inſignes, præcipue regios, accipiebat*, &c. *Promiſſis enim ingentibus præmiis petere inſtitit ab eo rex, quoniam duces omnes legatique Romani hoſpitio ejus uti aſſueſſent, quibus eorum ipſe ſcripſiſſet, ut venenum dandum curaret.* &c. Et mox: [c. 41.] *Neque ego potiorem quenquam ad miniſteria facinorum, quam Ramnium*, [*Rammium*,] *quem neque unquam ante videram, nec eram poſtea viſurus, invenire potui.* &c." URSINUS. Pag. 525.

L. 9. Φαρμακείαν Bav. Et ſic quoque locum hunc in Notis citavit Urſinus. *L.* 14 *ſq.* πολλοῖς ἔθνεσι κεχαρισμένος. Supra, p. 519, 20 ſq. καὶ τὴν Ἑλλάδα ἀμέτρως θεραπεύοι, Βυζαντίοις τε καὶ Αἰτωλοῖς καὶ Βοιωτοῖς συμμαχήσας: & p. 520, 31 ſq. ὅτε πρὸς πολλῶν ἐξίως ἐν ὀλίγῳ ἀγαπῷτο καὶ ἐπαινεῖτο.

L. 23. ὡς (βοηθείας) ἐπιγιγνομένης. Sicut aliàs opponuntur ἐπιγίγνεσθαι & ἀποχίγνεσθαι; ſic h. l. ἐπιγίγνεσθαι & παρελθεῖν, *accedere, adeſſe*, & *præteriiſſe, abiiſſe.* An *durare, manere*, hic denotat verbum illud ἐπιγίγνεσθαι? fere ut apud Lucianum Dial. Mort. VII. 1. (Opp. T. I. pag. 356. edit. Hemſterh.) ἐπὶ δὲ τὸ πρᾶγμα ἐς μάκιστον ἐπεγίνετο. *L.* 30 *ſq.* „ τὸ δὲ ἐναντίον ἐστὶ σωφρόνων. Ita videtur ſcribendum, cum σώφρων ſit in exemplari." URSINUS. Pag. 526.

CAP. V. Lin. 35 *ſqq.* Καὶ ὁ ὕπατος ἐκέλευε τοὺς πρέσβεις &c. — „ Livius libro XLII. [c. 48.] *Denuntiatum, extemplo mœnibus urbis Romæ, Italia intra XXX. diem excederent.* Hæc a Polybio tranſtulit Livius, unde Appianum Macedonicam etiam Hiſtoriam ſumpſiſſe diximus." URSINUS. Denunciatio iſta apud Livium ad legatos regis ſolos refertur: ſed ad omnes Macedonas, qui in Urbe eſſent, pertinuiſſe idem mandatum, Polybius conſentit Legat. LXVIII. Pag. 527.

Pag. 527. *L.* 46. διὰ τὰς ἔτι πρεσβείας. „ Locus eſt corruptus & mancus. Verborum tamen ſenſus patet." URSINUS.

X. Legat. XXVI. Apud *Urſinum*, p. 369. „ Hoc Fragmentum pertinet ad eundem Macedonicum librum." URSIN.

Pag. 528. *L.* 54. Ρωμαίων ἀξίας οὐκ εἶναι διαλύσεις αὐτῷ &c. „ Videtur vox αὐτῷ abundare. [Imo minime ſolicitanda.] Livius libro XLII. [c. 62.] *Reſponderi placuit, ita pacem dari, ſi de ſumma rerum liberum Senatui permittat rex, de ſe, de que univerſa Macedonia ſtatuendi jus*, &c. Videndus Polybius in Fragmentis, [Legat. LXIX.] a quo ſumpſit Livius." URSINUS. *L.* 57. Θεσσαλοῖς μὲν ἐμαρτύρησεν &c. „ Livius ibidem: [c. 61.] *Theſſali pro concione laudati, duceſque eorum etiam virtutis cauſa donati.* *L.* 58. Αἰτωλῶν δὲ καὶ ἑτέρων Ἑλλήνων &c. „ Livius libro XLII. [cap. 60.] *Et in conſilio apud Conſulem pro ſe quiſque in Ætolos conferebant cauſam: ab iis fugæ terroriſque principium ortum; ſecutos pavorem Ætolorum & ceteros ſocios Græcorum populorum. Quinque principes Ætolorum primi terga vertentes conſpecti dicebantur.*" URSINUS. An τούτους, (l. 60.) *hos principes Ætolorum*, Romam miſit Conſul? Non videtur.

XI. *Fragmentum* hoc, *a* SUIDA *conſervatum*, conferendum videtur cum Liv. XLII. 64. quam ob cauſam in hoc tempus huncque locum illud retuli.

Pag. 529. XII. Livius XLIV. 4. *quum Romanus imperator* [Q. Marcius Philippus] *major ſexaginta annis, & prægravis corpore, omnia militaria munera ipſe impigre obiret.* Ad marginem vero Editionis noſtræ hoc loco, A. U. 585, non 583, erat notandus: quem errorem corrigat æquus Lector velim.

XIII. Livius XLIV. 6. *Lavanti regi dicitur nunciatum, hoſtes adeſſe. Quo nuncio quum pavidus exſiluiſſet e ſolio, victum ſe ſine prælio clamitans proripuit.*

XIV. Apud *Valeſium*, pag. 561 ſq. Et repetitur totum hoc Fragm. apud *Suidam*, v. Περσεὺς Μακεδών: a quo ex Polybio deſumtum eſſe perperam putavit Caſaubonus, & inter Fragmenta Polybiana retulit. Partem ejuſdem Fragm. repetiit

idem *Suidas*, in Συνίσλωρ, his verbis: Ὁ δὲ συνίσλορας ἡγούμενος αἰσχρεῖν φόβου, καὶ ἑτέροις ἐπεξαγγέλλειν, ἀπέλιπεν ἀθεμίσλως. De Argumento confer Livium XLIV. 10.

L. 80. σκαιὸς ἐς πάντας. Hesychius: σκαιός· ἀριστερὸς, δύσκολος, πονηρὸς, ἄδικος, τραχὺς, σκληρός. Sic Noster in Mithr. p. 714, 44. σκαιὸς ἐν ταῖς κολάσεσι, *in puniendo crudelis, fævus.* Adeoque recte h. l. habebit ἐς πάντας, nec opus erit in ἐς πάντα mutare: quamquam aliàs nonnumquam male ἐς πάντας, pro ἐς πάντα, sit editum. *Pag.* 530. *L.* 81. ὅπερ ἐστὶ. Valesius, quum in Contextu posuisset ὥσπερ ἐστὶ, monuit in marg. „Mſ. ὅπερ & Suidas."

XV. Apud *Ursinum*, pag. 369 sq. „Ex eodem Macedonico hoc quoque Fragmentum descriptum est. Ad ejus autem intelligentiam videndus Livius libro XLIV. [c. 14.]" URSIN. — At Legationis illius, quam Livius l. c. commemorat, longe diversa ratio fuit atque hujus quæ hoc Fragmento Appianeo exponitur. Livius eam exponit Legationem, quam *Romam* miserunt Rhodii, quæ in fine hujus Fragm. p. 531, 90 sq. brevibus verbis tangitur: Ῥόδιοι μὲν οὖν, καὶ ὡς, πρέσβεις ἔπεμψαν ἐς Ῥώμην. Legationis vero *ad Marcium* missæ, de qua potissimum hoc Fragmento differitur, nullam apud Livium mentionem factam reperio. Sed eamdem pluribus exposuit Polybius, Excerpt. Legat. LXXX. ex quo Polybiano Fragmento passim illustrari hoc Fragm. Appiani potest. Missam autem hanc legationem ad Marcium Consulem, quo tempore ad Heracleam (vel Heracleum) castra habebat, Polybius ait; adeoque eo tempore, cujus res Livius lib. XLIV. cap. 9. exponit, quo territus irruptione in Macedoniam Q. Marcii Perseus fugam ceperat, & gazam in mare dejici navaliaque incendi jusserat.

L. 83 *sq.* συνηδόμενοι τῶν γεγονότων Περσεῖ. Hinc decerptum videtur brevius Fragmentum, quod, mutatis quidem paululum verbis, Appiano tribuitur apud *Suidam*, v. Συνηδόμενοι. Scil. Οἱ δὲ πρέσβεις ἔπεμψαν, συνηδόμενοι τῷ γεγονότι: id est: *illi vero legatos miserunt, de re (feliciter) gesta congratulantes.* Ac videndum, an ex isto Suidæ fragmento

p. 530. corrigenda ſint verba illa, de quibus quærimus, Excerpti hujus de Legationibus. Nam ex eis certe, quæ in hac Ecloge ſequuntur, manifeſtum fieri videtur, Rhodiorum legatos *gratulatum* veniſſe *Marcio res feliciter adverſus Perſeum geſtas*: at vero vis horum verborum, συνηδόμενοι τῶν γεγονότων τῷ Περσεῖ, rationem grammaticam ſi ſpectes, non alia niſi hæc eſſe poteſt, *gratulati Perſeo ea quæ acciderant*; quæ ita aliena ab hoc loco ſententia eſt, ut eam in lat. verſ. exprimere non ſim auſus.

L. 84 *ſq.* Μάρκιος τοὺς πρεσβ. ἰδίᾳ. Ῥοδίους πεῖσαι &c. Polybius Legat. LXXX. Λαβὼν αὐτὸν (principem legationis Rhodiorum) κατ' ἰδίαν εἰς τὰς χεῖρας ὁ Κόϊντος, θαυμάζειν ἔφη, πῶς οὐ πειρῶνται διαλύειν οἱ Ῥόδιοι τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον, μάλιστα τοῦ πράγματος ἐκείνοις καθήκοντος.

L. 87. μετέπιπτον· ὡς οὐ φαύλως &c. μετέπιπτον, *mutarunt animum*. Sic Civ. I. pag. 97, 26 ſq. μετέπιπτε τῇ γνώμῃ, *mutavit ſententiam*. De re conf. Polyb. l. c. ſub fin.

p. 531. *L.* 90 *ſq.* „πρέσβεις ἔπεμπον εἰς Ῥώμην, καὶ ἑτέρους πρὸς Μάρκιον. Ita hunc locum emendavimus, cum in exemplari corrupte legeretur, πρέσβεις ἔπεμπον πρὸς Ῥώμην, καὶ ἕτερα πρὸς Μάρκιον." URSINUS. In contextu tamen edit. Urſini πρὸς poſitum eſt, & εἰς in marg. rejectum. Recte hic locus exhibetur in cod. Bav.

XVI. Apud *Valeſium*, pag. 562 ſq.

Lin. 92. Γένθιος, βασιλεὺς Ἰλλυριῶν ἔνος ἔθνους &c. Delendum inciſum, quod poſt Ἰλλυριῶν irrepſit. De re conf. Noſtrum in Illyr. c. 9. p. 841. Polyb. Legat. LXXXV. Liv. XLIV. 27. Plutarch. in Paulo Æmilio p. 261. *L.* 96. Πετίλιον, *L. Petilium* vel *Petillium*. Livius l. c. *L.* 97 *ſq.* ὡς ἤδη καὶ δι' αὐτὸν Ῥωμαίοις πεπολεμωμένον. Livius l. c. *Perſeus contraxiſſe cum neceſſitates ratus ad bellum utique cum Romanis*. Plutarch. l. c. ἡγούμενος ὁ Περσεὺς, οὐδὲν ἔτι δεῖσθαι τῶν χρημάτων τὴν ἐκπολέμωσιν, ἄλυτα τοῦ Γενθίου προδιδωκότος ἔχθρας ἐνέχυρα, καὶ διὰ τηλικαύτης αὐτοῖς ἐμβεβληκότος ἑαυτὸν εἰς τὸν πόλεμον. πεπολεμωμένον poteſt eſſe Acculativus abſolute poſitus. πεπολεμωμένος τινὶ aliàs eſt *ad bellum adverſus aliquem conci-*

tatus, *hoſtis factus*, *infenſus*. Mith. 648, 96. & 807, 91. Hiſp. 269, 68. Hoc loco videri poteſt exponendum *ad bellum coactus*: ac videndum, an Ρωμαίους fortaſſe, pro Ρωμαίοις, legi debeat, eadem ſtructura eademque ſententia, qua apud Thucyd. lib. V. cap. 98. legimus, πολεμώσεσθε αὐτοὺς, *hoſtes vobis reddetis illos*. Pag. 531.

L. 98. Ες δὲ Γέτας ἔπεμπε &c. *Gallos* Livius vocat, XLIV. 26. Vide Notata ad p. 532, 15. *L.* 99 *ſqq.* καὶ Εὐμένους ἀπεπείρασεν &c. Vide Liv. XLIV. 24 ſq.

L. 2 *ſq.* „ Εὐμένει δ' ὡς οὐ λησομένῳ ταῦτα Ρωμ Hæc partim corrupta, partim tranſpoſita ſunt: ac mihi videntur collocari debere poſt ea verba, διαβαλεῖν τὸν Εὐμένη, ὡς οὐ λησομένων τούτων τοὺς Ρωμαίους, vel ſane, ὡς οὐ λησμενόν γε τοὺς Ρωμαίους." HENR. VALESIUS. Non obſcura ſententia: ſed mire ita accidit, ut Livii locus, quo eadem ſententia exponebatur, pariter mutilus ad nos pervenerit: XLIV. 24. *Ad Eumenem per ſpeciem captivorum redimendorum miſſus legatus erat: verum occultiora quædam agebantur, quæ in præſentia inviſum quidem & ſuſpectum Romanis Eumenem falſis gravioribus* * *. *Proditor enim ac prope hoſtis habitus, dum inter ſe duo reges captantes fraude & avaritia certant.*

L. 11. καταθήσειν. Sic in Contextu recte edidit Valeſius: in marg. autem notavit: „*Mſ.* καθήσειν." Pag. 532.

CAP. II. Lin. 15. Κλοιλίῳ μὲν, τῷ ἡγεμόνι (τῶν Γετῶν) &c. „ Livius lib. XLIV. [c. 26 ſq.] *Clondicum* vocat, *regulum Gallorum*; non, ut Appianus noſter, *Getarum*. Plutarchus autem in Æmilio Paulo [p. 260.] *Baſtarnas* dicit: ἦκον γὰρ αὐτῷ δεηθέντι Βαστάρναι, μύριοι μὲν ἱππεῖς, μύριοι δὲ παραβάται. Quæ Plutarchi verba nemo melius interpretatus eſt T. Livio. Is ſic ait: *Veniebant x millia equitum, par numerus peditum, & ipſorum jungentium curſum equis, & in vicem prolapſorum equitum vacuos capientium ad pugnam equos.* Tot verbis opus fuit, ut unica vox, παραβάται, explicaretur. Ex his autem colligi poteſt, *Baſtarnas Gallicam gentem* fuiſſe. Hoc enim genus pugnæ proprium fuit

Pag. 530. corrigenda ſint verba illa, de quibus quærimus, Excerpti hujus de Legationibus. Nam ex eis certe, quæ in hac Ecloge ſequuntur, manifeſtum fieri videtur, Rhodiorum legatos *gratulatum* veniſſe *Marcio res feliciter adverſus Perſeum geſtas*: at vero vis horum verborum, συνηδόμενοι τῶν γεγονότων τῷ Περσεῖ, rationem grammaticam ſi ſpectes, non alia niſi hæc eſſe poteſt, *gratulati Perſeo ea quæ acciderant*; quæ ita aliena ab hoc loco ſententia eſt, ut eam in lat. verſ. exprimere non ſim auſus.

L. 84 *ſq.* Μάρκιος τοὺς πρεσϐ. ἰδιϐ. Ῥοδίους πεῖσαι &c. Polybius Legat. LXXX. Λαϐὼν αὐτὸν (principem legationis Rhodiorum) κατ' ἰδίαν εἰς τὰς χεῖρας ὁ Κόϊντος, θαυμάζειν ἔφη, πῶς οὐ πειρῶνται διαλύειν οἱ Ῥόδιοι τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον, μάλιστα τοῦ πράγματος ἐκείνοις καθήκοντος.

L. 87. μετέπιπτον· ὡς οὐ φαύλως &c. μετέπιπτεν, *mutarunt animum*. Sic Civ. I. pag. 97, 26 ſq. μετέπιπτε τῇ γνώμῃ, *mutavit ſententiam*. De re conf. Polyb. l. c. ſub fin.

Pag. 531. *L.* 90 *ſq.* „πρέσϐεις ἔπεμπον εἰς Ῥώμην, καὶ ἑτέρους πρὸς Μάρκιον. Ita hunc locum emendavimus, cum in exemplari corrupte legeretur, πρέσϐεις ἔπεμπον πρὸς Ῥώμην, καὶ ἕτερα πρὸς Μάρκιον." URSINUS. In contextu tamen edit. Urſini πρὸς poſitum eſt, & εἰς in marg. rejectum. Recte hic locus exhibetur in cod. Bav.

XVI. Apud *Valeſium*, pag. 562 ſq.

Lin. 92. Γένθιος, βασιλεὺς Ἰλλυριῶν ἔνος ἔθνους &c. Delendum inciſum, quod poſt Ἰλλυριῶν irrepſit. De re conf. Noſtrum in Illyr. c. 9. p. 841. Polyb. Legat. LXXXV. Liv. XLIV. 27. Plutarch. in Paulo Æmilio p. 261. *L.* 96. Πετίλιον, *L. Petilium* vel *Petillium*. Livius l. c. *L.* 97 *ſq.* ὡς ἤδη καὶ δι' αὐτὸν Ῥωμαίοις πεπολεμωμένον. Livius l. c. *Perſeus contraxiſſe cum neceſſitates ratus ad bellum utique cum Romanis*. Plutarch. l. c. ἡγούμενος ὁ Περσεὺς, οὐδὲν ἔτι δεῖσθαι τῶν χρημάτων τῶν ἐκπολέμωσιν, ἅλυτα τοῦ Γενθίου προδεδωκότος ἔχθρας ἐνίσχυσε, καὶ διὰ τηλικαύτης αἰτίας ἐμϐεϐλημένος ἑαυτὸν εἰς τὸν πόλεμον. πεπολεμωμένον poteſt eſſe Acculativus abſolute poſitus. πεπολεμωμένος τινὶ aliàs eſt *ad bellum adverſus aliquem conci-*

tatus, *hoſtis factus*, *infenſus*. Mith. 648, 96. & 807, 91. Hiſp. 269, 68. Hoc loco videri poteſt exponendum *ad bellum coactus*: ac videndum, an Ρωμαίους fortaſſe, pro Ρωμαίοις, legi debeat, eadem ſtructura eademque ſententia, qua apud Thucyd. lib. V. cap. 98. legimus, πολεμώσεσθε αὐτοὺς, *hoſtes vobis reddetis illos*. Pag. 531.

L. 98. Ες δὲ Γίτας ἔπεμπε &c. *Gallos* Livius vocat, XLIV. 26. Vide Notata ad p. 532, 15. *L.* 99 *ſqq.* καὶ Εὐμενοῦς ἀπεπείρασεν &c. Vide Liv. XLIV. 24 ſq.

L. 2 *ſq.* „Εὐμένει δ' ὡς οὐ λησομένῳ ταῦτα Ρωμ Hæc partim corrupta, partim tranſpoſita ſunt; ac mihi videntur collocari debere poſt ea verba, διαβαλεῖν τὸν Εὐμένη, ὡς οὐ λησομένων τούτων τοὺς Ρωμαίους, vel ſane, ὡς οὐ λησόμενόν γε τοὺς Ρωμαίους." HENR. VALESIUS. Non obſcura ſententia: ſed mire ita accidit, ut Livii locus, quo eadem ſententia exponebatur, pariter mutilus ad nos pervenerit: XLIV. 24. *Ad Eumenem per ſpeciem captivorum redimendorum miſſus legatus erat: verum occultiora quædam agebantur, quæ in præſentia inviſum quidem & ſuſpectum Romanis Eumenem falſis gravioribus* * *. *Proditor enim ac prope hoſtis habitus, dum inter ſe duo reges captantes fraude & avaritia certant.*

L. 11. καταθήσειν. Sic in Contextu recte edidit Valeſius: in marg. autem notavit: „*Mſſ.* καθήσειν." Pag. 532.

CAP. II. Lin. 15. Κλοιλίῳ μὲν, τῷ ἡγεμόνι (τῶν Γετῶν) &c. „Livius lib. XLIV. [c. 26 ſq.] *Clondicum vocat, regulum Gallorum*; non, ut Appianus noſter, *Getarum*. Plutarchus autem in Æmilio Paulo [p. 260.] *Baſtarnas* dicit: ἦκον γὰρ αὐτῷ δεηθέντι Βαστάρναι, μύριοι μὲν ἱππεῖς, μύριοι δὲ παρατάται. Quæ Plutarchi verba nemo melius interpretatus eſt T. Livio. Is ſic ait: *Veniebant x millia equitum, par numerus peditum, & ipſorum jungentium curſum equis, & in vicem prolapſorum equitum vacuos capientium ad pugnam equos.* Tot verbis opus fuit, ut unica vox, παρατάται, explicaretur. Ex his autem colligi poteſt, *Baſtarnas Gallicam gentem* fuiſſe. Hoc enim genus pugnæ proprium fuit

Gallorum, ut teſtis eſt Pauſanias in Phocicis: [X. 19.] δύο γὰρ οἰκίται περὶ ἕκαστον τῶν ἱππευόντων ἦσαν, ἀγαθοὶ καὶ αὐτοὶ τὰ ἱππικά, & cet. quæ brevitatis ſtudio prætermitto. Germani quoque hoc genere pugnæ exercitati fuere, ut ait Cæſar lib. I. de Bell. Gall. in fine: *Equitum millia erant ſex: totidem numero pedites velociſſimi, quos ex omni copia ſinguli ſingulos ſuæ ſalutis cauſa delegerant. Cum his in prœliis verſabantur*, &c. Parum refert, hoc quidem loco, Gallicam an Germanicam gentem dicamus: quippe Gallos Germanis permixtos fuiſſe conſtat. Certe T. Livius, quem *regem Gallorum* in lib. XLIV. vocat, eundem regulum *Baſtarnarum* dicit lib. XL. extremo. [cap. 58.] Et Diodorus Siculus eos modo Γαλάτας, modo Κελτοὺς nominat. [Γαλάτας quidem in Exc. Peireſc. apud Valeſ. pag. 313. Opp. T. II. p. 580. edit. Weſſeling.] Denique in Prologo libri XXXII. Trogi Pompeji ſatis indicatur, Baſtarnas a Gallis ortos eſſe." HENR. VALESIUS. Plutarchus etiam, quos modo *Baſtarnas* vocaverat, eoſdem mox p. 261, Γαλάτας adpellat: & diſerte pag. 259. Γαλάτας, ait, τοὺς περὶ τὸν Ἴστρον ᾠκημένους, οἳ Βαστάρναι καλοῦνται. Conf. Drakenborch. ad Liv. XLIV. 26, 2. Baſtarnas *Getis* rurſus adnumerat Appianus in Illyr. p. 833. extr. & ſq.

Pag. 532.

Pag. 533. *L.* 30 *ſq.* τὸ χρυσίον τὸ γιγνόμενον. Valeſius, cujus verſionem tenui, interpretatur *aurum quod convenerat.* Potius: *aurum quod adeſſet, quod paratum haberet:* ſcil. ἐλατῆρας illos μυρίους, quos paulo ante dixit, l. 20 ſq.

Pag. 534. XVII. Apud *Valeſium*, p. 565 ſq. De argumento, præter alios, conſuli poſſunt Liv. XLV. 40 ſq. & Valer. Max. V. 10, 2.

L. 44 *ſq.* τὸ δαιμόνιον ἐφθόνησε τῇς εὐτυχίας. Sic rurſus p. ſq. lin. 60. φθονερὸς γὰρ ὁ δαίμων. Conf. Adnotat. ad Pun. 366, 66. & 378, 44. & 382, 11 ſq.

Pag. 535. *L.* 51 *ſqq.* παρελθὼν εἰς τὴν ἀγοράν, εἶπεν, &c. „Eadem fere oratio Pauli Æmilii legitur apud Plutarchum in ejus vita. [pag. 274.]" HENR. VALESIUS. *L.* 58. δεῖσαι, μή τι τῷ σώματῷ συμπίσοι, πρὸς ὑμᾶς ἐπανιόντι. De iſto ἀνακολουθίας ge-

nere, quo in media periodo ab oratione obliqua tranſitur ad rectam, dixi ad Pun. 402, 30 ſq. Pag. 535.

Quum *Eclogis de Virtutibus ac Vitiis*, ex IX. prioribus Appiani libris excerptis, in Exemplari Peireſciano hæc verba eſſent in fine ſubſcripta: Τέλος τῆς Ἱσϑορίας Ἀππιανοῦ τῆς ἐπιγραφομένης Βασιλικῆς: ad verba iſta hæc monuit VALESIUS: „Error eſt compilatoris, qui, cum Librum primum Appiani Βασιλικὴν inſcribi cerneret, ita & totum opus inſcriptum eſſe exiſtimavit. Sed Appianus ipſe in Proœmio Hiſtoriæ ſatis docet, opus ſuum Ρωμαϊκὴν Ἱσϑορίαν inſcriptum eſſe, ac primum quidem librum, quod res ſub Regibus geſtas continet, inſcribi Ρωμαϊκῶν Βασιλικὴν, ſecundum vero Ρωμαϊκῶν Σαυνιτικὴν, & ſic deinceps. Utinam vero ſaltem poſtremus hujus Scriptoris liber extaret, in quo omnes reditus ſumptuſque ac legiones & claſſes Imperii Romani prodiderat, ut ipſemet teſtatur."

AD APPIANI LIBRUM DE REBUS SYRIACIS.

„BELLUM hoc *Syriacum*, adverſus Antiochum a Romanis geſtum, præter Noſtrum ſcribunt Livius lib. XXXIV. & ſeqq. Juſtinus lib. XXXI. Valerius Max. [paſſim,] Florus lib. II. c. 8. Gellius lib. V. cap. 5. Plutarchus Scipione & Catone Majore, & alii, quos ad Florum enumerat CAMERS." AL. TOLLIUS. Non debuerat in iſto Scriptorum catalogo præteriri Polybius. Pag. 536.

CAP. I. Lin. 2 ſq. ἕκτος δὲ ἀπὸ Σελεύκου. „Falſus eſt Appiani calculus, ſi ita ſcripſit: fuit enim quintus tantum, non ſextus. Numeremus. *Seleucus*, Alexandri in Oriente ſucceſſor, cujus filius *Antiochus Soter*, cujus filius *Antiochus Deus* dictus, cujus filius *Seleucus Callinicus*, cujus filius *Antiochus Magnus*, de quo hic ſermo. Ergo legendum πέμπτος, ſi de filiatione & gradibus generationis intelligendum; vel, ut ratio

Pag. 536. conſtet in Appiani calculo, intelligendum eſt de ordine ſucceſſionis, & ita bene ſe haberet lectio vulgata. Nam *Seleucus Ceraunus*, frater Antiochi Magni, ante eum regnavit." JAC. PALMERIUS. Sane non erat, cur hunc locum ſolicitaret Palmerius.

L. 4. Μηδίαν. Sic recte, cum H. Stephano, dedit Aug. & GEMISTUS PLETHO, in *Excerptis mſptis* ἐκ τῶν Ἀππιανοῦ Ἱστοριῶν περὶ τῶν κατὰ Συρίαν Μακεδονικῶν βασιλέων: quorum Excerptorum tria Exemplaria, duo *Vindobonenſia* ex Bibliotheca Cæſarea, unum *Leidenſe* ex Biblioth. Univerſ. Lugdun. Batavorum, in uſum noſtræ Editionis duo Viri doctiſſ. humaniſſimique LOCELLA & WYTTENBACHIUS, cum edita Appiani hiſtoria Syriaca contulerunt. *Ead. lin.* 4 *ſq.* Παρθυαίην. Sic utique fuit reſtituendum: & ſic Pletho dedit, apud quem tamen accentus perperam in ultima ponitur. Παρθυαίην h. l. eſt in Aug. ſed id a ſec. manu, eraſa proba ſcriptura cujus clara veſtigia ibidem ſuperſunt. Cum Editis ſtat Vratisl. & (ut puto) Ven. Atque id ſemper, niſi diſerte ſecus monuero, ita intelligendum, codicem Vratisl. cum Editis (ſaltem cum edit. 1.) & cum codd. Regiis ſtare, & ex codice Ven. nullam varietatem in ſchedis noſtris eſſe adnotatam. Recte Editi cum mſptis, Παρθυαίην, Civ. V. 725, 22. Conf. Civ. II. 197, 88. Reiskius h. l. (ſi fides apographo) Παρθυαίην ſcribere juſſit: veram lect. adnotavit MUSGRAV.

L. 5. ἀφισλάμενα ἔτι πρὸ αὐτοῦ. Pletho, ἀφεσληκότα ἔτι καὶ πρὸ αὐτοῦ. Commodius ſane, in præterito; quod & repoſitum malim: ſed ſæpe Pletho dicendi formas Appianeas cum aliis, quæ ipſi uſitatiores erant, commutavit; ut difficile interdum ſit conſtituere, quid ex probato ſatis Appiani exemplari, quod ante oculos habuit, ſumſerit, quidve conſulto ipſe immutarit.

L. 6. πολλὰ καὶ μεγάλα δράσας. Verba καὶ μεγάλα ex Plethone, qui ea dedit, in contextum recipienda nobis viſa ſunt. Eadem verba Petri Candidi quoque exemplar agnoviſſe videtur; qui in verſione ſua (quum raro, in locis certe quorum perſpicua ipſi ſententia fuit, verbum aliquod ſua auctoritate

auctoritate adjicere Græcis ſoleat) h. l. poſuit, *cum plurima ſtrenue geſſiſſet.* Ac ſatis notum eſt, ad eam exprimendam ſententiam, quam hic ratio poſtulat, hoc ipſum nomen μεγάλα aut aliud ſimile conjungi cum nomine πολλά ſolere. Sic, alios Scriptores ut taceam, Noſter, Mith. p. 813, 97. πολλὰ καὶ μεγάλα ἔδρασε. Annib. 264, 8. πολλὰ καὶ γενναῖα ἔδρων. cf. ibid. 265, 19. & 272, 33 &c. Pag. 536.

Ead. lin. 6 ſq. Μέγας Αντίοχος ἀπὸ τοῦδε κληθείς. Sic dedit Aug. Et Cand. *ob idque magnus Antiochus diceretur.* Utique præſtaret conpoſitum verbum ἐπικληθείς, ſi cognomen Μέγας ſolum hic legeretur, nec repetitum ſimul eſſet nomen Αντίοχος: ſed ſic ex librarii alicujus ſedulitate adjecta illa præpoſitio ad verbum κληθείς videtur. Verba ἀπὸ τοῦδε in Plethonis etiam fuerunt exemplari, ſed ab illo in ἀπὸ τούτου ſunt mutata. In Leidenſi ſaltem exempl. verba hæc, ἀπὸ τούτου, (quæ quidem ex Vindobonenſibus exemplaribus adlata non video) exhibentur: & ſic conſtanter idem Pletho formas iſtas Appiano uſitatas, τοῦδε, τῷδε, τόνδε, τόνδε, τάδε, τῶνδε &c. in τούτου, τούτῳ, τοῦτον, ταύτην, ταῦτα, τούτων &c. mutavit.

L. 7. τοῖς γεγονόσι. Pletho τοῖς πεπραγμένοις. *Ibid.* ἔστιν ὁ Πτολεμαίου. Pleth. ἔστιν ὃ ἐπιδραμὼν Πτολ. & dein lin. 10. pro ἐπιδραμὼν περιέσπασε, poſuit ἀφελόμενος ἐς ἑαυτὸν περιέσπασε.

L. 8. Συρίαν τε τὴν Κοίλην &c. Vide Livium XXXIII. 19.

L 9. Πτολεμαίου τοῦ Φιλοπάτορος, Αἰγύπτου βασιλέως, ἔτι παιδὸς ὄντος. Puerum hunc *Ptolemæum*, qui Φιλοπάτωρ h. l. & rurſus p. 539, 44. & 540, 72. cognominatur, cui Syriam Cœlen Ciliciamque Antiochus eripuit, non eum eſſe, cui vulgo apud alios Scriptores cognomen hoc *Philopator* tributum videmus, ſed ejus filium, *Ptolemæum quintum*, *Epiphanem* aliàs cognominatum, monuimus ſupra ad Fragm. III. ex Hiſt. Maced. pag. 508. lin. 53.

L. 11. ἐνθυμούμενος. Pl. ἐπινοῶν: quo verbo ſæpe aliàs utitur Appianus. *Ibid.* Ἑλλησποντίους Aug. Ven. & Pleth. Leid qui etiam adjicit conjunct. τε. De re conf. Livium XXXIII. 38. Pag. 537.

L. 14. Θρᾴκην, cum H. Stephano, deder. omnes manuſcripti, excepto Reg. A. *L.* 15. Χερρόνησον. Χερρόνησον, duplici ν,

Pag. 537. Vratisl. cum Aug. Conf. Adnot. ad App. Præf. pag. 3, 36. & ad Pun. 435, 67. *Ibid.* ὤκιζεν. ὤκισεν Reg. B.

L. 19. Αυσιμαχέων. Αυσιμαχίων maluit MUSGRAV. prætet rationem. *L.* 20. εἴ τινες. Prætuli concinniorem hanc loquendi formulam, quam obtulit Aug. (ex emendatione quidem, quum & ibi prius οἵ τινες fuisset scriptum) & Pletho Leid. εἴ τις & εἴ τι, fere ut Latinorum, *si quis*, *si quid*, usurpari pro ὅστις ἂν, ὅ τι ἂν, monuit Hoogev. de Partic. ling. Græc. pag. 365.

L. 23. οὐδὲν ἐλλείπων ἐς ταχεῖαν ἐπιτειχίσματος ὁρμήν. — ἐλείπων, cum H. Stephano, recte dedit Aug. & Pletho. Sed vereor, ut satis emendata vel integra sit oratio. Candidus *nihil moræ præstitit ad mœnia erigenda.* Gelenius: *ut quam celerrime urbem munitam, futuro bello sedem, absolveret.* Pag. 539, 49. ἡ ὁρμὴ Αντιόχου sunt *consilia & conatus Antiochi.* Hoc loco legendum videtur, οὐδὲν ἐλείπων ἐς ταχεῖαν ἐπιτείχισιν ὁρμῆς: ut ὁρμῆς referatur ad οὐδὲν ἐλείπων.

L. 25. ταμιεῖον recepi ex Aug. ut alibi.

Pag. 538. *CAP. II. Lin.* 27. Ταῦτα δὴ' ἑαυτῷ &c. Conjunctionem δὴ ex conject. adjeci. Reliqua, quæ ad sententiam necessaria videntur, dedit, ut dixi, Pletho. Sed mox *lin.* 28. pro ταύτῃ repositum τῇδε malim: nam illud utique sua auctoritate Pletho, pro more suo, in locum particulæ τῇδε, usitatæ Appiano, substituisse videtur. Conf. Adnot. ad pag. 75, 86. & ad 536, 6 sq.

L. 29. οἱ μὲν πλέονες. οἱ μὲν δὴ πλείους, Pleth. Vindob. sed conjunct. δὴ recte caret exempl. Leid.

L. 30. Pro his verbis, δέει τῆς δυνάμεως, in Aug. leguntur hæc, δέει τῷ τῆς ἀλώσεως, *veriti ne vi expugnarentur.* Cujus lectionis mentionem video a me in Notis Textui subjectis omissam; quum non solum non spernenda, sed *in Contextum etiam recipienda* videatur. Candidus: *timore adducti*; & reliqua plane præterlit, sive quod in suo exemplari nil nisi δέει legit, sive quod adjecta verba τῷ τῆς ἁλώσεως (mendose fortasse aut intricate scripta) non intellexit, adeoque latine exprimere desperavit. Ac simili fortasse de causa

in alia Græca exemplaria altera lectio, τῆς δυνάμεως, ex librarii alicujus conjectura, irrepſit. Pag. 538.

L. 31. Φλαμίνιον. „Φλαμινῖνον: & ſic ſemper deinceps corrigendum." REISKIUS. Vide notata ad Maced. p. 510, 85.

L. 36 *ſq.* διαπρεσβεύσεις. Nomen hoc non adnotavit H. Steph. in Theſ. Utitur eo tamen & aliàs Appianus: vid. hiſt. Gall. pag. 90, 72. De re conf. Livium XXXIII. 34 ſq.

L. 40. ἀκμῇ Aug. Ven. Pl. Quum ἀρχῇ dediſſent Editi, delere illud vocab. juſſit *Muſgravius*. *Reiskius* „ſententia, ait, flagitat φορᾷ vel ὁρμῇ."

L. 43. ἀφίκοντο. ἀφικνοῦνται Pleth. *Ibid.* & *ſqq.* ἀφίκοντο πρέσβεις ἐς Ῥώμην παρὰ Πτολεμαίου τοῦ Φιλοπάτορος &c. Pag. 539. „Non a *Philopatore Ptolemæo*, ſed ab ejus filio *Epiphane*, A. U. 554. legati Romam venerunt, qui Senatum P. Q. R. rogarent, ut tuendum pupillum Epiphanem adverſus aviditatem Philippi & Antiochi, qui velut hæreditatem Philopatoris inter ſe diviſerant, ſuſciperent. Vid. Simſon [in Chronic. Cathol.] ad A. M. 3805. Præterea tempora miſcet. Nam legatio illa Ægyptiaca ante Bellum Macedonicum Romam venit: legatio illa Romana ad Antiochum, de qua ſtatim poſt Appianus, bello illo confecto, ante Antiochicum, miſſa fuit, circa A. U. 558. Rerum geſtarum ſeriem & Ptolemæorum ordinem p. 88. [edit. H. Steph.] mirifice confudit & turbavit." REISKIUS. De *Philopatoris* cognomine, neſcio qua confuſione, in filium Philopatoris, Ptolemæum V. *Epiphanem* apud Appianum translato, vide, ſi lubet, quæ adnotavi ad Maced. 508, 53. Legationem quod adtinet Ægyptiacam, de qua nunc agitur, & in cujus commemoratione tempora miſcuiſſe Appianum conqueritur Reiskius: quod ſi A. U. 554. (ut ex Juſtino XXX. 2. Simſonus docet a Reiskio citatus, conf. Appian. Maced. p. 508. l. 49-56.) Alexandrini miſſa Romam legatione pupillum Regem ſuum tutandum commendarunt Romanis adverſus Philippi & Antiochi aviditatem; non video, quid obſtet, quo minus deinde, poſtquam Cœleſyriam & Ciliciæ partem, dum Macedonico bello diſtinebantur Romani, Ptolemæo re ipſa jam ademerat An-

Pag. 537. Vratisl. cum Aug. Conf. Adnot. ad App. Præf. pag. 3, 36. & ad Pun. 435, 67. *Ibid.* ὤκιζεν. ὤκισεν Reg. B.

L. 19. Αυσιμαχίων. Αυσιμαχιέων maluit MUSGRAV. prætet rationem. *L.* 20. εἴ τινες. Prætuli concinniorem hanc loquendi formulam, quam obtulit Aug. (ex emendatione quidem, quum & ibi prius εἴ τινες fuisset scriptum) & Pletho Leid. εἴ τις & εἴ τι, fere ut Latinorum, *si quis, si quid*, usurpari pro ὅστις ἂν, ὅ τι ἂν, monuit Hoogev. de Partic. ling. Græc. pag. 365.

L. 23. οὐδὲν ἐλλείπων ἐς ταχεῖαν ἐπιτείχισματος ὁρμήν. — ἐλείπων, cum H. Stephano, recte dedit Aug. & Pletho. Sed vereor, ut satis emendata vel integra sit oratio. Cand. *nihil moræ præstitit ad mœnia erigenda.* Gelenius: *ut quam celerrime urbem munitam, futuro bello sedem, absolveret.* Pag. 539, 49. ἡ ὁρμὴ Αντιόχου sunt *consilia & conatus Antiochi.* Hoc loco legendum videtur, οὐδὲν ἐλείπων ἐς ταχεῖαν ἐπιτείχισιν ὁρμῆς: ut ὁρμῆς referatur ad οὐδὲν ἐλείπων.

L. 25. ταμιεῖον recepi ex Aug. ut alibi.

Pag. 538. *CAP. II. Lin.* 27. Ταῦτα δ' αὐτῷ &c. Conjunctionem δὲ ex conject. adjeci. Reliqua, quæ ad sententiam necessaria videntur, dedit, ut dixi, Pletho. Sed mox *lin.* 28. pro ταύτῃ repositum τῇδε malim: nam illud utique sua auctoritate Pletho, pro more suo, in locum particulæ τῇδε, usitatæ Appiano, substituisse videtur. Conf. Adnot. ad pag. 75, 86. & ad 536, 6 sq.

L. 29. οἱ μὲν πλέονες. οἱ μὲν δὴ πλείους, Pleth. Vindob. sed conjunct. δὴ recte caret exempl. Leid.

L. 30. Pro his verbis, δέει τῆς δυνάμεως, in Aug. leguntur hæc, δέει τῷ τῆς ἀλώσεως, *veriti ne vi expugnarentur.* Cujus lectionis mentionem video a me in Notis Textui subjectis omissam; quum non solum non spernenda, sed *in Contextum etiam recipienda* videatur. Candidus: *timore adducti;* & reliqua plane præterlit, sive quod in suo exemplari nil nisi δέει legit, sive quod adjecta verba τῷ τῆς ἀλώσεως (mendose fortasse aut intricate scripta) non intellexit, adeoque latine exprimere desperavit. Ac simili fortasse de causa

in alia Græca exemplaria altera lectio, τῆς δυνάμεως, ex librarii alicujus conjectura, irrepſit. Pag. 538.

L. 31. Φλαμίνιον. „Φλαμινῖνον: & ſic ſemper deinceps corrigendum." REISKIUS. Vide notata ad Maced. p. 510, 85.

L. 36 *ſq.* διαπρεσβεύσεις. Nomen hoc non adnotavit H. Steph. in Theſ. Utitur eo tamen & aliàs Appianus: vid. hiſt. Gall. pag. 90, 72. De re conf. Livium XXXIII. 34 ſq.

L. 40. ἀκμῇ Aug. Ven. Pl. Quum ἀρχῇ dediſſent Editi, delere illud vocab. juſſit *Muſgravius*. *Reiskius* „ſententia, ait, flagitat φορᾷ vel ὁρμῇ."

L. 43. ἀφίκοντο. ἀφικνοῦνται Pleth. *Ibid.* & *ſqq.* ἀφίκοντο πρέσβεις ἐς Ρώμην παρὰ Πτολεμαίου τοῦ Φιλοπάτορος &c. Pag. 539. „Non a *Philopatore Ptolemæo*, ſed ab ejus filio *Epiphane*, A. U. 554. legati Romam venerunt, qui Senatum P. Q. R. rogarent, ut tuendum pupillum Epiphanem adverſus aviditatem Philippi & Antiochi, qui velut hæreditatem Philopatoris inter ſe diviſerant, ſuſciperent. Vid. Simſon [in Chronic. Cathol.] ad A. M. 3805. Præterea tempora miſcet. Nam legatio illa Ægyptiaca ante Bellum Macedonicum Romam venit: legatio illa Romana ad Antiochum, de qua ſtatim poſt Appianus, bello illo confecto, ante Antiochicum, miſſa fuit, circa A. U. 558. Rerum geſtarum ſeriem & Ptolemæorum ordinem p. 88. [edit. H. Steph.] mirifice confudit & turbavit." REISKIUS. De *Philopatoris* cognomine, neſcio qua confuſione, in filium Philopatoris, Ptolemæum V. *Epiphanem* apud Appianum translato, vide, ſi lubet, quæ adnotavi ad Maced. 508, 53. Legationem quod adtinet Ægyptiacam, de qua nunc agitur, & in cujus commemoratione tempora miſcuiſſe Appianum conqueritur Reiskius: quod ſi A. U. 554. (ut ex Juſtino XXX. 2. Simſonus docet a Reiskio citatus, conf. Appian. Maced. p. 508. l. 49-56.) Alexandrini miſſa Romam legatione pupillum Regem ſuum tutandum commendarunt Romanis adverſus Philippi & Antiochi aviditatem; non video, quid obſtet, quo minus deinde, poſtquam Cœleſyriam & Ciliciæ partem, dum Macedonico bello diſtinebantur Romani, Ptolemæo re ipſa jam ademerat An-

Pag. 539. tiochus, alia denuo legatio conqueſtum de illis Antiochi injuriis Romam a Ptolemæo & ejus aulicis mitti potuerit, Jam olim quidem Romani Antiocho pariter atque Philippo per legatos ſtatim denunciaverant, *regno Ægypti abſtinerent.* Juſtin. XXX. 3. Appian. Maced. 509, 62 ſq. Sed iſtam denunciationem nihil curaverat Antiochus; neque Romanis commodum etiam tum fuerat, ſerio rem adgredi, & duobus bellis, hinc cum Philippo, illinc cum Antiocho, ſimul ſeſe implicare. Nunc, debellato Philippo, cumulatis interim Antiochi injuriis, denuo ſolicitati ab Ægyptiis Romani apertius ſtrictiuſque cum Antiocho agere incipiunt. Quod *rerum geſtarum ſeriem & Ptolemæorum ordinem mirifice confuſum ab Appiano p.* 88. *turbatumque* conqueſtus eſt Reiskius, id vero quo pertineat, quove jure ab illo jactari querela iſta potuerit, fateor me plane non pervidere. Pagina illa 88. editionis H. Stephani in noſtra editione a pag. 540, 65. ad pag. 542, 5. excurrit. Atqui in tota illa hiſtoriæ hujus parte non niſi de uno eodemque hoc Ptolemæo, de quo jam ſatis dictum eſt, verba faciuntur: & (a cognomine *Philopatoris* ſi diſcedas, quod ei perpetuo in hac hiſtoria, mire utique, tribuitur) nihil de eodem Ptolemæo ibi prædicatur, quod non Livii, Joſephi, aliorumque Scriptorum teſtimoniis comprobetur. Reliquam autem ſeriem rerum quod adtinet, quæ ibi exponuntur, tantum abeſt ut miſceat omnia confundatque Appianus, ut non modo ab aliis Scriptoribus non magnopere recedat, ſed cum Livio præſertim mirifice etiam conſentiat; a quo quidem non niſi in re exigui momenti in diverſum ibi abire Appianum, monebimus ad p. 541, 75 ſq. At nimirum a Reiskio, quum dicam illam Appiano ſcriberet, ne inſpectum quidem collatumve cum Scriptore noſtro Livium fuiſſe, ſatis adparet ex eo quod ad eamdem pag. 541, 83 ſq. ab eodem adnotatum referemus.

L. 49. καταστέψεσθαι. Emendationem hanc H. Stephani firmat cod. Aug.

CAP. III. Lin. 51. τῶν πρέσβεων Γναῖος ἡγούμενος. Ἀεύκιος Κορνήλιος, Polyb. XVII. 31. & Legat. X. Livius XXXIII.

39. & 41. *L.* 56. ἀφείλοντο Ρωμαῖοι, Delevi artic. cum Reg. B. Aug. Vratisl. Pleth.

L. 60. Θράκην ἐπάγοιτο. Sic h. l. omnes noſtri, excepto Pleth. Sed p. 537, 14. eſt Θράκην ὑπάγιτο. & rurſus pag. 543, 14 ſq. πολλὰ καὶ τότε τῆς Θράκης ὑπάγιτό τε καὶ κατεσκέφιτο. Conf. notata ad Pun. 319, 51 ſq. ὑπάγεσθαι, eſt *volentem aliquem ſibi ſubjicere, in deditionem accipere.* ὑπάγεσθαι εἰς φίλιαν, *amicum & ſocium ſibi adſciſcere.* Pag. 540.

L. 61. Θεμίλια. Θεμίλιοι Pletho. *L.* 62. πρὸς. αὐτοῦ. πρὸς. ἑαυτοῦ Pletho: & ſic plerumque pro αὐτοῦ, αὐτῷ, αὐτὸν &c. ubi reciproce accipienda ſunt, ponit ἑαυτοῦ, ἑαυτῷ &c.

CAP. *IV. Lin.* 73 *ſqq.* Λόγου δὲ καὶ δόξης &c. Conjunctionem dederunt Aug. Ven. & Pletho: & interſerendam monuerunt REISK. & MUSGRAV. De re conf. Liv. XXXIII. 41.

L. 75 *ſq.* καὶ αὐτῷ κατὰ Ἔφεσον Ἀννίβας ὁ Καρχ. συμβάλλει. In ſequentem demum annum, poſt reditum Antiochi ab irrita illa expeditione, primum Annibalis cum Antiocho congreſſum rejicit Livius XXXIII. 49. *L.* 76. συμβάλλει. Sic Pletho. In ξυμβάλλει conſentiunt cum Editis Aug. & Vratisl. Vid. not. ad Pun. 309, 78. Pag. 541.

L. 83 *ſq.* Κύπρον δ' ἐλπίσας αἱρήσειν - - - διέπλει κατὰ τάχος ἐπ' αὐτήν. „De illa Antiochi in Cyprum expeditione tacent auctores." REISKIUS. Atqui apud Livium XXXIII. 41. diſſertis verbis legimus, plane ut apud Noſtrum: *cognito, vivere Ptolemæum, navigandi quidem in Ægyptum omiſſum conſilium eſt. Cyprum nihilominus tendens*, &c. Et paulo poſt: *Conlectis reliquiis naufragii, quum res non in eo eſſet, ut Cyprum tentaret minus opulento agmine, quam profectus erat, Seleuciam redit.* Confer finem Adnotat. ad p. 539, 43 ſqq. Quum ad αὐτὴν vulgo deſideraretur præpoſitio, εἰς αὐτὴν correxit MUSGRAV. & REISKIUS, ut eſt in Aug. quod & in contextum recipi poterat. *L.* 85. χειμῶνι. Sic recte primum erat in Aug. ſed & ibi perperam in χειμῶνας mutatum. „χειμῶνι, vel χειμάσι" legendum monuit REISK.

Ibid. ἀμφὶ τὸν Σάρον ποταμόν. „*Sarus* non Cypri, ſed Ciliciæ, fluvius eſt." REISKIUS. Nec Cypri fluvium

Pag. 541. Appianus dixit. *L.* 88. κατεσκευάζε prætuli cum Reg. B. Aug. Vratisl.

Pag. 542. *CAP. V. Lin.* 9 *ſqq.* Πτολεμαίῳ - - ἔσεσθαι Κλεοπάτραν, &c. Liv. XXXV. 13. Polyb. Legat. 82. Omitto aliorum Scriptorum loca adferre; quæ apud Uſſerium, Simſonum alioſque recentiores Chronographos, qui volet, collecta inveniet. Neque enim id fert inſtituti noſtri ratio, ut in his Adnotationibus preſſe ſubtiliterque ſingula rerum momenta, quæ in Appiani Hiſtoriis commemorantur, vel excutiamus, vel cum reliquorum Scriptorum conferamus monumentis, &, qua parte conveniat Appiano cum aliis, qua parte non conveniat, late exponamus. Subinde tamen, ubi vel obſervatio quædam ad Appianum pertinens, a docto aliquo Viro prolata, flagitare videbitur ut loco alicui pauliſper immoremur, vel ubi notabilis aliqua difficultas in Appiani narratione videtur ineſſe, in diſcuſſionem etiam paulo latiorem, quemadmodum adhuc fecimus, licebit excurrere. Ceterum ſtudioſis Romanæ hiſtoriæ haud ingratum nos facturos putavimus, ſi paſſim uno ſaltem verbo ad Livium præſertim eos ablegaremus, & qua parte Hiſtoriarum ſuarum Patavinus Scriptor eaſdem res pertractarit, quas Alexandrinus noſter exponit, indicaremus; quo facilius narrationem utriuſque Scriptoris, quoties libitum eſſet, inter ſe conferre poſſint. *L.* 9 *ſq.* ἀφαιρεθῆναι. Commodior utique videri lectio Pleth. ἀφαιρεθήσεσθαι debet.

Pag. 543. *CAP. VI. Lin.* 14. Χερρόνησον. Χερρόννησον Aug. & Vratisl.

L. 18 *ſq.* ἐς συμμαχίαν ὑπήγετο. Non ſolicitanda hæc lectio. Vide paulo ſuperius, ad p. 540, 60. & ad Pun. 319, 51 ſq.

L. 19. ἀξιομάχους ἡγούμενος ἔσεσθαι οἱ. Gelenius: *ratus idoneos quos Romanis opponeret.* Non videtur vim græcæ dictionis expreſſiſſe. *L.* 21 *ſqq.* De legatione iſta Antiochi conf. Liv. XXXIV. 57 ſeqq. *L.* 25. καὶ βουλόμενον καὶ σύμμαχον αὐτοῖς εἶναι. In hanc lect. codicum Regiorum & Editorum conſentit Vratisl. „καὶ βουλόμενον φίλον καὶ συμμ." REISKIUS: fere ut Pletho. Imo ex Pleth. Vind. enotatum καὶ βουλ. καὶ φίλον αὐτοῖς εἶναι καὶ σύμμαχον. Nec tamen opus eſſe puto inſerere nomen φίλον, quum modo præceſſerit πειθ

τὴν Ρωμ. φιλίαν ἐσπουδακότα. Sic igitur illius conjunct. καὶ, poſt βουλόμενον, hæc vis erit, *qui non ſolum amicitiæ Romanorum ſtudet, verum etiam ſocius eorum eſſe cupit:* non enim omnes qui *amici* populi Romani, idcirco & *ſocii* erant. conf. Adnot. ad pag. 86, 14 ſq. *L.* 29. ἅπερ οὐ τοῖς φίλοις. Forſan ἅπερ οὐ φίλους τοῖς φίλοις. *L.* 32. τοὺς Ἕλληνας. Attic. dedit Aug. Ven. & Pletho Vind. *Pag.* 543. *Pag.* 544.

CAP. VII. Lin. 37. ἐσβαλεῖν Pletho. ἰσβαλεῖν Aug. Ven. *L.* 47. καταλαβεῖν Aug. Ven. & Pletho Leid. Pariter REISKIUS: „ forte καταλαξεῖν." *L.* 51. πορθοῦντα Aug. Ven. Pl. Et monuerunt REISK. & MUSGRAV. ut ratio poſtulabat. De re, quæ hoc cap. & ſq. agitur, conf. Liv. XXXIV. 60 ſq. *Pag.* 545.

CAP. VIII. Lin. 57. φανεροῦ Aug. Ven. Pl. *L.* 60. Ἀρίστωνα. — „ Juſtinus hunc *Ariſtonem* non negotiatorem, ſed unum ex comitibus Annibalis, vocat. Livius dicit, Annibalem Ariſtonem quendam Tyrium Carthaginem miſiſſe, cujus ſolertiam levioribus miniſteriis expertus fuerat. Sed ſpecie negotiationis miſſum fuiſſe, veriſimile eſt. Eodem aſtu uſus eſt Pelopidas, atque ad Sphodriam Spartanum quendam mercatorem cum pecunia & mandatis ablegavit de re magni momenti. De quo Plutarchus in Pelopida. Quare prudenter Honorii ac Theodoſii reſcripto cautum eſt L. Mercatores, C. de commerc. & mer. *Ne mercatores, tam imperio Romano, quam Perſarum regi ſubjecti, ultra ea loca, in quibus fœderis tempore cum memorata natione Imperatoribus convenit, nundinas exerceant: ne ſcilicet alieni regni ſcrutentur arcana.*" ALEX. TOLLIUS: vel potius (quoad majorem quidem Adnotationis partem) MATTHIAS BERNECCERUS, *ad Juſtin. XXXI.* 4. *L.* 62. ἐμβάλῃ Aug. Ven. Pl. *L.* 72. ἐκ τῆς Ἀριστ. Pletho ὑπὸ τῆς Ἀριστ. *Pag.* 546.

CAP. IX. Lin. 77. Ρωμαίων Aug. Cand. Pl. *L.* 81. Quum παρειμένον mendoſe eſſet in edit. 1. παρέμενον repoſitum voluit MUSGRAV. Sed emendationem H. Stephani firmant ſcripti libri. *L.* 87. ἐργαζόμενοι γενέσθαι. Pletho βουλόμενοι γενέσθαι. *Pag.* 547.

Pag. 547. *CAP. X.* Iſtud Scipionis cum Annibale colloquium ex Claudii Quadrigarii Annalibus refert Liv. XXXV. 14. Idem colloquium ſuo more exornatum, Lucianus Dialogis Mortuorum inſeruit, num. XII. Pag. 548. *L.* 5 *ſq.* ταχὺ γοῦν . . τὰ τρίτα, *ſtatim tertias ſaltem partes.* *L.* 6. ἐμαυτῷ Aug. Ven. Pleth. *L.* 9. ὑμῶν οὐδενός πω θαῤῥοῦντος. Forſan ante verba εἰς τε τὴν Ιταλίαν hæc ſunt reponenda, & jungenda cum illis τὰ Ἄλπεια ὄρη πρῶτος ὑπερῆλθεν. Pag. 549. *L.* 11. ὑμῖν ἐπέσθησα Aug. Pletho. ἐνέσθησα Vratisl ἀγῶνα τινὶ ἐφίσθαναι eodem modo dicitur, quo κίνδυνόν τινι ἐφίσθαναι p. 296, 42. *in periculum, in diſcrimen aliquem adducere.* *L.* 17. ἐπίμιξίν τε Aug. Ven.

CAP. XI. Lin. 21. ἐπὶ ξενίᾳ. Sic Aug. Ven. & Pleth. Vind. De illa phraſi vid. Lamb. Bos, in Ellipſ. Græcis, voc. τράπεζα, Pag. 550. & Weſſeling. ad Diodor. T. I. pag. 608. *L.* 29. Καρχηδόνος κατεσθραμμένης. „Confuſio hiſtoriæ hic." MUSGRAV. „De Carthagine *fracta*, ſed nondum *funditus everſa*, id eſt accipiendum. Nam Hannibal A. U. 571. periit, Carthago everſa A U. 608." REISKIUS. Nimirum non, κατεσκαμμένης, ait. Κατεσθραμμένης, quod dicit, idem eſt, quod pag. 546, 78. dixerat, Καρχηδονίους ἀφελόμενος τὴν ἡγεμονίαν. Viciſſim, ubi de excidio vel deſtructione Carthaginis agitur, Pun. 418, 86. ibi, quum vulgo κατασθροφὴν legatur, verius rectiuſque codex Bav. κατασκαφὴν habet. *L.* 32. Λίβυσσα. Φρεάριον Βιθυνίας dicit Stephanus Byz. ad quem plura huc façientia ab Abr. Berkelio adnotata invenies.

Pag. 551. *CAP. XII. Lin.* 46. ἐλελύθεσαν Aug. Pleth. forma Appiano frequentata. *L.* 47. πρέσβεις ὧν Θόας ἦρχεν. Omnino uſitatius in hac re verbum ἡγεῖσθαι, quod & Pletho h. l. habet, & alibi conſtanter ipſe Appianus uſurpat. Sed nimirum Θόας ille non ſolum *prætor* tum erat *Ætolorum*, Liv. XXXV. 12. verum etiam *princeps gentis* Livio vocatur ibid. c. 32.

L. 52. ὑπερεπαίροντες, *ſupra modum efferentes, jactantes, exaggerantes.* ὑπεραίρειν eſt *excellere, ſuperare.* Verbum ὑπερεπαίρειν, rarius quidem alioquin, neque ab H. Steph. in Theſ. adnotatum, familiare eſt Appiano ea quam dixi notione. Vide Annib. p. 248, 35. Pun. 354, 60. Civ. I. p. 33, 23.

Civ. II. 261, 66. &c. Et ſicubi vulgo ὑπεραίρειν iſta notione legebatur, velut Mithr. 809, 34. Civ. I. 107, 91. ibi probatiores codices ὑπερεπαίρειν exhibent. Itaque & h. l. idem verbum ex Plethone, qui illud conſervavit, reſtituendum Appiano putavi. *Pag.* 551.

L. 56. τοῦ παιδὸς αὐτῷ - - τεθνάναι. „Significat Antiochum, Antiochi M. filium." REISKIUS.

L. 57 *ſq.* διέπλει - - ἐς Εὔβοιαν. Demetriadem primum in Theſſalia veniſſe Antiochum, Livius ſcribit XXXV. 43. ſed mox deinde Chalcidis portas eidem fuiſſe apertas, & brevi reliquas Euboeæ urbes pariter ſe regi tradidiſſe. Veriorem verborum ordinem reſtitui ex Aug. Ven. & Pl. Leid. De eodem monuit etiam REISK. Paulo ante, pro ἐνδοὺς, dat ἐνδιδοὺς Pletho. *L.* 59. Μικυθίων. Μικυθίωνν ſcribendum illud nomen, ſuſpicatus erat J. FR. GRONOV. ad Liv. XXXV. 38. cui conjecturæ major etiam vis accedit, ſi lectionem codicis Aug. & Pleth. cum vulg. conferas. At *Micythion* hic, cujus nomen quidem apud Livium in *Mictio* corruptum eſt, non Antiochi dux, ſed Chalcidenſium princeps, Livio dicitur loc. cit. & c. 51. qui Romanorum ſocietatem, quoad potuit, defendit. Antiochi dux ille, qui Romanos ad Delium cecidit, *Menippus* apud Livium vocatur XXXV. 51.

L. 60. περὶ Δήλιον. Liv. l. c. Conf. Holſten. ad Steph. Byz. h. v. & Weſſeling. ad Diodor. T. II. p. 574. Conſentiunt quidem h. l. & rurſus p. 555, 15. noſtri in vitioſam lectionem: ſed mirum non eſt, apud Appianum, ſicut paſſim apud alios Scriptores, nomen illud eſſe a librariis corruptum, quibus videlicet notior erat Delus inſula, quam illud Bœotiæ oppidulum. REISKIUS etiam Δήλιον reponendum monuit: & ſic Gelenius in verſ. lat. poſuerat.

CAP. XIII. Lin. 65. Ἀλέξανδρος &c. Liv. XXXV. 47. *Pag.* 552.

L. 66. πολιτείας ἀξιωθείς. Aliquid amplius h. l. denotare videtur πολιτεία, quam merum *jus civitatis*. Videtur *adminiſtrationem reipubl.* dicere. *L.* 69. Ἀπάμων. *Apamia* vocatur apud Livium l. c. *L.* 70. ἐνεγκύησεν. Conf. not. ad p. 315, 87 & 89. *Ibid.* ἀγαγὼν recte Aug. Ven. Pl. Aliud eſt ἄγεσθαι γυναῖκα, aliud ἄγειν. *L.* 71. Pro ἀστένη, ἀφυᾶ

Pag. 552. poſuit Pletho. *L.* 74. ἐπελπίζων, *ſpem faciens.* Sicut h. l. mendoſe (ut puto) verbum ſimplex dant Aug. & Ven. ſic Hiſp. pag. 148, 8. perperam vulgo Editi cum mſptis ἐλπίσας dabant pro ἐπελπίσας.

Pag. 553. *L.* 78. τοσῷδε, in τηλικούτῳ, & l. 80. τῇδε, in ταύτῃ, more ſuo mutavit Pletho. *L.* 79. Θετταλίαν. Convenientior Appiani ſtylo videtur altera forma Θεσσαλ. quam h. l. dedit Aug. & mox l. 22. omnes. Attamen p. 557, 47. in Θετ. conſentiunt omnes noſtri. *L.* 80 *ſq.* Ἀννίβαν - - - ἐκέλευε γνώμην πρῶτον ἐσενεγκεῖν. Iſtam deliberationem Livius exponit XXXVI. 6 ſqq. „Juſtinus ſcribit, conſilia ab Antiocho frequenter habita, remoto Annibale: tandem tamen vocatum etiam fuiſſe, non ut ex ſententia ejus aliquid ageret, ſed ne per omnia eum ſpreviſſe videretur Antiochus: ideoque, omnibus perrogatis, poſtremum interrogavit. Vid. Juſtin. lib. XXXI. c. 5." ALEX. TOLLIUS.

CAP. XIV. Lin. 89. Φίλιππον δὲ οὐχ ὁρῶ σοὶ παρόντα &c. — „Alter interpres, P. Candidus, locum hunc ita vertit, ut plane contrarius ſit ſenſus, & dicatur abeſſe Philippus, in cujus alioqui auxilio non parum momenti poſitum eſſet. Ita enim reddit: *Philippum tibi præſentem non intueor, in hoc bello maxime potentem, in quam velit inclinare partem.* Eſt enim diſtinguendum poſt accuſ. *potentem*, ne quis pro participio accipiens, jungat cum ſequente infinitivo. Nam dicit, *in hoc bello maxime potentem*, pro his, δυνατὸν ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ ῥοπὴν ποιῆσαι: ſed dicit, *maxime potentem*, tanquam legens non ſimpliciter ῥοπὴν, verum μεγάλην ῥοπὴν, aut potius μεγίστην. Potius tamen dicendum fuit, *hoc bello plurimum potentem:* ac magis etiam latine diceretur, *cujus maximum eſt in hoc bello momentum.* At vero pro his, ὁποτέρωσε προσέοιτο, dicit, *in quam velit inclinare partem:* rectius dicturus, in utramcunque velit inclinare partem. — Sed Gelenius perſpicacior fuit, & vidit alium eſſe hujus loci ſenſum, quam primo aſpectu eſſe videatur: ideoque σοὶ παρόντα ita vertit, ut ſi ſcriptum eſſet, ἐὰν σοὶ παρῇ. Ejus ergo interpretationem (pro qua faciunt quæ ab Appiano dicta

modo fuerunt) hujus loci lege, & illi acquiesce. Maluissem tamen pro his, *non video quanti momenti in hoc bello sit*, dicere, *non video an ullius momenti ad hoc bellum esse possit.*" H. STEPHANUS. Pag. 553.

Nempe sic Gelenius locum istum interpretatus est: *Philippus vero si tecum versetur, non video quanti momenti in hoc bello sit, utrilibet parti faveat.* Quæ interpretatio, quantumvis ab H. Stephano perspicaciæ nomine commendata, mihi quidem ejusmodi esse videtur, ut non modo adquiescere in ea non possim, sed ut eamdem sententiæ Appiani, satis perspicuis verbis declaratæ, manifeste repugnare existimem. *Fidem adhibuimus* (sic Annibalem dicentem inducit Appianus) *Ætolis, adseverantibus & Lacedæmonios & Philippum nobis socios adfuturos. Atqui Lacedæmonii tantum abest ut nobiscum sient, ut etiam contra nos arma eos ferre audiam. Philippum autem, cujus sane, utrascumque partes eligat, magnum in hoc bello momentum est futurum, certe non video tibi socium adesse.* Pariter apud Livium, XXXIII. 7. maximum utique momentum Annibal in societate Philippi ponit. *Ante omnia*, inquit, *Philippum & Macedonas in societatem belli quacumque ratione censeo deducendos esse. - - - Quanto igitur prius potiusque est, Philippum nobis conjungere, - - - qui eas vires adferat, quæ non accessio tantum ad Romanum esse bellum, sed per se ipsæ nuper sustinere potuerint Romanos.* Eamdemque sententiam non minus luculentis verbis, paulo inferius, repetit apud Appianum Annibal, p. 554, 2 sqq. Φίλιππον μὲν πειρᾶσθαι προσάγεσθαι μηχανῇ πάσῃ, πλεῖστον ἐς ἑκατέρους ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ δυνάμενον. Ad quæ verba, fateor me adsequi nullo pacto posse quid voluerit idem H. STEPHANUS, hujusmodi Adnotationem adjiciens: „Non repugnant hæc eis, quæ initio hujus pag. dixit: [id est, ei sententiæ, quam paulo ante Gelenius & Stephanus verbis illis, de quibus modo quæsivimus, subjecerunt.] Nam dicens hic, πλεῖστον ἐς ἑκατέρους ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ δυνάμενον, non de eodem bello id intelligit."

[illegible] μηδαμοῦ. μηδαμόσε Pl. *Ibid.* ὅμοιος Aug. Vratisl. & [illegible] insolentiorem illam formam, qaam dabant Editi.

[illegible] αὐτῷ Σέλευκον. Sic recte Aug. Vratisl. & Pl.

[illegible] „Dicit καὶ ὅδε περισπώμενος, id est, *hic quoque*, [illegible] Romani sive Itali. Nam de illis eodem utens verbo [illegible], ἵνα τοῖς οἰκείοις κακοῖς περισπώμενοι, τὰ σὰ λυπῶσιν ἥκιστα. Quin etiam hæc adjecerat, quæ ex regula seu axiomate militari sumpta sunt, καὶ περὶ τῶν σφετέρων δεδιότες, μηδαμοῦ προϊόντα. Quam regulam militarem, sive quod axioma militare, in alio quodam hujus Scriptoris loco [vid. Pun. 312, 36 sqq.] habes." H. STEPHANUS. Verba illa, *hic quoque*, non debuerunt in lat. vers. prætermitti; quod & nobis accidisse video, Gelenii versionem securius hic secutis.

L. 8. ἄριστα πάντων Aug. Pleth. Et Candidus: *Hæc ab Annibale dicta; quibus nil salubrius dici potuit.* ἄριστον MUSGRAV.

Ibid. ὑπὸ δὲ φθόνου τῆς τε δόξης αὐτοῦ καὶ συνέσεως. „Omittit Gelenius quod multum facit ad laudem Annibalis, quum dicit simpliciter, *obstante illustri viro invidia.* Non enim dicit Appianus ὑπὸ φθόνου simpliciter, sed addit τῆς τε δόξης αὐτοῦ καὶ συνέσεως. Verte igitur, *sed quod inviderent ejus gloriæ & prudentiæ.* Possit autem aliquis existimare, Gelenium sub illis verbis, *illustri viro*, ad illam δόξης appellationem respexisse: verum eodem dicere modo potuisset, *illustri & prudenti viro*, & tamen Appiani mentem non expressisset." H. STEPHANUS.

L. 10. σφῶν -- προφέρειν. Verbum προφέρειν ista notione, qua cum verbo προὔχειν convenit, notum est cum genitivo casu jungi, numquam cum accusativo. Itaque, quamvis in mendosam lect. σφᾶς cum Editis consentiant nostri codices, tamen, quoniam frequentissime in terminationibus nominum ob scripturæ compendia male accepta hallucinatos librarios novimus, non dubitandum duxi, quin solœcismo isto liberarem Appianum.

Pag. 555. *Cap. XV. Lin.* 14. ἐσβολῆς Aug. Ven. Pleth. *L.* 15. Δηλίου. vid. ad p. 551, 60. *L.* 19 *sq.* πολλῶν καὶ μεγάλων. Particulam

τε, quæ poſt πολλῶν vulgo repetita erat, delevi cum Aug. & Pleth. *L.* 21. ἐπιβεβηκότος. Pletho διαβεβηκ. *L.* 23. ἐξεμ- Pag. 555. γασμ. Pl. διεργασμ.

L. 30. μὴ καὶ παρὰ τούτων τι νεώτερον ἐς τὴν Αντιόχου δόξαν Pag. 556. γένοιτο. *Ne occaſione gloriæ Antiochi* (a fama & exſpectatione rerum ab hoc novo hoſte gerendarum captantes occaſionem) *hi quoque novas res molirentur.* Vide ſimilem phraſin Hiſp. 147, 87. & Civ. IV. 645, 41 ſq. *L.* 31. ἐς ἅπαντας Aug. & Pl. Leid. Et Cand. *ad omnes.*

L. 32 *ſq.* καὶ στρατηγοὺς ἐπὶ τῇ στρατιᾷ περιέπεμπεν, οὓς αὐτοὶ καλοῦσιν ἐξαπελέκεις &c. Gelenius: *ſimulque Propretores cum ſenis ſecuribus, qui ut inſignia conſulum dimidiata, ita dignitatis quoque & poteſtatis habent dimidium.* — „Obſervantior ritus vetuſti Appianus, quam ejus interpres. Dicit enim Appianus, miſſos fuiſſe exercitus duces, quos ἐξαπελέκεις, i. e. *Prætores*, Romani vocant, eoſque dimidiatis inſignibus, ſex nempe faſcibus ſecuribuſque, diſtinctos a conſulibus, qui duodecim ſecures totidemque habebant faſces, quemadmodum antiqui Reges: quæ omnia interpres præterit. ἐξαπέλεκυν autem apud Polybium alioſque græcos Scriptores *Prætorem* paſſim interpretes vertunt: eique ſex lictores faſces ac ſecures prætuliſſe ex Polybio, Plutarcho, & Valerio Maximo conſtat. Quod vero lex vetus apud Cenſorinum Prætori duos tantum lictores tribuat, magnus Lipſius obſervavit, id ea mente capiendum, ut minimum duo in ejus tribunali ſemper adfuerint atque apparuerint." ALEX. TOLLIUS.

L. 33 *ſq.* δυώδεκα prætuli cum Aug. qui plerumque hanc formam ſequitur. Vide Pun. 473, 4. & alibi. *L.* 34. ὥσπερ οἱ πάλαι βασιλεῖς. De numero faſcium & ſecurium Regibus præferri ſolitarum conf. infra Civ. I. p. 141, 84. *L.* 37. οὐδὲ αὐτὰ Vratisl. cum Aug. Et ſic ratio poſcebat: emenduntque etiam REISK. & MUSGRAV. *L.* 38. πιστὴ. Quum ſequatur βέβαιος, in quo nomine terminatio ος utrique generi communis eſt, probabile fit, librariorum errore πιστὸς etiam fuiſſe ſcriptum, cujus nominis alia ratio eſt. Mirum tamen,

Pag. 556. in πιστὸς conſpirare & codices noſtros & Plethonem: ac vereor, ne præpropere obſecutus ſim MUSGRAVIO, πιστὶ reponere jubenti; quum fieri poſſit, ut & in hoc nomine, ſicut in ἕτοιμος & ἴδιος a vulgatiori more diſceſſerit Appianus, & terminatione ος tamquam communi utriuſque generis uſus ſit. βέβαιος etiam in βεβαία mutatum idem MUSGRAVIUS voluerat, in quo ei non parui, quoniam plura exempla, quæ non opus eſſe iſta mutatione oſtendebant, in promtu erant, quæ in Indice reperiet Lector. Nec neceſſe duxi, cum eod. MUSGRAV. ἐπ' Αντίοχον pro ἐπ' Αντιόχῳ reponere.

L. 39. ἐφεδρεύειν τοῖς ἐπιοῦσι. An τοῖς ἐπιοῦσι, *qui obſervaret ea quæ imminerent?* ut idem ſit, quod ἐφεδρεύειν τοῖς ἐσομένοις. Sic κινδύνων ἐπόντων, Annib. 263, 92. *imminentibus periculis.* *L.* 40. περιέπλει Aug. Pleth. Et Cand. *maritimam circumiret oram.* *L.* 41. Pro συντετάχαλο, Pletho συντέτακλο, & *L.* 44 *ſq.* pro διαβαλοῦντες, poſuit διαβεβτόμενοι.

Pag. 557. CAP. XVI. De Argumento confer Livium XXXVI. 8 ſqq.

Lin. 50. ἔθαπλε. Sic Aug. Ven. Vratisl. & Pletho. ἔθαψε dabant Editi, non *Aug.* ut per errorem in Notis infra Textum ſcriptum eſt. *L.* 51. αὐτοῖς adjeci cum Aug. & Pleth.

L. 56. αὖθις Reg. B. Aug. Ven. Vratisl. Pleth. Omiſit illam vocem Cand. *L.* 61. Ἀαρίσσῃ. Nomen hoc, neceſſarium huic loco, dederunt Aug. Ven. & Pletho. Vide Liv. XXXVI. 10. Cum abeſſet vulgo illud nomen & ejus loco legeretur καὶ, MUSGRAVIUS vel delendum illam conjunct. καὶ vel in κάτω mutandam cenſuit. REISKIUS ad eumdem locum ſic: „Ante καὶ videtur aliquid excidiſſe, e. c. πρεσιόντα: niſi plura deſint: nam vocabulum πολιορκίαν pag. 96, 1. [558, 63 ſq.] ſignificat, in præmiſſis nominatam fuiſſe urbem, a cujus obſidione deſtitiſſe dicitur Antiochus; *Lariſſam* puta, quod nomen bene ſupplevit interpres." Scilicet perſpecte Gelenius: *viſis in propinquo caſtris Antiochi, Lariſſam obſidentis.*

Pag. 558. *L.* 67 *ſq.* δύναμιν ἐς πᾶσαν ἀρχίαν. Pl. δυν. πᾶσαν ἐς ἀρχ.

L. 71. καὶ τότε τῶν γάμων. Emendationem H. Stephani

firmat codex Aug. Puto & Ven. & Pleth. Iidem & paulo ante recte τροφὴν dant cum eodem H. Steph. pro mend. τροφήν. Pag. 558.

CAP. XVII. Lin. 75. τοῖς τότε ἑτοίμοις Aug. Ven. Pl. Car. Stephanus, in Indice variarum Lectionum, τῆς τότε ἑτοίμης posuit, quæ est infelix Editoris conjectura: nam in utroque certe codice Regio τῆς τότε ἑτοίμοις scriptum legitur.

L. 76. πεζοῖς δισμυρίοις. Apud Livium XXXVI. 14. vulgo legitur, *cum decem millibus peditum*: sed J. Fr. Gronov. probabile utique fecit, *viginti millibus* esse reponendum, quod & Crevierius ex mspt. Vict. in contextum recepit.

L. 77. Ἀκιλίου. Sic recte emendavit H. Stephanus post Gelenium.

L. 80. Ἀθαμάνων φρουραὶ. Sane non *Macedonum*, quibus sociis utebantur, præsidia ejiciebant: quod intelligens Gelenius, *hostium* posuit. Ἀθαμάνων restitui ex Liv. l. c. Pag. 559.

L. 85. φυγόντος Reg. B. Aug. Ven. *L.* 90. ἐπισπέρχειν Aug. Pl. Et Cand. *qui accelerarent.* *L.* 91. θ' αὐτῷ Aug. & Pletho Vind. *L.* 93. καί τινων συμμάχων, Aug. Et Cand. *additis insuper quibusdam sociorum copiis.* Cum Editis facit Vratisl. & Pletho, sed hic conjunctionem δὲ omittit: ἐπὶ τούτοις διὰ τινῶν συμμάχων Θερμοπύλας κατέλαβεν. Mendosa esse verba διὰ τινῶν monuit MUSGRAV.

CAP. XVIII. Lin. 7. μή τις λάθοι κατὰ τὴν λεγομένην Ατραπὸν περιελθών &c. Strabo lib. l. pag. 10. ἐν τοῖς περὶ Θερμοπύλας εἰρηνοῖς ὁ Εφιάλτης λέγεται δείξας τὴν διὰ τῶν ὀρῶν ἀτραπὸν τοῖς Πέρσαις κ. τ. λ. Ad quæ verba CASAUBONUS hæc adnotavit: „Ατραπὸς est *via recta & angusta*, μὴ ἔχουσα ἐκτροπάς. Videtur autem nomen istud de appellativo, ut grammatici vocant, factum *proprium* isti loco. Appianus, μή τις λάθοι κατὰ τὴν λεγομένην Ατραπὸν περιελθών &c" Pag. 560.

L. 23 *sq.* ἐς λόχους ὀρθίους διῆκεν. *Arta fronte, ad naturam & angustias loci.* Liv. XXXVI. 18. *L.* 27 *sq.* ἐπὶ δεξιὰ - - ἐπὶ τῶν ὑπωρειῶν &c. Consul, e Thessalia (p. 558, 78.) ad Thermopylas adveniens, ad dextram montes, ad sinistram mare habebat. Vicissim Antiocho regi Chalcide venienti, (p. 558, 74.) montes ad sinistram, mare ad dextram Pag. 561.

erat. Sic & Livius loc. modo cit. *Rex -- ab ſiniſtro*
Pag. 561. *cornu jaculatorum ſagittariorumque & funditorum manum ſub ipſis radicibus montis poſuit. --- Ab dextro, ... qua loca uſque ad mare invia paluſtri limo & voraginibus claudunt, elephantos cum adſueto præſidio poſuit.*

Pag. 562. *CAP. XIX. Lin.* 37. προυβάλοντο recepi ex Aug. Poterat tamen vulgata teneri. *Ead. & ſq.* Verba ἐξ Αλεξ. καὶ Φιλίππ. omiſit Pletho. *L.* 41. καθαιρουμένων dedit Aug. & Pleth. Vind.

Pag. 563. *L.* 42. ἄγνοιά τε Aug. Pleth. *L.* 52. ὡς ἀπ' αὐτοῦ Aug. Ven. Pl. *L.* 53. συνέπιεσον. Facile hoc ex συνεσέπιεσον deflecti potuit. Certe verbo dupliciter compoſito συνεισπίπτειν vel συνεσπίπτειν (& rectius quidem, ut mihi videtur,) aliàs utitur, ubi dicit *haſtes unà cum fugientibus in caſtra irrupiſſe*: vide Ann. 268, 67. Mith. 713, 16. Civ. II. 261, 54. Civ. IV. 629, 85. & 630, 92. Sic & Illyr. 865, 40. οἱ Ρωμαῖοι φεύγουσιν αὐτοῖς ἐς τὴν πόλιν συνεισέπιεσον, ubi quidem cod Leid. eodem errore, quo h. l. noſtri omnes, συνέπιεσον habet.

L. 54. ἐκεῖθεν ἀκόσμως Aug. Ven. Pl. *L.* 55. ἐπὶ Σκάρφειαν. Vide Criticos ad Liv. XXXVI. 19, 1. „ 58. τῷ Ρωμ. χαρ. Aug. & Pl. Vind.

CAP. XX. Lin. 61 *ſq.* Αντιόχου δὲ, σὺν τοῖς ληφθεῖσιν, ἀμφὶ τοὺς μυρίους. Videri poteſt excidiſſe verbum: nam ſi ex præcedd. huc referas ἀπίθανον, non nimis commode captivi in eorum numero poni videntur, qui ἀπίθανον. Conf. tamen quæ notabimus ad p. 575, 74 ſq. *L.* 65. μετ' Εὐβοίας. Præferenda utique videtur lectio Aug. & Plethonis, Εὐβοίας: cum qua convenit, quod ad Simſoni Chronicon pag. 1343. WESSELINGIUS adnotavit: „Polybius (inquit) apud Athenæum *lib. X. Deipnoſ. pag.* 439. Antiochum puellæ Εὐβοίας nomen indidiſſe tradit. Vide, an hoc præſtet [vulgatæ apud Appianum lectioni,] reſpexeritque Antiochus ad Heroinam *Eubœam*, de qua Strabo *princip. lib. X.* & *Schol.* Homeri
Pag. 564. *Iliad. B. vſ.* 535?" *L.* 68. διεφθάρκει Aug. a pr. manu, & Ven. Apud Plethonem omiſſa ſunt hic nonnulla. Vratisl. codex cum Reg. A. facit. διέφθειρε legere juſſerat MUSGRAV.

L. 69. τῆς

L. 69. τῆς νίκης πυθόμενοι. „Forſan περὶ τῆς νίκης. vid. p. 100, 25. [567, 32 ſq.]" REISK. Invenitur tamen, non apud Poëtas ſolum, ſed & apud probatos Scriptores proſaicos, cum ſimplici genit. conſtructum illud verbum. Et ſic rurſus apud Noſtrum pag. 569, 57 ſq. & ſæpius alibi. Pag. 564.

L. 71. τὴν πρώτην πεῖραν ἀσπασάμενοι. „*Primo experimento contenti.*" MUSGRAV. *L.* 72 *ſq.* τὸν υἱὸν αὐτῷ Δημήτριον - - ἔπεμψαν. τὸν υἱὸν recte dederunt Aug. & Pletho. In mendoſum αὐτοῦ vero conſpirant noſtri codices: ſed neceſſario requirebatur dativus caſus αὐτῷ, ad ἔπεμψαν referendus; & abeſſe poterat genitivus αὐτοῦ. Simillimo modo, de eadem re agens Noſter, Maced. 516, 73 ſq. ἐφ' οἷς ἡ μὲν βουλὴ τὸν υἱὸν αὐτῷ Δημήτριον παρὰ σφίσιν ὁμηρεύοντα ἀπέλυσε.

CAP. XXI. Lin. 75 *ſq.* συνεπεπράχεσαν. Sic recte Aug. & Pletho Leid. Ex Pleth. Vind. συνεπεπράχησαν enotatum eſt. — REISKIUS: „Forſan συνεπράχησαν, δεδιότας, aut δεδιξάμενος, aut δεδιότας τε καὶ δεομένους. conf. p. 115, 32. [602, 19 ſq.]" At nil opus videtur ſollicitare verbum δεομένους, *deprecantes, veniam orantes.* *L.* 78. Δαμόκριτον. Liv. XXXVI. 24.

L. 80. στρατοπεδεύειν. Commodiſſima utique eſt H. Stephani emendatio, στρατοπεδεύσειν: ſed reſpuunt codices noſtri; & ferri vulgata lectio utcumque poteſt. *L.* 88. σατραπειῶν. Pag. 568. σατραπῶν Regii & Vratisl. *L.* 90. Χερρόνησον. Rurſus Χερρόνησον Aug. Vratisl. *L.* 93. ταμιεῖον Aug.

CAP. XXII. Lin. 4 *ſq.* Αἰσιος - - - Ατιλίῳ διάδοχος. Liv. XXXVI. 2. *C. Livius* (*Salinator* ibid.) *prætor, cui claſſis evenerat - - juſſus ab Atilio* (A. Atilio Serrano, cf. XXXV. 20.) *naves accipere.* *L.* 8 *ſq.* ἔπλει καταφράκτοις ὀγδοήκοντα καὶ μιᾷ. Liv. XXXVI. 42. *una & octoginta roſtratis navibus:* ubi Dukerus *conſtratis* pro *roſtratis* legendum ſuſpicatus, præſidium conjecturæ ſuæ ex hoc Appiani loco petiit. Pag. 566.

L. 11. ἐς τι Φώκαιαν. Non confundenda ſane *Phocis*, Græciæ regio, cum *Phocæa*, Joniæ vel *Æolidis* urbe maritima, de qua hoc loco agi cum per ſe facile patet, tum ex pag. 571, 1. & ex Liv. XXXVI. 43. fit manifeſtum. At quum Φωκίδα vulgo hic legeretur, nimis ſeverè nimiſque præ-

Pag. 566. ciſe WESSELINGIUS ad Diodor. T. I. p. 623. ipſum Scriptorem noſtrum confuſionis iſtius reum egit, tamquam de librariorum errore ne cogitare quidem h. l. licuerit. Certe p. 571, 1. ubi manifeſte ad hunc locum, in quo verſamur, reſpicitur, recte Φώκαια editum erat, conſentientibus ibi, vel ſaltem non multum a vera ſcriptura recedentibus libris manuſcriptis. Quare & hic, ubi corruptum vulgo nomen eſt, verum reſtituere Appiano non dubitavi; præſertim quum ex Plethone (ex Cæſareis certe exemplaribus) hoc quoque loco Φώκαιαν, pro Φωκίδα, adnotatum invenerim.

L. 13. ἀπέπλευσεν. Sic & Vratisl. Quid Candidus hic legerit, ex perverſa ejus verſione, *cum navigationi non nihil inſequentis lucis addidiſſet*, extricari vix poteſt: ſed videtur ἐπέπλευσεν cum Aug. & Pleth. legiſſe. Quam lectionem ſi teneas, erit intelligendum ἐπέπλευσεν τοῖς πολεμίοις. *Ibid.* ἀντανήγετο recte Aug. Vratisl. Pl. Et monuerunt duumviri noſtri REISKIUS & MUSGRAV. *L.* 14. ὁ ναύαρχος ὁ Ἀντ. Aug. & Pletho Vind.

Pag. 567. *L.* 20 προὔχων Aug. *L.* 21. ὡς μιᾷ σὺν καταφρον. Reg. B. Aug. Vratisl. σὺν καταφρον. etiam MUSGRAV. repoſuit; ſed μιᾶς, quod vulgo legebatur, intactum reliquit. Præteriit hæc Pletho, inde a lin. 17. p. præc. καὶ δύο τῶν Καρχ. uſque ad verba προαγώνισμα ἦν, *l.* 26. *L.* 21 *ſq.* χεῖράς τε σιδηρᾶς. Poterit fortaſſe illa partic. τε etiam ad ſeq. καὶ haud ita incommode referri: χεῖράς τε σιδηρᾶς ἐπέβαλλον, καὶ - - ὁ ἀγὼν ἦν ὥστε ἐν γῇ. *L.* 22. συνεσῆκόντων Aug. Ven. Vratisl. MUSGRAV. συνεσλακόντων REISKIUS. *L.* 27 *ſq.* τὰ τῶν Ρωμαίων ἐπεκράτει. Ut hic Aug. & Pletho dant τὰ Ρωμαίων, abſque artic. τῶν, ſic ſæpe aliàs Editi cum mſptis: pag. 78, 3. 557, 54. 685, 32. Quare & h. l. omitti ille artic. poterat. Ceterum, quum præludium hujus pugnæ navalis tam adcurate expoſuerit Appianus, mirari ſubit cur id, quod ipſa pugna geſtum effectumque eſt, tam leviter transſiliat. Livius a Romanis XIII. hoſtium naves ea pugna cum milite ac remige captas, X. demerſas, ſcribit lib. XXXVI. 45. Ac tale quid etiam ab Appiano memoratum fuiſſe probabile eſt, quod intercidiſſe videtur.

L. 29. Vocabulum ἐχθροὺς, quo ſæpe cum optimis auctoribus *hoſtes* deſignat Appianus, in πολεμίους mutavit Pletho. Pag. 567.

CAP. XXIII. Lin. 41. Αἰτωλοῖς δεομένοις Aug. & Pletho. Candidus quoque, *deprecantibus Ætolis.* *L.* 43 *ſq.* διὰ δὲ Μακ. Sic Vratisl. cum Edd. Forſan διὰ δὴ Μακ. dare debuerat Aug. *L.* 46. Φίλιππος ὁ Μακεδὼν ὡδοποίει &c. Conf. Excerpt. ex lib. Maced. p. 516. *L.* 51. τὸν Βιθυνῶν Aug. Pag. 568.

L. 53. Φίλιππον δὲ Aug. & Pletho Leid. *L.* 55. ἀπελύσαμεν. Non opus eſt in ἀπέλυσαν mutare, ut voluit MUSGRAV. Pag. 569.

L. 58. Παυσίμαχον. *Pauſiſtratum* vocat Livius XXXVI. 45. & XXXVII. 9 ſqq. ubi vide ſi lubet, quæ de illo nomine adnotavit Drakenborch. ad c. 9. n. 5. *L.* 59. μέρος τι Aug. Pl.

L. 60 *ſq.* τὸν στρατὸν ὑποδεξόμενος. Sic Livius XXXVII. 9. *Livius - - Helleſpontum petebat, ut ad tranſitum exercitus - - præpararet quæ opus eſſent.* Exemplorum pravæ illius permutationis nominum στρατοῦ & στρατηγοῦ largam copiam ſuppeditant lectiones apud Appianum partim in Editis partim in mſptis occurrentes. Vid. Pun. 447, 65. 467, 95. Syr. 609, 41. Mith. 664, 78. 753, 95. Quare & hoc loco, & alibi, ubi ratio poſtulabat, dubitare non debui, invitis etiam omnibus noſtris libris, verum reſtituere. Conf. Mithr. pag. 782, lin. 83. & 776, 79. *L.* 61. Ροίτειον. Pl. Ροίτιον, minus bene.

CAP. XXIV. Lin. 73. ὁ δὲ ὑπώπτευε μὲν &c. Pletho, partim prætermiſſis his uſque pag. ſeq. l. 94. partim contractis, ſic pergit: καὶ τούτοις ὑπαχθέντι καὶ ἀμελήσαντι ἐπιπεσὼν ἀφυλάκτως [Leid. ἀφυλάκτῳ] ἐκράτησέ τε καὶ αὐτόν τε ἀπέκτεινε Παυσίμαχον, λαμπρῶς τέως ἀγωνιζόμενος [Pleth. Leid. rectius λαμπρῶς ἀγωνιζόμενον.] καὶ τῶν νεῶν ἑπτὰ μὲν &c. Pag. 570.

L. 81. πάγχυ. In antiquam hanc Jonicamque formam, Herodoto & Homero frequentatam, conſentiunt cum Editis codices noſtri. Pariter Civ. II. p. 176, 27. pro vulgato πάνυ ἐλπίσας, dant πάγχυ ἐλπίσας Reg. B. Aug. & Vratisl.

L. 85. & 90. In ὄπιθεν cum Regiis conſentit Vratisl.

L. 86. θορυβοποιεῖν Aug. Et ſic emendavit MUSGRAV. Paulo timidior h. l. REISKIUS: „De θυροποιεῖν, ait, mihi

non constat. Suspectum quidem est, & fortasse θερυβοποιεῖν legendum. vid. pag. 103, 20. [574, 45.]" *Ibid.* μέσων [illegible]. Sic recte Aug. Conf. Pun. 465, 57. Syr. 590, 23. Cn. l. p. 37, 7. Monuerunt quoque REISK. & MUSGRAV.

L. 97. αὐταῖς dedit Aug. sicut ratio postulabat, monuitque REISKIUS. αὐτοῖς Pletho Vind. *L.* 98. ἀναδησάμενος. Sic recte emendavit H. Stephanus. Et sic a pr. man. erat in Aug. sed in hoc etiam a recentiori manu perperam vocalis υ pro η substituta est.

CAP. XXV. *Lin.* 1. Φώκαια. Sic plane Aug. cum Editis, puto & Ven. In Φώκεα cum Reg. B. consentit Vratisl. Conf. notata ad p. 566, 11. *L.* 4 *sq.* πρὸς αὐτὸν ἠπείγετο Aug. & Pleth. Pariterque MUSGRAV. *L.* 10. ἐς τὴν πολεμίαν Aug. *Ibid.* ἐπόρθουν. Audacius forte mutasse vulgatam lectionem videbor. Sed, cum quod præcedit, τὴν πολεμίαν, ad quod referri verbum illud debet, tum quod sequitur, τὴν λείαν ἀφείλετο, mutationem illam requirere videbatur. Sic & Livius XXXVII. 13. *ingentem prædam late depopulato agro agentes.* *L.* 11. Νίκανδρος. *Nicandrum piratam* paulo ante nominavit Appianus pag. 570, 84. Livius l. c. *Andronicus Macedo, qui in præsidio Ephesi erat, -- eruptionem fecit, exutosque magna parte prædæ ad mare ac naves redegit.* *Ibid.* αὐτοῖς ad ἐπιπεσὼν refertur, αὐτοὺς ad ἀφείλετο.

L. 13. ἀνήγοντο. κατήγοντο repositum voluit MUSGRAV.

CAP. XXVI. *Lin.* 19. Αἰμίλιος Ρηγίλλος. „Ρηγοῦλος. Rescribendum esse Ρηγίλλος, non ex interprete solum, sed ex Livio quoque lib. XXXVII. c. [14. &] 58. patet. Florus itidem lib. II. c. 8. *Igitur duce Æmilio Regillo, adremigantibus Rhodiis, tota* (Antiochi classis) *laceratur.*" AL. TOLLIUS. -- Rem, de qua agitur hoc capite, exponit Livius XXXVII. 19 sq. In illo autem Æmiliorum cognomine passim quidem apud Livium variant libri: (vid. Drakenb. ad lib. XXIV. 7, 12.) sed plerumque vel omnes vel probatissimi in *Regillus* consentiunt, quod etiam unice verum esse constat. Eoque minus [illegible] nomen hoc apud Appianum instaurare, quoniam, [illegible] *Regillo* Noster loquitur, non Ρηγοῦλος, sed Ρῆγλος scri-

bere ſolet: (vid. hiſt. Siculam, pag. 93, 17. Pun. 307, 51. 309, 74.) ſcil. ob lit. *u* in penult. brevem; quemadmodum Βίβλος, Κάτλος, Ἄσκλον, Τούσκλον, pro *Bibulus*, *Catulus*, *Aſculum*, *Tuſculum*. Ceterum quod ad Interpretis (Gelenii) auctoritatem provocavit Tollius, tantum utique & doctrinæ & ingenii ad interpretandum Appianum adtulit Gelenius, ut plurimis locis multo emendatior latina ejus verſio ſit, quam Græcus contextus qualis ad hunc diem editus erat: ſed tamquam teſtis probatæ alicujus lectionis interpres hic, quoniam ſcripto nullo codice uſus eſt, advocari numquam debet. *Pag.* 572.

L. 20. παραδεδεγμένος. Pl. διαδεδεγμ.

L. 27. ὑπὸ τὸ τεῖχος. Sic recte Aug. Vratisl. Pleth. Et ſic rurſus *lin.* 38. Aug. Ven. & Pletho, ubi Vratisl. in mend. ἐπὶ cum Editis conſentit. Rurſuſque *lin.* 46. *pag. ſeq.* Aug. & Pletho. Pariter Candidus, *l.* 27. & 46. *ſub ipſis muris*: & *l.* 38. *ad murum*. Eodem ſenſu p. ſq. lin. 41. παρὰ τὸ τεῖχος dicitur. Conf. p. 581, 70. *L.* 33. ἀναξαινόντων οὐκ εὐσταθούντας. Sic Aug. Ven. & Pleth. Leid. Ex Pleth. Vindob. adnotatum eſt ἐπ' οὐκ εὐσταθοῦντας, quod minime ſpernendum. Sed rurſus eadem, qua hic conſtructione, pag. 579, 41 ſq. τὸν ἵππον ἀναξάντας exhibent omnes. Hoc vero loco, in quo verſamur, *vulgo* οὐκ εὐσταθούντων erat editum, quod infra Contextum adnotari debuerat: & ſic cum Regiis dat Vratisl. Hinc MUSGRAV. legendum conjecerat, ἀναξαινόντων καὶ οὐκ εὐσταθούντων. *Pag.* 573.

L. 43. καμνόντων οἱ ἤδη. Pronomen οἱ non videtur a Plethone, qui illud dedit, adſutum: is enim αὐτῷ potius poſuiſſet. Potuit autem facile, ex incommoda Itaciſmi ratione, verbulum illud monoſyllabum a ſequente particula ἤδη abſorberi. Confer p. 548, 97. & varietatem lectionis ibi adnotatam. *Pag.* 574.

CAP. XXVII. Lin. 52. ναυμαχία περὶ Μυόννησον. Vide Livium XXXVII. 27 ſeqq. *L.* 53. ἐννενήκοντα Aug. Pl. *Ibid.* Λεύκιος. Sic recte Aug. Cand. & Pletho, quemadmodum emendavit H. Stephanus. Elt *Lucius* ille *Æmilius Regillus*, de quo ſupra, p. 572, 19 ſq. *L.* 55 *ſq.* Εὔδωρος. Apud Polyb. Legat. XXV. Εὔδημος vocatur; apud Livium, lib. cit. cap. 28. & alibi,

Pag. 574. *Eudamus*, ex Dorica dialecto: unde videndum, an a librariis apud Appianum corruptum nomen ſit. *L.* 56 *ſqq.* Pletho, omiſſis his, uſque ad pag. ſeq. lin. 74, orationem hoc modo connectit: ὧν ἡγεμὼν Εὔδωρος. γενομένης δὲ τῆς συμβολῆς, ἐκράτησαν παρὰ πολὺ οἱ Ρωμαῖοι, καὶ διεφθάρησαν Αντιόχου τῶν &c.

Pag. 575. *L.* 63 *ſq.* καὶ θαλάσσης ἐπίμπλαντο, καὶ ἐς τὰς ἐπωτίδας ἐτύπλουν. ἐπίμπλαντο recte dedit Aug. ἐπωτίδας dictas fuiſſe trabes tabulaſque craſſiores ab utroque proræ latere aurium inſtar prominentes ad eludendos roſtrorum ictus, ex Thucyd. VII, 34. & 36. ejuſque Scholiaſte adnotarunt viri docti, qui de re Nautica Veterum & præſertim de Militia Navali commentati ſunt. Videtur autem & generatim hoc nomine ipſa illa pars navium deſignari, quæ eſt ab utroque latere inter roſtrum & primum verſum remorum, ſive ea peculiari armamento munita fuerit, ſive minus: quam partem aliàs τὴν παρεξωμίδα Græci vocabant, (Thucyd. VII, 34. Dio Caſſ. XLIX. 3) ita tamen ut poſterius hoc nomen de lateribus puppis quoque uſurparetur. Quidquid ſit, quod Appianus h. l. ἐς τὰς ἐπωτίδας ἐτύπλουν dicit, id Livius XXXVII. 30. his verbis expreſſit, *obliquas ſe ipſa ad ictus præbebant.* Quam interpretationem a Patavino Scriptore mutuatus Gelenius, totum hunc Appiani locum ſic latine reddidit, *& obliquas ſe ad ictus præbentes fatiſcebant:* nimirum recte & perſpecte invertens ordinem membrorum orationis, qui turbatus utique atque præpoſterus in Græcis eſſe videtur. Nam cauſa cur fatiſcerent, naves, vel cur aqua fuerint repletæ, hæc erat, quoniam a lateribus prorarum (ἐς τὰς ἐπωτίδας) roſtris hoſtilium navium fuerant percuſſæ. Atque hac ipſa orationis ſerie uſum eſſe Appianus facile mihi perſuadeo, καὶ ἐς τὰς ἐπωτίδας ἐτύπλουν, καὶ θαλάσσης ἐπίμπλαντο.

L. 64. νεὼς ἐς Σιδ. ἐμβαλούσης Aug. Ven. Et νεὼς (aut fultum, propius vero, νεῶς) Regii quoque & Vratisl. νεὼς emendavit etiam MUSGRAV. ſed intactum reliquit mendoſum ἐμβαλούσας. „ναὸς ἐς Σ. ἐμβαλούσης." REISK. *L.* 65. ἐκπίπλουσα Aug. Vratisl. Et Cand. *anchora ex Sidonia excuſſa*

aff. Sic & Liv. XXXVII. 30, 9. *ancora, ictu ipſo excuſſa e ſua navi.* Pag. 575.

L. 74 *ſq.* καὶ διεφθάρησαν Αντιόχου νῆες μιᾶς δέουσαι τριάκοντα, ὧν τρισκαίδεκα αὐτ. ἀνδρ. ἑλόφθησαν. Liv. l. c. n. 8. *Capeſſunt fugam, XLII. navibus in ea pugna amiſſis, quarum XIII. captæ in poteſtatem hoſtium venerant.* Idem numerus XLII. reſtituendus Livio lib. XL. c. 50. extr. ubi LXII. vulgo legitur. Unde ſi neceſſario convenire Appiano deberet cum Livio, apud Noſtrum pro ὧν utique καὶ foret reponendum. At non eſſe cauſam, cur diſſentientes in pluribus quibuſdam hujus pugnæ momentis Livius & Appianus, invitis libris, conſentire cogendi ſint, recte monuit Drakenborch. ad eumdem lib. XXXVII. 30, 1. quum probabile ſit, alios auctores Livium, alios Appianum, in ejus pugnæ narratione eſſe ſecutum. Sed mutatio illa, quam dixi (ut pro ὧν reponatur καὶ) eo etiam nomine probabilis videri poteſt, quoniam, quæ *captæ* ſunt naves, in *amiſſarum* quidem numero, ſed non idcirco in earum quæ *perierunt*, (διεφθάρησαν) poni commode poſſunt. At videmus tamen alibi quoque apud Appianum *captivos* diſerte in eorum numerum qui *periere* relatos, Syr. 591, 34 ſq. ubi verbo ἀπολέσθαι utitur: quin & p. 563, 61 ſq. legimus, Αντιόχου δὲ, (ubi ex præcedd. repetendum ἀπέθανον) σὺν τοῖς ληφθεῖσι, ἀμφὶ τοὺς μυρίους. Quo magis veritus ſum h. l. quidquam innovare.

CAP. XXVIII. Lin. 80. Χερρόνησον. Rurſus Χερρόνησον Aug. Pag. 576.
& Vratisl. Et ſic iterum pag. ſq. lin. 95. & deinceps.

L. 81. ἐπὶ Ρωμαίοις Aug. & Pletho. *L.* 83. εἰ μὴ Φίλιππος διέφερεν. Ad h. l. REISKIUS; „διέφερεν hîc idem eſt atque διέφρησεν, [ſic apographum. Quid ſcripſerit vir doctus, conjectura non adſequor:] *ſiviſſet tranſire.*" Sicut aliàs *tranſportare, tranſferre, tranſvehere* ſignificat verbum διαφέρειν, ſic nunc *tranſducendi* notione illud uſurpat Appianus, & mox l. 90. exponit per παραπέμπειν.

L. 85. ἐπὶ τῆς ἥσσης ἐπύθετο. Sic Aug. & Pletho Leid. Neque aliter dare debuit Ven. in quo ἐπίθετο ſcriptum. Conf. notat. ad p. 564, 69. Adde p. 578, 8 ſq. &c. *L.* 86. καὶ

Pag. 576. νομίσας &c. Hæc commodius ad ea referri visa sunt, quæ post parenthesin sequuntur. *Ibid.* τὸ δαιμ. Prætuli cum Aug. artic. definitum. conf. p. 578, 14. Plura Index dabit. *Fortunam sibi insidiari*, i. e. *Deos sibi iratos se habere, ratus.* *L* 88. Ρωμαίων μὲν. Partic. μὲν abest ab Edd. Dederunt eam Aug. & Pleth. *L.* 89. αὐτὸς Aug. Ven. & Pl.

Ibid. Ῥοδίων δ' Ἀννίβαν Aug. & Ven. Pariter Pletho, mutata tantum verborum serie, Ῥοδίων δ' ἐς Παμφ. Ἀννίβ. Perspecte quoque REISKIUS: „Ῥοδίων δὲ Ἀννίβαν." Non tam felix h. l. MUSGRAVIUS, καὶ τὸν Ἀννίβαν, legere jusserat. De re conf. p. 567. extr.

Pag. 577. *L* 91. μνησικ. αὐτοῖς. Sic recte Aug. & Pl. Pariter REISK. & MUSGRAV. *L.* 93 *sq.* θεοῦ βλάπτοντος ἤδη τοὺς λογισμούς· ὅπερ ἅπασι, προσιόντων ἀτυχημάτων, ἐπιγίγνεται. In eamdem sententiam, alia quidem occasione, Vellej. Pat. II. 118. *Sed prævalebant jam fata consiliis; omnemque animi ejus aciem præstrinxerant. Quippe ita se res habet, ut plerumque, cujus fortunam mutaturus est deus, consilia corrumpat, efficiatque, quod miserrimum est, ut, quod accidit, id etiam merito accidisse videatur, & casus in culpam transeat.* Conf. rursus Nostrum, Mithr. p. 791, 19 sq.

L. 97. μηχαναὶ reponere MUSGRAV. etiam jussit.

L. 6. Post ἠπείχθη perperam distinguebant Editi. De quo & REISK. monuit: „Comma post ἐπανελθεῖν promovendum."

Pag. 578. *CAP. XXIX. Lin.* 12 *sq.* ἔφθασάν τε Ἀντίοχον ἔτι ἀγνοοῦντα ἐν Σάρδεσι γενόμενοι. Gelenius: *& Antiochum apud Sardes assecuti sunt, ignarum omnium:* recte omnino, ad verborum, sicuti hic leguntur, sententiam. Sed ea mens Appiani esse non potest: quum enim Antiochum ex infelici prælio, paulo post cum Romanis commisso, concitata continuataque fuga circa mediam noctem *Sardes* etiam tunc pervenisse scribat; (cap. 36. pag. 590.) satis declarat, non jam nunc eo usque penetrasse Romanos. Itaque non dubito quin corrupta h. l. aut certe mutila sit oratio. Sardibus quidem tunc, quum Heraclidem legatum ad Scipiones mitteret, versabatur Antiochus: (vid. Polyb. Legat. XXIII. Liv. XXXVII. 31. &

34.) sed Romani eodem tempore juxta Hellespontum adhuc stativa habebant. (Polyb. l. c. Liv. cap. 33.) Appiano ex Polybio fortasse hæc aut similis quædam medicina adferri potuerit: ἔφθασαν Αττ. ἔτι ἀγνοοῦντα, καὶ ἐν Σάρδεσιν παρόντα τοὺς καμροὺς, ἐν Ασίᾳ παρεγενόμενοι. Pag. 578.

L. 15. ἐς τοὺς Σκιπίωνας Aug. nisi quod Σκηπίωνας scribat per η, ut fere constanter solet. *Ead. & sq.* ἐπὶ διαλύσει τοῦ πολέμου. Præferendum putavi singularem διαλύσει, quem dabant Editi. Sæpe διαλύσεις in plur. num. legimus, præcipue ubi *de conditionibus pacis* agitur; sed numquam plurali illi adjectum videre memini genitivum τοῦ πολέμου: contra sæpe ἡ τοῦ πολέμου διάλυσις. Vid. p. 590, 29. Mith. 789, 95. &c.

L. 17. Γρανίκῳ. Γρανικῷ Aug. ut passim apud Strabonem editum est. *L.* 26. καὶ ἦν ὁ παῖς Σκιπίων &c. „Turpis Appiani error est, quod Scipionem hunc ab Antiocho captum, cum esse statuat, qui Carthaginem everterit, atque Pauli Æmilii natura filius a Scipione Majore adoptatus fuerit. Aliter docent Plutarchus, Cicero, Livius, Valerius & alii. Sed hunc errorem jam pridem Bongarsius ad Justini lib. XXXI. c. 7. & Freinshem. ad Flori lib. II. c. 16. [c. 15.] notarunt." AL. TOLLIUS. Monuit quoque ad h. l. REISKIUS: „Atqui Scipio Africanus Æmilianus neque P. Scipionis Africani majoris filius erat, neque tum (A. U. 564.) adhuc natus; sed anno octavo post demum natus, patre Paulo Æmilio Macedonico. Est ergo *filius* ille *Scipionis majoris*, de quo hic Appianus, pater adoptivus Scipionis minoris." Nec ex filia nepos Africani Majoris erat Scipio Æmilianus; cujus mater, ut Plutarchus in Æmilio Paulo docet, Papiria fuerat, Mnasonis filia. Pag. 579.

L. 28. τῷδε τῷ Σκιπ. Aug. *L.* 29. υἱὸς ὢν Aug. Ven.

L. 31. τῷ Ἡρακλ. Aug. *L.* 37. ἀσμένως Aug. Vratisl. Sic & Regii dare debuerunt. conf. pag. 607, 5. 675, 53.

L 38 *sq.* τοῦ Ἑλλησπ. τὸν διαπλ. Aug. τοῦ Ἑλλ. διαπλ. Ven.

L. 42. ἐπ' ὀλίγοις Aug. Ven. Et perspecte vidit MUSGRAV. Sic ἐπὶ βραχυτέροις p. 93, 16. & ἐπὶ τοῖσδε ib. l. 18. &c. Pag. 580.

[illegible] αὐτοῦ τὸν πολ. Aug. Ven.
[illegible] μετεστρατοπέδευεν Reg. B. Vratisl.
[illegible] Eaque forma aliàs Appiano usitata.
[illegible] Et sic emend. MUSGRAV. *suo* [illegible] *solus per se*, dum abesset Publius [illegible] Aug. Ven. Vratisl. *L.* 66. με[illegible] Vratisl. *L.* 68. ἐς αὔριον Aug. Nec vero [illegible] scripturam. *L.* 69. αὖθις μεθίει conjunxi, [illegible] Particulam αὖθις omisit Cand. *L.* 70. ἑστά[illegible] τεῖχος. Non erat cur vocab. „ μόνον mendo[illegible] MUSGRAVIO, pro quo „ forte σκεπόμενος" [illegible] Neque necesse puto, verba ὑπὸ τὸ τεῖχος [illegible] Viro docto in ὑπὸ τοῦ τείχους mutare.

[illegible] XXXI. Fuse istam pugnam Romanorum cum An[illegible] Livius XXXVII. 39 sqq. Aciei etiam utriusque [illegible] delineatum exhibetur in edit. Drakenb. Passim [illegible] discrepat a Livio Appianus: de quibus varietatibus [illegible] differere non vacat. Pleraque jam occuparunt [illegible] ad Livium l. c. *Lin.* 77. τρεῖς ἑκατέρων τάξεις ἐπὶ [illegible] Ad nomen numerale necessario requiri substantivum [illegible] videbatur. Facile intelligitur, tres *acies*, hastato[illegible], principum, triariorum, quas etiam Livius nominatim [illegible] discernit, dixisse Appianum. Atque istas diversas acies, [illegible] diversas aciei partes, vocabulo τάξις (quod aliàs quidem [illegible] *cohortem* significat) designare solet. Sic Pun. p. 351. in [illegible] acie distinguuntur πρῶτοι, tum ἡ δευτέρα τάξις, dein [illegible]: tum p. 352. de Scipione dicit, τὸ μὲν οὖν πεζὸν ἐς τρεῖς [illegible] τάξεις ἐπέταττεν; quod Livius XXX. 32. his verbis [illegible]: *Instruit deinde primos hastatos, post eos princi[illegible], triariis postremam aciem clausit.*

L. 84. ἱππέων ἴλαι τέσσαρες. Cand. *equitum cohortes tres.*

Ibid. οὕτω μὲν Aug. *L.* 85 *sq.* Duos hos versus, ἐπεστάτει [illegible] μὲν δεξιεῦ, usque τὸ δὲ λαιὸν ἔδωκεν Εὐμενεῖ, Gelenius in [illegible] lat. non expressit: quod corruptus ei locus videretur, quem expedire desperabat. *L.* 86. μέσον αὐτῶν ἵστη. αὐτὸν cum aliis dat Vratisl. Et ea forsan verior lectio est.

Ibid. τὸ δὲ λαιὸν κέρας Εὐμενεῖ. At non *ſiniſtro* cornu, ſed *dextro*, præfuiſſe Eumenem, cum alia ſuadent, tum quod in ipſius pugnæ deſcriptione cap. 34. p. 587. eumdem Eumenem cum ſuis Romaniſque & ſociorum equitibus ſiniſtro cornu aciei Antiochi oppoſitum facit Appianus. In *media* autem acie (quamquam, quæ fuerit media, non ſatis declaravit) Domitium, qui præerat prælio, ſtetiſſe, ſignificat cap. 35. p. 587 ſqq. ubi eum phalangi Macedonicæ, quæ mediam Antiochi aciem tenebat, (pag. 583.) oppoſitum refert. Denique Conſulem, belli imperitum, probabile eſt in *lævo* cornu, quod firmiſſimum tutiſſimumque viſum erat, ſteiſſe locatum; quo in cornu Antiochus aciem Romanam perrupit, & partem legionum fugatam ad caſtra uſque eſt perſecutus: cap. 34. extr. & cap. 36. *L.* 90. πάντας Aug. Ven. *Ibid.* δὲ διατετ. Ῥωμαίων Reg. Aug. Ven. Vratisl. Pag. 582.

Cap. XXXII. Lin. 91. μὲν dedit Aug. *L.* 94. τρόπον recte idem Aug. Et ſic perſpecte emendarunt Reisk. & Musgrav. Liv. XXXVII. 40. *more Macedonum armati.* Quemadmodum hic τρόπον vulgo in πρότερον, perperam mutatum eſt, ſic viciſſim Civ. V. 843, 1. pro πρότερον, mendoſe Reg. A. τρόπον exhibet. Pag. 583.

L. 98. ἐλέφαντες δύο καὶ εἴκοσιν. Livius ibid. *Hæc acies fuit in decem partes diviſa; partes eas interpoſitis binis elephantis diſtinguebat.* Jam vero conſentaneum eſt, latera duarum utrimque extremarum partium non nuda fuiſſe relicta: ergo numerus elephantorum erat XXII. Verba ἐς δὲ τὰ πλευρὰ - - καὶ εἴκοσιν, quum mente caſſa eſſent prouti vulgo legebantur, conſulto prætermiſit Gelenius.

L. 3. Ἄγημα. Vid. Sigon. ad Liv. XXXVII. 40. & Paul. Leopard. Emend. lib. I. cap. 23. in Gruteri Theſ. Crit. T. III. p. 19. Ἄγημα, veluti ἀγητὸν, ἀπὸ τοῦ ἀγᾶσθαι, ab *admiratione* dictum innuit Appianus, quod & ab Euſtathio traditum refert H. Steph. in Theſ. *L.* 8. ἱπποτοξόται διακόσιοι. Lege χίλιοι καὶ διακόσιοι. Livius l. c. *equites ſagittarii mille & ducenti.*

L. 9 *ſq.* Τολισσοδίοιοι. Vide Adnot. ad pag. 601, 4. Pag. 584.

L. 12. ἵππον ἰταιρικὴν Aug. *Regiam alam*, Livius ibid.

Pag. 580. CAP. XXX. Lin. 51. συδὲν ... Λυκίων Aug. Cand.
L. 56. μετεσήματοπαίδευσεν. ... Appiani locum ad-
L. 57. καρτερὸν Aug. E... Sic omnes: non,
Pag. 581. L. 60. ἐφ' ἑαυτοῦ Aug. E... Conf. Adnot. ad Præf.
auſpicio Cand. Potius ... cos ad Liv. XXXVII.
Scipio. L. 62 ſq. ἐξέτρεχε ... emendavi, præeunte
τεσσαρακοστὸν Aug. Vrat... XXVII. 40. 8. & XXXV.
ſperno editorum ſcrip... ſic correxit MUSGRAV.
præeunte Aug. Par... Aug. Ven. L. 34. Μένδις.
ναι μόνον ὑπὸ τὸ τεῖχ... XVII. 41. L. 38 ſq. ἰδίων
ſum" videretur M... arrum impetum in ordinem
legendum cenſui... repoſuit. Erunt tamen for-
cum eodem Vir... ναιῶν quod ded. Aug. & Ven.
CAP. XXVI. ... ἑαυτῷ poſuerat MUSGRAV.
tiocho expoſ... Aug. Livius l. c. Quadrige
que ſchema ... terunt. L. 57. ἕκαστοι Aug.
autem diſc... καστον aut ἕκαστοι."
nunc late ...
Pag. 582. Critici ad ... ατοι Ρωμαίων αὐτῷ καὶ Ιτ. παρα-
... imperf. ſuſtuli, præeunte Aug.
βάθος. A... ... τετύχατο recepi ex eodem Aug.
aliquod vi... ... καταστήσαι dederant omnes; & ſic
rum, ... constanter; nam p. 589, 10. in
hic di... ... ri libri, eademque formatio in aliis
vel di... Ceterum pro αὐτῷ verior fortaſſe
etiam... ... αὐτῶν, i. e. civium Romanorum,
Ann... ... cius diſtinguuntur ab Italis i. e. ſo-
πρέ... ... dius foret dativus αὐτῷ vel αὐτοῖς.
κ... ... καὶ κατασχόντας. „ ἱππέας τε τοὺς κα-
c... ... 38, 30. [586, 49.]" REISKIUS.
... ... δοίη τε dedit Aug. Nec vero ſper-
... ... nendum, quo in eadem phraſi p. 562, 35.
... ... ἱππεῦσι τοῖς. Pro equitibus ſuis, quod
... ... in noſtram tranſiit, repone multis equi-
... ... τοῖς πολλοῖς. „ καὶ τριακοσίων." REISK.
... ... repoſitum voluiſſe.

CAP. XXXVI. Lin. 5. καὶ ταύτῃ μὲν. Sic bene editum Pag. 589.
dose Aug. καὶ ταύτην μὲν. „ καὶ ταύτης μὲν legit
Sic adnotavit CAR. STEPHAN. in Varietate
Nimirum h. l. Candidus: *& Domitius phalange*
eſt.

L. 14. τοῖς ἀναμιχθεῖσι θαβέουσι. „ Mendoſum" MUSGRA- Pag. 590.
VIO viſum eſt vocab. ἀναμιχθεῖσι: non ſatis video, qua de
cauſa. *L.* 15. σθεναὸς Reg. B. Aug. Ven. Vratisl. Et Cand.
velut ex victoria lætus & inſolens. *L.* 16. πεπυσμένος Aug.
Ven. Vratisl. cum H. Steph. „ Exempl. habebat πεπισμένος."
C. STEPH. in *Variet. Lect.* Sic nimirum dabat Reg. A. quo
tamquam primario exemplari uſus erat ille Editor.

L. 18. διακόψας reſtitui ex Aug. & Ven. vid. p. 587, 73.

L. 19. μικρὰ λυπούντων. „ μικρὰ λυπόντων legit Interpres."
C. STEPH. l. c. Scil. Candidus, imperite: *paucis derelictis.*

L. 29. τοῦ πολέμου dederunt iidem Aug. & Ven.

CAP. XXXVII. Lin 40. δεκούσῃ recte Reg. B. Aug. Vratisl. Pag. 591.
Et ſic legere juſſit MUSGRAV. *L.* 41. παρὰ τοσόνδε. Sic
recte emend. H. Steph. conſentientibus Aug. & Vratisl. Et
Cand. *tantum valuiſſe.*

L. 50. Ρωμαίων οὐκ ἂν εὐμαιρῶς ἐλπισθέντων βιάσασθαι τὴν Pag. 592.
διάβασιν. „ ἐλπισθέντων, ſi bene habet, eſt pro ἐλπισαμένων;
& videtur Appianus ἐλπίζεσθαι pro ἐλπίζειν uſurpaſſe: vid. ad
p. 70, 41. dicta. Poteſt tamen etiam paſſive accipi: *quum*
ſpes nulla eſſet, fore ut Romani vi trajectum tentarent."
REISKIUS. Utique paſſive intelligendum eſt participium
illud ἐλπισθέντων, ut jam monui ad eum locum, ad quem
Reiskius provocavit, ſcil. Pun. p. 467, 99. noſtræ editionis.
Notum eſt autem, verbum ἐλπίζειν ex illorum eſſe numero,
quæ μέσα grammaticis dicuntur; neque *ſperandi* ſolum, ſed
ſæpe etiam *metuendi* notionem, generatim vero *exſpectandi*
aliquid, habere. Quare quoniam amicorum Antiochi hic
referuntur querelæ, nunc non cum Reiskio verba illa οὐκ
ἐλπισθέντων exponenda ſunt, *quum ſpes nulla eſſet*; ſed,
quum exſpectari non poſſet, quum non videretur fu-
turum.

Pag. 592. *L.* 56. τοσῶνδε πολέμων Aug. Et ſic reponere, pro vulgato πολλῶν, juſſit etiam MUSGRAV. τοσῶνδε πόνων REISK.

L. 59. δυστρχὶς. Probabilior videri poteſt lectio Aug. & Ven. δυσχερὶς. Sed alterum illud nomen, quod rarioris quidem aliàs uſus eſt, paſſim apud Appianum occurrit; ex cujus etiam unius auctoritate illud in Theſaurum ſuum retulit H. Stephanus.

L. 60. ἐς δόξαν εὐτυχίας ἔφερεν. Poterat abeſſe præpoſitio. Sed nec ſolicitatam malim. Certe quemadmodum apud Herodotum lib. I. cap. 10. & III. 133. in mſpt. & edd. nonnullis ἐς αἰσχύνην φέρει legimus: (quamquam utroque loco deletam præpoſitionem maluerat doctiſſ. Valkenarius ad III. 133. ſimilia apud alios Scriptores exempla requirens:) ſic & apud Appianum, frequentem Herodotei ſtyli imitatorem, ἐς δόξαν εὐτυχίας (αὐτοὺς) ἔφερε, idem eſſe poterit ac δόξαν εὐτυχίας (αὐτοῖς) ἔφερε. Poſſis etiam ἔφερε fortaſſe notione verbi compoſ. συνέφερε accipere, ut ἐς δόξαν εὐτυχίας (αὐτοῖς) ἔφερεν ſit *contulit ad felicitatis opinionem augendam.* „Forte ἔφερον" ſuſpicatus erat REISKIUS. Quam autem εὐτυχίαν, *felicitatem*, nunc dicit; eamdem paucis ante verbis θεῶν ἐπικουρίαν, *præſentem deorum favorem auxiliumque* vocaverat. *L.* 61. ὅτι οὕτω γε. Particulam ὅτι, quæ huic loco neceſſaria videtur, dedit Aug. Tum verbum ἦσαν (l. 66. p. ſq.) quæ illi partic. reſpondet, largitus eſt etiam Ven. cum Aug.

Ead. lin. 61. ὀλίγοι τε πολλῶν. Genitivi, qui a κεκρατηκότες pendent, deinceps ſequuntur, ſcil. τοσῶνδε ἐθνῶν καὶ πορρωτάτω. &c. Hic autem incommode utique inſertum πολλῶν videtur. An ὀλιγότεροι πολλῷ?

Pag. 593. *L.* 67. ἮΝ βασιλ. Αντ. ὁ Μέγας. Candidus: *plurimus illis in ore Antiochus ille Magnus verſabatur.* Sed quod præcedit, τὸ ἔπος, requirere videtur abſolutam hanc phraſin: Ἦν βασιλ. &c. quam diſturbatam nolim. Notum eſt Virgilianum, *FUIMUS Troës*, effictum ad illud Euripidis, πρίν ποτ' ἮΜΕΝ. Troad. v. 581.

CAP. XXXVIII. Lin. 73 *ſq.* διὰ πλειονεξίαν Aug. Ven. Sic &, licet in contextum non receperit, tamen ſcribendum

vidit HENR. STEPHANUS, cujus ad h. l. hæc eſt Adnotatio: „ Scribo διὰ πλεονεξίαν: cujus illi tam pernicioſi vitii & ſtatim poſt mentionem facit. Fuiſſe autem non ſolum pleriſque principibus pernicioſum ac modo non exitiale hoc πλεονεξίας vitium, ſed quibuſdam etiam rebuſpublicis, ex hoc ipſo ſcriptore, ſicut & ex aliis nonnullis, diſcimus. Nominatim vero Athenienſis reipubl. fuiſſe illud perniciem, docet apud eum Cenſorinus, in quadam oratione, initio paginæ 51. [Pun. 423.] οὐ πρὶν ἀπέσβησαν τῆς πλεονεξίας πρὶν τὴν ἀρχὴν ἅπασαν ἀφανισθῆναι. Objicitur vero & Romanis πλεονεξία, pagina 180. [Mithr. p. 662.] ſicut φιλοκέρδεια, pag. 208. [φιλοκερδία, Mith. 723, 85.] Ad hanc autem πλεονεξίαν pertinet quod ab eodem hiſtorico & ab aliis ſcribitur, ac quod, & ipſum, bellica experientia verum eſſe clamat, πολλοὶ πλείονων ἐρεγόμενοι, καὶ τὰ ὄντα ἀπώλεσαν." Pag. 593.

L. 90. Ρωμαίοις ἐς χεῖρας ἰλθεῖν. „ Libentius legerem Ρωμαίους: ut ſit ſenſus, *qui ſæpenumero Romanos coëgit ad pugnam adverſus ipſum deſcendere.* At Gelenius, a Græcis verbis aliquantum diſcedens, *toties rebelli.* Alter autem interpres aperte Ρωμαίοις non Ρωμαίους legit: vertit enim, *qui toties nobis inſurgere conatus eſt.*" H. STEPHANUS. Eo minus ſolicitari vulgata lectio debuit, quod in eamdem ſententiam paulo ante dixerat, βιαζόμενος ἐς πεῖραν ἰλθεῖν τοῖς ἀμείνοσι. Pag. 594.

L. 91. ὑβρίζομεν ταῖς εὐπραξίαις. „ Scribo ἐν ταῖς εὐπραξίαις. Facile autem potuit intercidere hæc vocula ἐν poſt ὑβρίζομεν, quod iiſdem literis finitur. Dicitur certe ὑβρίζειν cum accuſ. perſonæ vel rei, & quidem interjecta nonnunquam præpoſitione εἰς: at ὑβρίζω cum dativo non memini me legere. Cæterum cum iis quæ dicit hic Scipio de Romanorum in rebus proſperis natura, conveniunt multa quæ per alias orationes ſparſa ſunt, ac nominatim nonnulla quæ habet una ex annotationibus noſtris in pag. 49. [pag. 420, 17. edit. noſtr.]" H. STEPHANUS. οὐχ ὑβρίζειν ταῖς εὐπραξίαις, idem eſt, quod μετριοπαθῶς χρῆσθαι ταῖς εὐπραξίαις, Pun. 366, 63. An inſerenda, ut voluit H. Stephanus, ſit præpoſ. ἐν, doctioribus

L. 56. τοσῶνδε πολέμων Aug. Et ſic reponere, pro vulgato
Pag. 592. πολλῶν, juſſit etiam MUSGRAV. τοσῶνδε πόνων REISK.

L. 59. δυσεργὲς. Probabilior videri poteſt lectio Aug. & Ven. δυσχερὲς. Sed alterum illud nomen, quod rarioris quidem aliàs uſus eſt, paſſim apud Appianum occurrit; ex cujus etiam unius auctoritate illud in Theſaurum ſuum retulit H. Stephanus.

L. 60. ἐς δόξαν εὐτυχίας ἔφερεν. Poterat abeſſe præpoſitio. Sed nec ſolicitatam malim. Certe quemadmodum apud Herodotum lib. I. cap. 10. & III. 133. in mſpt. & edd. nonnullis ἐς αἰσχύνην φέρει legimus: (quamquam utroque loco deletam præpoſitionem maluerat doctiſſ. Valkenarius ad III. 133. ſimilia apud alios Scriptores exempla requirens:) ſic & apud Appianum, frequentem Herodotei ſtyli imitatorem, ἐς δόξαν εὐτυχίας (αὐτοὺς) ἔφερε, idem eſſe poterit ac δόξαν εὐτυχίας (αὐτοῖς) ἔφερε. Poſſis etiam ἔφερε fortaſſe notione verbi compoſ. συνέφερε accipere, ut ἐς δόξαν εὐτυχίας (αὐτοῖς) ἔφερεν ſit *contulit ad felicitatis opinionem augendam.* „Forte ἔφερον" ſuſpicatus erat REISKIUS. Quam autem εὐτυχίαν, *felicitatem*, nunc dicit; eamdem paucis ante verbis θεῶν ἐπικουρίαν, *præſentem deorum favorem auxiliumque* vocaverat. *L.* 61. ὅτι οὕτω γε. Particulam ὅτι, quæ huic loco neceſſaria videtur, dedit Aug. Tum verbum ἦσαν (l. 66. p. ſq.) quæ illi partic. reſpondet, largitus eſt etiam Ven. cum Aug.

Ead. lin. 61. ὀλίγοι τε πολλῶν. Genitivi, qui a πεμφατικὸς pendent, deinceps ſequuntur, ſcil. τοσῶνδε ἐθνῶν καὶ πορρωτάτω. &c. Hic autem incommode utique inſertum πολλῶν videtur. An ὀλιγότεροι πολλῷ?

Pag. 593. *L.* 67. Ἦν βασιλ. Αντ. ὁ Μέγας. Candidus: *plurimus illis in ore Antiochus ille Magnus verſabatur.* Sed quod præcedit, τὸ ἔπος, requirere videtur abſolutam hanc phraſin: Ἦν βασιλ. &c. quam diſturbatam nolim. Notum eſt Virgilianum, FUIMUS *Troës*, effictum ad illud Euripidis, πρίν ποτ' ἦμεν. Troad. v. 581.

CAP. XXXVIII. Lin. 73 *ſq.* διὰ πλεονεξίαν Aug. Ven. Sic &, licet in contextum non receperit, tamen ſcribendum

Pag. 596. *L.* 32. ἐπὶ τοῦτο πεμφθέντι. *qui ad hoc missus erat.* Sic invitis libris, qui in tertium casum consentiunt, repositi cum MUSGRAVIO. Sic enim usus sermonis poscere videbatur: & sequentes dativi facile librarium in errorem inducere potuerunt. Malim tamen τῷ ἐπὶ τοῦτο πεμφθ.

Pag. 597. CAP. XL. *Lin.* 39. Ὁ δὲ ἀδοξῶν, *rem indignam putans; sua persona, sui nominis fama indignum ratus;* ratus, ἀνάξιον ἔγκλημα εἶναι τῶν βεβιωμένων εἰ, ut ait pag. 599, 66 sq. — ἀδοξέω (idem quod ἀπαξιόω) frequentatum Appiano verbum: quod non recordatus REISKIUS, in εὐδοξῶν mutatum voluit. Nomen verbale ἀδοξία, eadem notione, mox occurrit p. 599, 69. *L.* 40. συνῆλθε τὸ δικαστήριον. Sic scripti libri omnes: *convenerunt judices.* Præpositio temere a primo Editore intrusa erat: qua si uti voluisset Appianus, συνῆλθον scripsisset, (quod & REISKIUS reponere jussit) non συνῆλθε, ut habet edit. 1. vel συνῆλθεν, ut dedit H. Steph. Monuit autem ipse Car. Stephan. in Variet. Lect. ad calcem editionis suæ adjecta: „exempl. συνῆλθε τὸ δικαστήρ."

L. 42. ἐπὶ λαμπρῷ σχήματος. „Forte ἀπὸ λαμπροῦ." REISKIUS. Quin potius dictum hoc est, ut ἐπὶ τόλμης, ἐπὶ εὐρυθμίας, ἐπὶ δόξης. Ad verba ista, ἐπὶ λαμπρῷ σχήματος, ἀντὶ οἰκτροῦ καὶ ταπεινοῦ τῶν ἀπευθύνων, prolixa hæc exstat AL. TOLLII *Adnotatio*: „Mos erat reorum, ut veste uterentur squalida, barbam capillumque producerent, eum in finem ut hoc habitu suffragatores conciliarent, inimicos permulcerent & judices temperarent. Livius de legatis Ptolemæi & Cleopatræ, lib. XLIV. c. 19. *Sordidati, barba & capillo promisso, cum ramis olea ingressi curiam, procubuerunt, & oratio quam habitus fuit miserabilior.* Idem lib. VI. c. 16. *Conjecto in carcerem Manlio, satis constat magnam partem plebis vestem mutasse, multos mortales capillum ac barbam promisisse, obversatamque vestibulo carceris mœstam turbam.* Sisenna apud Nonium in *vicatim: Cum complures menses barba immissa, & tonso capillo, lugubri vestitu populum vicatim flens una cum liberis circumiret.* Suetonius de Nerone: *Varia agitavit, Parthosne an Galbam supplex*

peteret, an atratus prodiret in publicum, proque Roſtris quanta maxima poſſet miſeratione veniam præteritorum precaretur. Vide Agellium, lib. III. c. 4. Plutarch. in Quæſtionib. Rom. & ex recentioribus Cujacium obſerv. lib. VI. cap. 5. & Fornerium rer. quotidian. lib. IV. c. 5. Hinc apud Tertullianum *caput reatui vovere* eſt comam reorum more promittere. Et apud Senecam *detrahere ſordes*, eſt reum abſolvere & liberare. Sed non rei tantum ad movendam judicum miſericordiam tetro ac ſqualido habitu induti erant, ſed & eorum propinqui atque amici. Hinc Livius lib. VI. cap. 20. *Approbantibus cunctis diem Manlio dicunt. Quod ubi eſt factum, primo commota plebs eſt, utique poſtquam ſordidatum reum viderunt: nec cum eo non modo patrum quemquam, ſed ne cognatos quidem aut affines, poſtremo ne fratres quidem A. & T. Manlios; quod ad eum diem nunquam uſu veniſſet, ut in tanto diſcrimine non & proximi veſtem mutarent. Appio Claudio in vincula ducto, C. Claudium inimicum, Claudianique omnem gentem ſordidatam fuiſſe.* Simile porro huic Scipionis facto illud P. Rutilii fuit, *qui magis ordinum diſſenſione, quam ulla culpa ſua reus factus, nec obſoletam veſtem induit, nec inſignia Senatoris depoſuit, nec ſupplices ad genua judicum manus tetendit; nec dixit quicquam ſplendore præteritorum annorum humilius*: ut Valerius de eo lib. VI. c. 4. tradit."

L. 44. ὡς εὐθὺς Aug. Ven. Vratiſl. *Ibid.* ἐκπλῆξαι. „ἐκπλήξασθαι, *ſtupuiſſe*. Nam editum ſignificat *terruiſſe*." REISKIUS. Nunc, pronomine ὃν in particulam ὡς mutato, recte omnino habet ἐκπλῆξαι, *ut omnes ea re ſtatim admiratione percelleret.* Sic Mith. 819 ſq. ἐφ' ὅτῳ μάλιστα τοὺς Ρωμαίους ἐξέπληξε.

L. 50 *ſq.* ὡς ἐγκεντρίσαι τοῖς ἀκροωμ. τι καὶ ἡδ. διὰ τὴν ἱστ. τῆς Pag. 591 στιμν. Breviter Gelenius: *magna tum ſermonis gravitate, tum voluptate audientium.* Nomen ἱστορία utrum h. l. ſignificet, cognoſcendi audiendique ſtudium auditorum, an artificium oratoris ad vivum omnia depingentis & veluti oculis auditorum ſubjicientis, (ſicut mox dicit, ἐξάρας ἐς φαντασίαν

Pag. 596. *L.* 32. ἐπὶ τοῦτο πεμφθέντι. *qui ad hoc miſſus erat.* Sic invitis libris, qui in tertium caſum conſentiunt, repoſui cum MUSGRAVIO. Sic enim uſus ſermonis poſcere videbatur: & ſequentes dativi facile librarium in errorem inducere potuerunt. Malim tamen τῷ ἐπὶ τοῦτο πεμφθ.

Pag. 597. *CAP. XL. Lin.* 39. Ὁ δὲ ἀδοξῶν, *rem indignam putans; ſua perſona, ſui nominis fama indignum ratus;* ratus, ἀνάξιον ἔγκλημα εἶναι τῶν βεβιωμένων οἱ, ut ait pag. 599, 66 ſq. — ἀδοξία (idem quod ἀπαξιόω) frequentatum Appiano verbum: quod non recordatus REISKIUS, in εὐδοξῶν mutatum voluit. Nomen verbale ἀδοξία, eadem notione, mox occurrit p. 599, 69. *L.* 40. συνῆλθε τὸ δικαστήριον. Sic ſcripti libri omnes: *convenerunt judices.* Præpoſitio temere a primo Editore intruſa erat: qua ſi uti voluiſſet Appianus, συνῆλθον ſcripſiſſet, (quod & REISKIUS reponere juſſit) non συνῆλθε, ut habet edit. 1. vel συνῆλθεν, ut dedit H. Steph. Monuit autem ipſe Car. Stephan. in Variet. Lect. ad calcem editionis ſuæ adjecta: „exempl. συνῆλθε τὸ δικαστήρ."

L. 42. ἐπὶ λαμπρεῦ σχήματος. „Forte ἀπὸ λαμπρεῦ." REISKIUS. Quin potius dictum hoc eſt, ut ἐπὶ τόλμης, ἐπὶ φρονήματος, ἐπὶ δόξης. Ad verba iſta, ἐπὶ λαμπρεῦ σχήματος, ἀντὶ οἰκτροῦ καὶ ταπεινοῦ τῶν ἀπευθύνων, prolixa hæc exſtat AL. TOLLII *Adnotatio*: „Mos erat reorum, ut veſte uterentur ſqualida, barbam capillumque producerent, eum in finem ut hoc habitu ſuffragatores conciliarent, inimicos permulcerent & judices temperarent. Livius de legatis Ptolemæi & Cleopatræ, lib. XLIV. c. 19. *Sordidati, barba & capillo promiſſo, cum ramis olcæ ingreſſi curiam, procubuerunt, & oratio quam habitus fuit miſerabilior.* Idem lib. VI. c. 16. *Conjecto in carcerem Manlio, ſatis conſtat magnam partem plebis veſtem mutaſſe, multos mortales capillum ac barbam promiſiſſe, obverſatamque veſtibulo carceris mœſtam turbam.* Siſenna apud Nonium in *vicatim: Cum complures menſes barba inmiſſa, & tonſo capillo, lugubri veſtitu populum vicatim ſtens una cum liberis circumiret.* Suetonius de Nerone: *Varia agitavit, Parthoſne an Galbam ſupplex*

peteret, an atratus prodiret in publicum, proque Roſtris quanta maxima poſſet miſeratione veniam præteritorum precaretur. Vide Agellium, lib. III. c. 4. Plutarch. in Quæſtionib. Rom. & ex recentioribus Cujacium obſerv. lib. VI. cap. 5. & Fornerium rer. quotidian. lib. IV. c. 5. Hinc apud Tertullianum *caput reatui vovere* eſt comam reorum more promittere. Et apud Senecam *detrahere ſordes*, eſt reum abſolvere & liberare. Sed non rei tantum ad movendam judicum miſericordiam tetro ac ſqualido habitu induti erant, ſed & eorum propinqui atque amici. Hinc Livius lib. VI. cap. 20. *Approbantibus cunctis diem Manlio dicunt. Quod ubi eſt factum, primo commota plebs eſt, utique poſtquam ſordidatum reum viderunt: nec cum eo non modo patrum quemquam, ſed ne cognatos quidem aut affines, poſtremo ne fratres quidem A. & T. Manlios; quod ad eum diem nunquam uſu veniſſet, ut in tanto diſcrimine non & proximi veſtem mutarent. Appio Claudio in vincula ducto, C. Claudium inimicum, Claudiaque omnem gentem ſordidatam fuiſſe.* Simile porro huic Scipionis facto illud P. Rutilii fuit, *qui magis ordinum diſſenſione, quam ulla culpa ſua reus factus, nec abſolutam veſtem induit, nec inſignia Senatoris depoſuit, nec ſupplices ad genua judicum manus tetendit; nec dixit quicquam ſplendore præteritorum animum humilius:* ut Valerius de eo lib. VI. c. 4. tradit."

Pag. 597.

L. 44. ἐ; ὁδὸν; Aug. Ven. Vratisl. *Ibid.* ἐκπλῆξαι. „ἐκπλαγῆναι, *ſtupuiſſe.*" Nam editum ſignificat *terruiſſe.*" Reiskius. Nunc, pronomine ὁ in particulam ὡς mutato, recte omnino habet ἐκπλῆξαι, *ut omnes ea re factum admiratione percelleret.* Sic Mith. 819 ſq. ἐπ' αὐτῷ πάσῃσι τοῖς Ρωμαίοις ἔκπληξιν.

L. 50 ſq. ὡς ἐγένετο τῆς ἀκροάσεως τὸ καὶ ὅσ. ἐκεῖ τὸν ἰσ. τῆς σεω. Breviter Celerius: *magna tum ſermonis gravitate, tum voluptate auditionis.* Nomen ἰσχὺς unum h. l. ſignificet, cognoſcendi audiendique ſtudium auditorum, an attentionem animi ad rerum omnia depingentis & veluti oculis auditorum ſubjicientis, quam mox dicit, ἐκφαίνειν ἐς ἀκοὰς τὰ πράγματα.

Pag. 558.

τάδε μάλιστα,) judicent doctiores: mihi omnino non satis liquida illa locutio est, διὰ τὴν ἱστορίαν τῆς σεμνολογίας. Pag. 598.

L. 55. ἐνίκων recte H. Stephan. consentientibus melioribus libris. *Ibid.* Καρχ. ὑμῖν. Tenenda utique hæc quoque fuit H. Stephani emendatio, cui adsentiuntur Reg. B. Vratisl. & Cand. Nam ne grammatica quidem ratio patitur hic pronomen primæ pers. quoniam sequitur verbum activ. πειρατείουν, quod aliàs in medio genere fuerat ponendum. *L.* 56. In ὑμῖν ἐπιφ. consentiebant omnes, excepto Aug.

L. 57. θύσων τῆς ἡμέρας. „ Aut τῇ σήμερον leg. aut τῆς αὐτῆς ἡμέρας." REISKIUS. At bene habere lectio vulgata videtur: non quidem, ut τῆς ἡμέρας denotet *hodie*, quod inconsideratius in lat. vers. posui; sed ut intelligatur τῆς ἡμέρας ἕνεκα, *illius diei causa*: atqui sic non opus erit, ad artic. τῆς aliquid adjicere, quoniam refertur ad id quod l. 54. præcessit, τῆσδε τῆς ἡμέρας.

L. 59. ἔδη. ἔθει Vratisl. cum aliis. Sed Cand. *gressus movit*. *L.* 61. σὺν εὐφήμῳ βοῇ. Sic plane & Vratisl. cum Aug. Et Cand. *votiva acclamatione secuti.*

Cap. XLI. Lin. 68. περὶ κλοιᾶς: intell. ἐγκαλευμένου. Pag. 599.

L. 69. ὑπὸ ἀδοξίας ὁμοίας. „ Aut ὑπὲρ aut ἐπὶ legendum" censuit REISKIUS. Sed bene habet vulgata: vide quæ ad p. 597, 39. monuimus. *L.* 70. Επαμινώνδου. Vide Cornel. Nep. XV. 7 sq. *L.* 74 sq. ἐπὶ διαδολῇ Aug. Ven. Et monuit REISKIUS: „ aut διαδολῇ aut διαδολαῖς." *L.* 78. τοὺς συστρατήγους Aug. Reg. B.

L. 84. ἀναφέροντες, αὐτὸν οὕτω λέγειν ὑποθέμενον αὐτοῖς. Sic recte orationem distinxit Aug. quum vulgo esset, ἀναφέροντες αὐτὸν, οὕτω λέγειν &c. De quo & REISK. monuit „ comma ante αὐτὸν retrahendum." *L.* 87. τοιόδε τὸν χρόνον Aug. Ven. Vratisl. *L.* 92 *sq.* οὐδ' εἴ τις ξένος ἴχοι - - - προαγαγών. Verborum horum sententiam, satis, ut videtur, planam, minus perspexit MUSGRAVIUS, cum ἴχοι in ἴσχων mutatum, & in fine phraseos, προαγάγοι, ἀντιέπουσαν· positum voluit. ἐπὶ τὴν Σπάρτην αὐτὴν, *adversus ipsam Spartam.* *L.* 93. ὑπὸ τῆς πατρίδος. Sic recte Aug. & Vratisl. Et hoc quoque præ-

clare REISKIUS vidit. *L.* 99 *sq.* Ταῦτ μὲν δή τις, ὡς ἐθέλοι, συγκρίνειν ἔχει. An ad Plutarchum respicit, qui ipsius Appiani ætate Vitas Parallelas ediderat? Pariter vero, ut hic inter Scipionem & Epaminondam, in fine libri II. de Bell. Civ. inter Cæsarem & Alexandrum comparationem, multo quidem latiorem ampliorem que, institutam ab Appiano legimus. Pag. 601.

CAP. XLII. Lin. 2. Μάλλιος. *Manlius Vulso.* vid. p. 596, 30. *L.* 4. Τολιστοβοίους. Jam supra, p. 584, 9 sq. Celticæ hujus gentis, cum Trocmis & Tectosagis, mentionem fecit Appianus. Ubi quum Τολιστόβιοι ex msptis editum esset, miro consilio nunc Car. Stephanus, Candidum secutus, (qui h. l. *Galatas* habet *qui cum Antiocho pugnaverant latrociniis deditos*,) τοὺς λῃστοβίους edidit, inauditum aliàs vocabulum. Ad quem locum adnotavit JAC. PALMERIUS: „Palam est, debere legi, pro τοὺς λῃστοβίους, Τολιστοβοίους: fuit enim Galatarum tribus." Ipse autem Car. Steph. in Var. Lect. monuit: „Exempl. habebat τὸ λιστοβίους." Illud exemplar, quod h. l. dicit, erat Regius B, in quo sic τὸλιστοβίους. Alter autem Regius τὸλιστοβοίους: quam formam nominis, deleto accentu in prima syllaba, præferendam duxi. Vide Liv. XXXVIII. 15. extr. & cap. 16, 11. & quæ ibi a viris doctis adnotata sunt. Apud Strabonem, Τολιστοβόγιοι, Τολιστοβῶγοι, Τολιστοβίγιοι, inconstanter scriptum nomen: apud Ptolemæum Τολιστόβογοι. Conf. Berkel. ad Stephan. Byz. & Harduin. ad Plin. lib. V. c. 32. f. 42.

L. 6. ἐτρέψατο. ἐτρέπετο Vratisl. cum Vat. Car. Stephanus, ἐτρέψατο edens, monet in Var. Lect. „ in eodem [exempl.] ἐτρέψαντο." Sic autem in utroque scriptum erat Regio.

L. 14. ἐκέλευσεν. ἐκέλευεν Aug.

L. 18. τοῦ Καππ. βασ. Aug. Ven. *L.* 20. διακόσια τάλαντα. Pag. 602. Vid. Drakenborch. ad Liv. XXXVIII. 37, 6. *L.* 23. στρατῷ κατεγόμῳ. Supra, p. 564, 83. μετὰ στρατοῦ βαρυτάτου τε καὶ λαφύρων κατεγόμου. Mith. 737, 22. λείας πολλῆς κατεγέμων. Poterit forsan & hic, nulla facta mutatione, ad κατεγόμου ex præcedd. intelligi genitivus λείας.

Pag. 602. CAP. XLIII. De argumento conf. Liv. XXXVIII. 40.

Lin. 27. οὐτ' ἐπειγόμενος δικπ. *Nulla neceſſitate coactus, nulla re eum urgente.* Eadem ſententia aliàs dicitur οὐδενὸς ἐπείγοντος (αὐτὸν) Civ. I. 146, 67 ſq. vel οὐδενὸς χρείας ἐπείγοντος Mith. 760, 14 ſq. *L.* 28. ὁρμῶντα Aug. Ven. *Eadem & ſq.* ἐς οἰκείαν. „ἐς τὴν οἰκείαν." REISK.

Pag. 603. *L.* 34. ἐς λόχους ὀρθ. recte Aug. Et Cand. *in ordines rectos.* Emendarunt etiam REISK. & MUSGRAV. τὰ σκευοφόρα συντάξας ἐς λόχους ὀρθίους, *impedimenta inter rectos ordines* (cf. Pun. 352, 10. Syr. 561, 23 ſq.) *collocans*, i. e. *impedimenta per centurias* (vel per *manipulos*: nam ſicut latinum vocab. *ordo*, ſic & græcum λόχος, non ſolum centuriam ſignificat, ſed latiori etiam interdum notione pro manipulo accipitur) *quæ non niſi arcta fronte incedere poterant, diſtribuens.* In agmine Romano, quando ab hoſte periculum erat, impedimenta inter ſingulos manipulos diſtribui ſolita, docet Polyb. VI. 38. ſed id quidem (ſecus atque nunc Appianus innuit) factum ait, ubi patentiora loca nacti eſſent.

L 37. αὐτοῖς δυναμένων Aug. Ven. *L.* 40. ἀπώλεσε. „ἀπώλετο." REISK. At bene habet ἀπώλεσε, *amiſit.* Sic Civ. V. p. 861, 95. πολλοὺς ἀπὸ σφῶν ἀπολλύντες, *multis ſuorum amiſſis.* *L.* 41. αὐτοῦ δὲ. „αὐτοῦ δὲ." IDEM. *L.* 43. ἐγένετο Aug. *L.* 47. Βρεντέσιον Aug. Ven. ut alibi Edd. cum mſſptis.

L. 48. ἐπανῆλθεν dederunt idem Aug. & Ven.

Pag. 604. CAP. XLIV. *Lin.* 56. ἀφῆκντο Αντίοχον Vratisl. cum Aug. & Ven. *L.* 60. δορίκλητα dedit Aug. ut alibi.

CAP. XLV. *Lin.* 66. ἐξ ἐπιβουλῆς Aug. & Vratisl. ut emen-
Pag. 605. daverat H. Steph. *L.* 67. τῶν περὶ τὴν αὐλὴν Aug. Ven. Cum Regiis erravit Vratisl. Cand. *ex ſuis.* *L.* 70. προσκρουσμάτων Aug. Ven. Sic omnes Civ. II. 210, 4. conf. Civ. IV. 536, 92.

L. 76. ἐν Βαβυλ. Aug Ven. *L.* 77. ἐπί τι Vratisl. cum Aug. & Ven.

CAP. XLVI. *Lin.* 80. ἱππαιτὲς. Sic plane Vratisl. Et ſic ſcripti omnes p. 637, 11. *L* 82. Σύροι Aug. Vratisl.

Pag. 606. *L.* 84. γεννικεῦ. Sic Vratisl. cum Regiis. „γενικεῦ ſuſpectum: num νεανίσκου, aut μειρακίου, aut τοῦ μικροῦ?" REISK.

Propius vero MUSGRAV. „γενναίου." Sic & Gelenius, *generoſe regnarat.* Heſychius γενικῶς, ἰσχυρῶς, γενναίως: ad quem loc. conſuli poſſunt quæ monuit doctus Editor, & quos ille citavit auctores. Pag.

L. 94. ἐμπρήσειν. Minime ſpernendum διαπρήσειν, unde proxime aberravit vulgata lectio. Eodem verbo in eadem re utitur Polyb. Legat. CVII. τὰς ναῦς τὰς καταφράκλους διαπρῆσαι. Et eodem verbo ſæpius utitur Noſter, v. c. Mith. 765, 97. 796, 8 ſq. &c. Paulo ante vero, pro συγκόψειν, apud Polyb. l. c. eſt τοὺς ἐλέφαντας νευροκοπῆσαι, *elephantis nervos incidere.* *L.* 96. ἐμπεπρεμένων Aug. Ven. κατεμπεπραμ. Reg. B. Vratisl. *L.* 98. ἐν τῷ γυμνασ. Aug. Ven. Et ſic emendavit REISK.

CAP. XLVII. Lin. 2. ἰδεῖτο Aug. Ven. *Ibid.* μόνης Reg. B. Aug Ven. Vratisl. Pag.

L. 14 *ſq.* ὡς δή τι τοῦτ' ἔγκλημα τοῖς Σύροις ταμιευόμενοι. Sententiam verbi ταμιεύεσθαι minus percepiſſe GELENIUS videtur, hunc locum ſic latine reddens: *quaſi crimen id commune eſſet Syris omnibus.* Simili ratione, ut hic ταμιεύεσθαι, verbum θησαυρίζειν uſurpatum vidimus p. 48, l. 51. *L* 16. Ὀλοφέρνην, cum ſpir. leni, ſcripti & Edd. Aliis *Orophernes.* At apud Polyb. Legat. CXXVI. Ὀλοφέρνης.

CAP. XLVIII. Lin. 20 *ſq.* ἐκπεσόντων δὲ καὶ τῶνδε - - ὑπὸ Μιθριδάτου. De duobus *filiis Ariobarzanis* illius ſupra memorati dici hoc poterat, non de ipſo ejuſque fratre Olopherne. Pag.

L. 27. τὰ βασίλεια idem hic valere videtur quod αἱ ἀρχαὶ, (cf. l. 28 ſq.) & metonymice dictum pro οἱ βασιλεῖς, *regiæ poteſtates, imperia*, i. e. *Reges.* conf. Mithr. 817, 64 ſq.

L. 28. Παρθυαῖοί τε προαποσλάντες. Conf. pag. 635, 85.

L. 31. ἔθνη τινὰ. Sic & Vratisl. Et Cand. *nationes quaſdam.* *L.* 32 *ſq.* ἠγεῖτο εἶναι, *adpellabatur.* Vide Notata ad p. 180, 57. *L.* 33. οὐκ ἐθέλουσιν Aug. Ven.

L. 35. ἦρχε Συρίας τῆς μετ' Εὐφράτην, *imperavit Syriæ illi, quæ poſt* (vel *ultra*) *Euphratem eſt*, ſcil. reſpectu Aſſyriæ & Meſopotamiæ, quæ communi nomine Syriæ olim erant comprehenſæ, & majorem veteris Syriæ partem efficiebant. Itaque Συρία ἡ μετ' Εὐφράτην nobis *Syria* eſt *Ciſeuphratenſis.* Pag.

Pag. 609. Sic pag. 618, 92 sq.: Σίλευκος τότε τῆς μετ' Εὐφράτου Συρίας ἐπὶ θαλάσσῃ ἄρχειν διέλαχεν.

L. 35-38. ὁ Τιγράνης ἦρχε Συρίας - - - ἐπὶ ἔτη τεσσαρεσκαίδεκα. — „ Seleucidarum odia & inimicitiæ Syros impulerunt, ut Tigranem Armenium ſibi regem deligerent. Juſtin. lib. XL. c. 1. *Mutuis fratrum odiis, & mox filiis inimicitiis parentum ſuccedentibus, cum inexpiabili bello & reges & regnum Syriæ conſumtum eſſet, ad externa populus auxilia concurrit, peregrinoſque ſibi reges circumſpicere cæpit.* Et *omnes in Tigranem regem Armeniæ conſenſere.* Qui *accitus in regnum Syriæ, per XVIII. annos tranquilliſſimo regno potitus eſt.* Ubi tamen pro XVHI. annis, quatuordecim cum noſtro legendi ſunt." ALEX. TOLLIUS.

CAP. XLIX. Lin. 41. μετὰ τοῦ σήματος Aug. Vratisl. & alter Regius. Conf. Not. ad p. 569, 60.

Pag. 610. *CAP. L. Lin.* 60. ἀγιωτάτην αὐτοῖς, κατέσκαψεν. Sic, poſito inciſo poſt αὐτοῖς, pronomen hoc cum ἀγιωτάτην conjunxit Aug. Conf. Mithr. p. 802, 10 ſq. ubi, pro verbo κατέσκαψεν, quo h. l. utitur, de eodem Pompejo non niſi εἶλεν Ἱεροσόλυμα dicit.

Ad iſta verba, Πομπήϊος - - Ἱεροσόλυμα - - κατέσκαψεν &c. in edit. ALEX. TOLLII hæc legitur Adnotatio: „ Hallucinatur Appianus, cum dicit Pompejum & Imperatorem Hadrianum τὰ Ἱεροσόλυμα κατασκάψαι. Pompejus enim οὐ κατέσκαψε, ſed partem tantum murorum diruit. Imperator vero Hadrianus deletam, everſam, ſolo a Tito æquatam, nihil minus quam veſtigia urbis retinentem inſtauravit, atque Æliam Capitolinam appellavit teſte Dione. De Pompejo vero ſcribit Oroſius lib. VI. c. 6. ejus geſta in Syria, Phœnice & Judæa his verbis referens: *Pompejus occiſi Mithridatis nuncio accepto Syriam Cælen & Phœnicen bello aggreſſus, Ituræos primum Arabaſque perdomuit, urbemque eorum, quam Petram nominant, cepit. Hinc ad Judæos (quibus Ariſtobulus expulſo fratre Hyrcano rex præerat) atque ad Hieroſolyma urbem eorum Gabinium cum exercitu mittit. Ipſe continuo ſubſecutus & a patribus urbe ſuſceptus, ſed a plebe muro templi*

repulſus, oppugnationem ejus intendit. Id non ſolum natura loci, verum etiam ingenti muro, foſſaque maxima munitum, cum alias aliis legiones dies noctesque ſuccedere ſine requie cogeret, vix tertio menſe expugnavit. Tredecim ibi millia Judæorum cæſa narrantur; cetera multitudo in fidem venit. Pompejus muros civitatis everti, æquarique ſolo imperavit; & cum aliquantos principes Judæorum ſecuri percuſſiſſet, Hyrcanum ſacerdotio reſtituit, Ariſtobulum captivum Romam duxit. Quomodo porro Templum Hieroſolymitanum expugnarit Pompejus, narrat Joſephus Ant. Jud. lib. XIV. c. 8." Priorem partem hujus Adnotationis transſcriptam ex Jos. SCALIGERI Canon. Iſagog. lib. III. pag. 335. oompeti. Idem Scaliger in Animadverſ. ad Euſebii Chronol. num. MMXL. de hoc Appiani loco differens, portentoſa eſſe, quæ hic leguntur, clamat, & miras ſuo more tragœdias excitat: quas nunc non vacat ſub examen revocare. De *Pompejo*, præter Oroſium, ad Tacitum provocare Tollius potuerat, Hiſt. V. 9. haud dubiis verbis referentem *dirutos* ab eo *Hieroſolymorum muros*. Tum vero & Strabo, probatus opinor ſcriptor, non de *parte* aliqua *murorum*, ut Scaligero placuit, loquitur, quum lib. XVI. p. 763. ait, καταστάσαι, ἢ οὖν ἐκέλευσε τὰ τείχη πάντα, *juſſitque* (Pompejus, expugnatis Hieroſolymis) *mœnia omnia convelli*. De eo autem quod ſua ætate *Adriani* auſpiciis in Judæa geſtum dicit Appianus, fidem Alexandrino Scriptori, præſertim quum idoneum nullum in contrariam partem adferri teſtimonium queat, habere potueramus, etiamſi non diſerte ei conſentientes Euſebium, Hieronymum, alioſque haberemus: e quibus, ut hoc uno utar, Hieronymus cum alibi paſſim, tum in Comment. in Joëlem cap. 1. *Helii quoque Hadriani*, inquit, *contra Judæos expeditionem legimus, qui ita Hieruſalem muroſque ſubvertit, ut de urbis reliquiis ac favillis ſui nominis Heliam conderet civitatem.* Pag. 616.

L. 63 *ſq.* Καὶ διὰ ταῦτ' ἐστὶν Ἰουδαίοις ἀ φόρος τῶν σωμάτων βαρύτερος τῆς ἄλλης περιουσίας. „ Judæis in urbe manere ac vivere non licuit, niſi pretio ſoluto, quod in capita impera-

Pag. 610. tum erat: cujus tributi meminit Xiphilinus in Veſpaſiano, ἀπ' ἐκείνου διδραχμον ἐτάχθη τοὺς τὰ πάτρια αὐτῶν ἔθη μεμελετηκοτας τῷ Καπιτωλίῳ Διὶ κατ' ἔτος ἀποφέρειν. *Ex eo conſtitutum eſt, ut Judæi qui patrios ritus ſervare vellent, didragmum quotannis Jovi Capitolino inferrent.* Atque hoc eſt, quod Appianus φόρον σωμάτων appellat. Suetonius in Domitiano cap. 12. *Præter ceteros Judaicus fiſcus acerbiſſime actus eſt: ad quem deferebantur qui vel ut profeſſi, Judaicam intra urbem viverent vitam; vel diſſimulata origine impoſita genti tributa non pependiſſent.* Nempe quod factitatum in artibus ſordidis & vetitis, ut pretio depenſo permitteretur illarum profeſſio, idem etiam factum in Religione Judaica, ac mox quoque in noſtra, quemadmodum declarat Tertullianus in libro de Fuga in perſecutione: *Neſcio dolendum an erubeſcendum ſit, cum in matricibus beneficiariorum & curioſiorum inter tabernarios, & lanios, & fures balnearum, & aleones, & lenones Chriſtiani quoque vectigales continentur.* Is eſt, quem Tranquillus vocat fiſcum Judaicum, non tantum adverſus Judæos, ſed etiam Chriſtianos, quacumque ratione actum, quemque a duobus hominum generibus penſitatum fuiſſe indicat; eorum ſcilicet qui liberam ſuæ ſectæ profeſſionem in urbe redimebant, & eorum, qui diſſimulata origine impoſita tributa non pendebant. Quod autem Tertullianus queritur, Chriſtianos vectigales fuiſſe, nec melioris conditionis, quam tabernarios, lanios, fures balnearum, aleones ac lenones, profectum ex odio in Chriſtianos, de quo idem, Apologetici c. 2. *Chriſtianum hominem omnium ſcelerum reum, Deorum, imperatorum, legum, morum, naturæ totius inimicum exiſtimas.* Iterumque cap. 35. & 40. habitos tradit publicos hoſtes; *quos exiſtiment omnis publicæ cladis, omnis popularis incommodi eſſe cauſam. Si Tiberis aſcendit, ſi Nilus non aſcendit in arva, ſi cælum ſtetit, ſi terra movit, ſi fames, ſi lues; ſtatim Chriſtianos ad leonem.* Vetus porro malum & multarum Rerumpublicarum probrum, pretio vendere honeſtatem publicam. Sic Athenis πωλικὸν τέλος fuit. Et imperatoribus pleriſque id genus lucri non

ngratum fuiſſe ex Lampridio in Alexandro Severo & JCtis
iotum eſt. Similiter aliæ quoque artes & ſordidæ & ſceleratæ *Pag. 610.*
pretio tolerabantur, eratque beneficiariorum principis & cu-
ioſorum inquirere atque in matriculas ſuas referre eos qui
tali de cauſa publico tenerentur. Vide Suetonium in Caligula,
cap. 40." ALEX. TOLLIUS. Conf. quæ ad Xiphilinum,
vel Dionem Caſſium, lib. LXVI. congeſſit Reimarus, p. 1082.
Ceterum ingenioſius quam verius περιουσίας in περιοικίας muta-
tum voluit MUSGRAV.

L. 64. ἴσῃ δὲ. Particulam δὲ dedit Aug. *L.* 67. τοῖς μὲν *Pag. 611.*
&c. Suſpenſa utique oratio eſt, & altero membro, quod-
cunque illud fuerit, mutilata. Nam vix mihi perſuadeo,
particulæ ἢ quæ ſequitur l. ſq. (ἢ δυνάσθας) hanc vim ineſſe,
ut idem valeat quod τοῖς δὲ. Lepidus autem error eſt libra-
riorum illorum, qui (intelligentes, opinor, requiri aliud
membrum orationis, a verbis τοῖς δὲ incipiens) verba τοῖς
τέσσαρσι (τοῖς δ'.) in τοῖς δὲ mutarunt. Nomen τέσσαρσι toti-
dem literis in Aug. expreſſum eſt, & recte diſtincta oratio.
Candidus etiam, *Galatis in Aſia quatuor dynaſtas attribuit.*
De Regibus dynaſtiſque atque tetrarchis, quos ſive conſtituit
ſive confirmavit Pompejus, conf. Mithr. cap. 114. p. 817 ſq.

CAP. LI. Lin. 75. Φίλιππον ἐπὶ Σκκύρῳ τὸν Μάρκιον Aug. Ven.

L. 77. ἀλλὰ τῶνδε μὲν, iidem: pariterque REISKIUS.

L. 82 *ſq.* μετὰ σῤῥατιᾶς. καὶ πολεμεῖν αὐτὸν ὁμῶντα &c. Sic
plane iidem codices Aug. & Ven. dederunt, niſi quod in Aug.
diſtinguere orationem poſt σῤῥατιᾶς oblitus ſit librarius; qui
quidem & ipſe primum, oberrans in ſuperiorem lineam oculo,
μετὰ σῤῥατιᾶς καὶ πολέμου εἶχ ὕπατοι καὶ πρῶτος ἐκ τῶνδε ἐπεμφθ
(ſic) ſcripſerat; mox vero, intellecto errore, deletis perpe-
ram repetitis verbis, πολέμου in πολεμεῖν mutavit, & reliqua
quemadmodum dixi perſecutus eſt. Conf. initium *Hiſtoriæ*
Parthicæ, Appiano temere tributæ, cujus exordium ex hac
ipſa parte Syriacæ Appiani Hiſtoriæ in ſuam compilationem
tranſtulit auctor illius plagii.

L. 85. μετῆγεν. Quum in ſuperioribus veram lectionem ante *Pag. 612.*
oculos non habuiſſet REISKIUS, monuit ad hoc verbum:

Pag. 612, „ Subaudi *Gabinium*. Mithridates avocabat Gabinium ex Arabibus, ſtudens ejus opibus in Parthicum regnum reduci. vid. p. 134. [id eſt, ipſum exordium hiſt. Parth. de qua modo dixi.] Ibidem, pro *Herode*, *Orodem* appellat." Verba μετῆγεν ἐξ Ἀραβίων ἐπὶ Παρθυαίους minus feliciter Gelenius, *ope Arabum ſuum regnum recepit*, reddiderat. *L.* 88. ὁρμᾶσθαι. Ad verbum μετέπιπτε utique requiri infinitivus aliquis videbabatur. *L.* 90. τῆς τῶν Ρωμαίων βουλῆς. Rectius delebitur artic. τῶν, cum Aug. Conf. hiſt. Parth. p. 22. edit. noſtr. l. 1.

L. 92. Pro Σιδύλλιον h. l. male Aug. συμβούλιον.

L. 95 *ſq.* ἐπὶ Λευκίῳ Βίβλῳ μετὰ Κράσσον στρατηγοῦντι Συρίας. Quum præceſſiſſet ἐπὶ δὲ Γαΐῳ, facile decipi librarius poterat, ut hic quoque ἐπὶ Λευκίῳ Βίβλῳ, in tertio caſu, ſcriberet, ubi ſecundus caſus videtur potius fuiſſe adhibendus. „Poſt Craſſum, Syriæ præfuit A. U. 702. Caſſius quæſtor, qui deinceps in Cæſaris Dictatoris percuſſoribus fuit: eoque gubernante Parthi in Syriam irruperunt. v. Simſon A. M. 3953." REISKIUS. Conſulendus Dio Caſſius XL. 28 ſqq. *Bibulo* vero huic *Marci* prænomen faciunt Faſti aliique Scriptores omnes. Sed *Lucium*, cum Appiano h. l. (cf. Parth. 22, 15.) rurſuſque Civ. II. pag. 186, 3. adpellat Eutropius VI. 14. (aliis 17.) & Oroſ. VI. 7. Eidem tamen Bibulo apud Appianum quoque, Civ. II. 243, 65. *Marci* cognomen tributum legimus; ſed ibi nomen Βίβλος, (vel Βίβλος aut Βίβουλος; nam variis his formis paſſim utuntur Græci Scriptores) in Βουβίνας vulgo corruptum eſt. Alium vero, præter hunc, *L. Bibulum* memoratum Appiano reperimus Civ. IV. p. 664, 46. & 709, 17. quem, ab Antonio primum proſcriptum, tum rurſus conciliatum, Syriæ denique provinciæ præfectum, ibique mortuum, ſcribit Civ. IV. p. 581, 46 ſqq. Ceterum ſub hoc, de quo nunc agitur, (ſive M. ſive L.) Bibulo, Syriam a Parthis fuiſſe occupatam, quamquam diſſimulare Dio Caſſius XL. 30. videatur, Cicero auctor eſt, ad Div. XV. epiſt. 2. 3. 4. cf. VIII. 6. & Cæſar Bell. Civ. III. 31.

Pag. 613. *L.* 99 *ſq.* Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐντελῶς ἐν τῇ Παρθικῇ συγγραφῇ λέξω. De rebus a Parthis adverſus Romanos in Syria, Bibulo

ac dein Saxa provinciam tenentibus, geſtis *copioſe in Parthica Hiſtoria ſe dicturum* profitetur Appianus. Atqui veterator ille qui ex Plutarchi Vitis Antonii & Craſſi informem librum compilavit, qui pro Appiani Hiſtoria Parthica, diu quidem deperdita, falſo venditatus ad hunc diem eſt; quum apud Plutarchum ſuum mentionem nullam illarum rerum inveniſſet, in Compilatione ſua non ſolum, ubi ad eum locum pervenit, quo res illæ exponendæ erant, verbo nullo eaſdem tetigit; ſed jam multo ante, in ipſo libri exordio, callide cavit, ne illo loco aliquid earum rerum vel exſpectarent vel quærerent lectores. Nam quum hanc particulam Syriacæ hiſtoricæ, in qua verſamur, uſque ad verba ἐς τὰ ἐπ' ἀλλήλους ἐμφύλια, fideliter ex Appiano in Parthicæ ſuæ Hiſtoriæ exordium transtuliſſet; ſubito pro his, quæ apud Appianum ſequuntur, Ἀλλὰ τάδε μὲν ἐντελῶς &c. hæc ſubjecit, Καὶ ἔπραξαν μὲν οὐδὲν μέγα, ὅ τι καὶ ἄξιον λόγου; (pag. 22, 19.) *ſed nihil magni, aut quod memoratu dignum eſſet, geſſerunt* &c. De qua impoſtura ex profeſſo diſſerui in Exercitationibus in Appianum Sect. VI. qua demonſtravi, *Parthicum Librum, qui inter Appiani Scripta legitur, nihil ad Appianum pertinere:* ubi vide §. X. n. 2. & 6. *Pag. 613.*

CAP. LII. Lin. 11 *ſq.* μετόνομ. δὲ] Aug. & Pl. Leid. Delere particulam δὲ, quam hic habebant Editi, juſſerat REISK.

L. 10. Ἀριδαῖον & ſic porro, per ſimplex δ, Aug. Ven. & Pletho, ſed idem paſſim per duplex ῥ. *L.* 14. Περδίκκου, & ſic deinceps, per duplex κκ, Aug. Pleth.

CAP. LIII. Lin. 31 *ſq.* ψηφισαμένων. Sic & REISKIUS repoſuit. Et MUSGRAV. „ἐψηφισμένων vel ψηφισαμένων." *Pag. 614.*

L. 37. οὐ κοινώσαντες. οὐ κοινωσαμένου Pleth. Leid. *Pag. 615.*

L. 38. Λογισμ. χρημ. τε καὶ κλημ. Aug. Pl. *L.* 40. ὑπιχώρει iidem & Vratisl. *L.* 44 *ſq.* ἑαυτῷ, ἤδη καὶ Avt. Temere a conſentiente omnium librorum ſcriptura receſſit primus editor. Henr. Stephanus, ſuſpenſam videns orationem, ſed originem erroris ignorans, particula τι poſt ἐπιφθ. in γε mutata mederi hiatui voluit. *L.* 49. Κάσσανδρος Pletho & Cand. Et vel abſque horum auctoritate corrigere vulgatam lectionem

Pag. 616. licuerat. *L.* 55. ἐξέωσε recepi ex Reg. B. & Pleth. quia non ſolum præceſſit, ſed & ſequitur præt. imperf.

Cap. LIV. Lin. 62. ἀπ' Αἰγύπλου Reg A. Aug. & Pl. Leid. Sicque emendarunt REISK. & MUSGRAV.

Ead. L. 62 *ſq.* Τοῦτον ὁ Πτολ ἐνίκα περὶ τὴν Γάζαν. „ Meminerunt hujus prælii Diodorus Siculus l. XIX. Plutarchus in Demetrio & Pauſanias in Atticis, omneſque conveniunt id apud Gazam contigiſſe, ibique Demetrium victum fuiſſe. Quare falſus Juſtinus lib. XV. *Aſiam & partes orientis occupaverat Antigonus, cujus filius Demetrius, prima belli congreſſione a Ptolemæo apud Galaman vincitur.* Reſcribendum *Gazam.*" ALEX. TOLLIUS.

L. 63. λαμπρῶς. „ Forte λαμπρᾷ." REISK. *L.* 68. ἐκδεχομένων Aug. & Pleth. „ ἐκδεχομένην ἀνέλαβεν" REISKIUS: quod qua ſententia ita dictum voluerit vir doctus, fateor me non adſequi. Nam ſi dicere Appianus voluerat, *Babylonem promte illum cum ſuis militibus excepiſſe*, id græce erat, ἅμα τοῖς ἀνδράσι. At perſpicuum mihi videtur, per particulam illam ἅμα (adverbialiter hic accipiendam) connecti duas res, quæ conjunctim effecerunt ut Babyloniam Seleucus facile reciperet: nimirum, primum copiæ, exiguæ illæ quidem, a Ptolemæo datæ; tum vero præſertim accedens ipſorum Babyloniorum promta voluntas. ἄνδρες autem hic non *milites*, ſed *incolæ* ſunt regionis quam modo nominaverat. conf. Civ. IV. 633, 41.

Pag. 617. *L.* 70. ἠμύνετο Reg. B. Aug. (hic quidem, in aliam partem peccans, ἠμύνετο) & Pletho. Correxit etiam REISK.

L. 72 *ſq.* ὁ στρατὸς. Perperam Pletho Vind. ὁ στρατηγὸς.

Ibid. ὁ στρατὸς ἀνεῖπεν ἄμφω Βασιλέας. „ Eadem refert Juſtinus lib. XV. c. 2. *Hac victoria elatus Antigonus, regem ſe cum Demetrio filio appellari a populo jubet. Ptolemæus quoque, ne minoris apud ſuos auctoritatis haberetur, rex ab exercitu cognominatur. Quibus auditis, Caſſander & Lyſimachus, & ipſi regiam ſibi majeſtatem vindicaverunt. Hujus honoris ornamentis tamdiu omnes abſtinuerunt, quamdiu filii regis ſui ſupereſſe potuerunt. Tanta in illis vere-*

cundia fuit, ut cum opes regias haberent, regum tamen nominibus æquo animo caruerint, quoad Alexandro justus hæres fuit. Similiter Probus in Eumene: *Nemo Eumene vivo Rex appellatus est, sed Præfectus: iidem post hujus occasum statim regium ornatum nomenque sumpserunt.* Legendus Plutarchus in Demetrio & Diodorus Siculus lib. XX. cap. 54. ALEX. TOLLIUS. Pag. 617.

L. 76. οἰκεῖος αὐτοῦ στρατὸς Aug. Pl. Et mox ὡς μή τι, iidem & Vratisl. *L.* 78 *sq.* κατ' ἐναντίας αἰτίας Aug. & Pleth. Leid. Addendum illud vocab. vidit MUSGRAV. *L.* 79. ἔσεσθαι. Insolentiorem hanc apud prosaicos Scriptores formam aliquoties jam apud Appianum observavimus. *Ibid.* εὐθὺς αὐτοῖς Aug.

CAP. LV. Lin. 82 *sq.* Μηδίας utrobique Aug. Pleth. Semel Vratisl. *Ibid.* Νικάτορα χιλίαρχος. *Nicanorem* hunc Mediæ præfectum vulgo a plerisque Scriptoribus adpellari notum est: quod nomen hic etiam habet Pletho. Conf. p. 621, 51. & ibi not. *L.* 97 *sq.* Verba καὶ Βακτρίων usque Ταπύρων præterIit Pletho. *L.* 98. Ταπύρων. Vid. Holsten. ad Steph. Byz. & Viros doctos ad Ælian. V. H. III. 13. *Ibid.* Σουγδιανῆς. Scio, probatiorem, saltem vulgatiorem scripturam hujus nominis esse Σογδ. per ο breve, quam & Pletho h. l. offerebat. Tenui tamen diphthongum, in quam cum reliquis nostris libris consentit Dionys. Perieg. v. 747. & ejus Commentator Eustathius. *L.* 99. Ἀραχωσίας Aug. & Pl. Leid. *L.* 2. ὡς ὡρίσθαι iidem Aug. & Pleth. Leid. Pag. 618.

L. 4. Σελεύκῳ κατήκουε. Σελεύκου κατηκ. Pletho. Sic & MUSGRAV. maluit: non immerito, nam & alii & ipse Appianus plerumque cum secundo casu jungit illud verbum. At Herodot. III. 88. Ἀράβιοι οὐδαμᾶ κατήκουσαν ἐπὶ δουλοσύνῃ Πέρσῃσιν. *L.* 5. Ἀνδροκότῳ Aug. Ven. Pl. Conf. Justin. XV. 4, 13. & ibi Bongars. & Bernegg. tum Havercamp. ad Oros. III. 23. p. 207 sq. Pag. 619.

CAP. LVI. Lin. 9. ἐν Διδυμίοις, intell. μαντείου. Revocavi scripturam codicum Regiorum, cum quibus tres reliqui

Pag. 619. Aug. Ven. Vratisl. consentiunt. Nec video, cur ab ea discedi debuerit. Etymologus: Διδυμαῖος, ὁ Ἀπόλλων, καὶ Διδυμεύς.

L. 12. *ἰσλίαν αὐτῷ.* Rectius fortasse cum Aug. *αὐτοῦ* legitur.

Ead. l. 12 *& sq. τὴν ἰσλίαν αὐτῷ τὴν πατρῴαν, οὐδενὸς ἄψαντος, ἐκλάμψαι πῦρ μέγα.* „Hoc magni alicujus venturi boni indicium habitum. Virgilius:

Aspice, corripuit tremulis altaria flammis
Sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse: bonum sit.

Ad quem locum Servius: *hoc uxori Ciceronis dicitur contigisse: cum post peractum sacrificium libare vellet, in cinere visa est flamma, quæ flamma eodem anno consulem futurum ostendit ejus maritum: sicut Cicero testatur in suo poëmate.* Narrat & Plutarchus in Cicerone hanc historiam: in ejus tamen narratione multa diversa. Suetonius de Tiberio in ejus vita cap. 14. *De infante Scribonius Mathematicus præclara spopondit, etiam regnaturum quandoque, sed sine regio insigni, ignota scilicet tunc adhuc Cæsarum potestate. Et ingresso primam expeditionem ac per Macedoniam ducente exercitum in Syriam, accidit, ut apud Philippos sacratæ olim victricium legionum aræ sponte subitis collucerent ignibus.*" Alex. Tollius.

L. 15. *βασιλεύειν.* Candidus: *regnaturum quippe illum:* unde H. Stephanus fut. *βασιλεύσειν* fumsisse videtur. Pro *ἰδεῖν*, *lin. super.* 14. commodius videri possit verbum *δόξαι*, quo in simili contextu (ubi de eo agitur, quod quis *per somnium ipse facere sibi videtur*) utitur Mithr. 652, 69. *ἐνύπνιον ἔδοξε πεδίον σατῖραι χρυσῷ.*

L. 16. *καὶ ἡ μὲν εὗρεν ἄγκυραν ἐν σιδήρῳ κεχαραγμένην.* „Gemina pæne Justinus extremo libri XV. *Seleuci mater Laudice cum nupta esset Antiocho, claro inter Philippi duces viro, visa est sibi per quietem ex concubitu Apollinis concepisse, gravidamque factam, munus concubitus a Deo annulum accepisse, in cujus gemma anchora sculpta esset, jussa donum filio, quem peperisset, dare. Admirabilem fecit hunc visum & annulus, qui postera die ejusdem sculpturæ in lecto inventus est; & figura ancoræ, quæ in femore Seleuci nata*

cum

cum ipſo parvulo fuit. Quam generis notam naturalem filios nepoteſque ejus in femore habuiſſe idem tradit. Quod vero Juſtinus *notam generis naturalem*, id Suetonius in Auguſto *genitivam notam*, Ariſtoteles σύμφυτον σημεῖον, & *ingenuum ſignum* nominat Auſonius in Urbibus de Antiochia: Pag.

Illa Seleucum
Nuncupat, ingenuum cujus fuit ancora ſignum:
Qualis inuſta ſolet generis nota certa, per omnem
Nam ſobolis ſeriem nativa cucurrit imago.

Hinc Seleucus poſtea ancora ſemper uſus fuit in annulo ſignatorio, ut præter Appianum etiam Clemens Alexandrinus lib. III. Pædagog. teſtatur." ALEX. TOLLIUS.

L. 18. ἀπιόντα Aug. Ven. & Pleth. Vind. Sic & Candidus: *cum proficiſceretur.* *Ead. & ſq.* προσκύναι πρὸς λίθῳ &c. Pag. Si quis præferendam vulgatam lectionem contendat, non magnopere repugnabo. Eamdem & Vratisl. habet: & Candidus, *ad lapidem quendam offendiſſe, quo evulſo anchoram ſtatim apparuiſſe.* *L.* 24. Pro δοκεῖ δέ τισι Pletho poſuit λέγεται δ' ὑπό τινων: quæ verba interpretatio ſunt illorum quibus uſus Appianus eſt. *L.* 28. Ασσυρίδα γῆν. Conf. Civ. II. p. 390. ubi hæc hiſtoria repetitur. Adde Arrian. de Exped. Alex. VII. 21 ſq. Ασσυρίδα etiam repoſuit MUSGRAV.

L. 37. Αλεξ. αὐτοῖς Regii, Aug. Ven. Vratisl. Sic & REISKIUS: „ αὐτοῖς. Subaudi φασὶ, quod verſu proximo ſequitur." Pag.

L. 41. τὰ σημεῖα, *omina.* In verſ. noſtram, operarum errore, *omnia* irrepſit. *L.* 43. μάλιστα τόνδε Aug. Et pro eodem τόνδε Pletho ſuo more αὐτὸν poſuit. Ad τῶνδε τῶν, quod vulgo legebatur, adnotavit REISKIUS: „ f. τῶν πάντων, aut τῶν λεγομένων." πλείστοις, quod in edit. 1. præceſſerat, recte emendavit H. Steph. adſentientibus Aug. & Pl.

CAP. LVII. Lin. 45. περὶ τῶν Σελεύκῳ Aug. & Ven. Pariterque REISK. *L.* 48 *ſq.* In Nota infra contextum, pro & *ſupra*, lege *ut ſupra.* *L.* 51 *ſq.* Νικάτωρ ἐπώνυμον γίγνεται &c. Conf. pag. 617, 82 ſq. „ Imo *Nicator* dictus fuit, quod in bellis victorioſus eſſet. Ammianus lib. XXIII. c. 16. *Nicatori Seleuco victoriarum crebritas hoc indiderat*

Pag. 621. *cognomentum.* Unde intelligitur ejuſdem locus, qui extat lib. XIV. c. 26. *Seleucus efficaciæ impetrabilis rex, ut indicat cognomentum.* Nempe *efficaciæ impetrabilis rex*, eſt omnia impetrans ac pervincens, quemadmodum *impetrabilis orator* apud Plautum Moſtel. act. v. ſc. 2. Atque hinc fanum ſive ἡρῶον Seleuco a filio Antiocho conſecratum Νικατόριον dictum fuiſſe inferius p. 129. Appianus ſcribit. Incerta tamen admodum nominis hujus ſcriptio apud auctores reperitur, aliis Nicanora, aliis Nicatora vocantibus. In numiſmatis ejus: ΣΕΛΕΥΚΟΥ. ΝΙΚΑΝΟΡΟΣ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Antiochenâ Eccleſia vocat Nicatora; quæ eſt vera Macedonica dialectus." ALEX. TOLLIUS: *vel potius* JOS. SCALIGER *ad Euſeb. Chron. num. MDCCV.* Numorum γνησιότης, qui ΝΙΚΑΝΟΡΟΣ cognomen Seleuco addunt, merito ſuſpecta videtur viris doctis. Ceterum in *Nicanoris* nomen Præfecti illius Mediæ ab Seleuco occiſi, & in *Nicatoris* cognomen Seleuci, conſentiunt ferè Scriptores. Infra, lib. Mithr. pag. 652, 64. Cappadociæ præfectum, ab Antipatro conſtitutum, Νικάνορα conſentientibus libris omnibus adpellatum videmus.

Pag. 622. *L.* 53. τὸ σῶμα ὄντι Aug. Ven. Vratisl. Et ὄντι δὲ καὶ τὸ σῶμα Pleth. τῷ σῶμα ὄντι, ex parte rectè, erat in Reg. B. Vera lectio, τὸ σῶμα ὄντι, adfertur a Car. Stephano, in Var. lect. ex ipſius (ut videtur) conjectura: neque enim adnotatur, unde illa ducta ſit. *L.* 54. ἐκθορόντα rectè Aug. (puto & Ven.) cum H. Stephan. *L.* 58. πέντε δὲ ἐπὶ Aug. Ven. Pleth.

L. 59. ἐπωνύμους ἑαυτοῦ. Sic rectè dedit Aug.

L. 62 *ſq.* Σελεύκειαν -- καὶ ἡ ἐπὶ τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ. „ Seleuciam ad Tigridis & Euphratis confluentes ſitam Scaliger ad Euſebium docet eſſe eam, quæ *Bagded* hodie dicitur, urbs ingens & celebris, quæ propter viciniam Babylonem veterem exhauſit; & refellit eos qui Bagded Babylonem eſſe nugantur, ac Babylonem ante bis mille quingentos, & quod excurrit, annos ſolo æquatam fuiſſe ex falſa prophetarum interpretatione contendunt: cum adhuc totis mœnibus ſuis integra, ſed exinanita Marcellini Ammiani temporibus extiterit, & longo poſt tempore ſub Perſis a multis Judæorum millibus ha-

bitata, atque ſolo demum anno Chriſtiano MXXXVII. æquata fuerit." AL. TOLLIUS. 'Pro verbis, ἐπὶ τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ, Pletho poſuit, ἐπὶ τούτου (τοῦ τοῦ exempl. Vind.) Εὐφράτου μέρους, τοῦ τῷ Τίγρητι συμβάλλοντος. *Pag.* 622.

L. 63. Λαοδίκεια ἡ ἐν τῇ Φοινίκῃ. „ Laodicea antea Syriaco vocabulo dicta fuit PAMIΘA, ut monet Steph. de Urbib. Κεραυνωθεὶς γάρ τις ποιμὴν ἔλεγε PAMANΘAΣ. τοῦτ' ἔστιν, ἐφ' ὕψους ὁ θεός. PAMAN γὰρ τὸ ὕψος. AΘAΣ δὲ ὁ θεός." IDEM.

L. 64. Pro ὑπὸ τῷ Λιβάνῳ ὄρει, quod dedit Aug. cum H. Stephano, Pletho habet πρὸς τῷ Ορόντῃ.

L. 72. Ἡραία Aug. Ven. & Pl. Leid. Ἠραία Vratisl. Quæ interſunt inter Πέλλα verſ. præc. & inter Ἠραία, prætermiſit Pletho. *Ibid.* Πυρθυένη Aug. & Pl. Leid. *L.* 73. Ἑκατόμπυλος. Vid. Steph. Byz. & Cellar. Geogr. antiq. lib III. c. 20. p. 820. *L.* 74. ἐν οἷ' Ινδοῖς Reg. B. Aug. Vratisl. Pletho. *Pag.* 623.

L. 75 *ſq.* Νικηφόριον Aug. Vratisl. Pl. *L.* 77. ἀγχοτάτω. Sic & MUSGRAV. repoſuit.

CAP. LVIII. Totum hoc Caput prætermiſit Pletho.

Lin. 78. Σελευκείας, per εἰ, Aug. conſtanter, ut paulo ſuperius omnes. *L.* 79. ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ Aug. *L.* 80. θεὸν αὐτοῖς κεραυνὸν ἔθετο. Conf. Spanh. de Præſt. & uſu Numiſm. Diſſert. V. Suſpicari quis poſſit, Κεραύνιον legendum. Heſychius: Κεραύνιος· ἐμβρόντησίος. καὶ Ζεὺς ἐν Σελευκίᾳ. *L.* 85. ἐπιτείχισμα τοιόνδε σφίσι Aug. Ven. *L.* 86. ἐν τῇ σκηνῇ Aug. *Pag.* 624.

L. 90. ἐρυκόντων Aug. (& Ven.?) cum H. Stephan.

Ead. ſq. ἐξετετέλεσθο. Sic & pag. 473, 97.

L. 95. „ Etiamſi hæc verba, μοῖρα δέ τις καὶ πόλεων ἐστὶν, Gelenius ita vertat, *Sunt enim & hominibus ſua fata*, minime putandus eſt legiſſe γάρ, non δέ: ſed ſciendum eſt hanc particulam interdum (raro tamen) uſum illius habere. Dicit autem hic μοῖραν Appianus quod modo τὴν πεπρωμένην dixerat." H. STEPHANUS.

L. 97. „ Suſpicione mendi non carent apud me hæc verba, ἧς ἐγένετο. Quod ſi deeſſe aliquot voces ſuſpicandum eſt, dixerim ἧς mutandum in ᾗ, deinde interjiciendas eſſe has, ἀρχὴ πρώτη τῶν θεμελίων, ut videlicet ita legatur

hic locus, ἀρχομένην ἐκ τῆσδε τῆς ὥρας ᾗ ὀρυχὴ πρώτη τῶν θεμελίων
Pag. 624. ἐγένετο: vel (mutato tantum ordine eorum quæ interjicio verborum) ᾗ πρώτη τῶν θεμελίων ὀρυχὴ ἐγένετο. Sumo autem illa quæ infero verba ex hoc, qui non longo intervallo præcedit, loco, καὶ τῆς ἡμέρας ὥραν ᾗ τῶν θεμελίων ἄρξασθαι τῆς ὀρυχῆς ἔδει." H. STEPHANUS.

Pag. 625. *L.* 2. „Ut hic dicitur, τὸ δαιμόνιον τὰ αἰσιώτερα τῷ στρατῷ προσέταξε, sic paulo ante hanc orationem, κατὰ τὴν αἰσιωτέραν ὥραν." H. STEPH. *L.* 4. ὑπονοῇς Aug. Ven.

L. 6. „Scribendum puto, καὶ ὃς, εὐπειθέστατος ὢν σοὶ πρὸς κινδ. ut sæpe καὶ ὃς pro καὶ οὗτος dici scimus." H. STEPH.

L. 7. „Scribendum censeo ἐξ ἐπιτάγματος." IDEM. — Mihi nihil innovandum hic videtur. Genit. ἐπιτάγματος pendet ab ἠνέσχετο: in eamdem sententiam p. præc. l. 89 sq. μηδὲ ἀνασχέσθαι illos dixit τῶν κηρύκων ἐρυκόντων.

L. 8 *sq.* ἐπιστάταις αὐτοῖς. Nota ellipsis præpos. σὺν, de qua & alibi jam monui.

L. 9. „Quomodo hoc, καὶ κεκέλευστο δὴ, verum comperietur? a quo enim jussus esse dicetur? De instinctu divino intelligendum esse arbitror, atque hunc fecisse ut putarint τινὰ κελεύειν: sicut paulo ante hanc orationem legitur, δόξαντες τινὰ κελεύειν." H. STEPHANUS.

L. 11. καρτερώτερον ἄλλο θεοῦ. Sic dederunt Aug. & Ven. Sic fere & REISKIUS: „aut ἄλλο τι θεοῦ, aut ἄλλο ἢ θεός." Et ante hunc H. STEPHANUS: „Aut delendam esse particulam ἢ, aut scribendum esse ἢ θεὸς, contendo: & ita quidem ut hanc lectionem illi præferam. Cæterum videri cuipiam possint hæc verba, τί ἂν οὖν βασιλέως ἐν ἀνθρ. &c. non satis cohærere: & fuisse potius dicendum, τί ἂν οὖν εἴποις ἄλλο γεγονέναι τὸ κελεῦσαν ἢ τὸ δαιμόνιον; τί γὰρ ἂν βασιλέως ἐν ἀνθρ. &c. (possit vero quis & τὸν θεὸν scribere pro τὸ δαιμόνιον.) Verum etiamsi nihil tale præcesserit, videri possint hæc quæ habemus verba non secus accipienda quam si illa præcessissent, aut alia ejusmodi, & in his pro οὖν haberemus γάρ."

L. 17. „Malim scribi, ὑπὸ δέους τῆς τῶν οἰκείων ἀγαθῶν ἀφαιρέσεως, aut saltem articulum τῆς præfigi." H. STEPHAN.

Cap. LIX. Hiſtoriam hanc *Antiochi, novercam ſuam Stra-* Pag. 626.
tonicen adamantis, ac tandem in matrimonium a patre Seleuco eamdem accipientis, quæ hiſtoria *hoc Capite & nonnullis ſequentibus* exponitur, hoc modo in *compendium* redegit PLETHO: Ὁ δὲ Σέλευκος τὸν υἱὸν Αντίοχον, περιὼν ἔτι, τῆς ἄνω γῆς βασιλέα ἀπέφηνεν αὐτὸς ἑαυτοῦ συνοικίσας αὐτῷ καὶ Στρατονίκην, τὴν ἑαυτοῦ μὲν γυναῖκα, τοῦ δὲ μητρυιάν· ἧς ἠράσθη μὲν ὁ νεανίσκος ἄτοπόν τε καὶ σφοδρόν τινα ἔρωτα, κατίσχων δὲ παρ' ἑαυτῷ καὶ κρύπτων τὸ πάθος, οἷα ἀθέμιτον, ἐνόσει τε καὶ ἔφθινεν. Ἀλλ' Ερασιστράτου τοῦ ἰατροῦ, ὃς Σελεύκῳ ἐπὶ μεγάλαις συντάξεσι συνῆν, εὖ μὲν καὶ τεχνικῶς φωράσαντος τὸ πάθος, ὅτι τε ἔρως εἴη, καὶ ἧς εἴη γυναικὸς, εὖ δὲ καὶ σὺν περινοίᾳ τῷ πατρὶ φράσαντος, πυθόμενος ὁ πατὴρ, συνοικίζει τε τὴν γυναῖκα τῷ παιδὶ, καὶ νόμον τίθησιν, ἅντα καὶ πρότερον Πέρσαις, Ἅπαν δίκαιον εἶναι τὸ πρὸς βασιλέως ὁριζόμενον. Σατραπειῶν τε οὐσῶν ὑπ' αὐτῷ δύο καὶ ἑξήκοντα, τοσαύτης ἐβασίλευσε γῆς &c. Sequuntur quæ Appianus habet capite LXII. De eadem hiſtoria confer, ſi lubet, Plutarchum in Demetrio, pag. 906. extr. & ſeq.

L. 23. τόδε φαίνεται Aug. *L.* 25. ἐς τὸ πάθος αὐτοῦ Reg.B. Aug. Et Cand. *ad amorem ejus. L.* 33. Φυλάξας Aug. & Vratisl. cum H. Steph. *L.* 34 *ſq.* ἢ δὲ - - συναισθέσθαι. Poſt εἴκασεν locum hic non habere verbum finitum videtur, ſed requiritur infinitivus. *L.* 45. γιγνόμενον. γινόμενον Aug. cum Pag. 627.
H. Stephano: pro quo γιγνόμενον, uſitatiorem Appiano formam, ſubſtitui.

Cap. LX. Lin. 57. ὦ 'γαθὲ Reg. B. Aug. Vratisl. Pag. 628.

L. 61. προτιμώμενον αὐτῷ θανάτου Aug. Ven. Mendoſam eſſe vulgatam lect. monuit MUSGRAV. „προτιμῶντα αὐτῷ" correxit REISKIUS. προτιμώτερον perperam cum Regiis dat Vratisl. Idemque Vratisl. αὐτῷ, pro αὐτῷ quæ familiarior Appiano, ut jam ſæpe obſervavimus, forma eſt.

L. 63 *ſq.* λόγον ὡς ἄφυκτον. „An delenda partic. ὡς?" MUSGRAV. Mihi bene habere videtur. *L.* 64 *ſq.* τῆς σῆς Ανt. εἰ ἦρα γυν. Reg. B. Aug. Vratisl. *L.* 68. διήγημα γενέσθαι. Sic libri omnes. Sed perſpecte, & probabiliter utique, REISKIUS: „δεῖγμα γενέσθαι."

Pag. 629. *L.* 71. αὐτὰς αὐτῷ Aug. *L.* 84. τοῖς ἐμοῖς φιλτάτοις. „τοῖς ἐμοὶ φιλτ." REISK.

Pag. 630. *CAP. LXI. Lin.* 93. πρὸς βασιλέως ὁριζόμενον. Sic, absque pronom. ὑμῖν, dedit Aug. Sed pronomen cum Edd. addunt Vratisl. & Cand. Puto & Ven. Pletho vero cum Aug. generatim, ἅπαν δίκαιον εἶναι τὸ πρὸς βασιλέως ὁριζόμενον.

L. 94. ἡ σῖτικὰ δὲ Reg. B. Aug. *L.* 95. ὡς βασιλέα τε Aug. Ven. *L.* 96. τῷ παιδὶ scripti libri omnes. Sic etiam reposuit MUSGRAV. *L.* 98. ἐξέπεμψεν Aug. Ven. *Ibid.* Minime necesse puto, vocab. δυνατώτερον in συνετώτερον mutare, ut voluit MUSGRAV.

CAP. LXII. Lin. 2. ἐβασίλευσε Aug. & Pl. Leid.

Pag. 631. *L.* 12 *sq.* φίλου παῖδα ἀτυχ. Aug. Ven. Vratisl. „παῖδα secundum delendum." REISK. & MUSGRAV. *L.* 14. φονία ἑαυτοῦ Aug. & Pletho Vind.

CAP. LXIII. Lin. 16. βασιλεύσας αὐτῶν &c. Aug. Pl. omissa præpos. *L.* 21. διεπέρα in διέβαινεν mutavit Pletho; & paulo superius βιώσας in βιοὺς: cujusmodi mutationes nil adtinet cunctas recensere.

Pag. 632. *L.* 27. Ἄργος τὸ ἐν Ὀρεστείᾳ, (ἄθεν οἱ Ἀργεάδαι Μακεδόνες·) — „Hallucinatur h. l. turpiter & ridendum se præbet Appianus, [*Scaligeri* urbanitatem *Tollius* æmulatur:] quod dicit τοὺς Μακεδόνας Ἀργεάδας, dictos ἀπὸ τοῦ ἐν Ὀρεστείᾳ Ἄργους. Cum Ἀργεάδης nomen sit patronymicum, quod non a locis sed personis derivetur. Dicti autem Sibyllæ Ἀργεάδαι Macedonum reges,

Αὐχοῦντες βασιλεῦσι Μακεδόνες Ἀργεάδῃσι,

ab Argeo eorum rege. Quem perperam Ἀργαῖον pro Ἀργείῳ quidam vocant. Ipsius enim regis nummus habet ΑΡΓΕΙΟΥ. ΒΑΣΙΛΕΩΣ. non ΑΡΓΑΙΟΥ. Præterea ab Ἀργαῖος non Ἀργεάδης, aut Ἀργειάδης, sed Ἀργαιάδης fieret. Hinc & apud Polyænum lib. IV. & Pausaniam Ptolemæi Lagidæ frater non Ἀργαῖος, ut editi habent, sed Ἀργεῖος vocandus est." AL. TOLLIUS: *ex* Jos. SCALIGERI *Animadverss. ad Eusseb. num.* MCCCXXXIII. & *num.* MDCXXIV. Quo jure supercilioſam istam censu-

ram in Appianum hi profuderint, nunc non vacat disquirere. Mitto etiam quærere, fatisne certum sit, ab Appiano esse illa verba in parenthesi posita, neque a sciolo quodam adsuta. De *Argis* illis *Orestici* consuli Strabo potest lib. VII. p. 326. & Stephanus Byzant. v. Ἄργος, apud quem miror de menda nihil monuisse interpretes, quæ ibi sententiam plane turbat & pervertit. Quum enim vulgo legatur: ἑβδόμη, κατὰ Μακεδονίαν. ὀγδόη, Ἄργος Ὀρεστικὸν, ἢ ἐν Σκυθίᾳ. ἐννάτη, Καρίας: facile patet, confusionem ortam esse ex ambigua potestate literæ η vel H, atque ita scriptum oportere, ἑβδόμη, κατὰ Μακεδονίαν, ἡ Ἄργος Ὀρεστικὸν, (scil. λεγόμενη·) ἡ. (i. e. ὀγδόη) ἐν Σκυθίᾳ. κ. τ. λ. Pag. 632.

L. 28. τὸ ἐν τῷ Ἰονίῳ (sic recte Aug. Ven. Vrat. cum H. Steph.) λεγόμενον οἰκίσαι Διομήδην. *Argygrippa*, aliàs *Arpi* dicta. conf. Annib. cap. 31. p. 266. *L.* 35. ἔτι τὸν βωμὸν Aug. & Pl. Vind. Quum vulgo ἔτι βωμὸν legeretur, REISKIUS ἔτι αὐτὸν legere jussit. *L.* 36. Pro διαφθείροντας τὸ ὄνομα, Pletho παρατρέποντας τὸ ὄνομα posuit.

CAP. LXIV. Lin. 45. Verba, παρατροχάσαι ἐπιπλεῖσθον αὐτῷ, citavit Grammaticus San-Germanensis v. παρατροχάσαι. Vide Spicileg. Fragm. ex App. hoc Vol. p. 17. *L.* 48. Dele comma post φλέβα. *Ibid.* τῷ τέλει τοῦ βασιλείου δόρατος, *extremitate hastæ regiæ.* τῷ βέλει, esset *cuspide hastæ.* Hesychius: βέλος· ἀκίς. Et Eustathius (ad Iliad. δ'. p. 344, 20.) citante etiam H. Steph. in Thes. βέλος proprie esse ait τὸ τοῦ ὀϊστοῦ σιδήριον. *L.* 48 *sq.* αἱμορῥοεῖν Reg. B. Aug. Vratisl. Pletho. Pag. 633.

L. 57. εὐθὺς δ' ἐπαναιρεθέντος αὐτῷ τοῦ Σελεύκου. Post menses admodum septem ab illa victoria de Lysimacho reportata occisum a Ptolemæo Seleucum scribit Justinus XVII. 2. An legendum, εὐθὺς ἐπαναιρεθέντος αὐτοῦ τοῦ Σελεύκου. κείμενον δὲ τὸ σῶμα ξῦς? Nescio quid h. l. turbatum videtur. Pag. 634.

L. 60. Θώραξ. Apud Candidum in edit. Moguntina est *Phorax*, sed in antiqua Veneta recte legitur *Thorax.*

L. 62. ὑπὸ δέους recte H. Stephanus, cui proxime accedens Aug. ὑποδέους dat, tamquam uno vocabulo. *L.* 69. γενομένων Aug. Ven. Vratisl. ut emendaverat H. Steph.

Pag. 634. *L. 69 ſq.* Τοῦ μὲν ἐς ἑβδομήκοντα ἔτη, τοῦ δὲ ἐς πλέονα τούτων ἄλλα τρία. „ Diſſentit a Noſtro Juſtinus, [XVII. 1.] qui Lyſimacho quatuor & ſeptuaginta annos, Seleuco autem ſeptem & LXX. adſcribit. Idem tradit Agathoclem filium, cujus paulo ſuperius mentio, a Lyſimacho patre miniſtra Arſinoë noverca veneno interfectum. Atque eum κακοῖς οἰκείοις περιπεσόντα necaſſe filium Strabo ſcribit, [lib. XIII. p. 623.] Domeſticas autem illas calamitates Pauſanias in Atticis [I. 10.] recenſet." ALEX. TOLLIUS.

CAP. LXV. Lin. 72. παῖς παρὰ πατρὸς. Probam hanc lectionem, quam ex ſolius Plethonis (Leid.) auctoritate primum receperam, perſpicue exhibet cod. Vratisl. Candidus, omiſſo vocab. παῖς vel παῖδες, verba παρὰ πατρὸς ita reddidit, tamquam legiſſet παρ' ἑαυτοῦ. *Defuncto deinde Seleuco, qui deinceps ab illo Syriæ regnum ſuſceperunt, hi fere habentur.* *L. 76 ſq.* Ἀντίοχος ἕτερος - - ἄτῳ Θεὸς ἐπώνυμον. — „ Vereor, ne Appianus *Antiochum Theum* cum Demetrio Sotere confuderit. Hunc enim *Soterem* fuiſſe appellatum, quod Timarchum Satrapam Babyloniæ exſtinxerit, ſupra narraverat ipſe, pag. 118, 3." [p. n. 607.] REISKIUS. At alius fuit *Timarchus*, *Babyloniæ* Satrapa; alius *Mileſiorum* tyrannus, qui quidem videtur is eſſe *quo ſocia in Aſia filium Ptolemæi* (Philad.) *regis deſciviſſe a patre* legimus in Prologo vel Epitome lib. XXVI. Trogi Pompeji. conf. Prideaux Connex. Hiſt. Vet. & Nov. Teſt. ad ann. 260. ante C. N. — De eodem autem hoc *Antiocho Deo* video ab alio viro docto alium errorem Appiano imputatum eſſe, a quo errore ita immunis eſt Scriptor noſter, ut nemo magis eſſe poſſit. — „ Fallitur citra controverſiam Appianus, (ſic eruditus Editor verſionis germanicæ Hiſtoriæ Univerſ. a ſocietate doctorum Anglorum editæ, SIGISM. JAC. BAUMGARTEN, Adnot. 663. ad Tom. VII.) *Antiochum Theon* perhibens *filium fuiſſe Seleuci Nicatoris, fratremque Antiochi Soteris.*" — Nempe de hujuſmodi figmento tantum abeſt ut cogitarit Appianus, ut manifeſte etiam contrarium docuerit. At errorem iſtum Scriptori noſtro imprudens obtruſit diſertus aliàs

interpres, multisque modis præclare ceteroquin de Appiano meritus, *Sigism. Gelenius*, qui hunc locum de proximis Seleuci successoribus, inde ab initio hujus Capitis, infelicius & contra auctoris sententiam his verbis expressérat: *Defuncto autem Seleuco patri successerunt in Syriæ regnum hi filii: primus hic ipse Antiochus, qui novercam adamaverat, cognomento Soter: - - secundus vero Antiochus alius, ex hac nupta genitus.* Adparet autem, vocabulum illud παῖδες, quod mendose legebatur in Græcis, in errorem induxisse Gelenium. Pag. 634.

L. 80 *sq.* »δύο δὲ εἶχε, Λαοδίκην καὶ Βερενίκην ἐξ ἑρωτός τε καὶ ἐγγύης Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου θυγατέρας. Legendum θυγατέρα in numero singulari: falsum enim est Laodicem fuisse Philadelphi filiam. Imo fuit Antiochi Soteris filia, & soror ex patre mariti Antiochi, Polyæno teste lib. VIII. Ἀντίοχος ὁ προσαγορευθεὶς θεὸς ἔγημε Λαοδίκην ὁμοπάτριον ἀδελφὴν, ἐξ ἧς αὐτῷ παῖς ἐγένετο Σέλευκος. δευτέραν ἔγημε Βερονίκην Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως θυγατέρα. Ideo videtur aliquid deesse in hoc Appiani loco: veluti, ἐξ ἑρωτός τε καὶ ἐγγύης, τὴν μὲν ὁμοπάτριον ἀδελφὴν, τὴν δὲ Πτολεμαίου, &c. Nam ut nunc legitur, non est sine salebris hic locus. De hac Laodice (credo) intelligendus est Valerius Maximus lib. IX. cap. 14. quæ virum necavit & pro eo in lecto posuit Artemonem quendam facie simillimum: quod firmat emendationem nostram. De eadem Laodice etiam intelligendus Athenæus lib. XIII. ubi Danaë uxor Sophronii, qui Ephesum ad defectionem impulerat, dum ducebatur ad supplicium, de Diis, & merito dubitari ajebat, an sint Dii, cum Laodice, quæ virum necaverat, imperaret; ipsa vero, quæ virum servaverat, ad mortem duceretur.« Pag. 634.

Jac. Palmerius. Candidus: *duas quippe habuit, Laodicem scilicet & Berenicem. Ob Zelum igitur & nuptias Philadelphi filiæ a Laodice occiditur.* An, deleto vocab. θυγατέρας vel θυγατέρα, (quod facile intrudi in contextum potuit) commoda hæc sententia reliquis verbis insit, *duas enim habebat uxores, Laodicen & Berenicen, alteram amore in matrimonium ductam, alteram ex desponsatione Ptolemæi*

Pag. 635. *Philadelphi*, judicent doctiores. Vide Hieronymum, Comment. in Daniel. cap. XI. Tom. V. Opp. pag. 598 sq. edit. Froben. ubi & de amore Laodices, & de Berenice magnificis conditionibus Antiocho oblata & desponsata differit. Conf. Vaillant Histor. Seleucid. p. 26 sq.

Pag. 636. *Cap LXVI. Lin. 92 sqq.* Σελεύκῳ μὲν δὴ --- καὶ ἐς ἔτη δύο μόνα ἐξεπίλευσεν. „ Js. Casaubonus, in Synopsi sua Chronologica ad Polybium, Seleuco Cerauno, de quo hic sermo, quatuor fere annos imperii tribuit." Jac. Palmerius. Sic & Reiskius monuit: „ Alii quatuor edunt." „ Seleucus (Ceraunus) regnavit ex Porphyrio & Eusebio annos tres." Vaillant, *Histor. Seleucid. p.* 38. Quodsi anno tertio imperii periit, non incommode duos annos ei tribuere Appianus potuit.

L. 97. καὶ αὐτοῦ περὶ τοῖν παίδοιν προεῖπον. Vid. cap. 45. p. 604 sq.

L. 1 *sq.* „ Αντιόχου δὲ, δύο οὐ πλήρεσιν. Falsissimus calculus. Sed non est is Appiani error: est procul dubio codicis, ubi male δύο pro δυοκαίδεκα vel δώδεκα scriptum erat. Nam omnes Chronologi consentiunt in numero annorum Antiochi Epiphanis, de quo hic sermo, & ajunt eum regnasse undecim solidos annos, & menses aliquot: error forte manavit ex litteris numeralibus, ubi scriptum erat ιβ', at evanuerat ι, & solum β'. remanserat." Jac. Palmerius. — Monuit etiam Reiskius: „ Imo vero duodecim." — Vaillant, *Hist. Seleucid. p.* 103. „ Mortuus est Antiochus IV. anno regni sui duodecimo inchoato."

Pag. 637. *L.* 8. βουλεύσεσθαι. Sic plane exhibet Vratisl. ut emendavit H. Stephanus. *Ibid. sqq* κύκλον τῇ ῥάβδῳ περιγράψαι ὁ Ποπίλιος. „ De hoc vide Livium lib. XLV. c. 12. Plutarch. in Apophth. Valer. Max. l. VI. c. 4. Patercul. l. I. c. 10. Ciceron. Philip. VIII Plin. lib. XXXIV. c. 6. ubi tamen manifesto errore Cn. Octavius pro Popillio ponitur. In prænomine quoque variant autores, aliis eum *Cajum*, aliis *Marcum*, aliis *Publium* vocantibus." Alex. Tollius.

CAP. LXVII. Lin. 14. Εἴρηται δὲ καὶ περὶ Δημητρίου. Vide c. 46. & 47. p. 606 sq. *L.* 17. παιδὶ. cf. 630, 96. *L.* 18. ψευδόμενος &c. De aliis obreptitiis principibus vid. TOLLIUM ad h. l. *Pag.* 637.

L. 20. συνίλαβεν Aug. *L.* 27. ἐν Φραάτου βασιλείως. Sic scripti omnes cum edit. 1. & 2. Nec opus erat, ut hanc scripturam mutaret Tollius, qui Gelenium sequi voluisse videtur, in cujus vers. est *in Phraatæ regia.* *Pag.* 638.

CAP. LXVIII. Lin. 30. παιδίον Αλεξάνδρου, ἐξ Αλεξάνδρου τοῦ Νόθου. Alii *Antiochum VI.* hunc vocant. vid. Justin. XXXVI. 1. & Haverc. ad Oros. V. 4. pag. 295. *L.* 32. τὸ παιδίον ἐλείνας. conf. Liv. Epit. LV. *L.* 33. ἀφ' ἑαυτοῦ. *Sibi ipse* hoc nomen imposuit: non a Syris sponte delatum accepit. *L.* 39. καὶ ὡς συνέβαλε. Aug. Vratisl. & MUSGRAV. *Pag.* 639.

CAP. LXIX. Lin. 50. δολοφονήσεως Aug. & Ven. cum H. Steph. conf. l. 41. *L.* 51. πρὸς πάντας μίσει Aug. Ven. Vratisl. Et Cand. *perosa omnes.* Perperam Editi, πρὸς πάντα, dabant. Ad quæ verba REISKIUS adnotavit: „Forte πρὸς αὐτὸν, aut πρὸς πάντας."

L. 60. κατεπρήσθη. Sic & REISK. & MUSGRAV.: monuitque Reiskius, interpretem (Gelenium) id etiam dedisse. Et Cand. *combustus est.* *L.* 65. ἐμοὶ δὲ δοκοῦσιν recte Vratisl. ut posuit H. Steph. *L.* 67. ἣ καὶ τῷ πατρὶ αὐτοῦ γεγάμητο τῷ Κυζικηνῷ. „Fallitur h. l. Appianus. Nam Selene primo conjux Ptolemæi Lathuri fuit: deinde nupsit Antiocho Grypo, ac demum Antiochi Cyziceni filio." ALEX. TOLLIUS. *Pag.* 640.

CAP. LXX. Lin. 72 *sq.* ὥς μοι λέλεκται. Vide cap. 49. p. 609. *L.* 76. βασιλεύσαντα δ' ἐν. Necessario inserenda conjunctio fuit; & quidem particula δὲ, ob præced. μὲν lin. 73. *Pag.* 642.

L. 77 *sq.* ἐς ἑβδομήκοντα ἐπὶ διακοσίοις ἐνιαυτούς & rursus *L.* 80. τοῖς διακοσίοις ἑβδομήκοντα ἔτεσι. Vide Scalig. Animadv. ad Euseb. num. MDCCCCXXIV.

L. 78. δίκετο Aug. Ven. *L.* 79. τὸν ἐς Ρωμ. χρόνον iidem Aug. & Ven. Eodem modo emendavit MUSGRAV.

Ibid. ἐξ Αλεξάνδρου. „ἀπ' Αλεξ." reponere REISKIUS jussit, ut MUSGRAV.

AD APPIANI LIBRUM DE BELLO MITHRIDATICO.

Pag. 642. „HISTORIAM *Mithridaticam*, sive bellum hoc cum Mithridate a Romanis gestum, scribunt Plutarchus in vitis Syllæ, Luculli, Cn. Pompeji; Livius lib. LXXVI. ad CII. quorum argumenta tantum extant; Valer. Max. lib. IV. cap. 6. lib. VIII. c. 7. lib. IX. c. 2. Frontinus, Augustin. de Civ. Dei lib. III. c. 22. Plin. Cicero in Oratione pro lege Manilia, Eutropius, Orosius, Florus, & Dio. Meminit & obiter Athenæus lib. V. c. 13. In annis tamen variant autores: nostet enim Appianus duravisse tradit annos XLII. Florus XL. Justinus XLVI. Orosius XXX. At recte Bongarsius ab ortu ipso belli Mithridatici ad Pompeji triumphum annos enumeravit XXIX." ALEX. TOLLIUS. Scriptores istos jam eodem ordine, & paulo quidem curatius, enumeraverat CAMERS, *ad Flori lib. III. cap.* 5.

CAP. I. De *Libri hujus Exordio*, quod vulgo ab his verbis fieri solitum erat: Ὧδε μὲν Ῥωμαῖοι Βιθυνοὺς καὶ Καππαδόκας &c. quæ a nobis sub finem Libri in Caput CXVIII. & CXIX. a p. 823, 66. ad 826, 12. rejecta sunt, jam in *Exercitationibus in Appianum Sect. III. §. XIV. n. τ) p.* 18 *sq.* sententiam nostram in hunc modum declaravimus: „Verbis illis non tam *Exordium* hujus Libri, quam *Epilogum* contineri (quamquam illud nemini adhuc observatum vidi) facile sibi persuadebit quisquis vel ipsum, quem dico, locum per se paulo attentius considerarit, vel cum aliorum etiam Appiani librorum Exordiis atque Epilogis conferre voluerit. Certe solenne est Appiano, cujusque singularis libri initium a gentis ejus, cujus historia eo libro traditur, origine atque sedibus capere; quod in Libyca, in Hispanica, in Illyrica Historia videre licet. Atque, secundum eamdem rationem, omnino ab iis quæ pag. 171. med. edit. H. Stephan. [nostra nunc p. 642, 1 sqq.] leguntur, exordium libri hujus Mithridatici

fecisse putandus est Appianus. Vix autem rursus ovum ovo similius est, quam ei, quem dico, præpostere in frontem libri rejecto Epilogo est Punici libri conclusio p. 85. C. [nobis nunc p. 500, 54.] aut Epilogus Historiæ Romanorum Syriacæ, p. 119. B. [nobis p. 610, 53.] Quare in antiquo aliquo Exemplari, e quo hodierni fluxere Codices, folium illud quod ultimum erat hujus libri, luxatum aliquando fuisse, tum loco suo plane motum atque temere in frontem ejus Libri, cujus Epilogum illud continebat, rejectum putandum est." Pag. 641.

Neque vero ad hunc usque diem, diu atque multum curateque re considerata, causæ quidquam inveni, cur ab illa discederem sententia: excepto quod non ab ipso exitu universi hujus Libri huc transjectam illam laciniam, atque non ultimum folium Mithridaticam historiam complexum, sed penultimum, in antiquo exemplari loco motum & in fronte libri locatum fuisse, mihi persuaserim. Est enim manifeste lacinia hæc Epilogus, quo clauditur historia Belli tertii Mithridatici, a Pompejo ad finem perducti, ceterarumque rerum ab eodem Pompejo occasione ejusdem belli in variis Orientis partibus gestarum. Et in eam sedem restituendum utique hunc Epilogum, neque diutius ferendas turbas, quæ hujus libri introitum adhuc obsederant, putavi. Sequitur (ut in Notis infra contextum ad h. l. monui) duobus extremis Libri hujus capitibus, CXX. & CXXI. p. 826-829. brevis *Adpendix*, de iis rebus quæ post confectum a Pompejo bellum & post obitum Mithridatis in Ponto & finitimis regionibus usque ad Augustum Cæsarem gesta sunt. Vidimus supra, in Hist. Hispan. Cap. LXXI sqq. p. 186 sqq. similis confusionis, qualis h. l. obtinuit, ex transpositione duorum foliorum ortæ, geminum huic exemplum: ad quem locum vide, si lubet, quæ disseruimus, pag. 295. harum Adnotationum: & conf. quæ monuimus ad Pun. p. 372. cap. LVI. (p. 426. Adnotat.) Ceterum ab eisdem verbis: Ὧδε μὲν, a quibus incipit Epilogus ille, qui Exordii loco perperam ad hunc diem positus fuerat, incipit pariter Epilogus expositionis belli a Lucullo adversus Mithridatem gesti, cap. XCI. p. 778. & epilogus ipsius illius,

Pag. 643. des ultimus, qui hæredem sui regni populum Romanum instituit, 9. Hi sunt novem Bithyniæ reges, quos ad octo reducit Georgius Syncellus pag. 276. his verbis: Οἱ Βιθυνῶν βασιλεῖς θ'. κατὰ Διονύσιον ἔνθεν ἤρξαντο διαρκέσαντες ἔτη σ. ι. γ'. *Reges Bithynorum VIII. secundum Dionysium, a quo cæperunt, in annos CCXIII. duravere.* Scilicet non numerabat Syncellus primum, qui Bas dicebatur, in regum serie, quoniam non a patre per successionem acceperat regis nomen, sed primo ἔπαρχος dictus, succedenti tempore regem ipse se nominavit. Sic firmat Syncellus nostram de tollendis vocibus καὶ τετλαράκοντα conjecturam. Sed & auctorum silentium, ut Demosthenis, id firmare videtur, & alii Rhetores, qui cum de Thraciæ regibus plurimis locis meminerint, nunquam de Bithyniæ regibus verba fecerunt, licet sæpissime de Byzantio, de Cherronneso, de Sacro, vel ἱερῷ in ore Ponti in Bithynia sito, meminerint. Itaque non dubito audacter pronuntiare, τὸ καὶ τετλαράκοντα debere deleri, ut superfluum." JAC. PALMERIUS. — De antiquorum Bithyniæ regum numero successioneque, præter Sevinum, quem paulo ante laudavi, consulendus Vaillant in Historia regum Bithyniæ, & (qui ad eosdem provocavit) Baumgarten, not. 482. ad T. VIII. Histor. Univ. ex Angl. sermone in Germ. translatæ, p. 512. ubi Palmerii illa Adnotatio, quam Tollius tacito auctoris nomine editioni suæ Appiani inseruerat, non debuit ad ipsum Tollium auctorem referri.

L. 17. περὶ Ρωμαίων Aug. Ven. Et sic, præter Palmerium, REISKIUS etiam & MUSGRAV. Conf. Syr. 613, 5.

L. 18. Verba οὕτω μοι „mendosa" pronunciavit MUSGRAV. nullam tamen tentans medicinam. Maxima fortasse veri specie, οὔ τι μοι, reponeretur: *De regibus, qui ante Romanorum tempora* (id est, priusquam Romani sese rebus Bithyniæ aut finitimarum regionum immiscerent) *Bithyniam tenuerunt, nil magnopere commemorare ad me adtinet, res Romanas perscribentem.* Nam Prusias certe, de quo mox incipit differere, non in eorum numero regum Bithyniæ referri potuit, qui ante Romanorum tempora vixerunt. Tum vero

vero mox pro Προυσίας ἦν, legendum Προυσίας δ' ἦν fuerit. Quod ſi autem verba illa, πρὸ Ρωμαίων, intelligenda ſint, *priuſquam in Romanorum poteſtatem pervenit Bithyniæ regnum;* (quemadmodum paulo inferius, cap. 8. hujus libri; p. 651. Καππαδοκίας πρὸ Μακεδόνων οἵ τινες ἦρχον, eſt, *qui Cappadociæ imperarunt, antequam Macedones ea regione potiti ſunt;*) tum vero ſuſpecta illa verba, οὕτω μοι, in τούτων μοι mutata utique malim. Pag. 648.

L. 19. συγγράφοντι Aug. Ven. Vat. rectè. Etenim manifeſtè ad μοὶ προσήκει refertur.

L. 23. ἀπήντησε τοῖς Ρωμ. στρατ. εἶμά τε Ρωμαϊκὸν &c. Vide Polyb. Legat. XCVII. Diodor. Sic. Legat. XXII. & Livium XLV. 44. & quæ ibi a viris doctis monita ſunt. Pag. 644.

Cap. III. Lin. 42. ἐπόμενος. „παρεσόμενος." Reisk. Pag. 648.

L. 46. ὑπολειφθέντων. Sic & Vratisl. rectè. *L.* 47. Νικηφόριον ἐξελὼν &c. Vid. Polyb. Excerpt. Valeſ. p. 169. Opp. T. III. p. 129. ed. Lipſ. *L.* 49. μέχρι καὶ τῶνδε Aug. καὶ μέχρι καὶ τῶνδε Vratisl. Ad h. l. ſic Reiskius: „μέχρι τῶνδε. Videntur hic quædam deeſſe: nam μέχρι τῶνδε, pro τότε, eſt inſolens." At genit. τῶνδε non a μέχρι pendet, ſed a πυθόμενοι. conf. Adn. ad Syr. 564, 69. *L.* 55 *ſq.* καὶ τὰ χρήματα Aug. Ven. Vat.

Cap. IV. Lin. 57. διὰ μίσους rectè Aug. Vratisl. & alii cum H. Stephan. *L.* 67. ἀφεθείσης Reg. B. Aug. Vat. Vratisl. ut correxit idem Stephanus. *L.* 72. ὅμως δ' αὐτῷ. An ὅλως δ' αὐτῷ? Malim ἕως αὐτῷ. *L.* 77. ἐν τῇ Βερ. Aug. Vratisl. aliique cum H. Steph. *Ibid.* Βερνίκη. Rectius Βερενίκη. Sed & reginæ nomen in lib. Syr. pag. 635. ita ſcripſerat Aug. Pag. 646. Pag. 647.

L. 78. ἐσβάντες ἐς ναῦν Aug. Vat.

Cap. V. Lin. 84. ὑποκρινάμενος Aug. Vat. *L.* 94. δορυφορῶν Reg. B. Aug. Vratisl. & alii, cum H. Stephano. Monuit & ad h. l. Palmerius: „Ex præcedentibus emendo & lego δορυφορῶν." *L.* 9. Νικομήδη. Sic h. l. ſcripti libri omnes, cum edit. 1. Sed alibi (v. c. pag. 653, 92.) in Νικομήδει conſentiunt, quemadmodum h. l. H. Stephan. edidit. Scilicet Pag. 648.

Pag. 648. nomina illa propria in ης, Νικομήδης, Τηγράνης, Αριοβαρζάνης & similia, tam in tertio, quam in quarto casu, promiscue mox ex primæ declinationis, mox ex tertiæ, norma declinata reperimus, Νικομήδη & Νικομήδει, Νικομήδην & Νικομήδη: & sic de ceteris.

Pag. 649. CAP. VI. Lin. 11. κατηγορήσοντας. Sic emendavit C. Stephanus. In κατηγορήσαντας consentit Vratisl. De frequenti librariorum errore, aoristos cum futuris permutantium, jam aliàs monuimus.

Pag. 650. CAP. VII. Lin. 33. τὴν Προυσίου Aug. Ven. L. 36. πιθανῶν οὐδενὸς, omissa importuna partic. ὡς, Aug. Vratisl. Delendam illam partic. monuere quoque REISK. & MUSGRAV. Sed post οὐδενὸς, legere τῶν ἐς ἄμυναν jussit REISKIUS.

L. 39. προδιδόντες αὐτὸν. In vulg. hanc lect. consentit Vratisl.

Pag. 651. L. 47. sq. υἱωνὸς τοῦδε ἕτερος Νικομήδης Ρωμαίοις τὴν ἀρχὴν ἐν διαθήκαις ἀπέλιπε. Corruptum h. l. textum Appiani videri, VAILLANTIUS monuit in Regum Bithyniæ historia, p. 354. Ac videtur certe plerisque Nicomedes is, qui Bithyniæ regnum testamento legavit Romanis, non diversus esse ab illo Prusiæ nepote, quem Eupatorem fuisse cognominatum Appianus scribit: neque temporum ratio facile aliter patitur; atque id ipsum innuere videtur Appianus, pag. 745, 60 sq. coll. p. 730, 99 sq. Tempus autem, quo decessit postremus hic Nicomedes, etiam notavit Scriptor noster, Civ. I. cap. III. p. 158. scilicet Olymp. CLXXVI, quæ incepit A. U. C. 678. cum quo conveniunt Consules ab Eutropio VI. 5. declarati, qui A. U. 680. magistratum gesserunt. Suspicari quis possit, scripsisse fortasse Appianum: υἱωνὸς τοῦ Προυσίου ὅδε, ὁ δεύτερος Νικομήδης. Nam parum incommodi habet, quod Nicomedes hic, si curatius rem spectes, non secundus hujus nominis rex Bithyniæ, sed tertius fuerit, quandoquidem & patri Prusiæ fuerat Nicomedi nomen. Fuit certe hic, de quo quærimus, secundus ex eis qui regnarunt ex quo Romanis Bithynia innotuit.

CAP. VIII. Lin. 50. εἴτε ἰδίαν ἀρχὴν. Adjiciendum verbum ἄρχον censuit REISK. Poterit autem, ut mihi videtur

non incommode hic intelligi verbum ἦρχον, quod proxime præceſſit. *L.* 53. Ἀμισὸν ἐν Πόντῳ πόλει Aug. Vat. Cf. p. 766, 14 ſq. *L.* 55. Ἱερώνυμος. *Hieronymus Cardianus*, de quo conſulendus Diod. Siculus XVIII. 42. & 50. & XIX. 44. & Voſſius de Hiſt. Gr. lib. I. cap. 11. p. 65 ſq. *L.* 57 *ſq.* Περδίκκας Aug. Vratisl. & ſic deinceps. *L.* 58. τῆς Μακεδόνων. Sic ſcripti cum Editis. Commode autem REISKIUS „τῶν Μακεδόνων" cenſuit reſcribendum. Si teneas τῆς, intelligendum erit nomen γῆς, quod expreſſum legimus p. ſq. lin. 63 ſq. τῆς ὑπὸ Ἀλεξάνδρῳ γενομένης γῆς. Sed prætulerim equidem Reiskii emendationem. Pag. 651.

L. 60. περιποιούμενος. Sic ſcripti libri omnes. Et ſic REISK. quoque & MUSGRAV. recte reſtituerunt. Sed alia emendatione, quam huic loco adlatam REISKIUS voluit, nihil opus eſt. Is vero (*lin. præc. & hac*) „εἶτα ἀφισταμένου τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ περιποιούμενος" reponere juſſerat. *L.* 62. αὐτὸν οἱ Μακεδόνες εἵλοντο εἶναι πολέμιον. Sic dedi ex Aug. Ven. Vat. Alibi verbo ψηφίζεσθαι in ſimili phraſi uſus erat: Syr. 614, 31 ſq. (τὸν Εὐμενῆ) ψηφισαμένων εἶναι πολέμιον τῶν Μακεδόνων. Pag. 652.

CAP. IX. Lin. 68. γένους βασιλ. Sic recte H. Steph. emendavit, cui meliores adſentiuntur libri. *L.* 71. ἐπὶ τῷδε Aug. Vat. Et Cand. *qua ex cauſa.* Ad h. l. REISKIUS: „Forſan ἐπὶ τῷδε. Vide tamen ad p. 79, 19. [Pun. 486, 20.] dicta."

L. 72. ἐβούλευε ἀποκτεῖναι Aug. Ven. Vat. Et Cand. *interficere conatus eſt.* Verbum βουλεύειν activa etiam forma *meditari, cogitare, moliri,* ſignificare, probatiſſimorum auctorum exemplis oſtendit H. Steph. in Theſ.

L. 75 *ſq.* Καππαδοκίας τε αὐτῆς καὶ τῶν ὁμόρων περὶ τὸν Πόντον ἐθνῶν [ὁ Μιθριδάτης] κατέσχεν. „De parte quadam Cappadociæ concedi poteſt, quod dicit h. l. Appianus: de tota vero nequaquam. Fuerunt enim eodem tempore Cappadociæ reges; ſed jam id ſupra notavimus ad Diodori paginam 791." JAC. PALMERIUS. Vide Diod. Sic. XX. 111. & alia ejuſdem auctoris loca, ad quæ ibi provocavit Weſſeling. Adde Vaillant, in Achæmenidarum Imperio, ſ. Regum Ponti Hiſtoria.

Pag. 652. *L.* 77 *ſq.* ἕως ἐπὶ τὸν ἕκτον ἀπὸ τοῦ πρώτου Μιθριδάτην. Nomen Μιθριδάτην in quarto caſu, non ſecundo, dederunt Aug. Ven. Vratisl. Pariter Candidus, *uſque ad ſextum a primo Mithridatem.* In ἕκτον h. l. conſentiunt omnes. Et *ſextum* Ponti regem a Mithridate illo Κτίστῃ numerant hunc Mithridatem, qui cum Romanis bellum geſſit, Vaillant, Palmerius aliique, qui antiquam regum Ponti Hiſtoriam ex parcis veterum monumentorum reliquiis utcumque adumbrarunt. At infra apud Appianum p. 813, 87 ſq. idem Mithridates ὄγδοος dicitur fuiſſe ἀπὸ Μιθριδάτου, τοῦ Μακεδόνων ἀποστάντος τε καὶ κλησαμένου τὴν Ποντικὴν ἀρχήν. Ad quem locum vide Adnotata.

Pag. 653. *L.* 81. οἱ μὲν τοῦ Πόντου κατασχεῖν. „τὴν τοῦ Πόντου" MUSGRAV.

CAP. X. Lin. 82. Ὅ γέ τοι. Non verba ſolum, ſed & accentus ſedem, ex præſcripto codicis Aug. expreſſi. ὅ γέ τοι Vratisl. Et REISK. atque MUSGRAV. ὅ γε τοι. Inconſiderate ſane ὅς γε τοι erat editum.

L. 94 *ſq.* Σωκράτη τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Νικομήδους. Delere nomen Νικομήδους, & conferre p. 724, 5-7. juſſit MUSGRAV. Forſan cum auctoribus Hiſt. Univ. Angl. T. VIII. §. 310. & 385. putavit, Socratem iſtum Chreſtum Mithridatis fuiſſe fratrem: quod nullo nititur fundamento. Eumdem Memnon, apud Photium p. 379. Nicomeden cognomine Chreſtum adpellat. Adde Noſtrum pag. 657, 52 ſqq. *L.* 95. Χρηστὸς ἐπώνυμον. Sic recte repoſuit H. Stephanus, cui neſcio an adſentiantur Vat. & Ven. Codex Vratisl. in mendoſa lect. ἐπώνυμος non deſeruit Regios. Monuerat autem C. STEPH. in Var. Lect. in fine edit. 1. „Vide num ἐπώνυμον ἦν." Mire Candidus, *qui Chriſtus dicebatur:* & ſic rurſus infra, p. 724, 6. *Socrates qui Chriſtus appellatur.*

Pag. 654. *L.* 96. ἐπέπεμψε. Vide pag. 724, 5 ſq. & conf. Adnot. ad Pun. 362, 7 ſq. *L.* 97. Μιθράας. Μισθράως cum Reg. B. dat Vratisl. Pro *Mithrao* vel *Miſthrao*, (neſcio quo jure) *Mithridatem* poſuit VAILLANT, in Hiſt. Reg. Ponti, p. 71. Hunc autem, (quodcumque tandem ei nomen fuerit) atque

Bagoam, probabiliter ait duces Tigranis, Armeniæ regis, fuiſſe: (collat. Juſt. XXXVIII. 3.) in quo præeuntem Vaillantius Freinshemium habuit in Suppl. Liv. LXX. 49. Pag. 654.

L. 98. In καὶ Βαγώας conſentiunt omnes, præter Reg. B.

Ibid. Ἀμισοχρύσην τένδε. Pronomen τένδε „mendoſum" viſum eſt MUSGRAVIO. Cauſam ſuſpicionis Vir doctus non adjecit: nec ego eam conjectura adſequor.

CAP. XI. Lin. 4. Μάνιος Ακύλιος. Conf. Juſtin. XXXVIII. 3. Freinsh Suppl. Liv. LXXIV. 11. Monuit CAR. STEPH. in Var. Lect. „Interpres [Cand.] legit Ατίλιος." Eſt autem *Manius Aquilius* ille vel *Aquillius*, qui A. U. 653. conſul fuerat collega C. Mario V. Conf. Pigh. Annal. T. III. p. 166.

L. 14 *ſiq.* τὴν γῆν τὴν Μιθριδ. Ven. Vat. & REISK. In cod. Aug. deſiderantur quatuor iſta verba. *L.* 24. ἐπὶ πόλιν. — Quum ἕως μὲν ἐπὶ πόλιν edidiſſet CAR. STEPHANUS, monuit in fine edit. ſuæ in Var. lect. „alter codicum μὲν non habebat." quod neſcio, quam in partem debeam interpretari: certe in neutro ex Regiis Codd. illam partic. equidem inveni; niſi fortaſſe in altero a ſec. manu margini adſcripta ſit, & a me non fuerit animadverſa. Nec cod. Vratisl. particulam μὲν agnoſcit. Utramque autem partic. delevi, quum utramque ignorent codices Aug. Ven. Vat. Paulo inferius, p. ſq. lin. 42. eſt μέχρι Αμάσ[illegible]ριδος. Pag. 655.

L. 25. ἑτοίμην ἔχων δύναμιν. Aliàs communis generis apud Noſtrum eſt nomen ἕτοιμος. Vide ad Hiſp. 132, 27. & conf. Civ. II. 185, 81. *L.* 26 *ſq.* πολλὰ καὶ δίκαια διδοὺς ἐγκλήματα τῷ πολέμῳ γενέσθαι. διδοὺς cum Regiis dedit Vratisl. Verba, τῷ πολέμῳ γενέσθαι, mendoſa judicavit MUSGRAV. nec tamen medicinam tentavit; qua ne opus quidem magnopere eſſe arbitror.

CAP. XII. Lin. 32. Delevi partic. ἔτι cum Aug. & Vat. Quæ ſi cui reſtituenda videbitur, facile equidem patiar. Pag. 656.

L. 38 *ſq.* παρὰ τοῦ ὑπατείου σ[illegible]ρατηγοῦ. *M? Aquillio*, qui ex Conſulatu A. U. 625. & ſqq. reliquias belli Aſiatici adverſus Ariſtonicum confecit, repetundarum deinde reus factus, ſed corruptis judicibus crimine abſolutus, Civ. I. cap. 22. p. 32.

LIB. DE BE[illegible]

abiliter a[illegible]

Just. XXX[illegible]

emium hab[illegible]

Βαγώας [illegible]

ζάνη τονδε [illegible]

SGRAVI[illegible]

c ego eam [illegible]

, 4. Μάνιος [illegible]

Liv. LXX[illegible]

nterpres [illegible]

s ille ve[illegible]

Mario V. [illegible]

γῆν τὴν Μ[illegible]

rantur qu[illegible]

ἐν ἐπὶ πολ[illegible]

lit. suæ in V[illegible]

nescio, quam [illegible]

Regiis Codd. [illegible]

ro a sec. manu [illegible]

nimadversa. Nec [illegible]

[illegible]que autem partic. [illegible]

[illegible] Aug. Ven. Vat. [illegible]

[illegible]

[illegible] δύναμιν. Aliis [illegible]

[illegible] ἕτοιμος. Vide [illegible]

L. 26 sq. [illegible]

[illegible] διδοὺς cum [illegible]

[illegible], mendosa ju[illegible]



[illegible]vit; qua ne [illegible]

Pag. 664.

Pag. 660. *mani principes*: quum modo dictum fuerit illos fuisse Romanorum στρατηγούς. An enim hos omnes pro principibus habendos dicemus?" H. STEPHANUS.

L. 15. „ Gelenius adverbium ἔναγχος jungit cum ἀκούσατε: quod non probo. Alter autem interpres utrobique hujus interpretationem omittit." H. STEPHANUS. Adverb. ἔναγχος cum editis ab ἀκούσατε, interpositio inciso, distinguunt codd. Aug. & Vratisl.

Pag. 661. *L.* 23. καὶ προσεύσεται, „ Gelen. legit προσεύεται; nec non P. Candidus: & ita legendum censeo." H. STEPHAN. In προσεύσεται consentiunt libri omnes. *L.* 24. ἀπολεγησομένοις. Sic cum editis scripti omnes, præter Aug. *L.* 26. Post πολέμου satis fuerat, puncto minori vel superiori distinguere orationem. *L.* 33. Βασλάρναις. Conf. p. 744, 31. & Maced.

Pag. 662. 518, 7. *L.* 35. Τιγράνης δ'. Sic recte Aug. & Vat. Mendose, *Tobanes*, Candidus.

CAP. *XVI. Lin.* 44. πολεμεῖ. Sic recte Vratisl. cum H. Steph. Sed Aug. cum edit. 1. mendose πολεμεῖν. *Ibid.* Pronomen ὑμῖν cum Aug. recte agnoscit Cand. *vobiscum.*

Ibid. ἄσπεισλον recte Vratisl. cum Reg. B. Sic ἄσπεισλος ἐχθρὸς, Hisp. 110, 54. Idem vocab. Appiano restitui p. 720, 32. „ ἄσπεισλον" h. l. legendum perspecte vidit REISKIUS. — Candidus: *indesinenti vobiscum prælio decertant.*

L. 48. ὑποκρίνεσθε recte Vratisl. cum H. Stephano. In Aug. (ut in ed. 1.) est ὑποκρίνεσθαι, sed ab ead. man. superscr. ε.

L. 49. „ εἰς μετάνοιαν ἠρέθητε. Scriptum puto fuisse ἠρέθισθε, quo verbo sæpe utitur. Ex Gelenii interpretatione conjici non potest quam lectionem sequutus sit: vertit enim, *si præterita displicent.* At P. Cand. legit ἠρέθητε, ab αἱροῦμαι: quippe qui ita reddiderit, *si quid ob commissorum* (nisi forte *commissa* scripsit) *pœnitentiam eligitis.* Verum ἠρέθην passive potius ponitur, & tollenda esset præpos. εἰς ante μετάνοιαν." H. STEPHANUS. Veram lectionem, quam præclare H. Stephan. perspexerat, dederunt Aug. Ven. Vat. Vratisl. Eamdem probaverat REISKIUS: „ ἠρέθισθε, *estis solicitati, illecti.*" Car. Stephanus, ad calcem edit. 1. in

variis lectionib. refert „exempl. ἐρίθησε." Exemplar autem illud eſt Reg. B. in quo ſcriptum, ἐρίθησε; non ἐρίτησε, ut per errorem in brevibus notis noſtris expreſſum eſt.

L. 51. „ὑμῖν ὑπόσχομαι. Scribo ὑπίσχομαι: pro quo tamen multo uſitatius eſt ὑπισχνοῦμαι." H. STEPH. „ὑπισχνοῦμαι, aut ὑπέχομαι, ut p. 184, 9. [670, 75 ſq.]" REISK. ὑπέχομαι dedit Aug. Cum editis erravit Vratisl. & alii. *Pag.* 663.

L. 61. ἐπιτρίψειε Reg. A. Aug. Vat. Vratisl. Illam lect. „ἐπιτρίψειε" ſic nude & ſimpliciter adnotaverat etiam C. Stephan. in var. lect. Et ſic emendavit in ſuo exempl. MUSGRAV. Sed REISKIUS „ἐπιτρέψειε, inquit, videtur hic novo & inuſitato ſenſu poſitum pro *corrumperet*, *partes ad ſuas pertraheret*." Miror, mendam non ſuboluiſſe perſpicaci Viro, qui ad eumdem hunc mendoſum locum etiam provocavit in Animadverſ. ad Polyb. lib. IV. ſub fin. p. 363. Sed vide, quæ de hoc verbo jam diſputavimus ad Pun. 364, 32.

CAP. XVII. *Lin.* 66. ὅσον εἶχε. Sic Aug. Ven. Vat. ὃν εἶχε dabant Editi (cum Regiis & Vratisl.) quod infra contextum debuerat moneri. *Ibid.* Λούκιος Κάτσιος. conf. p. 654, 5. & 675, 64 ſq. Ad h. l. monuit C. STEPHANUS in Var. lect. „exemplum unum Χελάκιος. Alterum εἶχε Λάκιος." Λάκιος etiam dat Vratisl. Ceteri recte.

L. 69. Βιθυνίας τε καὶ Aug. Ven. Vat. *L.* 70. διαζωσὸν. Sic & Vratisl. Vide ad Civ. II. 255, 64. *Pag.* 664.

L. 71. Ὅπιος δὲ. Vide p. 670, 72 ſqq. ubi editi & ſcripti libri omnes in veram lect. conſtanter conſentiunt. Conf. Epit. Liv. LXXVIII. & ibi Drakenb. T. VI. pag. 215.

Ibid. ἐπὶ τῶν ὁρῶν. ὁρῶν Aug. ut Reg. B. Sed ὁρῶν, cum aliis, Vratisl. Gelenius, non ſine veri ſpecie: *Q. Oppius, in finibus Cappadociæ.* Freinshem. Suppl. Liv. LXXVI. 48. *Cappadociæ finibus Ap. Claudius præſidebat.*

L. 72. ἰππέας ἔχων ἕκαστος αὐτῶν. Poſt αὐτῶν hypoſtigme eſt in Aug. Videtur utique adjiciendus numerus τετρακισχιλίους, ex pag. 668, 43 ſq. *L.* 74 *ſq.* αὐτοῖς, οὐ περὶ Βυζάντιον Μικυν. REISKIUS malebat: „αὐτοῖς περὶ Βυζάντιον, οὐ Μινούκιος." In vulgatam lect. conſentiunt codd.

Pag. 664. *Ibid.* Πανίλιος. Vide Adnot. ad Hiſp. 197, 40.

L. 78. ἀγάγετο. Sic recte emendavit CAR. STEPHAN. conſentientibus libris omnibus, præter Regios. De his autem monuit idem C. Steph. in Var. Lect. „unum exempl. ἀγάγετο, alterum ἐγάγετο."

Pag. 665. *L.* 83. αὐτὸς βασιλεὺς Aug. Vat. Vratisl. αὐτοῖς βασιλ. Reg. B.

Ibid. τοῖς πλείστοις - - παρεγίγνετο. Tenui verſionem Gelenii, *adminiſtrabat plurima.* Neſcio tamen, an rectius: *majorem vero partem ipſe ducebat, ipſe ei præerat.* Quidquid ſit, deinde, poſt fruſtra tentatam Rhodi & Patarorum obſidionem, τὰ πολλὰ τοῖς στρατηγοῖς μεθίει, ut legimus p. 680, 44 ſq.

L. 84. Αρκαθίας. Conſentiunt omnes. Sed REISKIUS, neſcio quid ſecutus: „Αρκανθίας, & ſic deinceps."

L. 86. Poſt Δορύλαος „deeſſe aliquid" monuit etiam MUSGRAV. Saltem interſerendus artic. τοὺς, vel nomen πιζοὺς: ſed & numerale nomen, ac fortaſſe aliquid amplius, deſideſari videtur.

L. 89 *ſq.* ἑβδομήκοντα τρεῖς ὀλυμπιάδας. ἑβδομ. ὀλυμπ. Vratisl. ut Aug. τὰς, quod inſerunt Editi cum nonnullis codicibus, per ſe nihili eſt, ſed originem ſuam facile prodit: nam ex τρεῖς corruptum eſſe, non ſolum ex temporum ratione colligi poterat, ſed ex loco cum hoc conferendo, extr. cap. 53. p. 717 ſq. ſatis etiam manifeſte adparet. τρεῖς fortaſſe reponendum monuerunt quoque REISK. & MUSGRAV. — Perperam Candidus, *olympiade octuageſima ſupra centeſimam.*

CAP. XVIII. Lin. 91. παρὰ τὸν Αμνειὸν ποταμὸν. Strabo, lib. XII. p. 562. Αμνίας ποταμός. ἐνταῦθα Μιθριδάτης ὁ Εὐπάτωρ τὰς Νικομήδους τοῦ Βιθυνοῦ δυνάμεις ἄρδην ἠφάνισεν.

Pag. 666. *L.* 9. Poſt ἐπίσημφεν, non diſtinxit orationem edit. 1. Hinc poſt ἅρματα inſerendum pronomen ἃ cenſuerat MUSGRAV.

L. 12. τοὺς δ' ἐς μέρη πολλὰ Aug. Vratisl. aliique cum H. Steph.

L. 13. ὅτε ἴδοιεν ἡμιτόμους. C. Stephanus in Var. Lect: „alterum exempl. ὅτε ἴδοι ἡμ." Parum accurate: nam Reg. B. quem hic reſpexit C. Stephanus, ſic habet: ἴδοι ἐνημιτόμους, quod unde corruptum eſſet facile adparebat.

L. 14. τῶν δρεπάνων ἀπτηρ. Aug. Ven. Vat. Et Cand. *falcibus appensos.* Pag. 666.

L. 23. χρήματα πολλὰ ὄντα. Necessarium vocab. πολλὰ dederunt Aug. & Vat. Illudque MUSGRAV. etiam inferere jusserat. ὄντα in πάντα mutavit REISK. Pag. 667.

CAP. XIX. Lin. 28. Ἔργον δὲ τόδε πρῶτον τοῦ Μιθρ. Aug. Vat. Pro τόδε πρῶτον mend. dat πρῶτον τότε Vratisl. cum Reg. B.

Ibid. Post πόλεμον distinguunt orationem Aug. & Vratisl. forsan & alii: non male; hac sententia, *Hæc igitur prima pugna fuit*, (nam, ἔργον, *pugnam*, *prælium* notare, jam sæpius vidimus;) *hoc bello Mithridatico pugnata.* *L.* 31. ἁψαντες. „F. ἀναψαντες." REISKIUS.

L. 35. τὸ Σκορόβαν ὄρος. Nescio an alii Scriptori memoratum montis nomen. Infra, p. 827, 23. ubi τὸ Σκάριον ὄρος memorat Appianus, Candidus rursus *Scorobam montem* posuit. *Ead. sq.* ὁ τέλος ἐστὶ Βιθυνῶν καὶ τῆς Ποντικῆς χώρας, *quod in confinio est Bithyniæ Ponticæ.* Insolentior usus nominis τέλος. Pag. 668.

L. 41. Νεμάνης. Μηνοφάνης, Memnon apud Phot. p. 379. — Menophanem, amicum Mithridatis, infra meminit Appianus p. 809, 25. *Ibid.* ἀμφὶ τὸ πρῶτον Πάχιον χωρίον. „Ortelius sic legit, & Pachium habet, & putat idem esse cum Sangia Strabonis: quam bene, videant ejus fautores. Ptolemæus vero habet Πρωτόμαχα, unde quis non inepte colligat verum nomen fuisse Πρωτομάχιον, nomine scilicet loco indito a primo prælio, quod ibi factum est, ut dixit paulo supra, Ὅτε πρῶτον ἤεσαν ἐς ἀλλήλους Ρωμαῖοί τε καὶ Μιθριδάτης. *Quando primum pugnarunt Romani & Mithridates.* Sed hæc est mera conjectura, quam probare [*puto*, probare vel improbare, *scribere voluerat*] per me unicuique licet." JAC. PALMERIUS. In Candidi edit. Mogunt. est *primum Parchium*, sed in antiqua Veneta, *primum Pachium*, ut in græcis codd.

L. 50. Καίσιος δὲ. Sic & Vratisl. *L.* 52. ὀχυρώτατον. Sic omnes: non ὀχυρότατον. conf. notata ad Pun. 395, 26.

Ibid. μετεσπαρκασίνων. κατεσπαρκασίνων Aug. perperam.

Pag. 669. *L.* 53. συνειλεγμένον. Consentit Vratisl. *L.* 56. ἀπολέμους. Sic & REISK. & MUSGRAV. repoſuerunt. Cum editis hiç, & paulo ante in ἰνοχλεῖν, facit Vratisl. Poſt πολεμεῖν, inciſo diſtincta eſt oratio in cod. Aug. Quo indicatur, (opinor) abſolute hic ſtare verbum πολεμεῖν, ut dativus ἀνδράσιν non denotet eos quibus bellum infertur vel adverſus quos pugnatur, ſed eos quorum opera ad bellum faciendum uti voluerant duces.

L. 58 *ſq.* Μαγκῖνος δὲ ἐπὶ Ῥόδου. *Mancini* nulla adhuc mentio in hac hiſtoria facta eſt, ſed *Manii* frequenter, & proxime quidem etiam pag. præced. Itaque, licet nil hic varient libri, lubens tamen cum GELENIO, Μάνιος, repoſuerim. At FREINSHEMIUS, Suppl. Liv. LXXVII. 55. hunc Appiani locum reſpiciens, conſulto *Mancini* nomen retinuit; ſcilicet hunc fuiſſe ratus collegam eum Manii Aquillii, cujus nomen a Juſtino proditum XXXVIII, 3, 4. corruptum ibi a librariis eſt. Nam quum *Manlius Maltinus* vel *M. Altinius* apud Juſtinum vulgo legatur, illudque nomen alii aliter corrigendum putaverint; (vid. Bongarſ. in Not. ad Juſtin. & Pighii Annal. Rom. T. III. 225.) idem Freinshemius Suppl. Liv. LXXIV. 11. *Manilius Mancinus* repoſuerat, non alio quidem potiſſimum nixus fundamento niſi eodem hoc Appiani loco, de cujus ſanitate etiam atque etiam dubitandum arbitror. Jam vero *Manium* quod adtinet, quem hoc ipſo loco nominatum ab Appiano fuiſſe probabile mihi cum Gelenio videtur, *Rhodum* quidem ille non pervenit. Certe, Diodorum Siculum ſi audias, in Ecloga Peireſc. Opp. T. II. p. 613. edit. Weſſel. Mitylenis in inſula Lesbo morbo implicitus *Manius*, a Mitylenæis deinde vinctus traditus eſt Mithridati: conf. Vellej. Pat. II. 18. At nec *pervenisſe Rhodum* ſcripſit Appianus, ſed abiiſſe ἐπὶ Ῥόδου, *Rhodum verſus*; cui non repugnat, quod Mitylenis, quo ſtatim trajecerat, morbo fuerit detentus.

L. 59. ὅσοι τὸ στόμα τοῦ Πόντου κατέχουσιν. Dixerat ſupra, p. 664. *Romanam claſſem* oſtium Ponti ad Byzantium cuſtodiviſſe. Paulo autem ſuperius, p. 656, 41. legimus, *Nicome-*

dem oſtium Ponti clauſum tenuiſſe. Ac probabile eſt, junctam ibi ſtetiſſe claſſem ex Romanorum navibus & navibus Nicomedis. Pag. 669.

L. 60 *ſqq.* Scripti noſtri libri omnes hunc locum ſic exhibent: καὶ Νικομήδης τάς τε κλεῖς τοῦ Πόντου &c. Pro Νικομήδης tacite Editores Νικομήδους repoſuerunt, Candidum (ut videtur) ſecuti, qui ſic habet: *ac Ponti clauſtra, naveſque quas a Nicomede acceperant, Mithridati tradiderunt.* At ſic non modo poſt aliquot verba rejiciendum in Græcis foret nomen Νικομήδους, ſed ne ullo quidem pacto probabile eſt, Romanos, qui oſtium Ponti cuſtodiverant, naves, ſi quas a Nicomede acceperant, nunc ſponte Mithridati tradiſſe. Si legeretur καὶ οἱ Νικομήδους, vel οἱ τοῦ Νικομήδους; intelligi poſſet, poſtquam Romani cum ſuis navibus diſceſſerant, Aſiaticos claſſi Nicomedis præfectos, videntes reſiſtere ſe victori amplius non poſſe, clauſtra Ponti naveſque Mithridati tradidiſſe. Sed quum Νικομήδης, ut dixi, non Νικομήδους, dent codices omnes; facilius mihi perſuadeo, poſt illud nomen verba nonnulla ex contextu intercidiſſe: & rectius fortaſſe fueram facturus, ſi adjecto defectus ſigno locum hunc ſic edidiſſem, καὶ Νικομήδης * * τάς τε κλεῖς &c. Etiam MUSGRAV. „deeſſe aliquid" poſt Νικομήδους, quod erat editum, exiſtimaverat.

L. 61. ναῦς ὅσας εἶχεν. Sic, cum H. Stephano, dederunt Aug. Vratisl. Cand.

CAP. XX. Lin. 64. ὑπολαβών. „ἀπολαβών" MUSGRAV.

L. 66. ἐνθαπερ Aug. Ven. Vat. *L.* 71. Λαοδ. δὲ Aug. Vat. Pag. 670.

Ibid. περὶ τὸν Λύκον ποταμὸν. In mendoſam ſcripturam Λύκιον conſpirant cum Editis ſcripti noſtri omnes & Cand.

L. 72. Κόϊντος Ὀππιος. Vide p. 664, 71. & ibi notata.

L. 79. ἡγουμένων αὐτοῦ Aug. Ven. ἡγουμένων αὐτῷ Edd. & Vratisl. Puto & Vat. Non male: quæ lectio, ſi non teneri, indicari certe infra contextum debuerat. *L.* 80. οὐδὲν διαθεὶς. „Mendoſa" hæc eſſe, monuit MUSGRAV. οὐδὲν διαδεθεὶς (ſic: non οὐδὲν διατεθεὶς) eſt in Aug. quod unde corruptum ſit, videant acutiores. Ceterum Syllæ tandem

Pag. 670. redditum fuisse a Mithridate hunc Oppium, refert Noster p. 814. *L.* 81. ἐπιδεικν. ἅμα. Mox (l. 87. p. sq.) pro ἅμα, quod & ibi editum erat, ἄρα dederunt Aug. & Ven.

Cap. XXI. Lin. 83. Μετ' οὐ πολὺ δὲ Reg. B. Aug. Vat. Vratisl.

Pag. 671. *L.* 86. τοῦ στόματος - - χρυσίον. Citavit Grammaticus San-German. ad v. καταχωνεύω: (vid. hoc Vol. p. 17.) ubi tamen perperam κατεχώνευσαν scriptum. *L.* 89. παρῆλθεν Aug. Ven. Vat. *L.* 90 *sq.* τὰς Ρωμαίων εἰκόνας - - καθαιρούντων. Pag. 731, 17. dicit τὰ Ρωμαίων ἀναθήματα ἐνυβρίσαντες. *L.* 91. ἔδοσαν. Sic recte Vratisl. Cum editis erravit Aug. *L.* 96. Μονίμη Φιλοποίμενος. conf. p. 708, 37.

L. 96 *sqq.* Μάγνησι δὲ - - ἐπολέμει. Modo dixerat, l. 89 sq. *Magnesiam* libenter excepisse Mithridatem. Nimirum distinctionis notam adjicere debuerat auctor: *Magnesia*, quæ Mithridati sese tradidit, est illa *ad Mæandrum*, haud procul Epheso, cum qua etiam conjunctim eam nominavit Appianus: hæc, quæ in fide Romanorum permansit, est *Magnesia ad Sipylum* Lydiæ, uti ex Strabone lib. XIII. pag. 621. (edit. Casaub.) docuit Cellarius Geogr. ant. III. 4. p. 132. Conf. Pausan. in Atticis c. 20. p. 47. De eademque Magnesia rursus intelligendus Noster, p. 730, 5. & Liv. Epit. LXXXI.

Pag. 672. *Cap. XXII. Lin.* 2. ἐσβολῆς Reg. B. Aug. Vratisl. *L.* 7. ἐχ. αὐτῷ ἐσενεγκ. Reg. B. Aug. Vat. „Forte αὐτοὶ." Reisk. — „ἀφ' αὐτῶν." Musgrav. *L.* 12. ἐνακισχιλ. Sic & Vratisl. *L.* 14. συγγέγραπται Aug. Vat. *L.* 17. ἐπιθέσθαι τοῖς. Sic reponendum monuere etiam Reisk. & Musgrav.

Pag. 673. *L.* 19. καὶ ἐλευθέροις. Nil variant codices. Sed p. sq. l. 47. dicit καὶ ἐξελεύθεροι. Adde p. 719, 27.

Cap. XXIII. Lin. 31. Ασκληπιεῖον. De scriptura nominis

L. 10 *ſq.* Λουκούλλου τοῦδε. *Lucullo eo quem jam dixi.* (p. 688. & 722.) Hæc eſt vis pronominis τοῦδε. Sic Annib. 230, 34. & ſæpe aliàs. Quum in edit. 1. oratio ſic diſtincta fuiſſet, Λουκούλλου, τοῦδε τοῦ ναυαρχικοῦ, deletum pronom. τοῦδε temere volebat MUSGRAV. Diſtinctionem recte poſt τοῦδε promoverat H. Steph.

CAP. LXIX. Lin. 17. ἡγούμενος. Caſu factum videtur, (nam conſilium non perſpicio) ut a ſcriptorum librorum lectione diſceſſum ſit in Editis. Pag. 743. *L.* 18. ἀσπιστὸν Reg. A. Aug. Vratisl. &c. cum H. Steph. Conf. pag. 662, 44. & 720, 32. ibique adnotata. *L.* 28. περάσαντι Aug. Vat.

L. 29. & 31. Ἰάζυγες - - - καὶ ἐπὶ τοῖσδε Βασιλέρναι. „ Apud Plinium lib. IV. cap. 12. *Jugyges* hi populi vocantur. Sed legendum ibi *Jazyges*; & quos ſtatim noſter *Baſternas* appellat, Plinio quoque male *Abſternæ* dicuntur: ſuntque iidem quos Poëtæ Baternas nominant. Valer. Flaccus: *Illinc juratos ſecum trahit Æa Baternas.* De Jazygibus porro tradit idem Poëta, quod non caneſcant, hoc eſt, ad maturam ætatem perveniant, ſed ſimulac vires deficiunt, ſtatim a natis interficiantur. Ita lib. VI. Argonaut.

Pag. 743. *& expertes canentis Jazyges ævi :*
Namque ubi jam virefque aliæ, notofque refutat
Arcus, & incæptus jam lancea temnit heriles ;
Magnanimis mos ductus avis, haud fegnia mortis
Jura pati ; dextra fed cara occumbere prolis
Enfe dato : rumpuntque moras, natufque parenfque,
Ambo animis, ambo miferi tam fortibus actis."

Hac nefcio cujus Adnotatione ALEX. TOLLIO vifum erat editionem fuam ornare. Ceterum apud Plinium fi umquam *Jagyges* fuerat editum, jam pridem eliminatum iftud monftrum eft, ita ut ne in Francofurtenfi quidem editione Ann. MDCVIII, quæ antiquiffima eft ex eis quæ mihi ad manus funt, veftigium illius erroris fuperfit. Strabo VII. p. 306. Ἰάζυγες Σαρμάται καὶ οἱ Βασίλειοι λεγόμενοι. *Baftarnas* quod
Pag. 744. adtinet (*L.* 31.) video illos quidem paffim apud Scriptores, & in his apud Plinium, *Baſternas* adpellatos, quemadmodum apud Appianum cum h. l. tum alibi partim in fcriptis partim in editis legitur: (conf. Maced. 518, 7. Mith. 661, 33. & 747, 84. Illyr. 834, 55. & 860, 68.) fed quum apud longe plerofque Scriptores (Polybium, Livium, Strabonem, Juftinum, Dionyfium Perieg. Plutarchum, alioſque) *Baſtarnæ*, Βαστάρναι, dicantur; obſequendum auctoritati illorum ex noſtris libris putavi, qui eamdem exhiberent fcripturam. Βαστάρναι autem h. l. perſpicue dabat Vat. & *Baſtarnæ* Cand.

CAP. LXX. *Lin* 38. ἔθνη Στρατίῳ Διΐ. cf. p. 738, 45 ſqq.

L. 39. καὶ Ποσειδῶνι λευκῶν ἵππων ἅρμα καθεὶς ἐς τὸ πέλαγος. — „ Hujus moris non infrequens apud veteres mentio, quod aquis ſacrificaverint: & fere ea in re equo uſi ſunt, eoque albo. Herodotus [lib. VII. cap. 113.] de Xerxis itinere per Thraciam, τὰ δὲ πρὸς μεσαμβρίαν τείνουσα ἐς αὐτὸν τὸν Στρυμόνα, ἐς τὸν οἱ μάγοι ἐκαλλιερέοντο σφάζοντες ἵππους λευκούς. Tacitus Annal. lib. VI. [cap. 37.] de Vitellio & Tiridate, qui copias ad ripam Euphratis habebant; *Sacrificantibus, cum hic more Romano Suovetaurilia daret, ille equum placando amni adornaſſet;* quem locum mirifice adducta Herodoti verba illuſtrant, ut & illa quæ habet Strabo lib. XV. [pag. 732 ſq.]

Διαφερόντως δὲ τῷ πυρὶ καὶ τῷ ὕδατι θύουσι. - - - Τῷ δὲ ὕδατι ἐπὶ λίμνην ἢ ποταμὸν, ἢ κρήνην ἐλθόντες, βάθρον ὀρύξαντες εἰς τοῦτον σφαγιάζονται, φυλαττόμενοι μή τι τοῦ πλησίον ὕδατος καθαροῦ αἱμαχθείη. Meminit quoque ejus moris Plutarchus in Lucullo." ALEX. TOLLIUS. Pag. 744.

L. 41. Ταξίλου. Ταξίλην vel Ταξίλαν vocat Plutarch. Sylla p. 464. Lucull. 509. &c. & Memnon. ap. Phot. p. 380. Τάξιλαν Pauſanias I. 20. & alibi. *Ibid.* Ἐρμοκράτους Aug. Vat. Sic & correxit REISK. poſt GELENIUM. Sed Ἐυμοκράτους cum Edd. Vratisl. & Cand.

L. 48. ὡς οὐκ ἐθέλουσιν ἀναγράψασθαι. Conf. p. 736, 10 ſqq. Pag. 745.

L. 50. ἐπῆγε, i. q. ἐπέφερεν, quod modo præceſſit. conf. ad Pun. 430, 80.

CAP. LXXI. Lin. 60. Νικομήδους ἄρτι τεθνεῶτος. Hoc ſane ita dictum videtur, ut de eodem Nicomede (Philopatore,) Pruſiæ nepote, intelligendum ſit, de quo ſupra p. 653, 92 ſqq. & paſſim deinceps, & ad extremum p. 730, 99. dictum eſt. Quo magis probabile fit, non Appiano, ſed librariis, tribuendum eſſe errorem illum quem p. 651, l. 47 ſq. Scriptori noſtro obtruſum vidimus.

L. 68. ἰχυρώτατα. Car. Stephan. in Var. Lect: „exempl. alterum ἰχυρώματα." Pag. 746.

L. 69. „θριγίλων. Mendoſum. F. τριγγίλων vel θριγγίων, *per macerias.*" MUSGR. *L.* 71. οὐδὲν τοῖς διώκουσιν αὐτοὺς βέλος. Sic recte Aug. Et ſic emendavit MUSGRAV. *L.* 76. ἐς ἑκατέρους Aug. Et ſic REISK. Sed Cand. *ad ſocios:* unde MUSGRAV. ἐς ἑκαίρους. *L.* 84. Βαβλαρνῶν. Sic rurſus Vat. & Cand. Pag. 747.

CAP. LXXII. Lin. 95. λήψεσθαι prætuli cum Reg. B. & Aug. — Iſtam lectionem nude citavit etiam C. Steph. in Var. Lect.

L. 99. ἔξων Aug. Ven. & MUSGRAV. *L.* 3. Μάγιος. vid. p. 741, 95. *L.* 8. τὰ γὰρ Σερτωρίου ὑπὸ Φιμβρίᾳ γενόμενα δύο τίλη. Si recte habet Σερτωρίου, videndum eſt an ſententia ſit ea quam Gelenius expreſſit, *quæ aliquando militaſſent ſub Sertorio.* Sed aut delendum utique illud nomen videtur, aut in Λευκούλλου vel Ρωμαίων mutandum. *L.* 55. ἐπάξεσθαι Aug. cum H. Steph. Pag. 748.

Pag. 749. *Cap. LXXIII. Lin.* 25. διὰ τὸ πλῆθος διὰ μέσων Reg. B. Aug. Ven. Vat. Vratisl. *L.* 26. Κυζίκῳ. De illa *Cyzici* oppugnatione, præter alios, consulendus Strabo lib. XII. p. 575 sq.

L. 29. τὸν τε σλαθμὸν. Si vera est hæc lectio, (in quam quidem consentiunt libri;) intelligendus erit σλαθμὸν idem h. l. dicere quod ναύσλαθμον. Dubitavit etiam REISKIUS: „F. ἰσόμαν, aut ναύσλαθμα, ut interpres." Nempe Gelenius, *navalia*; sed Candidus *castra*. *L.* 32. ἑλέπολιν. *Helepolis*, machina obsidionalis, qua urbes capiuntur: cujus descriptionem vide apud Diodor. Sic. XX. 91. Opp. T. II. p. 471. ubi alios etiam auctores, qui eamdem machinam commemorarunt, laudavit Wesseling.

Pag. 750. *L.* 34 κατὰ δὲ τοὺς λιμένας &c. κατὰ pro μετὰ dedit Aug. & mox ἐξευγμέναι Reg. B. Aug. Ven. Et utrumque emend. REISKIUS; ἐξευγμέναι etiam MUSGRAV. Machina autem, quam h. l. dicit, ejusdem generis est, cujus nomen σαμβύκην, *Sambucam*, supra declaraverat, p. 678, 14. & 679, 31.

L 39. προσῆγεν Reg B. Aug. Vat.

Pag. 751. *Cap. LXXIV. Lin.* 60. κεχαλασμέναις Reg. B. Aug. Vat. — Unum exemplar ita dare monuit etiam C. Steph. in var. Lect. *L.* 61. ἐξέλιπον. Sic scripti omnes cum edit. 1. Magis tamen placet ἐξέλειπον.

Pag. 752. *Cap. LXXV. Lin.* 79. ἔχου Aug. Ven. Vat. Cum Reg. B. erravit Vratisl. Jam sæpius vidimus fraudi fuisse librariis & Editoribus nostris illud verbum. REISKIUS: „aut χῶν, id est χωννύων, aut ἐχώννυ." Ipsum ἔχου reposuit MUSGRAV.

L. 80. ἀνεκρήμνη. Sic recte Aug. a pr. manu; sed & ibi in ἀνεκρήμνει mutatum. Rursus eamdem mendam repetierunt editores p. 769, 53. & 789, 91. ubi verum ded. Aug. & Ven. Est autem (quod obiter tantum adnotarunt Lexicographi) κρημνάω vel κρήμνημι, & ἀνακρημνάω vel ἀνακρήμνημι, idem quod κρεμάω, ἀνακρεμάω, *suspendo*. Sic Civ. I. p. 100, 77. ἐκρήμναντο manifeste idem sonat quod ἐκρεμάσθησαν, coll. lin. 75. Et phrasi huic, ὑπονόμοις τὸ τεῖχος ἀνεκρήμνη, *cuniculis murum suspendit*, si quid obscuri habere videatur, lucem adfundet id quod p. 692, 56 sqq. legimus: *suffossa muri fundamenta*,

& *trabibus ſuſpenſa*, (vel *ſuffulta*: ξύλοις ἀνηρτημένα) *ſubdita magna ſulfuris ſtupæ & picis copia, incendi juſſit.* Tum Civ. I. 160, 99. *poſtquam Pompejus ſuffoſſa mœnia ſubditis ſtipitibus ſuſpenderat*, (τὰ τείχη ξύλων καρμοῖς ὑπαρτήσαντος,) *Sertorius quidem ſuperveniens urbem obſidione liberavit, ſed muros Pompejus jam ſuccenderat.* Pag. 752.

L. 83. περῶσι τὸν Ρύνδακον. Plutarch. Lucull. p. 498. περὶ τὸν Ρύνδακον ποταμὸν καταλαβὼν τοὺς πολεμίους. Ad oram cod. Aug. notatur: Ρύνδακος πόλις. Sed fluvium h. l. non oppidum dicit Appianus. *L.* 90. & 91. Varietatem lectionis ex edit. 3. adlatam non niſi ex operarum errore ortum ducere, vel me non monente, intelligitur. Pag. 753.

Cap. LXXVI. Lin. 93. χειμὼν ἐπιγενόμενος, *ſuperveniens hiems*, non *tempeſtas*. vid. p. 749, 20. *L.* 96. σπλάγχνων. Neſcio an exciderit aliquid ad hanc vocem pertinens. *Humana* certe *viſcera* intelligenda eſſe, facile patet: & Plutarch. Lucull. p. 498. ἐν αἰσθήσει γενομένου (Λευκούλλου) τῶν ἀπορρήτων -- καὶ ἀνθρωποφαγιῶν.

L. 99. ἐκῆγεν Reg. B. Aug. Vat. *L.* 9. ἀρθεὶς μέγιστος. Perinde erit, hoc eligas, an μέγας, quod offerunt Aug. & Vat. Utrumque probum: neque de aliunde adſciſcenda medicina erat cogitandum. Vide Annib. 236, 40. & ibi notata. Pag. 754.

L. 11. πολλήν. „τὴν πολλὴν." REISK.

L. 12. πιεσθέντος. Conſentit Vratisl. Sic & MUSGRAV. emendavit: „πιεσθέντος αὐτοῦ." Fortaſſe nec male abeſſe poterit αὐτοῦ, ut, quemadmodum nominativus ἀγωνισάμενοι refertur ad nominat. Κυζικηνοὶ, ſic genitivus caſus πιεσθέντος referatur ad genitivum βασιλέως. Aliam medicinam huic loco quærendam putaverat PALMERIUS, qua nunc quidem facile caremus. Quum enim vulgo legeretur, καὶ λιμῷ πιεσθέντες ὑπὸ Λευκούλλου, ſic monuit ille: „Mutilus eſt hic locus; non enim a Lucullo fame preſſi ſunt Cyziceni, ſed a Mithridate. Excidit igitur pars quædam hujus ſententiæ. Scripſerat procul dubio: λιμῷ πιεσθέντες, καὶ σωθέντες ὑπὸ Λευκούλλου, vel ἐσώθησαν, vel tale quid: *fame preſſi & a Lucullo ſervati.*"

L. 20. ταῖς πλόσιν recte Aug. & Vratisl. cum H. Stephan. Pag. 755.

Pag. 755. *L.* 21. χειμὼν ἐπιγενόμενος. Nunc χειμὼν *tempestas*, ut pag. 757, 52. secus ac p. 753, 93.

Cap. LXXVII. Lin. 22. τὸ κατὰ γῆν. „F. τὸ κατὰ γῆν προτέρημα." Reiskius. Adsumento illo nil opus esse videtur.

L. 26. Βάρβας δὲ Προυσιάδα εἷλε τὴν πρὸς τῷ ὄρει. „Intelligit Prusiadem ad Olympum sitam. Nam licet alia Prusias fuerit ad Arganthonium montem sita, & item alia ad Hippium montem & fluvium: tamen quando montis nomen non addidit, de Olympo intelligendum est, qui in ea regione ob amplitudinem & excelsitatem mons καθ' ἐξοχὴν dicebatur." Jac. Palmerius. Et Reiskius: „πρὸς τῷ ὄρει. Olympo. vid. Vales. Emend. p. 49."

L. 30. ἐν ἐρήμῃ νήσῳ. In *plur.* numero quidem dicit νήσους ἐρήμους, p. 780, 50: at *singularis* fœminini generis prima declinatione potius formatur; ut ἐρήμην ἐάλωσαν Civ. III. 525, 24. Sic & apud Thucydidem in sing. ἐρήμῃ δίκῃ legitur, & similia; sed in plur. ἐρήμους ἄκρας.

L. 31. ἔνθα δείκνυται βωμὸς Φιλοκτήτου &c. At insulam illam prope Lemnum, cui *Chryse* nomen fuerat, ubi Philoctetes ex serpentis ictu laborasse ferebatur, sequenti tempore a maris æstu depressam, penitus evanuisse ait Pausanias in Arcad. (VIII.) cap. 33. extr.

Pag. 756. *L.* 33. μνῆμα. Sic & Gelenius: *monumenta calamitatis illius herois.* At non ferri solum poterat, sed teneri utique (uti nunc quidem mihi videtur) debuerat lectio quam scripti libri, cum quibus etiam Vratisl. facit, offerebat, μίμημα: nimirum opus, puto, anaglyphum dicit, aræ Philoctetis insculptum, quo calamitas eius efficta erat. *L.* 51. ἠπείγετο Vratisl. sicut emendaverat H. Steph.

Pag. 757.

Cap. LXXVIII. Lin. 58. ἀπὸ κάλω διαπλέων. „F. ἐπ' ἀκατίῳ διαπλέων." Reisk. Etiam Musgravio suspecta fuerunt illa verba, qui literam *Q.* adposuit, i. e. *Quærendum* satis-ne sana sint. Intelligendum autem videtur, contra vim ventorum remigio navigasse Mithridatem, ob eamque causam *remulco trahi* navem jussisse. *L.* 62. τοὺς ὁμόρους Aug. Vat. Et sic correxit Musgrav. Cum editis errant Vratis. & Cand.

L. 64. ἐπὶ τῇ νίκῃ Aug. Vat.

L. 67. ἀπολειμένου. C. Steph. in Var. Lect: „ exempl. alterum [Reg. A.] ἀποπολειμένου." *L.* 69. καὶ ἑσθῆς. καὶ ἑσθῆτι Aug. & ſic ſæpius aliàs. „ F. καὶ αἱ σῦς." REISK. *Pag.* 758.

L. 70. & 71. Εὐπατωρίαν. Sic Editi cum Regiis. Sed utrobique reſcribendum Εὐπατορίαν per ὁ breve, quemadmodum ſemel hic (l. 70.) habet Vratisl. & utrobique a pr. manu Aug. Recte infra (pag. 818, 77 ſq.) omnes Εὐπατορίαν, ad quem locum vide quæ de duabus urbibus ejuſdem nominis monebimus. *L.* 72. περικαθήμενος. Sic Aug. Ven. Vat. — Cum Regiis & editis ſtat Vratisl. Eadem varietas, p. 754, 16. παρακάθημαι πόλει, *adſideo urbi*, *obſideo urbem*; περικάθημαι πόλιν, *circumſideo*, *obſidione cingo*. Utrum eligas, parum intereſt. Sed quoniam de maritima urbe agitur, nec mentio fit claſſis, quæ ſimul a mari cinxerit urbem; potior videri poterit vulgata lectio παραπαθήμενος. Sic præcedens accuſativus a verbo ἐπολιόρκει pendebit.

L. 73. Θεμίσκυραν. De hac urbe conſulendus Cellarius III. 8. p. 322. & quæ ad Stephanum Byz. congeſſit Abr. Berkelius.

L. 75. Θεμισκύρειος ἐπικαθήμενοι. An hac ratione alibi inveniatur hoc verbum, neſcio. Analogia quidem certe non repugnat. περικαθήμ. quod hic habet Vat. ſtare non poteſt, ob adjectum dativum caſum: oportebat ſaltem παρακαθήμ.

L. 77. δή τι Reg. B. Aug. Vratisl. *L.* 78. κατὰ πλῆθος Reg. A. Aug. Vratisl. *L.* 79. ἐς αὐτοὺς Reg. B. Aug. Vratisl. Et ſic MUSGRAV. *L.* 83. Particulam ἔτι, inſertam in editis poſt μονομαχίας, ignorant Reg. B. Aug. Ven. Vratisl. Neſcio an eam agnoſcat Vat. e quo nil hic adnotatum in ſchedis.

CAP. LXXIX. Lin. 93. διεπύρσευεν. „ F. οὐ διεπύρσευεν." REISK. Et ſic utique probabile eſt ſcriptum reliquiſſe Appianum. *L.* 98. Πομπώνιος. Hanc Candidi lectionem firmat Plutarch. in Lucullo p. 500. F. Πομπώνιος, ἀνὴρ οὐκ ἄδοξος, ἰάλῳ τετρωμένος. *L.* 17. ἐπίδῃ τὸν ἵππον. Forſan ἐπίδῃ ἐπὶ τὸν ἵππον. *L.* 19. περιυδρίσθαι Aug. Ven. Vat. *Pag.* 759. *Pag.* 760.

Pag. 761. CAP. LXXX. Lin. 24. περίοδον Aug. Ven. Vat. πάροδον Vratisl. ut H. Stephan. L. 25. κυνηγὸν θηρίων, ἀτρακτῶν ἐπισήμονα. Non dubito, κυνηγὸν ὀρείων ἀτρακτῶν, ſcripſiſſe Appianum; & ſic in contextu repoſitum velim: quod & GELENIUS voluiſſe videtur, quum *venatorem*, dixit, *peritum montanorum callium*. Otioſum ſane & frigidum additamentum vocab. θηρίων ad κυνηγὸν: proclivis autem ex ΟΡΕΙΩΝ in ΘΗΡΙΩΝ tranſitus: & cum ſequenti ἀτρακτῶν conjungendum hoc vocab. indicat diſtinctio orationis quæ in *cod. Aug.* obtinet. Neque hic unus locus eſt, in quo accurata ſermonis diſtinctione veram Appiani vel ſcripturam vel ſententiam optimus ille Codex declarat: quæ ἀκρίβεια in diſtinctione orationis non ab indocti calligraphi conſilio, qui hunc codicem exaravit, profecta eſt, ſed ex vetuſto probatiſſimoque codice propagata eſſe debet.

L. 33. ἐπιδρομῶν Reg. A. Aug. Verbum hoc plane præteriit Candidus: *eos a valle increpans.*

Pag. 762. CAP. LXXXI. Lin. 52. „ἐς τὰς πρώτας κατάρξαι. Forte τοὺς πρώνας, niſi hoc poëticum ſit: aut τὸ πρανὲς vel πρηνὲς." REISKIUS. Cum Edd. erravit Vratisl. itemque Cand. *nonnullos etiam e primis confecerunt.* Sed perſpicue ἐς τὰς πέτρας ded. Aug. Ven. Vat.

Pag. 763. L. 54. περιγενέσθαι dederunt iidem Aug. Ven. Vat. Et Cand. *ſe ſolos evaſiſſe.* Ibid. σφίσι præferendum utique videbatur. In φύσει conſentit Cand. *ex ſe.* L. 57. ἱππέων ἀπωλείᾳ Aug. Ven. Vat. Et Cand. *equitum cladē.* L. 59. πρίν τι Reg. B. Aug. Vat. Vratisl. L. 62. πολὺ τὸ πλῆθος. Artic. τὸ caret Vratisl. cum Aug. & Reg. A. L. 63. καὶ τοπάζουσα. — „ὑποτοπάζουσα." REISK. Nil variant libri: nec mutatione opus eſt.

Pag. 764. CAP. LXXXII. Lin. 85. προσίμενος. Sic & C. Steph. in Var. Lect: „exemplaria προσίμενος." Ibid. ἐν χωρίοις. Cand. *certis in locis.* Gelenius: *in caſtellis.* Videtur idem eſſe quod ἐν ἀγροῖς, *rure*, vel, *in prædiorum aliquo, non in regia.* Plutarch. Lucull. p. 505. F. ἐν χωρίοις ἐλώδεσι καὶ νοσεροῖς.

L. 86. ὅτε δὲ Reg. B. Aug. Ven. Vat. Vratisl.

L. 87. Βάκχον. Βακχίδην Plut. Lucull. pag. 502 sq. Sed apud Strabonem XII. p. 546. *Bacchides* nomen est regii præfecti Sinopes urbis, quo tempore eam Lucullus oppugnavit. Pag. 765.

L. 93. αὐτοὺς ἐπιὼν Aug. Ven. Vat. & MUSGRAV.

L. 94. Ἀμασῆν. Vide, an Ἀμισὸν sit legendum. Cf. p. sq. l. 9 sqq. Nam supra (p. 758 sq.) oppugnatam quidem Amisum urbem a Lucullo dixerat, at non expugnatam.

CAP. LXXXIII. Lin. 99. Αὐτόλυκον. Strab. XII. p. 546. Plutarch. Luc. p. 506 sq. L. 3. ἀνδριάς τε Aug. „F. τούτου ἀνδριάς τις σεβάσμ." REISKIUS.

L. 4. οὐ φθάσαντες Aug. Vat. eodemque modo MUSGRAV. Sed REISK. „ὡς φθάσοντες." Plut. l. c. ἐρᾷ παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ἀνδριάντα ἱστάμενον, ὃν ἐκκλίζοντες οἱ Κίλικες οὐκ ἔφθασαν ἐμβαλέσθαι. L. 13. δημοκρατίᾳ χρησαμένους, ἐπὶ πολὺ τοῖς Περσ. — „Comma post ἐπὶ πολὺ promovendum. *Postquam diu fuissent populari imperio usi.*" REISKIUS. Recte, si quid video. Distinctionem nullam agnoscunt Aug. & Vratisl. Pag. 766.

L. 14. συναγαγόντος δ' αὐτοὺς εἰς τὴν δημοκρατίαν ἐκ πρεσβύματος Ἀλεξάνδρου. Conf. supra p. 651, 53 sqq. Post δημοκρατίαν „deesse nomen proprium" monuit MUSGRAV. Et REISKIUS: „Forsan, ἀναγαγόντος δ' αὐτοὺς Ἀντιπάτρου εἰς τὴν δημοκρ."

L. 23. Μιθριδάτην δ' ἐξήτει παρὰ Τιγράνου. Quum legeretur ἐξήτει παρὰ Τιγράνην (ut est in edit. 1. & Vratisl.) vel παρὰ Τιγράνῃ, (quemadmodum H. Stephanus, ut aliqua saltem sententia verbis inesset, posuit;) sententiam illorum verborum recte Candidus his verbis expressit: *& ad Mithridatem apud Tigranem inquirendum proficiscitur.* Sed hoc non dixisse Appianum, cum ex eo quod proxime sequitur, αὐτὸς ἐπανελθών, *ipse regressus*, facile patet; quo nimirum innuitur, per literas vel per nuncios depoposcisse a Tigrane Mithridatem; tum rursus ex eis, quæ cap. sq. referuntur, satis fit manifestum. Nunc, postquam παρὰ Τιγράνους meliores libri Aug. Ven. Vat. dederunt, in promtu erat, alteram mendam, quæ locum hunc occuparat corrigere, ἐξήτει restituendo pro ἐζήτει, quod ex illo corruptum est. ἐξαιτεῖν, Pag. 767.

Pag. 767. *depoſcere*, *expoſcere*, proprium in hac re verbum. De proclivi literarum ζ & ξ permutatione nil adtinet dicere.

CAP. LXXXIV. *Lin.* 25. τέταρα. Quum mend. editum eſſet τέτ?αρα, ſuſpicatus erat REISKIUS, „ forſ. τετ?αρακοσ?ὰς." *L.* 26. ἐπὶ τοῖς θεραπ. καὶ ταῖς εἰκ. Aug. Vat. *L.* 31. μόνα τὰ χρήσιμα Aug. Ven. Vat. τὰ χρήσιμα, i. q. τὰ ἱκανὰ. Sic & Syr. 603, 33.

Pag. 768. *L.* 37. Μιθροβαρζάνην. Plut. Lucull. p. 508. *L.* 40. ἐπὶ τῇ τιμῇ. Magis placet lect. Aug. ἐπὶ τιμῇ. *Ibid.* τῇ ἑαυτοῦ βασιλεὺς &c. „ F. ἑαυτοῦ, ὅτι ἔτυχε βασιλεὺς ἐν ἐκείνῳ. conf. p. 216, 29. [741, 88 ſq.]" REISKIUS. *L.* 44. ἱπποσ?αείαν. Conſentit Vratisl. Sic & Pun. 436, 80. (τὰ) ἱπποσ?άσια.

L. 47. & 50. Μαγκαίῳ & Μαγκαῖον Aug. Ven. ſicut paulo ante Editi quoque dederant. *L.* 48. μὲν οὖν ὁ Λουκ. Aug.

Pag. 769. Ven. Vat. *L.* 50. ἐς Τιγρανόκερτα. Recte, in neutr. plur. Sic p. 771, 92. ἀπὸ Τιγρανοκέρτων, omnes. *L.* 53. ἀνεκρέμνη τὸ τεῖχος Aug. Ven. Conf. p. 752, 80. & ibi notata.

CAP. LXXXV. *Lin.* 58. ἐς τὸ ζευγάριον. Tria hæc verba dederunt Aug. Ven. Vat. *L.* 64. περικλεῖσαι. περικλείσειν Vratisl. cum edit. 1. REISKIUS: „ συγκλεῖσαι aut περισ?ῆσαι." Cand. *fame præcludere.* Ni incommodum videretur futurum tempus, in cujus terminationem tamen conſentiunt codices, ſuſpicarer περιοίσειν fortaſſe ſcripſiſſe Appianum. Sic Pun. 422, 54. ἐς συμφορὰς περιφέρειν, & Civ. V. pag. 895, 86. ἐς λιμὸν περιφέρειν. Sed nec incommode hic verbum περικλείειν ſtare videtur.

Pag. 770. *L.* 78. ἴετο. Sic recte editum erat ex Reg. B. cui conſentit Vratisl. ἵετο, non edit. 1. ut infra contextum dixi, ſed

Pag. 771. Aug. & Reg. A. *L.* 88. In παροδεύοντες ſcripti libri noſtri conſentiunt omnes, & cum his REISKIUS & MUSGRAV.; quorum hic conferre juſſit Civ. IV. 682, 61. ille autem περιαυχένια ἔχοντας παροδεύοντες repoſitum voluit, quo tamen adſumento facile caremus.

CAP. LXXXVI. *Lin.* 98. ἐμερίζοντο τὰ ὅπλα Aug. Ven. Vat. *Ibid.* ἐκ τῶν δυνατῶν, i. q. ἐκ τῶν παρόντων, ἐκ τῶν ἐνόντων, vel,

vel, ut habet Herodot. II. 44. ἐξ ὧν οἷόν τε ἦν, *pro viribus, prouti fieri poterat, prout res & tempus ferebat.*

L. 1. ἔξωθεν Aug. Ven. Vat. Pag. 772.

CAP. LXXXVII. Lin. 29 *ſq.* αὐτὸς δὲ τὸν Μιθριδ. προκαλ. ἐς μάχην. Poſt hæc verba excidiſſe nonnulla videntur, quibus exponebatur quid effecerint equites illi, quos adverſus adventantem Tigranem præmiſerat Lucullus. Neque vero probabile eſt, poſt ea quæ dicere inſtituerat, nunc hæc duo continuo orationis nexu ſtatim junxiſſe Appianum, τὸν Μιθριδάτην προκαλούμενος ἐς μάχην, & περιταφρεύων, *Mithridatem ad certamen provocavit, & foſſa cinxit.* Forſan, nonnullis ſive verbis ſive verſibus interjectis, iterum occurrebant duo illa verba ἐς μάχην, aut etiam tria, προκαλ. ἐς μάχην, (puta, ut poſt ea, quæ nunc deſunt, ſic pergeret oratio: καὶ συνεχῶς προκαλούμενος ἐς μάχην:) eaque res fraudi fuit fugienti oculo librarii ejus ex cujus libro manarunt noſtra exemplaria. Pag. 772.

L. 31. ἕως χειμὼν ἐπιτιθῶν. Sic Reg. B. a pr. man. Aug. Vat. Jam æquinoctii tempore multum a frigore paſſum Lucullum Plutarchus refert p. 513.

CAP. LXXXVIII. Lin. 32. ἐξ ὅλης Ἀρμενίας. „F. Τιγράνης μὲν ἀπὸ τῶν ἔξω τῆς Ἀρμενίας." REISKIUS. *L.* 36. ἐφείσατο; Rarioris uſus verbum. Quod ſi quis vulgatum ὑφείσατο, quod & Vratisl. agnoſcit, in priſtinam ſedem reſtitutum malit, facile patiar. *L.* 38. Φαβίῳ. *M. Fabius.* Dio Caſſ. XXXV. 9. Plutarch. Lucull. pag. 515. Huic *Adriano* cognomen fuiſſe docet Havercamp. ad Oroſ. V. 20. p. 346 ſq. ex coll. Plutarch. Lucull. p. 502. *L.* 50. τὴν τε ἀρχὴν. An τήν τε εἰρατείαν? Id quidem in lat. verſ. expreſſi. *L.* 55. κατιχρώμενοι. Sic plane Vratisl. Pag. 773.

CAP. LXXXIX. Lin. 64. καταχρώμενος Aug. Ven. Vat.

L. 66. ἐλπίσας. Non video, cur „ἐλπίζων" voluerit MUSGR.

L. 70. σὺν ἐπείξει βαθείᾳ. „βαρείᾳ." REISK. *L.* 75. ἐπὶ δεξιὸν αὐτὸν Aug. Ven. Vat. & MUSGRAV. *L.* 76. Ἀλεξ. αὐτὸν. αὐτὸν Vratisl. ut H. Steph. *L.* 79. τὸν εἰρατὸν Aug. Ven. & REISK. & MUSGRAV. Pag. 774.

Pag. 777. *CAP. XC. Lin.* 89. Ατίδιος. Sic Vratisl. cum reliquis. An apud alium Scriptorem mentio hujus *Attidii* vel *Attilii* fiat, non dixerim. Cicero in Verr. Act. I. 13. *M. Attilii* meminit de majestate damnati, qui an huc referendus sit, viderint quibus vacat. *L.* 90. περὶ πολλοῦ Aug. & Vratisl. cum H. Steph. *L.* 92. Ῥωμαίων περὶ βουλ. Consentit Vratisl.

L. 97. ὁ τῆς Ασίας στρατηγὸς. *Asiæ proconsul:* M'. Acilius Glabrio. *L.* 99. In στρατείας consentit nobiscum Vratisl. sed in præcedd. a vulgata lectione non recedit. Perspecte REISKIUS: „F. καὶ τοὺς ὑπ' αὐτῷ. MUSGRAV: „καὶ τοὺς ὑφ' αὐτὸν."

Pag. 778. *CAP. XCI. Lin.* 13. Ὡς δ' ἐκακάθαρτο. Sic Aug. cum H. Stephan.

Pag. 779. *CAP. XCII.* „Præter Nostrum de *PIRATICO* hoc *BELLO*, quod initium habuit A. U. DCLXXIV. & anno DCLXXXVI a Pompejo, postquam id lege Gabinia ei permissum esset; consummatum est, legi possunt Cicero in Orat. pro Lege Manilia, Plutarchus in vita Pompeji, Auctor de Vir. Illustr. cap. ult. Valer. Max. lib. VIII. cap. 15. Dio lib. XXXVI. Florus lib. III. cap. 6. Vellejus Paterc. lib. II. c. 31." AL. TOLLIUS. Adde Liv. Epit. XCIX.

Lin. 27. ἐμηκύνετο Aug. Vat. Et viderunt REISK. & MUSGR.

L. 29 *sq.* τοῦ Μιθρ. καὶ ἀναχωρ. Hanc verborum seriem dedit Aug. *L.* 32. ἐμπεσόντες Aug.

Pag. 780. *L.* 39. ἀπῆγον Aug. Et sic correxit REISK. *L.* 44. μεθεῖναι Aug. Ven. Et REISK: „f. μεθεῖναι." *L.* 49. In edit. 1. legebatur ὑφορμον ἐποιοῦντο, ἢ στρατόπεδον ἐτίθετο εἶναι. Et eodem modo in edit. 2. 3. nisi quod pro ἢ in his sit ᾗ, sive casu sive nescio quo H. Stephani consilio. (Quod in Varietate lectionis contextui nostro subjecta κοινὸν στρατοπ. legitur, per errorem factum est, & delendum ibi vocab. κοινὸν.) Verbum ἐποιοῦντο delevi cum Aug. Pro ἐτίθετο autem restitui ἐτίθεντο, quod & Regii & reliqui nostri codices offerebant. ἐτίθεντο etiam repositum fuerunt REISK. & MUSGRAV. Et ᾗ, quod erat in H. Steph. edit. in ἢ rursus mutavit REISK.

L. 55. Τραχιωτῶν. Merito ſuſpecta MUSGRAVIO vulgata lectio fuit, quam ſuſpicionem ille litera *Q.* (i. e. *quære*, vel *quærendum*) ad marginem poſita indicavit. Nempe *Trachinios* huc intruſit librarius, cui illud nomen ex Sophoclis tragœdia notum erat. Τραχειῶται vel Τραχειῶται vocabantur Ciliciæ Aſperæ incolæ, vid. Strabo XII. 568. D. XIV. 668. B. &c. & Stephanum Byzant. v. Τραχεῖα. Neque ignotum illud nomen Cilicum ex adverſo Ciliciæ nato habitantique Appiano eſſe potuit: quare, quin ei id reſtituerem, dubitandum non putavi. Pag. 781.

Ibid. συνεπιλαβόντων δὲ Σύρων. Sic recte Aug. atque ita plane correxit REISK. συνεπιλαβόντων etiam MUSGRAV. ſed conjunctionem non adjecit.

CAP. XCIII. Lin. 65. Verba περὶ αὐτῇ Σικελίᾳ in Edd. interpoſito puncto ſeparata erant a præcedd. & cum ſqq. conjuncta. Emendavi diſtinctionem orationis, præeuntibus ipſis Regiis mſptis & Aug. & Vratisl. Monuit quoque REISK: „punctum poſt Σικελίᾳ promovendum." *L.* 67. διὰ τὴν ἀνεπιμιξίαν. Sic recte Aug. Ven. Idem dicit, quod Livius Epit. XCIX. *commercium annonæ intercluſerant*: & Florus III. 6. *ſublatis commerciis, rupto fœdere generis humani.*

L. 80. τοῖς παραλίοις. Sic libri noſtri omnes, excepto Reg. A. in quo quidem pariter primum παραλίοις fuerat ſcriptum. REISKIUS correxerat „τῆς παραλίας aut παραλίου." Mox rurſus ſcripti omnes, excepto eodem Reg. A. dederunt ἐπίβαινον, quod & MUSGRAV. reponere juſſit. *L.* 82. γύναια παρθεύοντα. Antonii viri triumphalis filia, rus proficiſcens. Plut. Pomp. p. 631. Pag. 782.

L. 83. Quod vulgo conſpirantibus libris noſtris legebatur, δύο στρατοὺς αὐτοῖς σημείοις συνηρπάκεσαν, id recte quidem Gelenius interpretatus eſt, *duos exercitus una cum ipſis aquilis abripuerunt* (*prædones*). Sed id Appianum dixiſſe credat qui volet. Toties jam vidimus permutata a librariis noſtris duo illa nomina, στρατὸς & σῆραγγος, (conf. ad Syr. 569, 60.) ut, etiam ſi non accederent diſerta aliorum Scri-

Pag. 782. ptorum teſtimonia, ne tantillum quidem hæſitare debuerim pro mendoſo στρατοὺς veram lectionem στρατηγοὺς reſtituere Noſtro. *Duodecim ſecures in poteſtatem prædonum perveniſſe* memorat Cicero pro Lege Manil. c. 12. Nomina etiam *duorum Prætorum, quos prætextatos una cum adparitoribus lictoribuſque prædones abripuerunt, Sextilium & Bellinum*, Plutarchus edidit loco paulo ante cit. Hæc jam ſcripſeram, quum vidi ad eumdem hunc locum, quem miror intactum reliquiſſe Reiskium & Muſgravium, *in Editione* TOLLIANA *Adnotationem* inſertam hujuſmodi: „Ex corrupta lectione in errorem prolapſus interpres hunc locum vertit: *Duos exercitus cum ipſis aquilis abripuerunt*; peſſime & contra hiſtoriæ fidem. Eleganter ad Tertulliani Apologeticum emendavit HERALDUS, δύο στρατηγούς; emendationemque Plutarchi verbis in Pompejo confirmavit: ἥρπασαν δέ ποτε καὶ στρατηγοὺς δύο ἐν ταῖς περιπορφύροις, καὶ τοὺς ὑπηρέτας ἅμα καὶ ῥαβδοφόρους ᾤχοντο σὺν αὐτοῖς ἐκείνοις ἔχοντες. Præterea per αὐτὰ σημεῖα non aquilas, ſed ducum inſignia, prætextam ſcilicet ac faſces ſimiliaque intelligi debere docet, cum ex adducto Plutarchi loco, tum ex his Appiani lib. I. Εμφυλ. [pag. 152, 54 ſq.] καὶ ἡ βουλὴ πᾶσα, καὶ αἱ ἀρχαὶ τὰ σφέτερα σημεῖα ἐπικείμενα. Et lib. II. [p. 188, 32 ſq.] τὰς ῥάβδους καὶ τὰ σημεῖα τοῦ Βίβλου περιέκλων. Ubi [quemadmodum & ſæpius alibi.] τὰ σημεῖα ſimiliter accipiuntur."

Pag. 783. *CAP. XCIV. Lin.* 86. νόμῳ. Lege Gabinia. *L.* 95. μέγα καὶ δυσεργὲς Aug. Vratisl. &c. cum H. Steph. δυσεργὲς in δυσχερὲς mutatum volebat MUSGRAV. præter neceſſitatem.

L. 98 *ſq.* Ἀνήρ τε οὐδεὶς πω πρὸ τοῦ Πομπηίου ἐπὶ τοσήνδε ἀρχὴν αἱρεθείς. „Vellejus lib. II. [c. 31.] *A. Gabinius legem tulit, ut cum belli more, non latrociniorum, orbem claſſibus jam, non furtivis expeditionibus, piratæ terrerent, quaſdam etiam Italiæ urbes diripuiſſent, Cn. Pompejus ad eos opprimendos mitteretur; eſſetque ei imperium æquum in omnibus provinciis cum proconſulibus, uſque ad quinquageſimum miliarium a mari; quo S. C. pæne totius terrarum orbis imperium uni viro deferebatur.* Plutarchus Pompejo: ἔγραψε δὲ Γαβίνιος εἷς

τοῦ Πομπηίου συνήθων νόμον, οὐ ναυαρχίαν, ἄντικρυς δὲ μοναρχίαν αὐτῷ διδόντα, καὶ δύναμιν ἐπὶ πάντας ἀνθρώπους ἀνυπεύθυνον." AL. TOLLIUS. Mox IDEM ad *lin.* 3 *ſq.* „ Plutarchus ſimpliciter πρεσβευτὰς nominat; Dio πολλοὺς ὑποστρατήγους. Florus *plures legatos ac præfectos* habet. Vellejus Paterculus dicit Cn. Pompejum *multos & præclaros viros in id bellum aſſumſiſſe*; non expreſſo etiam legatorum numero cum Dione & Floro; quos Plutarchus tradit XVI, fuiſſe. Appianus autem habet στρατηγοὺς πέντε καὶ εἴκοσιν; mox tamen, ubi ſingulorum nomina recenſet, tantum XIII. inveniuntur. Pag. 783.

L. 11. εἶν οἱ. Scribe εἶν οἱ, quemadmodum editum erat; ut οἱ non ſit dativus caſus, *illi*, ſc. Pompejo, ſed ſit articulus referendus ad ἀπαντῶντες, *ut eſſent qui occurrerent*. In hujuſmodi contextu adjici ſolere articulum ad participia, jam alibi adnotavimus. Vide ad Pun. 373, 63 ſq. Ceterum hæc verba ἀλλ' εἶν οἱ πανταχόθεν αὐτοῖς ἀπαντῶντες minus recte Gelenius expoſuiſſe mihi videtur, *ſed eſſent ubique qui ſuccurrentes ſibi mutuo*. Pag. 784.

CAP. XCV. *Lin.* 14. ἅπαντα. In ἅπαντας conſentit Vratisl. ac neſcio an revocari debuerit. Commodior tamen emendatio H. Stephani, quam præiverat Gelenius in lat. verſione. De Legatis atque Præfectis, quos per maris mediterranei oras diſtribuit Pompejus, conferendus Florus III. 6. ejuſque interpretes, & Freinshem. Suppl. Liv. XCIX. 31.

L. 21. Πλώτιός τε Οὔαρος. Conf. Urſin. de Famil. Rom. p. 216. edit. Patini. Apud latinos etiam ſcriptores perperam permutata interdum a librariis hæc nomina *Varus*, *Varro*, *Varius* reperies; conf. Sigon. ad Epit. Liv. CX. *L.* 25. ἐπ' ἐκείνῳ Aug. Ven. Vat. Et ſic emend. MUSGRAV. Sed REISKIUS, pro ἐκείνῳ „ f. εἶχον aut ἐπεῖχον," ponendum cenſuerat. Pag. 785.

L. 32. ὡς ἐν δρόμῳ *velut in ſtadio* vel *circo*. *L.* 34. τὰ ἐς δύσιν πρῶτα. Sic dedi cum Aug. & Ven. In Aug. tamen quoque ad marg. (ſed ab alia manu) legitur πάντα. Utrumque nomen præteriit Candidus, cui fraudi h. l. fuit id quod præcedit, ἐς δύσιν, ut poneret, *& his quidem duobus & quadraginta diſpoſitis diebus*. Pag. 786.

Pag. 787. *CAP. XCVI. Lin.* 50. πρῶτοι μὲν Aug. Vat. *L.* 60. ἐς τὰς πατρίδας Vratisl. cum Reg. B. & Aug. *L.* 65. πόλισμα ἔρημον. Vocab. ἔτερον, quod ex Codd. Regiis intrusum erat, ignorant Aug. Ven. Vat. Vratisl. *L.* 62 *sqq.* Τοὺς δὲ πειρατὰς &c. Sic, *data facultate sine rapto vivendi, rapinis arcuit*, ut ait Vellej. Pat. II. 32. „Florus: *Non alia tam incruenta victoria usi unquam sumus, sed nec fidelior imposterum reperta gens ulla est. Idque prospectum singulari consilio ducis, qui maritimum genus a conspectu longe removit maris, & mediterraneis agris quasi obligavit.* Similis prudentiæ exempla supra de bellis Carthaginiensibus pag. 46. [413.] adducta." ALEX. TOLLIUS.

Pag. 788. *CAP. XCVII Lin.* 74. Επὶ δὲ τούτοις. Sic plane Vratisl. & sic correxerat MUSGRAV. *L.* 75. ἐπὶ μέγα Aug. Ven. Vat. *L.* 81. ἄρχειν ἔδωκαν Reg. B. Aug. Vratisl.

Pag. 789. *L.* 91. ἐκρήμνη καὶ ὀφθαλμοὺς ἀνώρυττε καὶ ἔκαιε. Gelenius: *quos aut de rupe dabat præcipites, aut multabat oculis, aut vivos comburebat.* Ac scio quidem, particulam καὶ nonnumquam idem valere ac ἢ, *aut:* at ἐκρήμνη non est *de rupe præcipitabat*, (quod esset κατεκρήμνιζε,) sed *suspendit:* cf. ad p. 752, 80. Itaque verius, ut mihi videtur, h. l. Candidus: *in crucem tolli jusserat.* In cruce autem suspensos interdum succenso igne necari solitos docet Lipsius de Cruce lib. III. *L.* 93. ἐπέτριβε δ' ἡ ἀπορία. In lectionem Regiorum & Aug., ἐπετρίβετο δ' ἡ ἀπορία, consentit Vratisl. quæ lectio ferri posset, si active acciperetur verbum ἐπετρίβετο, aut si significaret *ingruebat*, *durabat:* quod quoniam cum usu sermonis minus convenire mihi videbatur, activum ἐπέτριβε reposui, quod in suo exemplari legisse Candidum probabile est, quum *stimulabat* posuit, qua scilicet notione alibi nonnumquam apud Nostrum accipi verbum ἐπιτρίβειν vidimus. Ex cod. Ven. & Vat. nihil ad h. l. adnotatum esse miror: nam vulgata quidem scriptura ἐπετρίβετο δ' ἀπορία non nisi ingenio primi editoris debetur. Et quum C. Stephanus in Var. Lect. nude adferat aliam hanc lectionem „ἐπετρίβετο δὲ ἀπορίας," ne hæc quidem scripti ullius codicis auctoritate

nititur, sed ex ejusdem Caroli Stephani vel fratris forte, Roberti, conjectura ducta est.

Cap. XCVIII. Lin. 98. τὸ περὶ αὐτῶν Aug. Ven. Vat. Et sic corrigendum vidit MUSGRAV. Cum edit. 1. erravit Vratisl. *Pag.* 790.

L. 3. In ἐνέδραν consentit Vratisl. cum reliquis mssptis.

L. 6. οἱ ἐκ τῆς ἐνέδρας Reg. B. Aug. Vat. Vratisl.

Cap. XCIX. Lin. 12. ἄκων ὑπεχώρει. Videri potest ἑκὼν legendum. *L.* 16. ἐς ἑκατὸν. Sic & MUSGRAV. εἰς ἑκατόν. Et REISK: „pro καὶ secundo forte leg. εἰς." *Pag.* 791.

L. 19. ὑπὸ ἀνοίας, ἡ πᾶσιν ἐγγίγνεται πλησιαζόντων τῶν κακῶν. In eamdem sententiam de Antiocho M. dixerat, Syr. 577, 93. θεοῦ βλάπτοντος ἤδη τοὺς λογισμούς· ὅπερ ἅπασι, προσιόντων ἀτυχημάτων, ἐπιγίγνεται. Vocabulum ἀνοίας quod adtinet, Wesselingius ad Diod. Sic. XIII. 31. pag. 566. in hoc Appiani loco *clarissimum exemplum confusionis harum vocum*, ἄνοια, & ἄγνοια, *durare* censuit. *Nam tum demum*, inquit, *vera erit* (Appiani) *sententia*, *ubi* εἴθ' ὑπὸ ἀγνοίας *refinxeris*. Cui emendationi suffragatur doctiss. RUHNKENIUS, ad Vellej. II. 57. Sed mihi, verum ut fatear, non ita in liquido res ea esse visa est, ut in contextu novare quidquam auderem. ἄγνοια est *ignoratio*, *inscitia*: Mithr. 810, 43. Civ. II. 215, 87. & p. 226, 79. Ceterum video quidem, apud probatos Scriptores ἄγνοιαν etiam pro *peccato* usurpari, *ex inscitia potissimum oriundo*. Sed major utique vis vocabulo ἄνοια inesse videtur, quod *stultitiam*, *dementiam*, significat, atque idem valet quod ἀλογιστία, quo vocabulo Appianus in loco quoad sententiam in primis cum hoc, in quo versamur, conferendo usus est: Maced. pag. 530, 76 sqq. ὁ πιθανώτατος ἐς εὐβουλίαν - - ἀθρόως τότε ἐς ἀλογιστίαν ἐτρέπετο. - - - ὅπερ ἐστὶ πολλοὺς ἰδεῖν, μεταβολῆς προϊούσης [f. προσιούσης: ut Syr. 577, 94. προσιόντων ἀτυχημάτων] ἀλογωτέρους γιγνομένους ἑαυτῶν. Sic vero & Pun. 414, 21. ὡς ὑπὸ ἀνοίας ἐνηδρευμένοι, *tamquam sua stultitia decepti*: ubi minus commode, Gelenium maxime secutus, in vers. lat. *velut furore correpti* posui.

Cap. C. Lin. 41. προσθέοντας Aug. Ven. Vat. *L.* 51 *sq.* κατελήφθη Aug. cum H. Steph. *Pag.* 792.

Pag. 793. *CAP. CI. Lin.* 55 *ſq.* οἱ ἐνθὺς αὐτῷ Aug. *L.* 56. ἐς Συνόρηγα. Conſentiunt libri omnes: & Cand. *Synorega.* Apud Strabonem p. 555. C. Συνορία & Σινωρία vocatur. Apud Plut. in Pomp. p. 636. D. truncato mutilatoque nomine Ινώρα.

Pag. 794. *L.* 74. Importunam partic. τι, quæ poſt ἀχαρίστου intruſa erat, delevi cum Aug. Quod ſi recte h. l. ſtetit illa particula, oportet paulo ante exciderit nonnihil. χι, pro τι, reponere juſſit REISK. *Macharem* Lucullo coronam auream miſiſſe, dictum eſt p. 767, 21 ſq. conf. p. 796, 3 ſqq.

CAP. CII. Lin. 81. διώδευεν Reg. A. Aug. Vratisl. Et mox

Pag. 795. παρώδευεν (*l.* 84.) dederunt iidem. *L.* 89. Σκυθικῶς Aug. & Vratisl. cum H. Steph. *L.* 90. πρῶτα μὲν Reg. B. Aug. Ven.

Pag. 796. *L.* 4 *ſq.* Κλεῖθρα Σκυθῶν. An *Portæ Caucaſi?* At hæ nimium ad dextram remotæ videntur: & oram Ponti Euxini, quoad fieri potuit, legerat Mithridates. *L.* 9. διωξ. αὐτὸν Aug. Ven. Vat. Et correxerunt REISK. & MUSGRAV.

CAP. CIII. Lin. 15. ἐνθὺς μὲν. Verba hæc adjeci ex Aug. & Ven. *L.* 16. οὐδαμοῦ. οὐδαμᾶ Vratisl. cum Regiis.

Pag. 797. *L.* 24. κώδια τιθέντες Aug. Vat. *Ibid.* βαθύμαλλα Aug. Ven. Vat. *L.* 26. ἵτως καὶ τὸ χρυσ. Conſentit Vratisl. *L.* 28. Ορείζης. Conf. pag. 822, 51 ſq. Ορείσης apud Dionem vocatur, (lib. XXXVI. cap. 37.) quod perinde eſt. Alii *Orodes*: vid. Fabric. & Havercamp. ad Oroſ. VI. 4. p. 379. *Ibid. ſq.* Αρτώκης. Sic omnes infra, p. 822, 51. Candidus h. l. truncato nomine *Tocus.* Conf. Dionem Coſſ. XXXVII. 1. & Flor. III. 5, 28.

L. 29. ἀμφὶ τὸν Κύρτον. Quin mendoſe ſcriptum ſit hoc nomen, dubitari vix poteſt. Vid. Cellar. Geogr. antiq. III. 10. p. 371 ſq. Κύρον Strabo & plerique alii nominant Scriptores: & ſic reponi in contextu noſtro poterat, quod & REISKIUS monuit. Addubitavi tamen pauliſper, quoniam in aliam partem abeunt Dio & Plutarchus, apud quos plus ſemel Κύρνος vocatur.

Pag. 799. *CAP. CIV. Lin.* 53. ὑπεραλγήσας. „ ὑπεραθλήσας." REISK.

L. 57. In πλησιάσαντος conſentit Vratisl. & mox (*l.* 60.) in μετίφωγεν. *L.* 58 *ſq.* συγχωρουῦντος τι. „ Lege τε." REISK.

pariterque MUSGRAV. At nil variant libri in illa vocula; nec ſolicitanda videtur.

L. 73. ἐξελογεῖτο. „ ἀπελογεῖτο." REISK. At familiare Appiano hoc verbum ἐκλογίζεσθαι, eadem notione qua ἀπολογεῖσθαι. Vid. Ind. noſtrum: & loca Appiani ab H. Stephano in Indice Theſ. ex Guil. Budæi Comment. Græc. Ling. p. 289. adlata. *L.* 74. τῇ στρατιᾷ δὲ Aug. Ven. Et ſic REISK. & MUSGRAV. repoſuerunt. GUIL. BUDÆUS in Comment. l. c. legerat εἰς τὴν στρατιὰν δὲ. *Pag.* 800.

CAP. CV. Lin. 79. Σωφηνῆς καὶ Γορδυηνῆς Aug. Ven. Et mox ἅμα ded. iidem. *L.* 85. τὸν Τιγράνη Reg. B. Aug. Sed jam ſupra monui, promiſcue utramque formam in quarto caſu hujus nominis aliorumque ſimilium locum habere. Vide ad 648, 9. *L.* 89. καὶ μεταξὺ Παρθυαίους ἐμαθίζων, & *interim* (ſc. dum in vinculis erat) *Parthos ſolicitans*. *L.* 91 *ſq.* τὴν μάχην ἐνίκα. „ τῇ μάχῃ." REISK. At ſimili fere phraſi Illyr. 841, 74 ſq. dicit, ἐκράτει τὴν μάχην. *L.* 99. περιὼν recte Aug. ut emend. H. Steph. *Pag.* 801.

L. 1 *ſq.* μέχρι Καίσαρος - - Σεβαστοῦ, ἐφ' οὗ - - ἥδε ἡ βασίλεια περιῆλθεν εἰς στρατηγίαν. „ Peccat hoc loco, ut videtur, Appianus in hiſtoriam. Nam Tiberio demum imperante redacta eſt Cappadocia in provinciam: teſtis idoneus Cornelius Tacitus, cujus fidem non dubito præferre Appiano, qui lib. Annalium II. Conſule Tiberio tertium & Germanico iterum hæc ait: *At Cappadoces in formam provinciæ redacti, Q. Veranium legatum accepere, & quædam ex regiis tributis diminuta, quo mitius Romanum imperium ſperaretur.* Conſtantinus equidem in Themate Armeniaco de Cappadocia ait: ἐβασιλεύετο δὲ μέχρις Αὐγούστου Καίσαρος. Sed illud μέχρι ex Tacito debet intelligi incluſive." JAC. PALMERIUS. Conf. Lipſium ad Tac. Annal. II. 42. & Dionem LVII. 17. ibique Fabric. Fortaſſe mandatum jam dederat Auguſtus.

CAP. CVI. Lin. 8. Καζαταίοις Aug. Cand. *L.* 10. εἶλεν Ἱεροσόλυμα &c. καθεῖλεν cum Edd. dat Vratisl. Et Cand. *evertit*. Conf. Syr. cap. 50. p. 610. l. 59 ſq. ibique Adnot. *Pag.* 802.

L. 15. Ῥωμαίοις καθίσταται, non opus eſt cum Muſgrav.

Pag. 802. interponere ὑπήκοα. Syr. 615, 44. τὴν Βαβυλωνίαν καθίσατο ἑαυτῷ, *sibi subjecit.* L. 16. Αντίοχον τὸν Εὐσεβοῦς, παρόντα &c. Vide Syr. p. 609. cap. 49.

Pag. 803. *CAP. CVII. Lin.* 29. λείπει τῶν υἱῶν Ξιφάρην. „ἕνα" interfertum post λείπει voluerat MUSGRAV. L. 31 *sq.* Θησαυροὶ πολλῶν σιδηροδέτων χαλκέων, πολλὰ χρήματα ἐκρυπτον. Consentientem habeo REISKIUM, χαλκέων in χαλκείων esse mutandum. Sic reliqua bene habebunt. *Amphoris* condi solitum esse aurum argentumque, vel ex Annibalis historia apud Cornel. Nep. XXIII 9, 3. notum est: & ἀγγείων χρημάτων memorat Herodot. II. 121. Neque vero opus erat solicitare vocab. πολλῶν; nec confecta ullo pacto res esset, si abjiceres præpos. ὑπὸ, quæ cum tertio casu, non cum secundo, foret jungenda. Adeoque *deletam istam* breviculam *Notam, contextui ad h. l. subjectam velim.* Incisum post χαλκέων abesse poterat: sed illud cum Editis exhibent Aug. & Vratisl.

Pag. 804. L. 39. In ὑπέσχητο consentit Vratisl. Et requirebatur sane tempus plusquamperf. *Ibid.* „Post Ξιφάρην deest περισώσειν vel simile quid." REISK. L. 45. αὐτοῦ παρόντος. Gelenius, *esse superstitem.* Similiter Freinsh. Suppl. Liv. CII. 20. *adhuc vivere.* Non improbo: sed quum non satis mihi liquida res fuerit, in vers. lat. ita expressi hæc verba, tam-

Pag. 805. quam αὐτοῦ adverbialiter positum esset. L. 56. αἰσθομένου Reg. B. Aug. Vratisl. Nec vero spernam vulg. lectionem.

L. 58. Post ἐωρᾶτο lubens acciperem μόνων, si libri darent.

CAP. CVIII. Lin. 63. Φαναγόρειαν. Consentit Vratisl. Et sic apud Stephan. Byz. legitur. Φαναγορίαν vocant Strabo &

Pag. 806. Ptolemæus, ut est in Aug. L. 80. Θεοδοσία. In Θευδοσία cum aliis conspirat Vratisl. quæ videtur esse sequioris ævi scriptura. Vide Berkel. ad Stephan. Byz. v. Θεοδοσία.

Pag. 807. L. 84. Si tenere velimus τοῖς στρατοῖς, videtur ad nomen ἀπιστίαν adjiciendum participium ἐγγινομένην aut aliquod simile.

Pag. 808. *CAP. CIX. Lin.* 15. οὐ γάρ τοι. Sic ex Reg. A. editum inveni. In οὐ γάρ τι cum reliquis mssptis consprat Vratisl.

Cap. CX. Lin. 18. ὑπ' αὐτοῦ. Præpositionem, quæ requiri h l. videbatur, dederunt Aug. & Vat. *L.* 23. λογισμῶν ἐπιθυμίαις. „ F. λογισμῶν ἐνθυμίαις." Reisk. Suspectum etiam Musgravio fuerat vocab. ἐπιθυμίαις: nec immerito. *Pag.* 809.

L. 34. ὑπερεπαίρων Aug. Vat. Dixi de hoc verbo, ad Syr. p. 551, 52. *L.* 36. ἐπείσθησαν οἵδε Reg. B. Aug. Vat. Vratisl.

L. 46. ἐγρόμενος Aug. Ven. Vat. quod in Reg. B. in ἐστρόμενος corruptum est. *Pag.* 810.

Cap. CXI. Lin. 53. αὐτοὺς προσήσεσθαι Aug. Ven. Vat.

L. 57. In βύβλον consentit Vratisl. Et perinde est, βύβλον an βίβλον scribas. *Papyrum* interpretatus sum cum Freinsh. Supplem. Liv. CII. 51. Gelenius, *membranam chartaceam*. Cand. *scirpum*. *L.* 62. αὐτοῦ καὶ φίλους Aug. Ven. *Pag.* 811.

L. 68. ἐνηγγυημέναι. Vid. Adnot. ad Pun. 315, 87.

L. 74. & 84. Βίτοιτον. In Candidi edit. Mog. vocatur *Bititius*; sed in antiqua Veneta *Bittitus*. Ejusdem nominis, Βίτοιτον vel Βιτοῖτον, memoratum vidimus regem Allobrogum, in Exc. ex hist. Gall. p. 85, 96. *Pag.* 812.

Cap. CXII. Lin. 86 *sq.* „ Μιθριδάτης ἀπεθν. ἑκκαιδέκατος ὢν ἐκ Δαρείου τοῦ ὑστάτου Περσῶν βασιλέως· ὄγδοος δὲ ἀπὸ Μιθριδάτου τοῦ Μακεδόνων ἀποστάντος τε καὶ κτησαμένου τὴν Ποντικὴν ἀρχήν. Locus hic fœdissime corruptus, nisi corrigeretur, posset omnibus Chronologis crucem figere. Nam si Mithridates Eupator decimus sextus a Dario Codomano ultimo Persarum rege fuit, quem vicit Alexander, quomodo fuit octavus a Mithridate fundatore seu Ctiste, qui Alexandro & Antigono Alexandri duci fuit contemporaneus, & sic contemporaneus etiam ipsi, cujus octavus nepos Eupator dicitur: certe hæc sunt ἀσύστατα. Rursus eum male octavum facit a Mithridate Ctiste, quem supra hujus libri initio sextum tantum facit. Sic enim supra pag. 116. de illo Ctiste: ἐπί τε μέγα τὴν ἀρχὴν προαγαγὼν παισὶ παρέδωκεν· οἱ δὲ ἦρχον ἕτερος μετ' ἕτερον, ἕως ἐπὶ τὸν ἕκτον, ἀπὸ τοῦ πρώτου Μιθριδάτου ὃς Ρωμαίοις ἐπολέμησε. *Et in majus suum extendens imperium, liberis suis tradidit: illi autem regnarunt alius post alium usque ad sextum á primo Mithridate, qui cum Romanis* *Pag.* 813.

Pag. 813. *bellum geſſit.* Quod verum eſt: ſic enim procedit eorum ſtemma.

Mithridates, κτίστης ſeu fundator.

|

Ariobarzanes

|

Mithridates

|

Pharnaces

|

Mithridates Euergetes

|

Mithridates Eupator.

Hoc ſtemma ex Polybio, Memnone, Diodoro, Strabone, & ipſo Appiano probatur. Itaque totum hunc locum ita reſtituo: ἑκκαιδέκατος ὢν ἀπὸ τοῦ Δαρείου τοῦ Ὑστάσπου Πέρσων βασιλέως, ἕκτος δὲ ἀπὸ Μιθριδάτου τοῦ Μακεδόνων ἀποστάντος τε καὶ κτίσαμένου, (ſic lego, non κτησαμένου) τὴν Ποντικὴν ἀρχήν. *Sextus decimus a Dario Hyſtaſpis Perſarum rege. Sextus vero a Mithridate, qui a Macedonibus defecit, & qui fundavit regnum Ponticum.* Scio τὸ κτησαμένου retineri poſſe. Sed multum præfero κτίσαμένου: nam fuit ejus principis gloria, & inde nomen habuit Κτίστης, διὰ τὸ κτίσασθαι τὴν Ποντικὴν ἀρχήν. *Quod fundaverit Ponticum imperium.*" JAC. PALMERIUS.

VAILLANT in *Achæmenidarum Imperio*, ſ. *Regum Ponti Hiſtoria*, p. 11. pro ἑκκαιδέκατος legendum ἑνδεκατος, *undecimus*, contendit: quo jure, doctiores viderint; ſaltem ἑνδέκατος, non ἑνκαιδέκατος, dicere debebat. Ibidem pag. 10. idem Vir doctus, ſuperiorem Adnotationem, quæ *Jac. Palmerii* eſt, perperam ad *Alex. Tollium* auctorem referens, (qui nimirum illam, ſicut alias cum ejuſdem Palmerii tum aliorum Obſervationes, diſſimulato auctoris nomine editioni ſuæ inſeruerat,) laudat duas emendationes a Palmerio propoſitas, Ὑστάσπου pro ὑσλάτου, & ἕκτος pro ὄγδοος. Quarum priorem quidem, ſcriptis etiam libris confirmatam, haud cunctanter reſtitui Appiano: alteram in contextum recipere ad-

dubitavi; quoniam, in parcitate jejunitateque reliquiarum historiæ regum Ponti, nihil certi in hac re definiri posse mihi visum erat: quum præsertim stemma illorum Regum, quod ex Memnone potissimum concinnavit Palmerius, differat ab eo quod Vaillantius ex Diodoro Siculo maxime congessit. Itaque fieri posse putavi, ut Appianus secutus sit auctorem, qui Mithridatem hunc *octavum Ponti regem* numeraverit: imo fieri posse, ut fuerit etiam octavus Mithridates noster ab illo Pontici regni conditore, licet in disjectis historiæ Ponti laciniis, quæ ad nostram ætatem pervenerunt, non occurrat mentio singulorum. Ac video, Plutarchum etiam haud obscure ab hac sententia stare: qui, postquam de superiore illo Mithridate verba fecerat, (in Demetr. p. 896.) sic pergit: καὶ τὸ τῶν Ποντικῶν βασιλέων γένος, ὀγδόῃ που διαδοχῇ παυσάμενον ὑπὸ Ρωμαίων, ἐκεῖνος παρέσχε. Sic vero non tam h. l. ἕκτον pro ὄγδοον, quam supra p. 652, 78. ὄγδοον pro ἕκτον videri possit restituendum. Denique suspicari etiam aliquis possit, confusum fortasse fuisse a nonnullis auctoribus, quorum auctoritatem secutus Appianus sit, illum *Mithridatem*, *primum* hujus nominis, qui Ariobarzanis pater, Mithridatis τοῦ Κτίστου avus perhibetur, cum ipso Ctiste. Sic vero apud Appianum utraque lectio stare potuerit; & priori loco, pag. 652. Eupator noster *Mithridates* dictus fuerit *sextus*, nempe *sextus hujus nominis:* altero loco *octavus*, nempe rex Ponti octavus a primo. Vide *Stemma Ponti Regum ex Stirpe Achæmenidarum*, descriptum a Vaillantio l. c. p. 6. Pag. 812.

L. 88 *sq.* κλησαμένου τὴν Ποντικὴν ἀρχήν. Quod si ad cognomen Κτιστὴς alludo fieret illo verbo; non κλισαμένου, sed κλίσαντος videtur scribendum fuisse. De re conf. supra c. 9. pag. 652. *L.* 96. Μακεδόνας. Consentit Vratisl.

L. 11. οὐδεμίαν γε. Delendam præpos. ἐς, quæ h. l. intrusa erat, monuit REISK. Eamdem in ὡς mutare jusserat MUSGR: commode, ni mox sequeretur ὡς καὶ. *Ead. & sq.* ὀδὸν ἐς ἐπιχείρησιν. „ὁδὸν ὅσον εἰς ἐπιχειρ." REISK. Pag. 814.

L. 12. Σαυνίταις καὶ Κελτοῖς συνετίθετο. *Evonitæ* vel *Evanitæ*, qui vulgo hic legebantur, nulli sunt. Gelenius: *cum*

Pag. 814. *Mæoticis* poſuit, quæ ipſius eſt conjectura. Sic Græce Μαιώταις fuerit reponendum. Sed ex contextu facile patet, gentem hic nominaſſe Appianum quæ propius tetigerit Romanos, quam Mæotici populi. Cum Samnitibus ſocietatem contraxiſſe Mithridatem, in ſuperiori ejus hiſtoria non meminit quidem Appianus; ſed belli Romanorum ſocialis, & occaſionis inde ad frangendam Romanorum potentiam arreptæ a Mithridate, ſubinde mentio facta. Itaque ex Σαυνίταις corruptum eſſe mendoſum nomen Εὐανίταις ratione perquam probabili conjectatus eram, quum me penitus in iſta ſententia confirmavit id, quod apud Diodorum Sic. Eclogа I. ex lib. XXXVII. T. II. p. 540. edit. Weſſel. *de miſſa a Samnitibus ad Mithridatem legatione, & promiſſo Samnitibus a rege auxilio ſimulatque Aſiam ſubegiſſet*, inveni.

L. 15. „Poſt τινὸς videtur ἐγχειρήματος vel ſimile quid deeſſe." REISKIUS. *L.* 17. αὐτὸν ἔλαθεν recte Aug. cum
Pag. 815. H. Stephan. *L.* 23. ἐς Νεμέαν Aug. Vat. Et monuerat PALMERIUS: „Nemo ambiget, quin reponendum ſit Νεμέαν." Pariter REISKIUS.

Pag. 816. *CAP. CXIII. Lin.* 40. βασιλείῳ ταφῇ recte Aug. & Vratisl. cum H. Steph. Iidem paulo ante (*l.* 39.) dederunt παρειλήφει. Lectionem quidem primæ editionis, παρειλήφη, & huic ſimilem pag. 820, 10. προσειλήφη, tamquam exempla Atticiſmi citavit Maittaire, in Dialectis Græcæ Linguæ, p. 64.

L. 43. ὡς τῶν καθ' αὐτὸν Vratisl. cum Reg. A. & Edd.

Pag. 817. *CAP. CXIV. Lin.* 56. μέχρις Αἰγύπτου. Vide Adnotat. ad Præf. pag. 2, 16. *L.* 65 *ſq.* εἰς βασίλεια διεδίδου. Conf. ad Syr. 608, 27. *L.* 67. Αντιόχῳ τῷ Κομμαγηνῷ. Vide ſupra, cap. 106. p. 802. & Strab. XVI. p. 749. *L.* 69. τετραάρχας. Conf. Syr. cap. 50. extr. p. 611.

Pag. 818. *L.* 72. „ἀπέφηνε δὲ καὶ τῆς ἐν Κομαγηνοῖς θεᾶς Αρχέλαον ἱερέα. De hac Comagenorum Dea omnes auctores ſiluerunt, nec dubito legendum eſſe ἐν Κομανοῖς. Nam & ſacerdotium illud Deæ Comanum vel Comanorum fuit quaſi regalis dignitas, ſive de Comanis Cappadociæ, ſive de Ponticis velis intelligere; nam in utraque urbe fuit tale ſacerdotium ſublime &

maximæ dignitatis, quæ vel regii ſanguinis viris, vel quibuſdam bene meritis fidelitatis & officiorum præmium dabatur: vide Strabonem lib. XII. [pag. 557 ſq.] Legendum autem eſſe Κομανοῖς evincit etiam caſus ille dativus pluralis numeri. Nam dicuntur τὰ Κομανὰ, unde dativus Κομανοῖς. At Comagene provincia ſemper Κομαγηνὴ dicitur ſingulariter. Tum urbem Comagenes nominaviſſet, ubi templum illius Deæ: nam Comagene nomen eſt provinciæ, non urbis, & de Epheſia Diana non dicitur ἡ ἐν Ἰωνίᾳ Ἄρτεμις, ſed ἡ ἐν Ἐφέσῳ. Nec Apollo Clarius dicitur ὁ ἐν Αἰολίδι, ſed ὁ ἐν Κλάρῳ. Nec Pythius Apollo dicitur ὁ ἐν Φωκίδι, ſed ὁ ἐν Δελφοῖς vel Πυθοῖ." JAC. PALMERIUS. Pag. 818.

Quin corrupta ſit vulgata lectio Κομμαγηνοῖς, dubitari non poteſt. In mente librarii hæſerat adhuc Antiochi *Commageni* nomen, (p. præc. l. 67.) quod eum decepit. De *Comanis* ſupra dixi, ad pag. 736, 8 ſqq. Sicut autem in primo caſu Κόμανα effertur iſtud nomen, non Κομανά, ſic in tertio Κομάνοις, non Κομανοῖς, ut ſcripſit Palmerius. Conf. p. 764, 83. & pag. 828, 44. (quo poſteriori loco eumdem errorem, quo hic laborant omnes, erratum videmus in Aug. & Ven.) Intelligenda autem, *Pontica Comana* eſſe, dubitare non ſinit id quod apud Strab. p. 558. legimus.

L. 74. Κάσλοπα Reg. B. Aug. Vid. p. 805, 65. Cum Reg. A. & Edd. h. l. errarunt Vratisl. & Cand.

CAP. CXV. Lin. 76. ἐν μὲν Ἀρμ. τῇ Βραχ. Reg. B. Aug.

L. 77. Εὐπατορίαν. Conf. pag. 758, 70. Sed diverſam hanc *Eupatoriam* ab illa eſſe, de qua ibi agitur, docet Cellarius Geogr. Antiq. III. 8. p. 329. quum illa ad oram maris, hæc ad confluentem Irios & Lyci fluviorum ſita eſſet. Conf. Salmaſ. ad Solin. pag. 624. extr. & ſq. & Freinshem. Suppl. Liv. CIII. 21. *L.* 95 *ſq.* ἣν Κλεοπάτρα Κώοις παρέθετο &c. Pag. 819. Conf. cap. 23. extr. p. 675.

CAP. CXVI. Lin. 1. Ἀτλικὰς, intell. βραχμάς. *L.* 5. ἐς τὰ οἰκεῖα. Sic & REISK. & MUSGRAV. emendarunt.

L. 19. Φορεῖα χρυσοφόρα. „F. χρυσόφορα." REISK. At non opus videtur, ſolicitare vulgatam. Pag. 820.

Pag. 820. *L.* 22. ἀπὸ στερεοῦ χρυσοῦ recte Aug. Ven. Vat. Pro vulgat. ἀπὸ στέρνου REISKIUS ἀφέπτου rescribere jusserat. Cand. *imaginem a pectore auream:* nimirum cum Editis, cum quibus erravit etiam Vratisl. Verum perspecte vidit MUSGRAV.

Pag. 821. *CAP. CXVII. Lin.* 27 *sq.* τῶν πεπολεμ. Reg. B. Aug.

L. 38. ἱππάρχης. Sic & Vratisl.

Pag. 822. *L.* 42. ἡ σιωπή. „F. ἡ Σινώπη." REISK. mutatione nec necessaria, nec ceteroquin admodum probabili.

L. 49 *sq.* Παλαιστίνης δὲ, ἡ νῦν Σελευκίς. *Seleucidem*, Palæstinæ urbem, nemo quod sciam memoravit: & omnino *Seleucis* non urbis nomen est, sed regionis. Quum Palæstinæ partem Syriæ provinciæ adtributam a Pompejo, atque in ea parte *Gadara* urbem etiam ab eodem instauratam, Josephus Bell. Jud. lib. I. cap. 7. §. 7. referat; cogitavi, fortasse ἡ νῦν Συρίας scripsisse Appianum: tum vero adhuc desiderabitur numerale nomen, quod suspicari quis possit fuisse δύο, cujus signum β' a litera initiali sequentis nominis βασιλεῖς absorberi potuerit. Sed hanc meram esse conjecturam intelligo; cui an species aliqua veri insit, doctiores viderint.

L. 51. Οροίζης recte Reg. B. Aug. Ven. Vat. Vratisl. ut supra, p. 797, 28. *L.* 52 *sq.* Ναβαταῖος Conf. p. 802, 8 sq.

Pag. 823. *L.* 60 *sq.* „Παρελθὼν δ' ἐς τὸ Καπιτώλιον οὐδένα τῶν αἰχμαλώτων ὡς ἕτεροι τῶν θριάμβους παραγόντων &c. Imperfecta est oratio, & pendet sententia: deest verbum ἀνείλετο vel πέπρακε, vel tale quid. Sic enim erat in usu. Sic Livius lib. VI. [cap. 4.] de Camillo: *Longe plurimos captivos ex Hetruscis ante currum duxit; quibus sub hasta venundatis, tantum æris redactum est*, &c. Idem etiam mos apud Græcos obtinebat. Plutarchus in Apophthegmatis de Philippo Macedone, ληφθέντων δὲ πολλῶν αἰχμαλώτων ἐπίπρασκεν αὐτούς. *Cum autem plures cepisset captivos, eos vendidit:* & ibidem de Agathocle, λαβὼν δὲ κατὰ κράτος ἐπίπρασκε τοὺς αἰχμαλώτους. *Cum vi cepisset captivos, eos vendidit.*" JAC. PALMERIUS. Verbum ἔκτεινεν dederunt Aug. Ven. Vat. Atque idem inserere jussit MUSGRAV. Sic & Gelen. *neminem captivum necavit.*

L. 63 *sq.*

L. 63 *ſq.* Ἀριστόβουλος εὐθὺς ἀνηρέθη. „Id verum non eſt. Vide Weſſeling. ad Simſoni Chron. A. M. 3942. pag. 1508." REISKIUS. Imo diu etiam poſthac vixiſſe, & varias rurſus fortunæ viciſſitudines expertum eſſe Ariſtobulum, cum ex Dione, tum præſertim ex Joſepho diſcimus. *Pag.* 823. *L.* 64. Τιγράνης. Vide ſupra cap. 105. p. 801.

CAP. CXVIII. Vide quæ ſupra ad *Cap. I.* de *Exordio* & *de Epilogo hujus Libri* adnotavimus.

Lin. 69 *ſq.* Verba illa, quæ in Aug. aliiſque deſiderantur, exhibet cum Editis Vratisl. *L.* 74. προσίλαβον Aug. ſicut emendaverat H. Steph. Conf. lin. 85. *Pag.* 824. *L.* 82. τὴν ἐπ' αὐτῷ νίκην Aug. Ven. Vat. Vratisl.

CAP. CXIX. Lin. 98. ἐθελῶν recte Aug. a pr. manu. *Pag.* 825. *L.* 1. ἐς ἀλλήλους. Sic ſcripti omnes, cum edit. 1. Idque revocandum duxi, non quod terminatio ἄλληλος cum ſuis caſibus utrique generi communis ſit, ſed quod maſculinum ἀλλήλους eodem modo ad fœmininum πόλεις referri poſſe putavi, quo ad nomen στρατιὰ ſæpe pronomen αὐτοὶ cum ſuis caſibus relatum vidimus. conf. Civ. I. p. 2, 18.

L. 7. Τοσόνδε εἶς οὗτος πόλεμος. Sic ded. Aug. Ven. Vat. Vratisl. *Pag.* 826. *Ibid.* καὶ ποικίλος. „F. καὶ ὧδε (vel καὶ οὕτω) ποικίλος." REISK. *L.* 8. ἐς τὰ μέγιστα Aug. *L.* 10. διελεῖν δ' αὐτὰ Aug. Ven. Vat.

CAP. CXX. Lin. 18. Καλουΐνῳ. *Domitio Calvino.* Conferendus Noſter Civ. II. cap. 91. pag. 299 ſq. Hirtius de Bell. Alexandr. cap. 34 ſqq. Dio Caſſ. XLII. 46 ſq. *Ibid.* στρατηγοῦντι. Excidiſſe videtur aliquid. Forſan Ἀσίας στρατηγοῦντι, aut τὸν τῇδε στρατηγοῦντι τῷ Καίσαρι. Certe Civ. II. p. 300, 33. Καίσαρος στρατηγὸς vocatur hic Domitius: quippe *cui Cæſar Aſiam finitimaſque provincias adminiſtrandas tranſdiderat*, ut ait Hirtius l. c. Videtur autem nunc Appianus ad nomen Καλουΐνῳ adjeciſſe alterum nomen Δομιτίῳ, quo deinceps ſolo utitur, p. ſq. *Ibid.* & *ſq.* ἐπολέμησεν. Conſentit in hanc lect. Vratisl. nec eam cum altera commutandam puto.

L. 19 *ſq.* ἐς ἀλλήλους ἦεσαν. Sic omnino fuit reponendum. Sic ſupra, p. 665, 88. ὅτε πρῶτον ἦεσαν ἐς ἀλλήλους Ρωμαῖοί τε

Pag. 826. καὶ Μιθριδάτης. Et vulgatiſſimæ phraſes, ἐς χεῖρας ἰέναι, ἐπ' ἀλλήλους ἰέναι.

L. 20. Ἀσανδρος ἐχθρὸς ἴδιος. „ Sententia flagitat δοῦλος, aut οἰκέτης, aut ὕπαρχος." REISKIUS. At rurſus p. ſq. l. 32. Aſandrum denuo illum adgreſſum ait, κατὰ τὸ ἔχθος, *pro inimicitia quam adverſus eum gerebat.* Ceterum *Aſandrum* hunc Boſporo præfectum fuiſſe a Pharnace, diſcimus ex Dione l. c.

Pag. 827. L. 23. περὶ τὸ Σκότιον ὄρος, ἔνθα ὁ πατὴρ αὐτοῦ Ρωμαίων τῶν ἀμφὶ Τριάριον ἐκράτησε. Supra, ubi iſtam de Triario victoriam Mithridatis expoſuit, cap. 89. p. 775. nomen loci non adjecit. Nunc *Scotium montem* (ſi modo integra ſcriptura eſt) dicit, aliis Scriptoribus non memoratum, qui ad urbem *Zelam* vel *Zielam* geſta hæc eſſe conſentiunt. Conf. Cellar. Geogr. antiq. III. 8. p. 331. & Fabric. ad Dionem XLII. 47. *Scoroba* mons, quem h. l. Candidus nominat, in Bithyniæ Pontique confinibus ponitur p. 668. l. 35 ſq. (ſi modo ibi recte nomen τέλος, *confinium*, expoſitum eſt:) at Zela oppidum a parte Armeniæ minoris ſitum eſt.

L. 26. ἐπιτίμψαντος αὐτῷ Δομίτιον. In αὐτὸν Δομίτιον cum Editis facit Vratisl. Quam lectionem ſi ſequeris, hæc erit ſententia, *ipſum illum Domitium*, de quo nempe ante dictum eſt. αὐτῷ reponendum monuit REISKIUS.

L. 31. Θεοδοσίαν. Vide ad p. 806, 80. L. 35. καὶ βασιλεὺς Βοσπόρου. Percommode REISKIUS: „καὶ βασιλεύσας Βοσπ."

Pag. 828. CAP. CXXI. Lin. 41. ἀπὸ τῆς βουλῆς Aug. Ven. Vat.

L. 44. ἐν Κομάνοις ἱεροσύνης. Vid. p. 736, 8 ſqq. & 818, 72. & quæ ad hæc loca monuimus. L. 45. ἐς Λυκομήδην. Apud Hirtium quidem Bell. Alex. c. 66. vulgo *Nicomedes* hic nominatur, quemadmodum & apud Appianum adhuc erat vulgatum: & ſic Cand. quoque, & Vratisl. cum quibus & Vat. & Ven. conſpirare videntur. At vero Auguſtani noſtri lectionem, quam prætuli, non ſolum Strabo confirmat, lib. XII. p. 558. ſed etiam apud Hirtium in probatiſſimis ſcriptis codicibus pariter *Lycomedi*, non *Nicomedi*, legi Oudendorpius ad illum Hirtii locum (in edit. Commentariorum J. Cæſaris

p. 836.) teſtatum fecit. Ac multo ſane probabilius eſt, notum nomen Nicomedis librariorum errore locum alterius nominis minus in vulgus noti occupaſſe, quam vice verſa. Pag. 828.

L. 48. ἀπὸ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος, *poſt Cæſarem Aug.* vel, *inde a Cæſ. Aug.* Supra, de Cappadocia loquens, (pag. 801. extr. & ſq.) dixerat: ἐφ' οὗ ſcil. Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ, καθάπερ τὰ λοιπὰ, καὶ ἥδε ἡ βασιλεία περιῆλθεν ἐς ἐπιτηδείαν. Unde h. l. reponendum videri ἐπὶ poſſet pro ἀπὸ: atque ſic, deleto inciſo poſt περιῆλθεν, jungenda illa verba ἐπὶ τοῦ Σεβ. Καισ. cum præcedentibus forent. At quum præpoſitio ἀπὸ non ſolum percommodam, ſed paulo etiam veriorem (ut ad loc. cit. monuerunt viri docti) efficiat hujus loci ſententiam; non fuit ab illa diſcedendum. *L.* 52. ἐπὶ ψάμμου Aug. Et emendavit REISKIUS.

L. 54. εἰκότως ἥ τε νίκη Reg. B. Aug. Vratisl. ut emend. H. Stephan. Pag. 829. *L.* 55. Μέγας ἐκλήθη. Vocab. Μέγας, quo caret edit. 1. cum Regiis & Vratisl., tacite adjecerat H. Stephanus. Exhibet autem idem vocab. codex Aug. *L.* 56 *ſq.* Λαγιδῶν recte idem Aug. Conf. Civ. I. p. 158, 66 ſq. *L.* 57. Αἴγυπλος ἐς &c. Etiam Vaticanus noſter ignorat importunam illam conjunct quæ poſt Αἴγυπλος erat intruſa. *L.* 58. ἔλιπον Aug. & Vat. ut edit. H. Steph. Conf. Civ. I. p. 8, 20.

ADNOTATIONES
AD APPIANI LIBRUM
DE REBUS ILLYRICIS.

QUUM Regii Codices, e quibus prima Editio Hiſtoriarum Appiani adornata eſt, non niſi *Initium* fere hujus *Libelli de* REBUS ILLYRICIS, uſque ad p. 835. l. 73. noſtræ editionis, exhiberent; nihil amplius nec primus Editor, nec H. Stephanus, dare potuerant. Sed ne TOLLIUS quidem, quum Anno MDCLXX. ederet Appianum, Librum hunc integrum

ſuæ Editioni inſeruit. Licet enim Anno M. D. IC. id eſt, ſeptuageſimo ante quam Tolliana prodiret Editio, *Illyrica* hæc *Appiani Hiſtoria* a DAVIDE HOESCHELIO ex Codice noſtro Auguſtano fuiſſet edita; *Tollius* tamen, ſive ignarus quid ante ipſum in provincia ea, quam adminiſtrandam ſuſcepit, geſtum eſſet, ſive nil curans ut vel exemplar Hœſchelianæ editionis vel (ſi id minus poſſet) Apographum ſaltem ejus nanciſceretur, poſt Fragmentum hujus Libelli, quod in Stephanicis editionibus continebatur, nihil amplius niſi *Petri Candidi latinam Verſionem*, quam H. Stephanus ſuæ Editioni jam adjecerat, exhibuit; tum vero in fine libelli verba hæc ejuſdem H. Stephani ſua facere non erubuit: *Græcum Exemplar, Lector, unde Illyrica tranſtulit Interpres, nondum ſumus nacti integrum: ſed tantum ejus fragmentum, quod & ipſum tibi exhibemus. Interea faciendum duximus, ut ſaltem verſionem Interpretis, qualiſcunque illa eſſet, adjiceremus. Tu, lector, utere, fruere, & noſtris laboribus fave.*

Nobis in recenſendo hoc Libro, præter exemplar *Editionis Hœſchelianæ*, ad manus fuit primum ipſe toties a nobis in totius hujus Operis curſu laudatus *Codex Manuſcriptus Bibliothecæ Auguſtanæ*, e quo Hœſchelius editionem ſuam paraverat. Tum *Varietas Lectionis ex Codice* illo *Veneto* Bibliothecæ S. Marci, quem pariter ſæpius jam laudavi, opera ſtudioque Viri nobis amiciſſimi JO. PAUL. BLESSING, Ulmenſis, S. Th. Cand. ad marginem apographi editionis Hœſchelianæ, quod Venetias ad eum miſeram, adſcripta. Præterea quum in *Codice Manuſc. Voſſiano* Bibliothecæ Univ. *Lugdunenſis Batav.* pars illa (longe, ut dixi, maxima) hujus de Rebus Illyricis Libelli, quam Editiones Appiani non exhibebant, ex antiquo exemplari deſcripta contineretur; WYTTENBACHIUS V. Cl. humaniorum Literarum in Lyceo Amſtelod. Profeſſor, hoc, quidquid in Voſſiano illo Codice ad Appianum pertinebat, admirabili patientia (tantus ineſt Viro, propriis ceteroquin laboribus tam gravibus quam luculentis occupatiſſimo, ſtudia hæc quovis modo juvandi ardor) in

uſum noſtræ Editionis ſua manu transſcribere mecumque perhumaniter communicare voluit.

Ceterum ſpes olim haud vana mihi fuerat oblata, fore, ut ex *Vaticano* illo *Codice* CXXXIV, e quo deinde Librum de Bello Mithridatico expolire mihi licuit, Varietatis Lectionum ad Librum hunc de Rebus Illyricis pertinentium mihi fieret copia. Et, intercedente præſertim auctoritate ſingularique patrocinio Summorum primariorumque Virorum, quibus conſilium meum edendi Appiani commendatum probatumque fuerat, eo jam erat res perducta, ut erudito noſtro amico, Romæ tunc agenti, *Andreæ Birchio*, Hafnienſi, qui operam excerpendarum Lectionum benevole mihi ſpoponderat, uſura illius Codicis propediem eſſet concedenda. Sed poſtquam mihi per eoſdem dies Vir doctiſſimus JOSEPHUS SPALLETTI, literis privatim ad me Roma datis, ſignificavit, ſe ipſum jam aliquamdiu (ex quo tempore nempe, a Bandinio, Florentino, V. Clar. meo nomine compellatus, Indicem codicum manuſcriptorum Appiani, qui in Vaticana Bibliotheca eſſent, confecerat) in recenſenda ad ejuſdem Codicis Vaticani præſcriptum eadem hac Illyrica Appiani Hiſtoria occupari, & in eo jam eſſe, ut brevi Libellum illum, juſto etiam Commentario & novis Tabulis Geographicis illuſtratum, in lucem ederet; ultro Birchium meum, ut ab incepto deſiſteret, hortatus ſum; neque committendum putavi, ut Spalletto, doctiſſimo optimoque Viro, qui ceteroquin omne officiorum genus, quod in noſtram Appiani Editionem ab ipſo proficiſci poſſet, & liberaliſſime tunc maxime obtulerat, & fideliter deinde præſtitit, ullam partem fructuum laboris illius, quem in Libellum hunc Appiani a ſe inſumtum profitebatur, præripere equidem voluiſſe viderer.

Interim ſubſidio ex eodem, quem dixi, *Vaticano Codice* petendo non prorſus caruit noſtra hæc ejuſdem libelli Editio: ſiquidem ad manum fuit & ubique cum Græco contextu a nobis collata eſt *Latina* hujus libri *Verſio*, ex eodem ipſo Græco Vaticano exemplari fideliter ac luculenter a STEPHANO GRADIO ſuperiori ſeculo confecta, quæ Joh. Lucii Dalmatæ

ſuæ Editioni inſeruit. Licet enim Anno M. D. IC. id eſt, ſeptuageſimo ante quam Tolliana prodiret Editio, *Illyrica* hæc *Appiani Hiſtoria* a DAVIDE HOESCHELIO ex Codice noſtro Auguſtano fuiſſet edita; *Tollius* tamen, ſive ignarus quid ante ipſum in provincia ea, quam adminiſtrandam ſuſcepit, geſtum eſſet, ſive nil curans ut vel exemplar Hœſchelianæ editionis vel (ſi id minus poſſet) Apographum ſaltem ejus nanciſceretur, poſt Fragmentum hujus Libelli, quod in Stephanicis editionibus continebatur, nihil amplius niſi *Petri Candidi latinam Verſionem*, quam H. Stephanus ſuæ Editioni jam adjecerat, exhibuit; tum vero in fine libelli verba hæc ejuſdem H. Stephani ſua facere non erubuit: *Græcum Exemplar, Lector, unde Illyrica tranſtulit Interpres, nondum ſumus nacti integrum: ſed tantum ejus fragmentum, quod & ipſum tibi exhibemus. Interea faciendum duximus, ut ſaltem verſionem Interpretis, qualiſcunque illa eſſet, adjiceremus. Tu, lector, utere, fruere, & noſtris laboribus fave.*

Nobis in recenſendo hoc Libro, præter exemplar *Editionis Hæſcheliana*, ad manus fuit primum ipſe toties a nobis in totius hujus Operis curſu laudatus *Codex Manuſcriptus Bibliothecæ Auguſtanæ*, e quo Hœſchelius editionem ſuam paraverat. Tum *Varietas Lectionis ex Codice* illo *Veneto* Bibliothecæ S. Marci, quem pariter ſæpius jam laudavi, opera ſtudioque Viri nobis amiciſſimi JO. PAUL. BLESSING, Ulmenſis, S. Th. Cand. ad marginem apographi editionis Hœſchelianæ, quod Venetias ad eum miſeram, adſcripta. Præterea quum in *Codice Manuſc. Voſſiano* Bibliothecæ Univ. *Lugdunenſis Batav.* pars illa (longe, ut dixi, maxima) hujus de Rebus Illyricis Libelli, quam Editiones Appiani non exhibebant, ex antiquo exemplari deſcripta contineretur; WYTTENBACHIUS V. Cl. humaniorum Literarum in Lyceo Amſtelod. Profeſſor, hoc, quidquid in Voſſiano illo Codice ad Appianum pertinebat, admirabili patientia (tantus ineſt Viro, propriis ceteroquin laboribus tam gravibus quam luculentis occupatiſſimo, ſtudia hæc quovis modo juvandi ardor) in

uſum noſtræ Editionis ſua manu transſcribere mecumque perhumaniter communicare voluit.

Ceterum ſpes olim haud vana mihi fuerat oblata, fore, ut ex *Vaticano* illo *Codice cxxxiv*, e quo deinde Librum de Bello Mithridatico expolire mihi licuit, Varietatis Lectionum ad Librum hunc de Rebus Illyricis pertinentium mihi fieret copia. Et, intercedente præſertim auctoritate ſingularique patrocinio Summorum primariorumque Virorum, quibus conſilium meum edendi Appiani commendatum probatumque fuerat, eo jam erat res perducta, ut erudito noſtro amico, Romæ tunc agenti, *Andreæ Birchio*, Hafnienſi, qui operam excerpendarum Lectionum benevole mihi ſpoponderat, uſura illius Codicis propediem eſſet concedenda. Sed poſtquam mihi per eoſdem dies Vir doctiſſimus JOSEPHUS SPALLETTI, literis privatim ad me Roma datis, ſignificavit, ſe ipſum jam aliquamdiu (ex quo tempore nempe, a Bandinio, Florentino, V. Clar. meo nomine compellatus, Indicem codicum manuſcriptorum Appiani, qui in Vaticana Bibliotheca eſſent, confecerat) in recenſenda ad ejuſdem Codicis Vaticani præſcriptum eadem hac Illyrica Appiani Hiſtoria occupari, & in eo jam eſſe, ut brevi Libellum illum, juſto etiam Commentario & novis Tabulis Geographicis illuſtratum, in lucem ederet; ultro Birchium meum, ut ab incepto deſiſteret, hortatus ſum; neque committendum putavi, ut Spalletto, doctiſſimo optimoque Viro, qui ceteroquin omne officiorum genus, quod in noſtram Appiani Editionem ab ipſo proficiſci poſſet, & liberaliſſime tunc maxime obtulerat, & fideliter deinde præſtitit, ullam partem fructuum laboris illius, quem in Libellum hunc Appiani a ſe inſumtum profitebatur, præripere equidem voluiſſe viderer.

Interim ſubſidio ex eodem, quem dixi, *Vaticano* [illegible] pe endo non prorſus caruit noſtra hæc ejuſdem libe[illegible] ſiquidem ad manum fuit & ubique cum Græco [illegible] nobis collata eſt *Latina* hujus libri *Vaſæ*, ex e[illegible] Græco Vaticano exemplari fideliter ac [illegible] NO GRADIO ſuperiori ſeculo confecta, [illegible]

Pag. 834. quo Delphica ſuſceptæ expeditio eſt, in annum ab U. C. 649. in quem incidit illa Conſulum clades, cujus mentio facta eſt in Epit. rer. Gall. p. 71, 25 ſqq. *L.* 64. In ἐκβάλλειν conſentit Vratisl. *L.* 66. ἐκβαλε. ἐκβαλλε Vratisl. cum Reg. A.

Ibid. ſq. μέχρι Γαΐου Μάριου. Nec Cand. nec Grad. prænomen adjecerunt. *L.* 68. ἐγκρατῶς Hœſch. cum Aug. & Ven.

Pag. 835. *L.* 70. πολλάκις, ὥς μοι Hœſch. cum Aug. Ven. Cand. Grad.

CAP. V. Lin. 76. αὖθις, ἅμα τοῖς Κελτοῖς, Ἰλλυριῶν οἱ Σκορδίσκοι &c. Scordiſcos ipſos quoque Gallicæ originis fuiſſe, docet Strabo VII. 296. A. 313. D. & Juſtinus XXXII. 3. Ceterum hanc Scordiſcorum aliorumque excurſionem qua Delphicum templum ſpoliarunt, Valeſius in Commentat de Divitiis & ſpoliationibus Templi Delphici (*in Hiſtoire de l'Acad. des Inſcript. T. III. p.* 78.) in annum 164. ponit poſt ſuperiorem expeditionem Brenno duce adverſus Delphos ſuſceptam; non ſatis video, quo ſive auctore ſive documento uſus. In exponendo quidem facto unum Appianum auctorem ſecutus eſt, neque alium ſequi (quantum video) potuit, quoniam apud neminem alium Scriptorem mentio hujus rei reperitur. Appianum autem ſi audias, accidit ea incurſio paulo ante annum ab U. C. 564. quo L. Scipio conſulatum geſſit.

L. 80. Ῥωμαῖοι δὲ ἔχοντες ἤδη δεύτερον καὶ τριακοστὸν ἔτος ἀπὸ τῆς πρώτης ἐς Κελτοὺς πείρας &c. Latine ſic reddenda erant hæc verba: *Romani elapſo altero & triceſimo poſt primum bellum cum Gallis anno.* Sed vereor, ne inſigniter erratum ſit in numerorum notis. Certe hunc numerum ſi teneas, non facile dixeris, quamnam Romanorum πρώτην ἐς Κελτοὺς πεῖραν dixerit Appianus. Si eſſet, ἔχοντες ἤδη διακοσιοστὸν ἔτος, tum quidem primum illud Gallicum bellum, quo capta Roma eſt, reſpiceretur.

L. 83 *ſq.* ἡγουμένου Λευκίου Σκιπίωνος. Lucium quidem Scipionem, Conſulem, A. U. 564. per Macedoniam & Thraciam exercitum duxiſſe, quum adverſus Antiochum tenderet, novimus: ſed cum Scordiſcis Mædis ac Dardanis bellum in illis regionibus geſſiſſe, nemo præter Appianum noſtrum memoriæ prodidit. Nec minus ſingulare eſt, quod de eodem Scipione

pag. ſq. lin. 91 *ſq.* dicit, δωροδοκήσαντα τοῦ ἱεροῦ χρυσίου, *ſacro auro* (quod nimirum ex templis raptum fuerat) *corruptum.* Nam peculatus quidem & reum actum & damnatum L. Scipionem conſtat: ſed pecuniam ab Antiocho, non a Dardanis vel Mædis, accepiſſe accuſatus erat. Sed poterat Appianus harum rerum auctores habere, quorum ſcripta ad ætatem noſtram non pervenerunt. *Pag.* 836.

Cap. VI. Lin. 98. Νωρικούς. Accentum in ultima poſui, quemadmodum fere apud alios Scriptores ἐξυτόνως hoc nomen uſurpatur. Sic autem & apud Noſtrum plus ſemel occurrebat in Exc. XIII. ex lib. Gall. pag. 85 ſq. Eodemque modo infra, pag. 868 ſq. lin. 94, 96. & 99. Hœſchelius cum mſſpt. Aug. & Leid. (quamquam & ibi inconſtantes hi ſunt) ediderat. *L.* 2. τοῖς ἰδίοις ἐκάστους ὀνόμασι. Si cui audacius factum videtur, quod vocab. ἰδίοις (ex auctoritate quidem interpretum, qui manuſcriptis exemplaribus uſi ſunt) in contextum inſerui; is videat, an τοῖς ἑκάστων ὀνόμασι malit.

L. 8. καὶ περὶ Κρήτης λέγων. Quod Candidus in textu habet, *quum de Celtis ſcriberem*, id ex ſuperioribus, pag. 835, 70. huc traductum eſſe poteſt. Hiſtoriam περὶ Κρήτης fuiſſe partem lib. V. Hiſtoriarum Appiani, ſupra vidimus p. 98. ad Excerpt. VI. ex lib. V. Poterat autem ibi alia occaſione verba de his facere. *Pag.* 838.

Cap. VII. Lin. 12 *ſqq.* Ἄγρων ὁ βασιλεὺς Ἰλλυριῶν &c. De *primo* hoc Romanorum *Bello Illyrico* vid. Polyb. II. 2 ſqq. Liv. Epit. XX. Flor. II. 5. & quos ad Florum Camers & Freinshemius nominarunt; quibus addendus Dio Caſſ. Exc. Leg. XI. Opp. T. I. p. 63 ſq. num. CLI. edit. Reim.

L. 15. Κέρκυραν. Sic Hœſchelius ediderat, & ſic p. 839, l. 39. & 48. dederunt Aug. Ven. Atque id uſitatum apud Græcos *Corcyræ* inſulæ nomen eſt. Sed iidem Aug. & Ven. ſicut h. l. Κέρκυραν, ſic pag. ſq. l. 39. Κορκύρας dant, quod ibi Hœſchelius quoque repræſentavit: & Leidenſis codex, qui hoc quidem loco, in quo nunc verſamur, lacer eſt, tribus reliquis locis ubi idem nomen in hac hiſtoria occurrit conſtanter Κόρκυραν, non Κέρκυραν, nomen hujus inſulæ exhibet.

Et eſt quidem haud procul Pharo & Iſſa ad Dalmatiæ oram
Pag. 837. minor quædam *Corcyra*, *nigra* cognominata, cujus nomen rectius per ο, Κόρκυρα, quam Κίρκυρα per ι, ſcribi, Euſtathius monuit ad Dionyſ. Perieg. v. 494. Sed apud Polybium quidem II. 9 ſqq. ubi de eadem re agitur, quam Appianus hic exponit, conſtanter Κέρκυρα adpellatur: & ſicut hæc inſula apud Appianum noſtrum una cum Epiro nominatur; (τῆς τε Ηπείρου τινὰ καὶ Κέρκυραν ἐπ' αὐτοῖς·) ſic & apud Polybium de eadem ita differitur, ut nulla alia niſi major illa atque ad Epiri oram ſita *Corcyra* intelligenda videatur.

Pag. 838. *L.* 18. Ἴσσα. Vide Auctores a Cellario excitatos, Geog. ant. lib. II. c. 8. p. 624. Conf. Holſten. ad Stephan. Byz. v. Ἴσσα. De literarum ι & ε perpetua confuſione nil adtinet dicere. Terminationem autem librarius aliquis a Ciliciæ urbe *Iſſo*, quæ ex Alexandri hiſtoria innotuerat homini, ad hujus inſulæ nomen transtulit. *L.* 25. Πίνης. *Pine* Cand. & Grad.

Pag. 839. *L.* 38. ἐφ' ἑαυτῆς. Sic recte Ven. ut ediderat Hœſch. ex Aug. a pr. manu. *L.* 42 *ſq.* ἀπίχῃ τε τῶν Hœſch. cum Aug. a prim. man. & Leid. ἀπίχηται τῶν Ven. & ſic Aug. ſuperſc. alteri lectioni.

L. 43. καὶ τὸν Αἴσσον. Polyb. II. 12. καὶ μὴ πλεύσειν πλέον ἢ δυσὶ λέμβοις ἔξω τοῦ Αἴσσου, καὶ τούτοις ἀνόπλοις. *Iſſam* inſulam, hic dici non poſſe, ipſe ſitus ſatis oſtendit. *Liſſus* extrema urbs Illyrici a meridie eſt. Poterat etiam τὴν Αἴσσον ſcribere Appianus: ſed in maſcul. genere plus ſemel apud Polybium nomen hoc invenitur.

Pag. 840. *CAP. VIII. Lin.* 49. ἔστιν ἃ χωρία. Sic ſimpliciſſima ratione reſtitui partim mendoſa partim mutilata mſſptorum lectio poſſe videbatur. Familiaris Appiano illa phraſis ἔστιν οἱ, ἔστιν ἃ, &c. *L.* 50. ἐν τοσῷδε, *interim*, *intereа*; nempe, donec, perſpecta ejus fide, majora etiam darent.

L. 52. Κελτοὶς ἐπὶ τριετὶς τοῖς ἀμφὶ τὸν Ερι̃δ. Cand. *Romanis quippe per triennium circa Erid. cum Celtis dimicantibus.* Gradius: *Romanis bello, quod per triennium adverſus Celtas, eos maxime qui ripam Eridani colunt, geſſere, occupatis*; videtur importunam partic. καὶ, quam mſpti h. l. in-

ferunt, latino verbo *maxime* reddere voluisse. *L.* 54 *sq.* Ιλλυριῶν. Ιλλυριὸν Aug. *L.* 63 *sq.* καὶ δεύτεραι πεῖραί τε καὶ συνθῆκαι &c. Excidisse videtur pronomen αἵδε. *Pag.* 841.

Cap. IX. Lin. 69. Γένθιος, Ιλλυριῶν ἑτέρων βασιλεὺς. Conf. Excerpt. XVI. ex lib. Maced. p. 531. De *Secundo* autem hoc *bello Romanorum Illyrico*, conferendus Liv. XLIV. 30 sqq. Plutarchus in Æmilio Paulo, & alii quos citavit Camers ad Flor. II. 13.

L. 85 *sqq.* ἑβδομήκοντα δ' αὐτοῦ πόλεις &c. Liv. XLV. 34. *Pag.* 842.

Cap. X. Lin. 97. Αρδεῖοι. Rectius Οὐαρδεῖοι vel Οὐαρδαῖοι. Liv. Epit. LVI. *Fulvius Flaccus* (conf. App. hac pag. lin. 6.) *Consul Vardæos* (editt. vett. *Vardeos*) *in Illyrico subegit*. Ubi vide quæ habet Drakenborch. & conf. Gronov. ad Liv. XXVII. 30. & Reimar. ad Dion. T. I. pag. 63. Hos *olim* Αρδυαίους *vocatos*, (quo nomine Polybio II. 11. & Appiano supra pag. 832, 36 & 39, memorantur) *dein* Οὐαρδαίους *nominatos esse*, Strabo docet lib. VII. p. 315. D. Nam quin vulgatum ΟΥΑΡΑΛΙΟΥΣ apud Strabonem ex ΟΥΑΡΔΑΙΟΥΣ corruptum sit, quod perspecte Gronovius monuit, dubitari non debet. Hinc Ptolemæus & Plinius, tacentes de *Ardyæis* vel *Ardiæis*, solos Οὐαρδέους, *Vardeos*, commemorant. *Pag.* 843.

Ibid. Παλάριοι. Hi sunt haud dubie qui Πληραῖοι Straboni l. c. dicuntur. Id certe longe melius convenire videtur, quam quod Cellarius habet Geogr. Antiq. p. 607. „Videas an Pleræos Strabonis cum Pyræis Plinii possis componere." Quemadmodum Παλαρίους suos Appianus cum Αρδείοις conjungit, sic Strabo Πληραίους cum Αρδιαίοις, & *Pleræorum* regioni Corcyram nigram, *Ardiæorum* Pharum insulam oppositam scribit.

L. 98. ὑπὸ Ρωμαίους. Paulo post, p. sq. l. 14. ὑπὸ Ρωμαίοις editum est.

L. 8 *sq.* Ιάποσι - - Σεμπρώνιος ὁ Τουδιτανὸς ἐπίκλην. Liv. Epit. LIX. & Fasti Triumph. Capitol. apud Pigh. T. III. pag. 26. *Tuditani* nomen alibi etiam varie corruptum a librariis vidimus, Hisp. 147, 90. & Civ. I. pag. 28, 46. *L.* 9 *sq.* Πανδούσας Τιβέριος. Sic & Gradius, *Pandusas Tiberius*, quemadmodum Hœschelius consentientibus libris nostris edidit.

Pag. 843. Pandosia Lucanorum vel Brutiorum itemque alia Epiri urbs est: sed *Pandusas*, Romani hominis nomen, nescio an usquam aliâs reperiatur. Quod *Tib. Pandusium* hunc Pighius l. c. vocavit, ejus nominis non alium auctorem nisi Candidum, Appiani interpretem, habuit. Neque vero ceteroquin notius nomen *Pandusius*, quam *Pandusas*, esse video. Itaque nomen istud, & omnino viri hujus mentionem, Freinshemius Suppl. Liv. LIX. 83. ubi de bello hoc Sempronii cum Japodibus agit, plane præterire consultius duxit.

L. 11. Σεγεστανοὶ Λευκίῳ Κόττᾳ καὶ Μετέλλῳ. „In his verbis mendi quid suspicor, & cum unius Metelli provincia hæc fuerit, *Segestanos L. Cotta ac Metello Consulibus deditos* scriptum fuisse." PIGHIUS, *Annal. Rom. ad A. U. DCXXXIV. T. III. p.* 80. Cf. Freinsh. Suppl. Liv. LXI. 74. De Metello rursus Noster p. 845, 35 sqq. Videtur autem hic duos imperatores dicere, qui diversis temporibus cum Segestanis bellum gesserunt. Conf. p. 859, 49 sq. Ceterum „nomen populi quod adtinet, *Segestanos* a *Segesta* vel *Egesta* dictos, præposita hujus urbis nomini (quæ in Carnis erat) a Romanis Scriptoribus littera *S*, ne obsceno nomine appellaretur" ex Festo monuit Harduin. ad Plin. III. 8, 14. p. 163. De Cæsaris Octaviani bello cum *Segestanis* vide infra cap. 22 sqq.

Pag. 844. *CAP. XI. Lin.* 13 *sqq.* Δαλμάται &c. Liv. Epit. 47. *C. Marcius Consul adversus Dalmatas parum prospere primum, postea feliciter pugnavit.* &c. *L.* 24. ἐς πόλιν Δελμίνιον. — Stephanus Byz. in Δάλμιον· ΔΑΛΜΙΟΝ, πόλις Δαλματίας, μεταξὺ Ἰλλυρίας καὶ Ἰταλίας. - - Ἀππιανὸς δὲ τὴν πόλιν Δελμίνιον καλεῖ.

L. 24 *sq.* ὅθεν ἄρα καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῖς ἐς Δαλματέας, εἶτα Δαλμάτας, ἐτράπη. Doctiss. WESSELINGIUS, *ad Antonini Itinerar.* p. 265. postquam dixerat: „Quas *Dalmatias* mspti (apud Antoninum) vocant, eas *Delmatias* antiquiores dixissent"; [qua de scriptura, præter ea quæ ibid. ipse Wesseling. adfert, consuli possunt viri docti ad Liv. Epit. LXII. & Cellar. Geogr. antiq. II. 8. pag. 614.] hæc subjecit: „Neque aliter olim fuit in Appiani Illyr. pag. 6. [edit. Hœsch.] Καὶ

συνήλασεν ὅμως εἰς πόλιν Δελμίνιον· ὅθεν ἄρα καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῖς ἐς Δαλματαίας, εἶτα Δαλμάτας ἐτράπη. Manifestum enim ex verborum ordine & sententia est, priore loco Δελμάτας Appianum scripsisse." At quum ἐς Δαλματαίας -- ἐτράπη dicit, *mutatum*, *conversum* est; videri poterit per α potius nomen hoc scripsisse, & illam conversionem literæ ε in α significasse. Terminationem autem gentilis nominis quod adtinet, dubitari non debet, αιας ex εας esse corruptum: & usu ita tritum nomen Δαλματεῖς apud Græcos scriptores est, quos Cellarius l. c. nominavit, (quibus addi Stephanus Byz. poterat) ut idem Cellarius ibid. solum fere Polybium sibi visum esse, qui Excerpt. Legat. CXXIV. Δελματεῖς, vocali secunda ε, scripserit. Atqui eodem Polybii loco Codex mspt. Bavaricus (quem emendatiorem passim, quam Ursini codicem, comperi) non Δελματεῖς, sed Δαλματεῖς, exhibet: ac fortasse eodem modo erat in Ursini codice, cujus lectiones bene multas ab Ursino tacite mutatas esse constat. Pag. 844.

L. 32. ὅπου τύχοι ἐνεπίμπρασαν. Forsan, ὅπου τύχοιεν ἐνεπίμπρασαν. *L.* 33. Post phrasin illam πολλὰ μὲν κατεπρήσθη excidisse utique aliquid videri potest, quod illi particulæ μὲν respondeat. *L.* 35. Καικίλιος Μέτελλος. Livius, Epit. LXII. *L. Cæcilius Metellus Dalmatas subegit.* Adde quæ habet Freinsh. Suppl. lib. LXII. 8. & Pigh. T. III. p. 80. Conf. Appianum supra p. 843, 11 sq. Pag. 845.

Cap. XII. Lin. 42. Πρωμόναν πόλιν. Hujus urbis frequens rursus mentio infra occurrit, cap. 25. & sqq. Hinc corrigendus fortasse Strabo, apud quem lib. VII. pag. 315. B. Πριάμων nomen illius urbis editum est, pro quo Πρώμων legendum videri potest: nam terminationem quod adtinet, quam ex tertia declin. masculino genere Strabo usurpat, ea quidem nos turbare non debet, sic enim etiam Σάλων, ωνος, ibid. vocatur, quæ nostro ἡ Σαλώνη; & eamdem varietatem in aliarum civitatium nominibus frequenter observamus.

L. 46 *sq.* τέλος ἔπεμψε στρατοῦ πολλοῦ. Non sperno Hœschelii emendationem, στρατὸν πολλὸν: sed quum nec satis certa videretur, lectionem msptorum exhibui, quæ tamen difficul- Pag. 846.

Pag. 846. tate non caret. Ceterum cladis illius, quem exercitus Cæſarianus ab Illyriis accepit, neſcio an apud alium Scriptorem mentio occurrat.

L. 50 *ſq.* τὸν Ἴόνιον ἐπέρα. Si ab Appiano eſt præpoſitio ἐς, quam hic inſerunt libri, excidit nomen ad illud pertinens; ut ἐς Νυμφαῖον τὸν Ιον. ἐπέρα, (cf. Civ. II. 256, 86 ſq.) aut aliquid tale ſcriptum reliquerit auctor. De verborum ſtructura conf. Civ. II. p. 226, 68. & Præf. p. 6, 93 ſq. Annib. 229, 18.

L. 55 *ſqq.* De *Gabinio* conf. Civ. II. cap. 59. pag. 255 ſq. Hirt. de Bell. Alexand. c. 43.

Pag. 847. *CAP. XIII. Lin.* 74 *ſq.* Οὐατίνιον ἔπεμψε σὺν ἑβδόμῃ τέλεσι τρισὶ. Nomen, quod literis initialibus truncatum h. l. exhibebant libri, integrum occurrit Civ. IV. 627, 40. ubi etiam *tribus legionibus in Illyrico* præfuiſſe Vatinium legimus. Quod autem Fabricius ad Dionem XLVII. 22. *Vatinium*, ait, teſte Vellejo II. 69. *ſeptem legionibus* tum *validum fuiſſe*, id mihi ſecus videtur; nam verba illa Velleji, *eratque ſeptem legionibus validus*, ad M. Brutum, non ad Vatinium, videntur referenda. Ad oram pag. 848. perperam notatus eſt A. U. 706. pro quo *A. U.* 710. reponendus.

Pag. 849. *CAP. XIV. Lin.* 95. δι' Ἀγριᾶνας. Horum Arrianus de Exped. Alex. I. 5. & ſæpe deinceps meminit. Eorumdem frequens apud Curtium mentio. *L.* 97. Ἰλλυριοῖς ἄποικοι. Cand. *ab Illyriis coloni editi.* Gradius: *magna genti claritudo ob Agrianos ab ea profectos.* Sed utique aut Ἰλλυριῶν ἄποικοι aut Ἰλλυριοῖς παροικοι videtur reponendum.

L. 97 *ſq.* ἐπεὶ δ' ἐπὶ τοὺς Παίονας ἐστράτευσε Κορνήλιος, καπῶς ἀπαλλάξας. *Cornelius* hic, quiſnam ſit, qui adverſus *Paeonas* vel *Pannonios* infeliciter pugnaſſe perhibetur, fruſtra adhuc quæſivi. Videndum vero, an intelligendus *C. Porcius Cato* ſit, qui Conſul A. U. 640. male adverſus Scordiſcos pugnavit, nempe cum toto exercitu ab hoſtibus interceptus. Liv. Epit. LXIII. Flor. III. 4. Eutrop. IV. 10, 24. Freinshem. Suppl. LXIII. 1-3. Certe & Civ. I. 70, 61. pro Πόρκιος Κάτων libri omnes hodie perperam Κορνήλιος Κάτων exhibent: & *Scordiſcorum* ſedes, ſicut ab aliis auctoribus

in Thracia ponuntur, ſic ab aliis in *Pannonia*. At huic repugnare rurſus videtur, quod continuo adjicitur apud Appianum, *per longum deinde tempus inſequentes Conſules non auſos eſſe contra Pæonas ducere exercitum.* Quippe altero abhinc anno Livium Druſum Conſulem adverſus eoſdem Scordiſcos feliciter pugnaſſe legimus cum apud Livium l. c. tum apud alios. Præterea Scordiſcos, poſtquam ab Romanis adtriti debilitatique erant, tum demum in Pannonia ſedes cepiſſe, tradidit Appianus p. 832, 31 ſqq. Pag. 849.

CAP. XVI. Lin. 26 *ſqq.* Ὁ δὲ Σιβαστὸς πάντα ἐχειρώσατο ἐντελῶς. &c. Liv. Epit. CXXXI. *Cæſar* (*Octavianus*) *Japydas, & Dalmatas, & Pannonios ſubegit.* De eiſdem *Cæſaris Octaviani bellis*, cum hiſce populis videndus Dio Caſſ. lib. XLIX. cap. 34 & ſeqq. & Florus IV. 12. Pag. 851.

L. 29. Ὀξυαίους. Forte hinc Plinius corrigendus, apud quem III. 22, 26. *Oxuæi* vocantur. *Ibid.* Περθηνάτας. An *Parthenos?* Sed hos ſupra (pag. 831, 20.) vulgato nomine Παρθηνοὺς vocaverat.

L. 30. Βαθιάτας. Nihil ſimile hujus nominis in illis oris reperio; niſi Βουθόην oppidum, quod *Butua* apud Plinium, *Batua* in Tabulis Theodoſianis, monente Cellar. II. 8. p. 617, nominatur. *Ibid.* Ταυλαντίους. *Taulantii* Geographis omnibus, & Noſtro ſupra p. 831, 19. & Civ. II. p. 227, 93 ſq. memorati. *Ibid.* Καμβαίους. Non liquet. An *Grabæi?* quos proxime cum Taulantiis Plinius l. c. nominavit; ubi Harduinus monuit: „Forte Γαλάβριοι, de quibus Strabo VII. 316."

L. 31. Κινάμβρους, vel (juxta cod. Leid.) Καναμβρους. Non magis hi noti, quam Καμβαῖοι. *Ibid.* Μερομένους. Plin. l. c. *Melcomani.* Ptolemæo II. 17. Μελκομένιοι. Conf. Harduin. ad Plin. Not. 83. *Ibid.* Πυρισσαίους. An *Pyræi* Plinii & Melæ? Πυρουῦσσαι Strabonis VII. 314. B?

L. 31 *ſq.* εἶλε δ' ὅλης πείρας. Non ſatis mihi planam eſſe vim hujus phraſeos fateor: neque lucis quidquam ei adfuderunt interpretes. Candidus: *omni experientia edita ſibi ſubdidit.* Gradius: *omni adhibita opera ſuperavit.* De

conjectura, quam infra Contextum retuli, δι' ἀλλῶν ἀπορίας, conf. pag. 853, 55 sq. An δι' ὀλίγης πείρας? Cui opponitur quod sequitur, ἔργῳ δὲ μείζονι.

Pag. 851.

L. 33. Δοκλεάται. Plinio & Ptolemæo memorati.

L. 34. Ιντερφρουρῖνοι. An *Enderodini* Plinii? *Ibid.* Ναρέστιοι. Ex Plinio & Ptolemæo noti. *Ibid.* Γλιντιδίωνες. Plinio *Glinditiones.* Apud Ptolem. II. 17. & Strab. VII. 314. B. Διτίωνες memorantur, quos suspicari quis posset eosdem esse truncato nomine: sed Ditiones separatim nominat Plinius, & a Glinditionibus distinguit. *L.* 35. Ταυρίσκοι. Alpinus populus. Strabo, Plin. Stephanus Byz. &c.

L. 36. Ἱππασῖνοι. An *Hemasini?* quos una cum Parthenis Plinius nominat. *Ibid.* Βησσοί. In Thracia, ad Hæmum montem: a M. Lucullo superati, cujus infra meminit, cap. 30. pag. 869. Conf. Eutrop. VI. 8, 10. & Freinshem. Suppl. Liv. XCVII. 16 sq.

Pag. 852. *L.* 37. Κερκυρηνούς. Videntur incolæ *Corcyræ nigræ* dici, quæ non multum a Melita abest, in ora Dalmatiæ. Alterius Corcyræ incolæ Κερκυραῖοι vocantur. (vide saltem Civ. II. pag. 228. lin. 99 sqq.) Nunc in his alia terminatio nominis locum habere potest; & Græcum nomen minoris hujus Corcyræ nigræ per o potius quam per ε efferri, supra monui ad p. 837, 15.

L. 41. Μουντῖνοι. Μονήτιον vel Μονήτιον (ni potius Μονήτιον legendum) Strabo IV. 207. C. & VII. 314. D. inter præcipuas urbes Japodum illorum Alpinorum refert, qui, cum latrociniis diu invaluissent, ab Augusto tandem debellati domitique sunt. *L.* 42. Αὐενδεάται. In eorumdem Japodum urbibus apud Strabonem locis cit. Οὔενδρος vel Οὔινδος ponitur, posteriori autem loco manuscripti Οὐενδὼ dabant, ex Αὐενδὼ vel Λουενδὼ corruptum. *Avendo*, Antonin. Itin. p. 274. & Tabula Peuting. monente etiam Cellario Geog. Ant. II. 8. p. 610.

L. 42 *sq.* Αὐρουσῖνοι. Vide Strab. & Antonin. ibid. & ad Antonin. Wesseling. Adde Cellar. l. c.

CAP. XVII. Lin. 48. Σαλασσοί. *Salassi* populus Alpinus, de quo mox uberius hoc ipso capite agitur. *L.* 49. Σεγεστανοί. Horum jam supra meminit, pag. 843, 11 sqq. Conf. infr.

infr. cap. 22 sqq. p. 859 sqq. *L.* 50. Δαίσιοί τε. Secure Δαισιτιᾶται edere potueram. Hos Strabo p. 314. C. inter Pannonicos populos refert; Plinius III. 22, 26. & Vellej. II. 115. in Dalmatia ponunt. Conf. Cellar. II. 8. p. 621. Pag. 852.

L. 53. τέλη τοὺς παροδεύοντας ᾔτουν. De hujus populi prædationibus vide Strabonem IV. 205. *Quippe qui*, inquit, *& D. Brutum Mutina cum suis fugientem viritim denarium solvere coëgerunt.* &c. *L.* 54. Οὔετερ. *Antistius Vetus.* Freinshem. Suppl. Liv. CXXXI. 37. *L.* 55 *sq.* ἁλῶν ἀπορίᾳ. Salis causa etiam Autariatæ & Ardiæi bellum olim habuerant. Strab. VII. p. 317. D. Pag. 853.

L. 57. καὶ Οὐέτερος ἀποστάντος. Quum libri ἀποστάντες darent; aut hoc modo emendandus fuit locus, aut interserendum erat participium ἀποχωρήσαντος, ut legeremus, καὶ ἀποχωρήσαντος τοῦ Οὐέτερος ἀποστάντες, sicut p. 858, 45 sq. est ἀποχωρήσαντος τοῦ Καίσαρος ἀποστάντας. *L.* 64. Μεσσάλας Κορουΐνος. Valerius Messala. Dio XLIX. 38. Cf. Civ. IV. c. 38. &c.

CAP. XVIII. Lin. 68. Τεργηστόν. Vide Wesseling. ad Antonini Itiner. p. 271. De variis modis, quibus scriptum illius urbis nomen reperitur, conf. Cluver. Ital. Ant. p. 196 sq. & Holsten. ad Stephan. Byzant. v. Τέγεστρα. *L.* 70. οἵδ' ἔτι μᾶλλον. Pariter p. 855, 92. & 857, 30. vulgatum οἱ δὲ in οἵδε mutavi. Post μᾶλλον autem non video cur asteriscum interseruerit Hœschelius, tamquam deesset aliquid aut corruptum esset: nisi fortasse conturbavit doctum Virum paulo insolentior usus verbi δυσχεραίνω, activa notione, pro δυσχερῆ ποιεῖν, *difficilem reddere* (*viam.*) Pag. 854.

CAP. XIX. Lin. 82. Μετοῦλον. Μέτουλον scribitur apud Strab. IV. 207. C. & 314. D. & apud Dionem XLIX. 35. Pag. 855.

L. 90. In Δέκμος consentiunt scripti libri; & eadem forma prænomen illud constanter in libris de Bell. Civ. usurpat Appianus. Sed quod *Decimum Brutum circa Metulum cum Antonio & Octavio Cæsare bellum gessisse* ait, de hoc quid statuam, haud satis scio; quum bellum Bruti cum Antonio & Cæsare, quod & ipse Scriptor noster Civil. lib. III. satis adcurate exponit, procul ab Illyrico ad Mutinam gestum

Pag. 855. fuisse constet. Nimirum confundere hic Appianus videtur, quæ re atque tempore diversa erant. Anno superiori, qui præcessit bellum Mutinense cum Antonio & Octavio, D. Brutus, postquam provinciam Galliam Cisalpinam occupavit, cum Inalpinis (inter quos referuntur Japodes) bellum gessit & multa castella cepit; ut docet ipse in Epist. ad Cic. Famil. XI. 4.

Pag. 856. *Cap. XX. Lin.* 11. καὶ Ἱρῶν, καὶ ὁ σωματοφύλαξ Λοῦτος καὶ Οὐάλας. Haud dubie hæc nomina corrupta sunt. Quod videns Freinshemius, quum ex Appiano hanc rem exponeret in Suppl. Liv. CXXXII. 25. *Agrippa*, ait, *& duo alii duces cum uno armigero.* Sed, præter Agrippam unum tantum ducem nominat Appianus, cujus nomen Ἱρῶν ex Νέρων corruptum esse utique videtur. Custodis corporis nomen quod adtinet, in mendosa scriptura, ΛΟΥΤΟΣ ΚΑΙ ΟΥΟΛΑΣ; nomen *Scævola*, Σκαιουόλας, integrum adest: & præcesserat sive prænomen Λούκιος, sive pronomen fortasse αὐτοῦ, ut legendum sit, καὶ ὁ σωματοφύλαξ αὐτοῦ Σκαιουόλας.

Pag. 857. *L.* 17. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἐπλήγη μὲν τὸ σκέλος &c. „Nota Suetonii errorem, qui ita scribit: *Dalmatico etiam vulnera accepit; una acie dextrum genu lapide ictus, altera & crus & utrumque brachium ruina pontis consauciatus.* Non enim Dalmatico, sed Japodum bello gestum, nec in acie, sed in expugnatione urbis." P. Candidus, *in marg. Editionis Venetæ.* Vid. Sueton. Octav. cap. 20.

Pag. 859. *Cap. XXII. Lin.* 49. Ες δὲ τὴν Στυγελικὴν γῆν &c. Vide supra, p. 843, 11. *L.* 50. οὔτε ἄλλο εἰλήφεσαν. Candidus: *neque aliud quidquam ab illis abstulerant.* Gradius: *neque ulla alia re ablata.* *L.* 54 *sq.* καὶ οὐ πόλεις ἔχουν οἱ Παίονες οἴδε. Quum hæc videri possent repugnare eis, quæ de Pæonibus Herodotus V. 13. habet, amice conciliari cum Herodoto Appianum posse, docuit Wesseling. ad l. c.

Pag. 862. *Cap. XXIV. Lin.* 99. ἦρος. Proclivis ex ΗΡΟΣ in ΠΡΟΣ transitus. Mox ait, non *verem* exspectasse, sed *hieme*, χειμῶνος, etiam profectum. *L.* 5. ἀπολωλίκει. ἀπωλωλίκει Aug. Leid. quod in contextum recipi potuerat. *Ibid.* προελθόντες.

Nil juvant interpretes. Candidus: *cives invadentes*. Gradius: *redintegrato prælio*.

Cap. XXV. Lin. 8. τὰς ὑπὸ Γαβινίῳ πέντε τάξεις. Gabinius σπείρας πεζοῦ πεντεκαίδεκα, *peditum cohortes quindecim, cum tribus millibus equitum*, habuerat, quos ab Illyriis concisos supra dixerat, pag. 846, 54 sqq. *Vatinii quinque cohortes*, πέντε τάξεις, interfectæ: pag. 848, 79 sqq. Itaque brevissima medendi huic loco ratio videri poterat, si pro Γαβινίῳ reponeretur Οὐατινίῳ; præsertim quum sic conveniret tempus *decem annorum*; quos ab illa clade ad hoc tempus, id est ad A. U. 720. excurrisse ait: nam Vatinii calamitas A. U. 710. accidit, quum Gabinii clades quatuor annis ante illam, A. U. 706. accidisset. At vero quum simul h. l. *signorum Gabinii* amissorum fiat mentio, quæ signa ejusdem *Gabinii* deinde (p. 867, 78 sq.) recepta scribit; patet vicissim, non expelli hinc nomen Γαβινίῳ deberi. Quare vero simillimum est, utriusque (& *Gabinii* & *Vatinii*) mentionem h. l. ab auctore fuisse factam. *L.* 14. Πρωμόναν. Vide ad p. 845, 42. Pag. 863.

Cap. XXVI. Lin. 34. Τέστιμον. Sic & Gradius, *Testimum*. Ex male intellecto scripturæ nexu videtur hic apud Candidum, & pag. seq. l. 50. in aliis quoque codicibus, ex Τέστιμος, Τεύτιμος factum; sicut sæpe nomen κηδεστὴς in κηδευτὴς corruptum vidimus. Pag. 864.

Cap. XXVII. Lin. 55. Συνόδιον. Σινώτιον Strabo VII. 315. B. *Ibid.* δὲ αἱροῦσι. Quum διαιροῦσι darent libri, Gradius exposuit: *Synodium trajiciunt*. Sed id non significat verbum διαιροῦσι. Præterea priusquam trajicere possent, capiendum erat oppidum. Dormitanti alicui vel festinanti librario in mente adhuc versabatur nomen illud διαίρεσιν, quod duobus ante versibus præcesserat: inde factum, ut pro δὲ αἱροῦσι, διαιροῦσι poneret. Candidus, omnia hic turbans, & nomen συνόδιον appellative accipiens, pro græcis verbis Συνόδιον usque ὕλην, hæc latina posuit: *nulla quippe itinera in unum copulant nemorum ingressus*. Pag. 866.

L. 65. κἀν τῷ πόνῳ τῷδε ἐπλήγη λίθῳ. „Hoc est quod Suetonius voluit dicere, bello Dalmatico vulneratum Augu-

ſtum fuiſſe." P. CANDIDUS, *ad marg. edit. Venetæ.* Conſ ad p. 857, 17.

Pag. 867. *CAP. XXVIII. Lin.* 82 *ſq.* Δερβανοὶ. *Derbani*, Illyricu
Pag. 868. populus: neſcio, an alii Scriptori memoratus. *L.* 85. Τῶ δὲ * οἷς μὲν ὁ Καῖσαρ. Huic loco, qui manifeſte defectus mih videtur, nullum lacunæ ſignum Hœſchelius adpoſuit. Totum hoc membrum orationis, *l.* 85-87. Candidus ita reddidit *Igitur Cæſar propius ad illos venit: cui obſides juxta fœdu exhibuere, quos abſenti ob valetudinem tradere, & fœdu firmare recuſaverant.* Gradius: *Horum autem illi ad quo Cæſar pervenit ſuper fœdus obſides etiam dederunt: quo autem propter difficultatem itineris adire non potuit*, &c.

L. 87. διὰ νόσον. Sic perſpicue Ven. & Leid. nec procu aberravit Aug. Et ſic Cand. *ob valetudinem.* Tamen Gra dius, veluti Hœſchelium ſecutus, *propter difficultatem iti neris* poſuit: nempe literam σ, quæ ſæpius in manuſcriptis etiam noſtris facile cum δ confundi poteſt, pro δ habuit. Sed ad illam exprimendam ſententiam, græce dicendum fuerat διὰ τὸ ἄνοδον, aut διὰ τὰ ἄνοδα.

L. 91. Φελαμύδον Ἰλλυρικὸν. *Dalmaticum* hunc Triumphum Suetonius vocat, Octav. 22.

Pag. 869. *CAP. XXIX. Lin.* 99. οὐδὲν εὗρον ἴδιον ἐς Ῥαιτοὺς ἢ Νωρικοὺς γενόμενον. „ Subit mirari, clam Appiano bellum Rhæticum fuiſſe, cujus tot ante illum Scriptores meminerint. Livius copioſe deſcripſit: ex Epitoma enim cognoſcitur, huic uni librum CXXXVI. prope ſolidum impenſum." MARC. VELSERUS, *Rer. Auguſtanar. lib. II.* Conf. Dionem LIV. 22. Sueton. Tiber. c. 9. & Octav. c. 21.

CAP. XXX. Lin. 2. Μάρκος Λεύκολλος. Huc pertinet quod eſt in Epit. Livii lib. XCVII. *M. Lucullus proconſul Thracas ſubegit.* Scilicet M. Terentius Varro Lucullus, qui, poſtquam A. U. 681. Conſul fuerat, Macedoniam dein Proconſule adminiſtravit: cujus res geſtas miror a Pighio in Annal. Rom. ſicco pede præteritas eſſe; ſed quidquid de eis memoriæ proditum reperitur, adcurate collegit Freinsh. Supplem. Liv. XCVII. 16 ſq. *L.* 4. καὶ ἐς τὸν ποταμὸν ἐμβαλὼν. Eutropius

VI. 8, 10. *Alter Lucullus, qui Macedoniam adminiſtrabat -- uſque Danubium penetravit.* Pag. 869.

L. 5. ἐξ πόλεις. Sic tres ſcripti libri, ut edidit Hœſchelius: nec aliter Vatic. codex Gradii. At nimirum, quoniam duarum urbium nomina interciderunt, *quatuor* Candidus ſua, ut videtur, auctoritate poſuit; ex quo eumdem numerum ad marginem ſuæ verſionis Gradius notavit. *L.* 6. Οδησσὸς. Vide Cellar. Geogr. antiq. VI. 8. p. 590.

L. 6 *ſq.* * ἐξ ὧν ἐν Ρώμῃ ἐκ Καλατίδος * μετήνεγκε τὸν μέγαν Απόλλωνα. Quum *ſex urbes* dixiſſet, quatuor tantum nominat: ſed & quintæ, nempe *Calatidis*, nomen velut e naufragio etiam nunc ſervatum adeſt. Jam vero *Calatim* & *Apolloniam* in illarum Græcarum urbium numero, quæ in Mœſia M. Lucullus cepit, diſerte Eutropius l. c. refert. Ex *Apollonia* vero a M. Lucullo Romam translatum eſſe & in Capitolio dedicatum *Coloſſum Apollinis*, Strabo docet VII. p. 319. A. & Plinius IV. 13, 27. Itaque de hoc Appiani loco perſpecte judicaſſe P. WESSELINGIUS mihi viſus eſt, qui *ad Antonini Itinerar.* p. 228. poſtquam Græcis Appiani verbis ex Hœſchelii editione interpretationem *P. Candidi* ſubjecit; (quæ hujuſmodi eſt: *Quo in loco quatuor Græcorum urbes, Myſiis finitimæ, ſitæ ſunt; Iſtros videlicet, Dionyſopolis, Odiſus & Meſembria. Deinde Romam ex Gallia magnum illum Apollinem, qui in Palatio ſitus eſt, adduxit.*) in hunc modum diſputat: „Diceres hinc Candidum aliter legiſſe; niſi malis, eum τὸ ἐξ, *ſex*, vitioſum arbitratum, quod IV. tantum urbes recenſerentur; quo tamen judicio falſus eſt. Primo enim conſtabit, *Apolloniam* excidiſſe: nam ex ea Lucullus, quo de ibi Appianus, coloſſeam Apollinis imaginem ſuſtulit, Romamque aſportavit: ſi addubites, Strabonem adi L. VII. p. 319. Hinc deinde conſequitur, verba ἐκ Καλατίδος, e quibus ridicule Candidus *Galliam* fecit, ex gloſſa eſſe, adeoque inducenda. Jam cum inter græcas hujus oræ urbes *Callatis* excelluerit, & gloſſæ, quicunque fuerit, auctor in Appiano eam inveniſſe videatur; credo, ſcriptum fuiſſe primitus, Μεσημβρία, καὶ Καλλατίς, καὶ Απολλωνία· ἐξ ὧν ἐν Ρώμῃ

μετάνοιαν κ. λ." Hæc *Weſſelingius*. Mihi præterea verba ἐν Ῥώμῃ in ἐς Ῥώμην refingenda utique videntur.

Pag. 870. *L.* 16. εἴρηται. Sicut mox ἐρῶ, *dicam*, in fut. temp. ponit; ſic videri poſſit εἰρήσεται etiam in fut. legendum: ſed & præt. εἴρηται commode ferri poteſt. *L.* 19. προειπών. Non ſimpliciter *commemorarem* dicendum in verſ. lat. erat; ſed *in anteceſſum commemorarem*, *prædicerem*.

ADNOTATIONES
AD APPIANI LIB. I.
DE BELLIS CIVILIBUS.

VOL. II.
Pag. 1. *CAP. I. Lin.* 6. καὶ διϊστανόμενος. Sic libri noſtri omnes; recte, ut adparet ex eo quod mox ſequitur, οὐκ ἐχρήσατο τοῖς ὅπλοις παροῦσιν. An Candidi codex in diverſum abierit, neſcio: ſed quum interpres ille hunc locum ita vel reddidiſſet vel pervertiſſet, *quamobrem quum ſimili ex diſſenſione plebs ſe aliquando in unum contuliſſet*, difficile dictu eſt, quid H. Stephanum induxerit, ut, bujus auctoritatem ſecutus, expulſo verbo διϊστανόμενος, nihil ne monens quidem de vulgata lectione, in ejus locum συνιστάμενος poneret.

L. 10. ἀρχὴν ἑαυτοῦ προσλάτην. προσλάτιν Vratisl. Et ſic in Aug. quoque, quum prius προσλάτην ſcriptum fuiſſet, ab eadem manu emendatum eſſe, nunc primum animadverti. Percommode vero ad nomen ἀρχὴν refertur προσλάτιν in fœm. genere: & *lectionem hanc in contextum repoſitam velim.*

Pag. 2. *L.* 18. ἐς ἀλλήλους αἱ ἀρχαὶ. Conſtructio quoad ſenſum, non quod literam: ſic ταῖς πόλεσιν ἐς ἀλλήλους, Mith. 825, 1. Si cui magis placet ἐς ἀλλήλας, habebit is codicem etiam Vratisl. conſentientem.

L. 19 *ſqq.* ὡς ἐν ταῖς τῶνδε πλειοψηφίαις ἑκάτεροι τῶν ἑτέρων ἐπικρατοῦντες. Minus adcurate hæc in Gelenii verſione, quam h. l. retinui, expreſſa videntur. Hoc dicit Appianus: *utrique* (tam ſenatus quam populus) *ſtudiis ſuis diviſi erant inter*

utrumque genus magiſtratus; quippe utraque pars tanto ſuperiorem ſe fore altera putabat, quo plus poteſtatis magiſtratibus ſuis accederet. *L.* 21. Κορυδαίνος. Sic eſt in Vratisl. Pag. 2.

CAP. II. Lin. 31. μύσει Reg. B. Aug. Vratisl. ut correxit H. Steph. *L.* 35. παραγγελόντων Aug. cum H. Steph. παραγγελόντων Vratisl. cum Regiis. *Ibid.* Nolim mutatum τῶν ἄλλως ἐπιφανῶν, quod Editi ex Regiis habebant, conſentiente Vratisl. Eadem phraſis Annib. 264, 1. Pun. 412, 1. Civ. II. 195, 55. *L.* 48. ἐσέβαλον. Sic Vratisl. cum H. Steph. Pag. 3.

Ibid. ὡς ἐς πολεμίαν. Eamdem particulam adjecerat MUSGRAV. Habet & Cand. *urbem ut hoſtilem invaſerant.*

CAP. III. Lin. 55. ἐπὶ πλεῖστον. ἐκπλεῖστον Reg. B. Vratisl. *L.* 58. ἐς αἰεὶ. ἰσαεὶ Vratisl.

CAP. IV. Lin. 70. αὖθις ὅμοια Aug. Ven. *L.* 72. αὐτὰν dederunt iidem. Bene: nam αὐτὰν commodius ſubintelligitur. *L.* 78. ὑπὰ νόμοις Aug. Ven. *Sub legibus* Cand. Sic & Civ. IV. 656, 23. *L.* 84. καταβήσαιτο Regii, Aug. Ven. Vratisl. Pag. 5. Pag. 6.

CAP. V. Lin. 98. Αἱ δὲ στάσεις ἐπὶ τῷδε μάλιστα αὖθις. Quatuor verba, ad ſententiam neceſſaria, ded. Aug. & Ven. Pag. 7.

L. 7. ἰδιωτικὸν σφῶν κῆμα Aug. Ven. Pro φεῦ, quod mendoſe dederant Editi cum Regiis & Vratisl., reponere δὴ juſſerat MUSGRAV. Idem paulo ante (*l.* 6.) προϊόντες in προϊουσῶν mutatum voluit: præter rationem, ut mihi videtur.

L. 14. πρότ. αὐτῶν Aug. Ven. *L.* 20. ἔλειπεν Aug. & Vratisl. (puto & Ven.) cum H. Steph. Quod dicit μόνη (Αἴγυπτος) Ρωμαίοις ἔλειπεν ἐς τὰ νῦν ὄντα, pro eo Mithr. 829, 57 ſq. dixerat, Αἴγυπτος ἐς περίοδον τῆς ἐντὸς θαλάσσης ἔτι ἔλειπεν. Pag. 8.

L. 28 *ſq.* γένος ἀφ' ἑαυτοῦ &c. Conf. Civ. IV. 551, 39. & ibi notata. *L.* 29. ἐπ' ἐκείνῳ. „ἐπ' ἐκείνων." MUSGRAV.

CAP. VI. Lin. 34. ἄτρυτον recte Aug. Ven. cum H. Steph. Pag. 9.

CAP. VII. Lin. 50. In δορυάλτου conſentit Vratisl. Pag. 10.

L. 53 *ſqq.* τὴν δ' ἀρχὴν ἐκ τοῦ πολέμου &c. Ad hunc Appiani locum provocare Jurisconſulti ſolent, *Emphyteuſeos* antiquitatem hinc probantes. *L.* 54. αὐξηθεῖσά πω σχολὴν

Pag. 11. Reg. B. Aug. Ven. Vratisl. *L.* 63. ἀφαιρώσεσθαι Aug. Ven. Recte: nam vulgatum ἀφαιρεθήσεσθαι passive significat; conf. p. 53, 72. *L.* 64. MUSGRAVIUS maluerat, τοὶ τε ἀγχοῦ σφίσιν ἄλλα βραχία, ὅσα τε ἦν πενήτων. *L.* 68. εἰρετείας Reg. B. Aug. *L.* 69. αὐτοῖς πολὺ κέρδος Reg. B. Aug. Ven. Vratisl.

Pag. 12. CAP. *VIII. Lin.* 80. πλῆθος τοσόνδε Reg. B. Aug. Ven. Vratisl. *L.* 85. ἔκφυτον, Μηδένα ἔχειν τῆσδε τῆς γῆς &c. & *l.* 89 *sq.* Οἱ μὲν δὴ τάδε νόμῳ περιλαβόντες &c. *Legem agrariam Liciniam* dicit, de qua conferendus Livius l. VI. c. 35 sqq. & alii, quos citavit Drakenb. ad Liv. T. II. p. 415. Quod autem adjicitur ἐκ τῆσδε τῆς γῆς, *hujus agri*, indicat, Liciniam illam legem non ad quodvis agrorum genus, sed ad solum *publicum agrum* pertinuisse. Cum quo consentiunt verba Legis Semproniæ, (qua nimirum instauratam Liciniam Legem Gracchus voluerat,) in Epit. Livii LVIII. *ne quis ex publico agro plus quam quingenta jugera possideret*: quamquam ibi de veritate verborum *ex publico agro* dubitat Dukerus, & alii Viri docti aliter rem expedire conantur; qui, si novissent Appiano cum illis Livianæ Epitomes verbis convenire, fortasse aliter judicassent.

L. 91 *sq.* ἡγούμενοι τὴν λειπὴν γῆν αὐτίκα τοῖς πένησι &c. Sic aptius orationem connectit Aug. Eodemque modo Cand.

L. 92. τοῖς πένησι κατ' ὀλίγον διαπιπράσκεσθαι, *æquo pretio distributum iri in pauperes.* Sic cum Gelenio latine Græca ista reddidi: minus adcurate. Certe κατ' ὀλίγον non significat *æquo pretio*; nec aliud quid in græcis est, quod verbo *æquo* respondeat. Strictius ad literam, κατ' ὀλίγον *paulatim* reddidit Candidus. Sed quum modo præcesserit αὐτίκα, *statim*, *protinus*; dubitari potest, an satis commode nunc κατ' ὀλίγον *paulatim* exponatur, ac videtur potius hoc modo interpretandus totus iste locus: *sperabant*, *protinus reliquum agrum pauperibus particulatim* (vel, *per minores portiones*) *divenditum iri.*

Pag. 13. CAP. *IX. Lin.* 1. φθειρομένου δὲ. Sic & MUSGRAV. δὲ pro δὴ repositum voluerat.

CAP. X. Lin. 17. προυδόμενος Reg. B. Aug. commode, quoniam ſequitur præt. imperfectum. *Pag.* 14. *L.* 28. ἀγωνίαν Aug. recte, ut ex ſqq. patet. Cand. cum Editis *deſperationem* poſuit. *Pag.* 15.

CAP. XI. Lin. 45. εὐανδρίαν. τοῦ δὲ ἔργου &c. Aug. Vratisl. *Pag.* 16. Iidemque mox (*l. ſq.*) ignorant conjunct. καὶ, ante ὡς οὔ τι.

L. 48. οὐδ' ἐνθυμεῖτο. Sic dedi, collatis inter ſe codicum lectionibus. Similiter edit. 2. 3. ex H. Stephan. emend. οὐδὲ ἐνθυμεῖτο. *L.* 55. πλείστης γῆς. „ πλείστην γῆν." MUSGRAV. — Sed ſolet Appianus verbum κατέχειν cum ſecundo caſu conſtruere. De qua conſtruct. dixi ad Præf. p. 10, 59.

L. 56. χώραν. In χώρας cum Reg. B. & Aug. conſentit Vratisl.

CAP. XII. Lin. 74. ὁ κολούων δυνατώτερος. Sic & perſpecte *Pag.* 18. MUSGRAV. Conf. Civ. III. 465, 9. *L.* 79. καὶ ἀνεγίνωσκε. — καὶ ἀνεγίγνωσκε h. l. Vratisl. Et ſic (ſaltem variandi cauſa) edi poterat, ut ſæpe alibi. *L.* 81. τοῦ δήμου θεμὸς Aug. Ven. Et ſic correxit MUSGRAV. Cum editis erravit Vratisl.

L. 94. οὐ πυθομένου. Cum Aug. & Reg. B. peccat Vratisl. *Pag.* 19.

L. 2 *ſq.* ᾧ τι καὶ παρενδοῦναι προθυμουμένῳ δύναιτο ὄντα ἥμοξι. Verſionem tenui horum verborum Gelenianam. Sed mihi utique turbatum aliquid h. l. aut mancum videtur. Aliena plane Candidi interpretatio eſt: *quæ & ipſi moderate Tribunatum deponenti aſſenſura ſit.* An προθυμουμένῃ?

CAP. XIII. Lin. 9. Κίντος δὲ Μεμμιος. Conſentiunt *Pag.* 20. libri: & ſic rurſus p. ſq. l. 40. Gelenius, *ſubrogatus Memmius*: neſcio unde. Vide Plut. in Gracchis pag. 830. c. & 832. f. & Oroſium V. 8. apud quos librariorum culpa corruptum nomen judicavit Pigh. Annal. T. III. p. 6.

L. 16. ὑπὸ τοῦ πλήθους. Conjunctionem, quæ vulgo præcefferat, delevi cum Aug. & Cand. *L.* 18. μετὰ τοῦθ'. Sic jam C. Stephanus tacite emendaverat. μεταὐθ' cum Reg. B. habet Vratisl. *L.* 20. ἐκκλύθησαν Reg. B. Aug. Cum edit. 1. erravit Vratisl. *Ibid.* διαφαυόντες Reg. B. Aug. Vratisl. Retulit etiam lect. C. Steph. in Var. Lect. *L.* 21. οὐ χαρίσεται, & *l. ſq.* ὑβρίσαντα, dedit Aug. itemque Vratisl. ex emend.

Et perspecte viderunt GELENIUS & MUSGRAV. Operarum nostrarum errore *L.* 22. ἐξουσίαν ponitur est, pro quo ἐξέστω reponendum.

Pag. 21. *CAP. XIV. Lin.* 28 *sq.* ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ τοῖς πολίταις Aug. Et viderunt GELEN. & MUSGRAV. Quærendum autem monuit Musgr. an τοῖς πολίταις ut legendum. Id non opus esse, ostendunt similes phrases: προνοεῖσθαι τοῦ κοινοῦ, Pun. 491, 11. & πολιτεύεσθαι τοῦ κοινοῦ, Mith. 791, 20. *L.* 29. δίκας μὲ εἰ ΔΔ ἰς τὸ ἄλλο. Sic edidi ex Aug. qui intra paucos versus eas proles lectiones loco mendosarum nobis suppeditavit. At *L.* 1 *sq.* emendatum non pro vulgatam, δίκας εἰ μὲ &c.

L. 35. Ῥαβιρίου ἀναίτιον. Quin mendosa scriptura sit Ῥαβιρίου, dubitari nequit. *Rabirius* inauditum apud Romanos nomen. At Romanum nomen *Rubrius* est, quem apud Candidum hic legimus: &, in Cæsi quidem Gracchi historia apud Plutarchum pag. 859. A. *Rubrius* etiam *tribunus plebis* memoratur. Eandem vero Candidi lectionem, post Gelenium, Fabius quoque (T. III. p. 6.) aliique secuti sunt.

Pag. 22. *CAP. XV. Lin.* 51. τοῦ κοινοῦ. Gelenius, *simulque reipublicæ*; quæ verba restituit ex ejus versione. Nec tamen satis certus de veritate illius lectionis sum. *L.* 52 *sq.* ὁ ἱππεὺς ἄκρος Reg. B. Aug. *L.* 59. ἀναβάλλεσθαι desiderant iidem.

Pag. 23. *L.* 63. ἀναγκαῖα τὰ τοιαῦτα Aug. Vratisl. cum H. Stephan.

L. 66. ἀκόλουθον Aug. Sic autem omnes in simillimo contextu, p. 43, 11. *L.* 73. κεφάλαια. In κεφαλαίοις cum Edd. consentit Vratisl. Sed Cæsi *duos tribunos a Gracchi dignitate ejecimus*. Nec vero tantorum temporum commode hic locum habere potuit.

Pag. 24. *CAP. XVI. Lin.* 81. χρηματίσασθαι τοῦ κοινοῦ. Sic recte Aug. Et χρηματίσασθαι pro χρηματίσασθαι τοῦ reponere jubebat MUSGRAV. *L.* 82 *sq.* ἀεὶ τοῦτ', ἀεὶ ἐκεῖνο. „Quod ait, *neque pœnas in eorum temere quemquam hoc remedium animadversionis ejecit*, recte accipiendum est. Nam illud SC. quo pœna in C. Gracchi sodalibus Opimio Cos. primum mandatum est, *videret, ne quid reipublicæ detrimenti caperet*,

quid aliud notat, nisi commissum, quam plenissimum esse potest, imperium, sive, ut rectissime in Gracchis Plutarchus explicat, *Dictatoriam potestatem?* J. H. BOECLERUS, *ad Vellej. Paterc. II.* 28. Pag. 24.

L. 85 *sq.* ὁ Νασικᾶς, & *l.* 90. σύμβολον, recte Aug. Ven. Vratisl. cum H. Steph. *L.* 90. ὡς κόρυθα Aug. Primum quidem κόρινθα scriptum erat, sed id mox in κόρυθα mutatum. Duo illa verba præteriit uterque interpres. *L.* 99. εἰλούμενος Aug. ut supra pag. 2, 29. & alibi. *Ibid.* κατὰ τὰς θύρας Aug. Ven. *L.* 2. ἐξέρριψαν Aug. Pag. 25.

CAP. XVII. Lin. 8. οὐ διέλιπεν ἀεί τινος ὁμοίου Reg. B. Aug. Ven. Et verum præclare vidit MUSGRAV. *L.* 12. χειροκρατίαν Aug. & Vratisl. cum H. Steph. Pag. 26.

CAP. XVIII. Lin. 28. ἀκριβῆ. „Forte ad συμβόλαια referendum." MUSGRAV. Candidus, suo more: *neque ab illis quæ sub hasta vendita fuerant, principium diligenter assumentes.* Gelenius: *quia jam inde ab initio ager de hoste captus negligenter divisus fuerat.* Pag. 27.

CAP. XIX. Lin. 36. Ταῦτά τε δὴ. Consentit Vratisl.

L. 39. Ὁ δ' ἐς. Vratisl. ut H. Steph. *L.* 42. τὴν δὲ τοῦδε δυσχερ. Reg. B. Aug. Ven. *L.* 46. Τουδιτανὸς. Vid. Hisp. 147, 90. Illyr. 843, 9. *L.* 47. ἐπ' Ἰλλυριοὺς Reg. B. Aug. Vratisl. cum H. Steph. *L.* 48. πρόφασιν τήνδε Aug. τοῦδε Vratisl. cum edit. 1. Pag. 28.

CAP. XX. Lin. 60. δελτὸν. Corrige δέλτον, ut habet Aug. & Vratisl. Levis menda ex superioribus editionibus in nostram irrepsit. *L.* 70. ἀποπνίξαιεν· καὶ οἱ πυθόμενοι, ὀκνήσαιεν ἐξενεγκ. Sic cum editis orationem distinguunt Aug. & Vratisl. In iisdem mssptis οἱ cum accentu scribitur, sicut H. Stephanus edidit. Sic οἱ positum fuerit pro αὐτοὶ, quemadmodum & nos cum Gelen. in vers. lat. expressimus. Eodem modo p. 109, 20. καὶ οἱ σὺν ὀργῇ παρῄεσαν, & *illi irati accedebant.* Sed nec male fortasse possis cum edit. 1. οἱ absque accentu scribere, & orationem hoc modo distinguere: ἀποπνίξαιεν, καὶ οἱ πυθόμενοι ὀκνήσαιεν &c. In hanc sententiam Freinshemius Pag. 29.

Suppl. Liv. LIX. 79. Appiani verba iſta his latinis reddidit,
Pag. 30. *qui hoc reſciverint, efferre non auſos.* *L.* 74. ἐπικρατῆ. Conf. p. 7, 5.

CAP. XXI. Lin. 77. καὶ ὡς. Reg. B. Aug. Vratisl.

L. 81. Ad verba μείζονι χάριτι, videri poteſt vel præpoſitio ἐπὶ deſiderari, *poſt majorem gratiam*, vel participium ὑπαχθέντες, *devincti*, quo verbo cum alibi ſæpius utitur Noſter, tum pag. ſq. l. 97. & l. 4. Particulam negantem adjiciendam eſſe, viderunt GELENIUS & MUSGRAV.

L. 84. Φούλβιος Φλάκκος. Conf. cap. 34. p. 50. *L.* 89. ἐκ τῶν. εἰ τῶν Vratisl. cum Reg. A.

Pag. 31. *L.* 99. ἔρητο Reg. B. Aug. De re ſic Plutarchus p. 838. B. Γαΐος δήμαρχος ἀπεδείχθη τὸ δεύτερον, οὐ παρακληθεὶς, οὐδὲ μετιὼν, ἀλλὰ τοῦ δήμου σπουδάσαντος. *Ead. lin.* 99 *& ſqq.* Καὶ γάρ τις ἤδη νόμος κεκύρωτο· Εἰ δήμαρχος ἐνδέοι ταῖς παραγγελίαις, τὸν δῆμον ἐκ πάντων ἐπιλέγεσθαι. Legem iſtam in verſ. noſtra lat. in eamdem ſententiam interpretatus ſum, quam Sigiſm. Gelenius, & poſt eum PIGHIUS Annal. T. III. p. 59. eiſdem pæne verbis expreſſerunt. Et Pighius quidem, ad unum Appianum auctorem provocans, C. Gracchum dicit ceteris ſuis legibus, agrariis, viariis, frumentariis hanc legem quaſi caput inſeruiſſe: *Si tribunus opus habeat ad præſtanda promiſſa, ejus potiſſimum rationem proximis comitiis habeto.* Adjicitque Pighius: „ut itaque plebi ſociiſque promiſſa poſſet exolvere, Tribunus plebis iterum eſt factus.“ Sed, ut dicam quod ſentio, licet de ſententia Legis, quam refert Appianus, haud ſatis certus ſim, & de verborum dubitem integritate, vereor, ne a vi verborum, quatenus plana etiam atque integra ſuperſunt, nimium quantum diſceſſerint docti quos dixi viri. Certe παραγγελία numquam, quod ſciam, *pollicitationem*, *promiſſum*, ſignificat. Verbum παραγγέλλειν eſt *denunciare*, *edicere*, *jubere:* ſigillatim autem, de candidatis uſurpatum, notat *nomen ſuum profiteri*, *munus ambire*, *petere magiſtratum*; ut modo vidimus lin. 93. παρήγγειλεν ἐς δημαρχίαν; & ſic conſtanter, quoties de petitione magiſtratus agitur. Hinc παραγγελία nihil aliud eſt niſi *ipſa*

petitio magiſtratus: velut Civ. II. pag. 185, 81 ſq. *Cæſar ἐπέμπετ τῇ βουλῇ, δεόμενος ἐπιτρέψαι οἱ τὴν παραγγελίαν ἀπόντι ποιήσασθαι διὰ τῶν φίλων, per literas a ſenatu poſtulavit, ut ſibi permitteret abſenti per amicos conſulatum petere.* Et in plur. numero, *αἱ παραγγελίαι, petitiones magiſtratus*, vel *tempus illud quo candidati nomen ſuum profitentur.* Noſter ibid. p. 184, 77 ſq. *ἐν αἷς ἡμέραις ὑπατείας ἦσαν παραγγελίαι, καὶ ἔδει τὸν παραγγέλλοντα παρεῖναι.* Et p. 185, 84 ſq. *τὴν ἡμέραν τελευταίαν οὖσαν τῶν παραγγελιῶν, ultima dies qua competitores profiteri nomina oportebat.* Itaque verborum Legis, de qua quærimus, *Εἰ δήμαρχος ἐνδέοι ταῖς παραγγελίαις*, hæc videtur eſſe ſententia: *Si numerus eorum qui tribunatum peterent non eſſet completus:* aut, ut Suetonii verbis utar, in Aug. c. 40. *Comitiis tribunitiis ſi deeſſet candidatus.* Nam id interdum etiam tum libera republica, non ſolum ſub Imperatoribus, factum novimus, ut numerus candidatorum Tribunatus non eſſet completus: cujus rei exempla nonnulla Pighius Annal. T. I. p. 93. retulit. Et verbum *ἐνδεῖν*, quo nunc utitur Appianus, ſimillima occaſione adhibitum a Dione Caſſ. videmus lib. LIV. cap. 30. ubi, *τὴν δὲ δημαρχίαν*, inquit, *ὀλίγων σφᾶς - - αἰτούντων, ἐνομοθέτησεν, ἐκ τῶν ἑπταίων - - - τὸ πλῆθος τοὺς ἐνδέοντας αἱρεῖσθαι σφίσιν.* Quod autem reliqua, quæ apud Appianum ſequuntur, verba adtinet, *τὸν δῆμον ἐκ πάντων ἐπιλέγεσθαι*, utique vel excidiſſe nonnihil ad vocab. *πάντων* pertinens videtur, vel ipſum illud *πάντων* corruptum; pro quo, *ἐκ τῶν ὄντων* vel *παρόντων*, aut in eamdem fere ſententiam aliud quidpiam, ſcripſiſſe Appianum probabile eſt. Nihil opis confert Candidus, qui totum hunc locum ſic expreſſit: *Nam lex quædam promulgata fuerat, ſi Tribunus ſuffragiis egeret, populum ex omnibus eum eligere.* Quidquid ſit, quum ante decem fere annos a Papirio Carbone trib. pl. lata lex eſſet *de reficiendis Tribunis* (Cic. de Amic. cap. 25.) *ut eumdem Tribunum plebis, quoties vellet, creare liceret*, (Liv. Epit. lib. LIX.) eaque lex diſſuadentibus tunc ſummæ auctoritatis viris a populo fuiſſet repudiata; nunc, *perlatam jam* (ὡς

Pag. 31.

Pag. 31. κεκύρωτο) *confirmatamque iſtam legem*, Appianus dicit, adjecta nimirum hac moderatione, *ut refici in annum ſequentem tribunus plebis poſſet, ſi numerus novorum candidatorum non eſſet completus.*

CAP. XXII. Lin. 5. τὴν αἴξησιν Reg. B. Aug. Ven. Vratisl. *L.* 6. καὶ τῶν δημοτῶν ἐν μέσῳ Aug. Ven. Cand. Recte etiam emendavit MUSGRAV. & conferre juſſit p. 48, 90.

Pag. 32. Adde p. 190, 70 ſq. *L.* 8. ὑπάγυια Reg. B. Vratisl. Ferri poterat ſcriptura editorum, quam ſæpe aliàs cum alii ex libris noſtris habent, tum Aug. qui nunc mendoſe ὑπόγεα dabat. *L.* 9. Κορνήλιος Κόϊλας. In vitioſam lectionem libri noſtri omnes conſentiunt. Nec tamen dubitare debueram, recta in contextum verum nomen Αυρήλιον reponere, quod cum Gelenio in lat. verſ. exhibui. Facile ab imperitis librariis duo iſta nomina permutari poterant. De iſto *L. Aurelio Cotta* vide Valer. Max. VIII. 1, 11. & Cicer. Divin. in Cæcil. c. 21. &c. *L.* 9 *ſq.* Σαλινάτωρ. De *Salinatore* nil aliud conſtat. Vid. Pigh. Annal. T. III. p. 19. *L.* 10. Μάνιος Ακύλιος. Conf. Mithr. 656, 38 ſq. & p. 724, 95 ſqq. *L.* 12. κατ' αὐτῶν Reg. B. Aug. Ven. Vratisl. *L.* 15. μὲν ὧδε. Conſentit Vratisl. *L.* 19. τό τε γαῤ. Sic recte Reg. B. & Vratisl. interpoſito etiam inciſo, τό, τε, ut fere ſolent.

Pag. 33. *L.* 26. ἐπὶ μέγα φόβου Aug. Cum Reg. B. levius aberravit Vratisl.

Pag. 34. *CAP. XXIII. Lin.* 39. ἔτιμεν Reg. B. Aug. *L.* 43. τὰ Ρωμαίων, *ea quæ Romanorum ſunt*, id eſt h. l. *jura civium Romanorum.* Alibi *partes Romanorum* denotantur iſta phraſi, alibi *bona* vel *poſſeſſiones Romanorum*, velut Mith. 706,

Pag. 35. 91. Nec opus eſt adjecto artic. τῶν. *L.* 56. δώδεκα ἀποικίαις. Sic & MUSGRAV. repoſuit.

CAP. XXIV. Lin. 62. ἡρημένων Reg. B. Aug. Vratisl.

Pag. 36. *L.* 66. ἐς αἰεὶ. ἐσαεὶ Vratisl. quod perinde eſt. *L.* 72. ὅτι λύκοι τοὺς ὅρους &c Conf. Pun. c. 136. p. 499.

Pag. 37. *CAP. XXV. Lin.* 89 *ſq.* ἢ ἄλλως ἐς τὸν λόγον ὑπαχθείς, *aut alia ratione ad eum compellandum commotus.* Vratisl. ἢ ἄλλων,

bene, si esset ἢ ὑπ' ἄλλων. *L.* 1. ἐκλογίσασθαι περὶ τοῦ γεγονότος. Verbo ἐκλογεῖσθαι passim utitur Appianus hac notione, *excusare*, *diluere crimen*, pro quo aliàs ἀπολογεῖσθαι dicitur. Sic Mith. pag. 800, 73. ἐξελογεῖτο περὶ τῶν γεγονότων. Conf. Civ. V. 728, 68. & 814, 15 sq. Sed sicut h. l. ἐκλογίσασθαι, ab ἐκλογίζεσθαι, (quod aliàs quidem *expendere*, *reputare*, *enumerare* significat;) sic rursus Civ. III. 455, 27. ἐκλογιούμενος περὶ τοῦδε, *rationem hujus rei redditurus*; & Civ. V. 801, 91. τὴν μέμψιν ἐκλογίσασθαι, ubi præter necessitatem a vulg. lect. discessi, & cum Guil. Budæo ἐκλογήσασθαι posui. Pag.

L. 5. φθάσαι. An διὰ τὸ φθάσαι? Ut constructio sit, ἀπολωλεκότες τὸν καιρὸν ὧν ἐβουλεύοντο, διὰ τὸ φθάσαι τὴν ἐγχείρησιν.

L. 9 *sq.* μέν τινας ἐνόπλους Aug. Ven. *L.* 12. τῷ νεῷ Aug. Ven. Sic νεὼν omnes, pag. sq. l. 43. & p. 23, 60. &c. Pag.

Ead. lin. 12. ἐφέδρευε. Corrige ἐφήδρευε. Et sic recte Aug. quod nunc demum animadverti. Sic Civ. V. 761, 13. τοῖς γιγνομένοις ἐφήδρευε. Pun. 447, 58. ἐφήδρευεν ἀπιοῦσιν ἐπιθέσθαι. Paulo ante de Graccho dixerat, ἐφεδρεύων τοῖς ἐσομένοις.

CAP. XXVI. Lin. 13. Τάδε μὲν &c. Malim, Καὶ τάδε μὲν.

L. 27. τοῖς δὲ -- τοὺς ὡπλισμένους ἔπεμπε. Malim ἐπέπεμπε, ut sæpius aliàs. *L.* 34 *sq.* μηνῦσαι. Utrimque μηνύσαι dant Aug. & Vratisl. *L.* 38. διήρπαζε Reg. B. Aug. Ven. — Cum Reg. A. peccavit Vratisl. *L.* 40. ἐνέβαλέ τε Aug. cum H. Steph. Pag.

CAP. XXVII. Lin. 47. καὶ εὐθὺς Reg. B. Aug. Vratisl. Et Cand. *statim*. *L.* 48. ταῖσδε ταῖς προφάσεσιν. Si vera est scriptura, dictum hoc videri potest fere ut Pun. 456, 1. ἐς τήνδε τὴν ἡμέραν ἐγὼ τόδε τὸ χωρίον καταλήψομαι. Pag.

L. 50. Σπούριος Θόριος. „Corrupte apud Appianum *Borius* legitur, pro *Thorius*." HOTMANNUS, *in Antiq. Rom. lib. I. Opp. T. III. p.* 236. Conf. Pigh. Annal. T. III. p. 136 sq. Sigon. de ant. Jur. Ital. lib. II. c. 2. Freinsh. Suppl. Liv. LXI. 37. Ernestium in Ind. Legum ad Ciceronis opera, art. *Lex Thoria*. &c. Obsecutus sum tot ac tanti nominis doctorum

Pag. 40. Virorum auctoritati, Θόριος pro Βόριος reſcribere jubentium; licet mihi quidem, verum ut fatear, Ciceronis de Thoria Lege verba, in Brut. cap. 36. cum argumento hujus legis, quam Appianus h. l. commemorat, conferenti nonnihil dubitationis ſupereſſet, neque penitus ſatisfeciſſet ratio qua conciliari cum Cicerone Appianum poſſe viſum erat doctis, quos dixi, viris. Vidi deinde in diverſa ab his abire Joh. Roſinum, qui Antiq. Roman. lib. VIII. c. 10. legem Thoriam ab ea quæ apud Scriptorem noſtrum *Spurio Borio* tribuitur, plane diverſam ſtatuit. Ac ſane Cicero, quum l. c. *Sp. Thorium ait pernicioſa lege agrum publicum vectigali levaſſe*, videtur legem dicere non modo diverſam ab hac, quæ Appiano hic memoratur, ſed etiam ex adverſo huic oppoſitam, atque adeo eam ipſam cujus paulo inferius (hac pag. lin. 58 ſq.) Scriptor noſter, tacito tribuni nomine, qui eam rogaverat, his verbis meminit, καὶ τοὺς φόρους οὐ πολὺ ἔλαττον διέλυσε δήμαρχος ἴτιμος. Quod ſi vero hoc ipſum, teſte Cicerone, & teſte antiqua illa ænea tabula, cujus fragmenta Sigonius l. c. exhibuit, eſt *Thoriæ legis* argumentum; erroris arguendus foret Appianus, ſi priorem illam legem, cujus contrarium argumentum erat, *Thorio* tribuiſſet. Jam vero, quum *Borium*, non *Thorium*, prioris legis auctorem exemplaria omnia Appiani agnoſcant; poteſt, fateor, & ceteroquin temere factum videri, & in ipſum Scriptorem noſtrum injurioſe, quod ei contra librorum omnium fidem ejuſmodi ſcriptura obtrudatur, quæ cum manifeſto propemodum errore, non librariorum, ſed ipſius Scriptoris, conjuncta eſſe videatur. In quam ſententiam graviter & erudite diſputavit ALEX. SYMMACHUS MAZOCHIUS, *in Commentar. in Æneas Tabulas Heracleenſes p. 316 ſq.* non dubitandum exiſtimans, poſteriorem iſtam legem, abſque auctoris nomine deinceps ab Appiano commemoratam, ipſam *Thoriam* eſſe, adeoque immerito & importune a viris doctis hic, ubi de priori quadam lege contrarii argumenti agitur, *Thorii* nomen in locum *Borii* obtrudi Appiano. Sed, quidquid de hoc ſtatuas, quodſi ex Roſino vel ex Mazochio quæras, quiſnam ergo ſit

Σπούριος

Σπούριος hic Βάριος, ad quem in exemplaribus Appiani lex illa prior refertur? negari rursus ab his non potest, non solum obscurum nomen esse, sed & mendi omnino suspectum. Et Rosinus quidem, argumentum licet legis ex eodem hoc Appiani loco depromens, tribuni tamen nomen ab Appiano editum plane nihil curavit; sed *Bæbiam* (non satis video quo fundamento nisus) adpellans hanc legem, auctorem ejus *M.* illum *Bæbium* perhibet, Tribunum pl. & Triumvirum coloniæ deducendæ, cujus mentio fit in fragmentis ex ænea Tabula apud Sigonium l. c. & apud Pigh. T. III. p. 63. Puto, quod & ipsi persuasum fuit, *Spurium Thorium* hoc loco fortasse nominatum ab Appiano fuisse, sed perperam ab eo priorem hanc legem ad eum tribunum relatam qui posterioris legis auctor fuisset. Mazochius, Rosini conjecturæ nullam mentionem faciens, interim dum de vero auctoris nomine certius quid fuerit compertum, *Boriam* hanc *Legem* adpellandam esse judicavit; quamvis non neget, haud satis emendatam nominis illius scripturam apud Appianum videri. De cujus emendatione hasce conjecturas Vir doctus proposuit, ut, si gentile nomen fingamus *Spurium* esse, (quod exemplis non careat in Gruteri & Muratorii indicibus,) cognomen Βόριον dicat in *Burrum* facile posse refingi: si prænomen fuerit *Spurius*, posse gentis nomen *Burrius* esse. Denique proxime a vero abesse putat, si Βόριος ex Βάριος corruptum statuamus, Βάριος autem pro Οὐάριος positum cogitemus, ut tribunus hic ex eadem *Varia gente* fuerit ex qua deinde alius tribunus A. U. 662. [nobis A. U. 663. vide p. 54, 86 sqq.] lege lata, quæ ab eo nomen habet, inclaruit. Pag. 101.

L. 61. καὶ νόμων &c. Quid sit καὶ ἐπαίνιζον νόμων; vel καὶ νόμων ἐπὶ δίκαις ἐν ἀργίᾳ γεγονότες, fateor mihi minime in plano esse. Supra, p. 28, 49 sq. dixerat, οἱ δὲ τὴν γῆν διανέμοντες, οὐκ ἀπαντῶντος ἐς αὐτοὺς οὐδενὸς ἐς δίκην, ἐπὶ ἀργίας ἦσαν: quæ verba cum his, de quibus quærimus, conferenda videri possunt. Poterunt etiam conferri, quæ subjiciuntur p. 47, 66 sq. οὔτε νόμων, οὔτε δικαστηρίων, οὔτε τινὸς αἰδοῦς ἔτι ὑπούσης. Sed, ut alia, quæ me hic conturbant, præteream; a verbis καὶ Pag. 41.

Pag. 41. νόμων, si modo genuina hæc sunt, videtur mihi novi orationis membri initium fecisse Appianus, & post hæc verba suspicor per librariorum socordiam excidisse nonnihil quod ad complendam sententiam pertinebat. Verum in loco, quem mihi & obscurum esse & desperatum videri profiteor, par est, ut, quo pacto superiores interpretes eumdem exposuerint, lectoribus tradam. Igitur ab illis verbis lin. 59. ὅθεν ἐκπαύιζον &c. sic CANDIDUS: *ob idque adhuc magis simul civium & militum spes, tellurisque reditus, ac distributiones legesque cessavere, quinque & decem annis a Graccho legislatore potissimum elapsis, & a controversiis ad ocium delati sunt.* Luculentius, ut solet, GELENIUS: *Inde secuta tum civium tum militum raritas, diminuti reditus populo Romano & stipendia: non legibus sua vis manst; a judiciis quoque cessatum est ad annum ferme quintumdecimum, ex quo lata fuerat lex agraria.* Denique FREINSHEMIUS, in Supplem. Liv. LXI. 38. eumdem hunc Appiani locum præ oculis habens: „ *Ab hoc initio civium ac militum infrequentia orta: ærarium populi Romani defraudatum: legum etiam Gracchanarum velut oblivio & interitus secutus, quum per annos ferme quindecim ex iis judicia nulla aut rara agerentur.*

Denique non piget huc transscribere, quæ in eumdem hunc Scriptoris nostri locum MAZOCHIUS, quem paulo ante laudavi, ibid. p. 317. commentatus est. Sic igitur ille: „ Post locum initio adscriptum [scil. post verba ista, καὶ τοὺς φέρους οὐ πολὺ ὕστερον διέλυσε δήμαρχος ἕτερος, pag. nostr. 40, 57 sq.] ita statim conqueritur Appianus: *Post legem hanc alteram, nihil reliquum populo factum, cum & civium & juventutis militaris infrequentia laboraret, & (γῆς προσόδου) agrorum vectigalibus, & (διανομῶν) distributionibus frumentariis, & (νόμων) legum jussione careret. Id vero malum* (πεντεκαίδεκα μάλιστα ἔτεσιν ἀπὸ τῆς Γράκχου νομοθεσίας) *anno quinto decimo a* (C.) *Gracchi legum latione contigisse.* Obiter moneo, hæc omnia me ex Appiani mente, ex dictionis vi, itemque ex rerum gestarum fide interpretatum, cum tamen

Geleniana verſio ſecus pleraque acciperet. In primis autem Γράκχου νομοθεσίαν (*Gracchana inſtituta*) non niſi a Gracchо poſteriore, cui *Cajo* prænomen fuit, ordior; nam prior Gracchus de agris dividundis, non item de frumentaria diſtributione, ſollicitum ſe præſtiterat: Cajus utrumque cumulavit. Ergo hoc vult Appianus: *a C. Graccho per annos quindecim Gracchana ſcita viguiſſe. At anno poſt Cajum quintodecimo, lata Thoria lege, plebs ſemel omnibus commodis excidit.* Διανομάς, non quaslibet *diſtributiones*, ſed *frumentarias* accepi; nec enim eo tempore aliæ largitiones in uſu fuere, nec aliæ expetebantur." *Pag.* 41.

„ Huic vero interpretationi temporum putatio concinit. Re enim vera ab anno 630. (quo C. Gracchus leges agrarias & frumentarias pertulit) ad legem uſque Thoriam (anni 646.) quindecim anni ſolidi plebis utilitatibus commodi interceſſerunt. At poſt Thoriam plebs ſolatiis ſimul omnibus, quæ Appianus numerat, exuta fuit. Nam lex Livia anni 662. (quæ & frumenta plebi & alia commoda impertiebat) per vim lata, ſtatim occiſo legislatore abrogata fuit."

Porro de verbis, καὶ νόμων, quæ p. 41. l. 61. apud Appianum legimus, eodem loco ſigillatim etiam hæc adnotavit MAZOCHIUS: „ In Appiano νόμων tantum legitur. At quando unquam fando auditum fuit, *populum Romanum legibus caruiſſe?* Ea de cauſa *Legum juſſione* reddendum putavi. Quo enim tempore tribunitiam poteſtatem Sylla ſuſtulit, ex illo plebs Romana leges jubere deſtitit. Ex hoc vero patet, Appianum plebis Romanæ damna, legem Thoriam ſubſecuta, ad finem prope liberæ Reip. porrexiſſe: quocirca non immerito Tullius in Bruto [c. 36.] Thoriam legem, uti *vitioſam & inutilem*, quamvis ipſe ex optimatium numero, taxat."

CAP. XXVIII. Lin. 64 *ſqq.* Τῷ δ' αὐτῷ χρόνῳ Σκιπίων ὕπατος καθεῖλε &c. *Per idem tempus Scipio Conſul theatrum demolitus eſt &c.* Si hæc ita ſcripſit, & cum eis quæ hodie in codicibus noſtris proxime præcedunt atque ſequuntur ita conjunxit Appianus, ab inſignis Anachroniſmi culpa purgari

Pag. 41. non poteſt. Quippe de re hic agitur, quæ viginti & aliquot annis ante latam a Tib. Graccho legem agrariam, a P. Scipione Naſica Coſ. II. A. U. 599. geſta eſt; memorata Livio Epit. XLVIII. Vellejo Pater. I. 15. Valer. Max. II. 4, 2. aliiſque. Ita fit, ut ſuſpicari aliquis poſſit, Appianum fortaſſe, permutatis *Scipionis* & *Cæpionis* nominibus, quod ad Scipionem pertinebat, ad Cæpionem Conſulem A. U. 648. retuliſſe, pariterque L. Caſſium qui circa A. U. 599. Cenſor fuerat, cum L. Caſſio Coſ. A. 647. confudiſſe. Sed quoniam, ut dixi, turbata & manca ſunt quæ præcedunt; fieri poteſt, ut commodiori, quam qui nunc adparet, tranſitu uſus Appianus hæc quæ hoc capite continentur cum ſuperioribus apte conjunxerit. De re, quæ hic agitur, confer, præter Auctores modo laudatos, Pigh. T. II. p. 429. & Sigon. Comment. in Faſt. Rom. ad A. 599.

L. 68. Τιμητὴς Aug. Ven. Et ſic correxit TOLLIUS & MUSGRAV. *Ibid.* Κοΐντ. Καικ. Μέτελλος. Freinsh. Suppl. Liv. LXVIII. 34. & LXIX. 2-7. Pigh. Annal. T. III. p. 173 ſq.

Pag. 42. *L.* 80. συνεκύρησαν Aug. Ven.

CAP. XXIX. Lin. 91. Κιμβροὶ γένος Κελτῶν. Vide ad Exc.

Pag. 43. de Reb. Gall. p. 73, 26. *L.* 3. ὑπεστρατευμένους. Sic & Vratisl.

Pag. 44. *CAP. XXX. Lin.* 25. μηχανὴν Reg. B. Aug. Ven. Vratisl.

Pag. 46. *CAP. XXXI. Lin.* 52 *ſq.* καὶ τὰ ἐν τῷ ψηφίσματι Μάριος ἐπενέγνωσεν. *Marius edixit id quod legi erat adjectum:* ſcil. adjectum erat legi, (pag. præc. l. 44 ſq.) *ut Conſules aqua, igne & tecto illi interdicerent:* idque adeo edixit Marius, & aqua & igne Metello interdixit.

Pag. 47. *CAP. XXXII. Lin.* 64. οἱ τὸν Μέμμιον Aug. & Cand. ſicut correxit H. Steph.

Pag. 49. *CAP. XXXIII. Lin.* 99 *ſq.* Κανουλήϊος. Mendoſe Cand. *Cornelius. L.* 3. ἑκάστου ἔτους. Vocab. ἔτους & Cand. & Vratisl. ignorant. Sed adjiciendum monuit MUSGRAV.

L. 7. τοσάδε ἐργασθῆναι Ρωμαίους. Conſentit Vratisl. Verbum ἐργάσθη, ut ſolet, active accipiendum, cum duplici accuſativo.

Cap. XXXIV. Lin. 8 *sq.* ὁ Συμμαχικὸς καλούμενος Πόλεμος. Pag. 49.
De *Bello* hoc *Sociali* vel *Italico*, præter Appianum, consulendi sunt Auctores, quos laudarunt Camers & Freinshem. ad Flor. III. 18, 1. *L.* 18. Φούλβιος Φλάκκος. Conf. cap. 21. Pag. 50.
p. 30. & cap. 24, 26. *L.* 28 *sq.* ἀντὶ κοινωνῶν Aug. Ven. Conf. l. 20.

Cap. XXXV. Lin. 41. ἐπανενεγκεῖν Vratisl. cum Edd. Pag. 51.
L. 47. ἐγκλήματος ἴσα δὴ καὶ ἀγνοουμένου. Conf. c. 22. p. 33.
L. 63. ὑπὲρ αὐτῶν. Utique ὑπ' αὐτῶν malim cum MUSGRAVIO. Sic & Cand. *a se explosum.* Sed defectu laborare videtur hic locus: nam adverbium καρτερῶς nil habet ad quod commode referatur. Pag. 52.

Cap. XXXVII. Lin. 86. Κόϊντον Οὐάριον. Pigh. Annal. T. III. pag. 223. Freinsh. Suppl. Liv. LXXI. 37. Valer. Max. VIII. 6, 4. Cicero passim, cujus loca collegit Ernest. in Ind. Histor. & in Ind. Legum. *L.* 92. ἐπάρξειν Reg. B. Aug. Vratisl. ἄρξειν scribere jusserat MUSGRAV. *L.* 96. Οὐηστίας. Rectius utique Βηστίας scriberetur. Civ. II. p. 178, 74. idem nomen in Σηστίας erat detortum. Pag. 54.

Cap. XXXVIII. Lin. 6. τοσάδε εἰργασμένων. Sic & MUSGRAV. correxit. *L.* 15. ἐς πολὺ μὲν οὐκ ἐπήσθοντο. Consentit Vratisl. cum Aug. Pag. 55.

L. 19. ἐξ Ἄσκλου. *Asculo*, uti mox refert Appianus, primus belli Socialis vel Italici furor erupit; quare & frequens deinceps oppidi hujus mentio occurrit. Quum autem duplex in Italia fuerit Asculum, alterum Picenum, Apulum alterum; *Asculum Picenum* hic esse intelligendum, cum aliis ex rationibus, tum inde fit manifestum, quod, sicut Vellej. Pater. II. 15. cum Floro III. 18, 9. *ab Asculanis ortum hoc malum* ait, sic apud Livium Epit. lib. LXXII. *initium belli a Picentibus motum* fuisse legimus. Conf. Adnot. ad p. 66, 92. Pag. 56.

L. 20 *sq.* ἀνθυπάτῳ Σερουϊλίῳ. *Q. Servilius Proconsul*, Liv. Epit. LXXII. Mendose vulgo apud Vellej. Pat. II. 15. & Oros. V. 18. *Servius* vocatur. Conf. Duker. ad Flor. III. 18, 9.

Pag. 56. *L.* 23. τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν Aug. In τὴν consentiunt Reg. B. & Vratisl. sed omittunt nomen ἀρχὴν.

Pag. 57. *CAP. XXXIX. Lin.* 36. Πελιγνοὶ. Cluv. Ital. Ant. lib. II. cap. 14. p. 755. Poterat etiam Πελίγνοι penacute scribi, ut apud Strab. editum est, *Peligni* pariter in recensu horum populorum, qui bellum sociale moverunt, diserte nominantur in Epit. Liv. LXXII. Nec dubium esse debet, quin idem nomen h. l. Appianus scriptum reliquerit. *Ibid.* Οὐηστῖνοι. Apud Strabon. V. 219 B. Οὐεστῖνοι editum est; sed alibi sæpius apud eumdem Οὐηστῖνοι.

L. 37. Πικεντῖνοι. Non debueram *Picentes* cum Gelenio dicere, sed *Picentini*. Nam ab Asculanis, id est, a Picentibus initium belli erat motum, ut paulo ante vidimus. Nunc autem de eis populis loquitur Appianus, qui postea accesserunt, & qui longius a prima belli sede aberant. Distinguendi autem *Picentini*, inferiorem Italiam incolentes ad mare Inferum, a *Picentibus*, qui mediam fere Italiam tenentes ad mare Superum spectabant, licet utrique a Græcis scriptoribus eodem nomine Πικεντῖνοι adpellitentur; ut post Cluverum monuit Cellarius Geogr. Ant. II. 9. pag. 752. *Ibid.* Φερεντανοὶ. Cluv. Ital. ant II. 14. p. 755. *Frentani* utique latine vocantur. Apud Strabonem Φρεντανοὺς & Φρεντάνους editum reperio. *Ibid. sq.* Ἱππῖνοι. Cf. p. 72, 82. *L.* 39. Σαυνῖται Reg B. Aug. Vratisl.

L. 40. ἀπὸ Λίριος ποταμοῦ, ὃν νῦν μέν δεκεῦσι Λίτερνον ἀγεῖσθαι. „Cave, putes eumdem esse *Linternum* & *Litim*, quæ est Appiani falsa conjectura: quamquam video doctos Appianum sequi aut potius ab eo falli." Is. CASAUBONUS *ad Strab. lib. V. p.* 243. Adde Cluver. It. ant. p. 1076. Errorem inde ortum putant, quod & Liris & Liternus vel Linternus alio nomine *Glanis* vel *Glanius* fuerit adpellatus. Conf. Cellar. Geogr. Ant. pag. 827. & 832. Ad Liris fl. ostia erant Minturnæ colonia, ad Liternum fluvium Liternum vel Linternum oppidum. Conf. ad p. 61, 99. Verbum ἀγεῖσθαι ea notione hic usurpatur, de qua dixi ad Hisp. 180, 57.

CAP. XL. Lin. 53 *ſq.* Σέξτος Ἰούλιος Καῖσαρ. *Lucium* (non *Sextum*) *Julium Cæſarem* primo anno Belli Socialis cum P. Rutilio Lupo (A. U. 664.) conſulatum geſſiſſe, cum ex Faſtis & aliis Scriptoribus, tum ex Vellej. Pat. II. 15. & Liv. Epit. lib. LXXIII. conſtat. Quod ſi igitur ab Appiano eſt iſta ſcriptura, quam quidem conſtanter in hac hiſtoria exhibent libri noſtri omnes; duorum annorum Conſules perperam ab eo conjuncti ſunt: nam ſuperiori anno Sextus Julius Cæſar Conſul fuerat cum L. Marcio Philippo. Conf. Drakenb. ad Liv. l. c. Infra autem, ubi de Cinnana & Mariana proſcriptione agitur, pag. 101, 90. apud Appianum etiam *Lucius Julius* vocatur is qui cum Cajo fratre juſſu Cinnæ occiſus eſt, qui pro eodem vulgo habetur, qui hoc anno Conſul bellum ſociale adminiſtravit, quem in tota hujus belli hiſtoria *Sextum Cæſarem* Appianus adpellat. Sed in ejuſdem hujus Cæſaris rebus etiam hoc turbas movet, quod eum Appianus, finito conſulatus anno, Proconſulem in caſtris ad Aſculum morbo vitam finiiſſe ſcribit p. 68, 28. quem alii eumdem eſſe perhibent, qui a Cinna (ut paulo ante dixi) A. U. 667. occiſus eſt. Omnino vero in tota hujus Belli Socialis hiſtoria, quam nonniſi conciſe admodum ſummatimque, ac partim etiam non apto ſatis ordine expoſitam, apud Scriptores qui ad ætatem noſtram pervenerunt, reperimus, bene multa ſuperſunt, quæ, deficiente præſertim Liviani operis face, clariorem etiam nunc lucem deſiderant; quamvis egregiam operam Pighius aliique, & in primis doctiſſimus perſpicaciſſimuſque Freinshemius, in extricandis difficultatibus, quæ hanc partem Romanæ hiſtoriæ premunt, poſuerint.

L. 54. Πούπλιος. Poterat teneri Πόπλιος, quod libri h. l. dabant: quod, quoniam perinde eſt, alibi paſſim, ubi conſentiebant libri, conſervavimus.

L. 63 *ſq.* ὑπὸ δὲ Σέξτῳ Καίσαρι Πούπλιον Λέντλον, ἀδελφὸν αὐτοῦ Καίσαρος. Gelenius: *Sexto Cæſari* (additus legatus) *P. Lentulus, ipſius germanus.* Freinshemius LXXII. 9. *fratrem Conſulis uterinum* dicit. Nihil habeo quod opponam. Sed ſuſpicari quis poſſit, intercidiſſe fortaſſe poſt P. Lentulum

Pag. 58. *Caji Cæsaris* nomen, qui frater fuit Consulis, quem deinde una cum fratre A. 667. Cinnæ jussu occisum legimus p. 101, 90. In eadem Cinnana Marianaque proscriptione *P. Lentulus* (ibid. l. 91 sq.) necatus traditur.

Pag. 59. *L.* 67. καὶ πάντας ἐπεστρατεύσατο οἱ ὕπατοι. Simili ratione de Pompejo dixerat, bellum Piraticum pluribus per maria distributis legatis administrante: αὐτὸς δ' ἅπαντας ἐπόλει, Mithr. 786, 33. *L.* 71. Τίτος Ἀφράνιος. Sic scripti nostri omnes dant p. 66, 93. & p. 67. l. 96, 99, & 5. Itaque, licet *Afranius* apud Florum etiam III. 18, 6. legatur, tamen revocandam ex mss. illam lectionem putavi, quoniam cum majori utique specie veri credi potest, obscurius nomen a librariis capite truncatum esse & in aliud notius nomen vicini soni mutatum, quam in locum nobilioris temere substitutum. Hujus sive *Afranii* sive *Lafrenii* nomen in *Francus* corruptum videri potest apud Orosium V. 18. (p. 337. edit. Havercamp.) qui Marsorum imperator ibi perhibetur. Conf. Nostrum infr. p. 67, 5. Ceterum de Italicorum hoc bello ducibus, quotquot eorum apud varios Scriptores memorantur, ex professo commentatus est Freinshemius ad Florum III. 18, 6: cum quo conferendi Interpretes Vellej. Paterc. II. 16. Diodor. Sic. Eclog. 1. ex lib. XXXVII. Oros. V. 18. &c.

L. 72. Γάϊος Ποντίλιος. Sic Scripti omnes & Cand. cum edit. 1. *P. Ventidium* Gelenius ex alia mendosa lectione, quæ p. 66, 93. obtinuerat, huc traxisse videtur. *Rutilius*, quod Romani Consulis nomen erat, quo casu quove consilio sit ab H. Stephano intrusus, non perspicio. *C. Pontidius*, cum unius literæ differentia, apud Vellej. II. 16. nominatur: unde probabiliter suspicari licet, Ποντίδιος fortasse apud Nostrum esse rescribendum, quandoquidem facilius in græca scriptura litera Δ in Λ, quam in latina L in D, deflectere potuit.

Ibid. Μάριος Ἰγνάτιος. Hujus nomen *Marius Egnatius* editur apud Vellej. l. c. & apud Livium Epit. LXXV. quod & in vers. nostra latina cum Gelenio posui. Apud Appianum

h. l. nil variant codices: sed infra, ubi idem nomen recurrit, plerique libri capite truncatum referunt, quemadmodum & Civ. IV. 558, 55. Quodsi quis Εγνάτιος apud Nostrum reponendum ducat, facile patiar: nec tamen præpropere quidquam innovandum. Idem vero nomen Εγνάτιος vel Ιγνάτιος Viris doctis visum est infra cap. 52. pag. 73 sq. restituendum Appiano, in locum nominis Τρεβάτιος, quod ibi vulgo libri omnes exhibent. Pag. 59.

Ibid. Κοΐντος Πομπαίδιος. Conf. p. 64, 52 & 59. Sic corrigendum esse monuerunt DELRIUS ad Liv. Epit. LXXVI. & VOSSIUS ad Vellej. Conf. Diodor. Sic. loco supra cit. Opp. T. II. p. 539. & Fabric. ad Oros. V. 18. p. 340.

L. 73. Γάϊος Πάπιος. *C. Papius Mutilus.* Vellej. Diodor. & Oros. ll. cc. Ac forte Appianus quoque tertium illud nomen h. l. adjecerat; certe paulo inferius, p. 72, l. 92 & 96. hoc uno nomine Μοτίλος eumdem designat, ubi Samnitium ducem fuisse docet. Idem deinde, composito sociali bello, in senatum Romanum lectus, tandem octogenarius proscriptus est a Triumviris, ut refert Appian. Civil. IV. c. 25. ubi pro Στάτιος, quod vulgo legitur, Πάπιος rescribendum opportune docuit Wesseling. ad Diod. l. c.

Ibid. Μάρκος Λαμπώνιος. Dux Lucanorum: infr. p. 126, 17.

L. 74. Γάϊος Ιουδακίλιος. Conf. cap. 47 sq. pag. 66 sqq.

Ibid. sq. Οὐέττιος Κάτων. *P. Vettius Scato, dux Marsorum.* Cic. Philipp. XII. 11. De eodem vide Interpretes ad Vellej. II. 16. & conf. quæ notabimus ad p. 66, 93.

CAP. XLI. Lin. 80. Αἰσερνίαν. Quum mendosam scripturam, si aliunde nolebat, saltem ex ipso Scriptore nostro, p. 72, 96. corrigere potuisset primus Editor, maluit non solum hoc loco librorum scripturam sequi, sed etiam altero loco probam, quam offerebant libri, ad hujus exemplar corrumpere.

L. 82. Ακίλιος. Consentit Vratisl. *L.* 84. Οὐέναφρον. Sic Strabo, Ptolemæus, & Latini omnes nomen illius oppidi efferunt; nec dubitari debet, quin librariorum errore depravata sit lectio, quam libri nostri exhibebant. *L.* 85. Πρησενταῖος δὲ Πόπλιος. Hujus nemo, præter Appianum, meminit. Pag. 60.

Pag. 60. *L.* 92. ἐς Γρούμεντον. Oppidum Lucaniæ. Cluver. Ital. ant. p. 1279. Freinsh. Suppl. Liv. LXXIII. 22 sq. Senec. de Benef. III. 23. Macrob. Saturn. I. 11.

Cap. XLII. Lin. 93. Νῶλαν recte h. l. Aug. Vicissim p. 91, 22. ubi recte erat editum Νώλης, perperam Aug. Νόλης. Pag. 61. Conf. & 71, 76 & 78. *L.* 96. ἐστράτευεν Reg. B. Aug Ven.

L. 99. καὶ Σταβίας. Verum reposui, præeunte Gelenio, & Freinsh. Suppl. Liv. LXXIII. 26. Receptas deinde, Cn. Pompejo L. Catone Coss. id est, anno seq. *Stabias* a L Sylla deletasque, Plinius docet lib. III. c. 5. s. 9. (p. 157. ed. Hard.)

Ibid. Μίντερνον. Sic ex Reg. A. consentiente Candido editum inveni. Μινόερνον (non Μινοέρνον, ut in Notis infra context. per errorem positum est) dant Reg. B. Aug. Ven. & cum his Vratisl. quod quin corruptum sit dubitari non potest. Nec vero *Minternum* oppidum cuiquam Scriptori memoratum. Notæ sunt *Minturnæ*, in Latio, ad Liris fluvii ostia; quare *Minturnas* h. l. Gelenius posuit. Sed hæ quidem αἱ Μιντοῦρναι, interdum etiam sing. numero ἡ Μιντοῦρνα, (nomine fœminini generis & primæ declinationis) non solum apud alios Græcos Scriptores, Strabonem, Dionysium Halic. Ptolemæum, sed & apud ipsum Nostrum, adpellantur. Vide infra, p. 85, 20. & p. 87, 39. Et incolæ Μιντουρναῖοι Civ. IV. 568, 20, 22, 28, 34. Itaque non temere FREINSHEMIUS, Supplem. Liv. LXXIII. 26. *Liternum*, Campaniæ oppidum, cognomini fluvio (de quo ad p. 57, 40. dictum est) impositum, quod & *Linternum* passim adpellatum videmus, h. l. intelligendum suspicatus erat; cum præsertim & reliqua duo oppida, quæ simul cum illo memorantur, Stabiæ & Salernum, in Campania sint. Sic fortasse Λίτερνον vel Λίντερνον fuerit rescribendum.

L. 2. ὡς δὲ. Sic recte Aug. *L.* 3. πλησίον αὐτῷ. Recte idem Aug. Dativus casus referendus ad verb. προσετίθεντο.

L. 8. ἱππέας καὶ πεζοὺς Aug. Quum vulgo abesset conjunctio, vocabulum πεζοὺς in πολλοὺς mutare jusserat MUSGRAV.

Pag. 62. *L.* 18 *sq.* καὶ ἐπὶ τῷδε Καῖσαρ. „Forte ἐπὶ τῷδε Πάπιος." C. STEPHANUS, *in Var. Lect.* Sed nil opus erat solicitare vulgatam Lectionem. *L.* 23. ἐστράτευε Reg. B. Aug. Ven. Vratisl.

CAP. XLIII Lin. 26. Οὐίτλιος Κάτων. Vid. pag. 59, 74 ſq. & conf. p. 66, 93. & ibi Adnot. Οὐιτίδιος Κάτων Vratisl. cum Reg. B. *L.* 31. ἐς τὸν ποταμὸν Aug. Et Cand. *multos* Pag. 63. *flumini immerſit.* *L.* 44. ἔνθαπερ ἂν θάνωσι Reg. B. Aug. Vratisl.

CAP. LXIV. Lin. 48. ἀγαγόντος σχολὴν Aug. *L.* 49. ἐπὶ Pag. 64. ἀρχαιρέσια. Sic pag. 153, 84. ἐπὶ τὰ ἀρχαιρέσια εὐ κατῆει. Et p. 108, 10. διὰ τὰ ἀρχαιρέσια &c. Item abſque artic. p. 139, 37. ἀρχαιρέσια προυτίθεσαν. Quod ſi Auguſtanum h. l. ſequi lubet, ſcribendum ἐπὶ ἀρχαιρεσίᾳ, *habendorum comitiorum cauſa.* Sed in ſing. numero rarioris uſus illud nomen eſſe monui ad Pun. 462, 10. *L.* 51. Καινίωνα. Vid. p. 58, 61 ſq. Mox de *Pompædio* conf. p. 59, 72 ſq. *L.* 54. ἐσκευασμένα Aug. cum Reg. B. & Edd. Sed ἐσκευασμένους Vratisl. cum Reg. A. *L.* 55. μολίσθου. Alibi μολύβδ. per υ, quod perinde eſt. Vid. ad Mithr. 685, 33. *L.* 59. πειθόμενος Aug. Et Cand. *ductus credulitate.* Correxit etiam MUSGRAV.

CAP. XLV. Lin. 65. Σέξτος δὲ Καῖσαρ. In tota hac hiſ- Pag. 64. toria perpetuo errore *Sextum Cæſarem*, pro *Lucio*, nominari, monui ad p. 58, 53. *L.* 67. Ἰγνατίου. Quum plerique ſcripti libri, cum quibus & Vratisl. facit, litera initiali truncatum exhibeant hoc nomen; fortaſſe Ἐγνάτιος edi potuerat, ut habent alii Scriptores. Nam quod ſupra Ἰγνάτιος diſerte codices noſtri exhibebant, id a ſequioribus librariis, quibus notius nomen *Ignatii*, quam *Egnatii*, erat, potuit proficiſci. Conf. ad p. 59, 72. *L.* 68. πειρωσίᾳς. Sic Aug. & Vratisl. in contextu, ſed intra lineas perperam ſuperſcriptum μ.

L. 71. ἐς Τεανὸν. „*Teanum Sidicinum* fuiſſe conjecturis adſequor." FREINSH. LXXIII. 57.

CAP. XLVI. Lin. 76. Κορνήλιος Σύλλας καὶ Γάϊος Μάριος. Ob id quod mox ſequitur *lin.* 80 *ſqq.* nunc *Cornelii Sullæ* nomen cum Gelenio & Freinsh. LXXIII. 59 ſqq. in lat. verſ. omiſi, & deinceps tantum nominavi. Certe deinde de Sylla ita Pag. 66. plane loquitur Appianus, tamquam paulo ante nulla ejuſdem mentio fuiſſet facta. Si cui remedium iſtud, quod tamen Græco contextui adferre non ſum auſus, violentius videtur;

Pag. 66. is videat, an pro Κορνήλιος Σύλλας lin. 80. alium *Cornelium* probabilius ſit nominatum fuiſſe ab Appiano. *L.* 83 *ſq.* ὡς τὴν φάσιν ἐκείνης τῆς ἡμέρας &c. Oroſius V. 18. *Marius ſex millia Marſorum occidit, ſeptem millia armis exuit.*

CAP. XLVII. Lin. 92. Περὶ δὲ τὸ Φάλερνον ὄρος. „Niſi rei Geographicæ parum peritum ſcirem Appianum, mendum his vocibus, τὸ Φάλερνον ὄρος, ineſſe ſuſpicarer." PHIL. CLUVERUS, *Ital. Antiq. lib. II. c. 11. p. 740.* Scilicet dubitationem movere debebat, quod *Falernus* mons (certe *ager ille Falernus*, vini generoſitate nobilitatus) in *Campania* ſitus eſt; quum *Firmum* oppidum, cujus mox mentio fit, ab alia parte in *Piceno* ſit. Qua quidem dubitatione commotus etiam, ut videtur, GELENIUS, & poſt eum FREINSHEMIUS LXXIII. 19. pro *Falerno monte*, montem vel agrum *Falerinum* hic legendum cenſuerunt, a *Faleria* nomen habentem, Piceni oppido, de quo videndus Cluver. l. c. pag. 739 ſq. & Cellar. p. 759. His ex adverſo Vir doctiſſ. J. CHRISTOPH. AMADUTIUS, Græc. Literar. Romæ Profeſſor, datis ad nos literis, in quibus erudite multa diſſeruit ad Appianum pertinentia, oppoſuit, fortaſſe nec Appianum nec ejus librarios erroris h. l. eſſe accuſandos: *Judacilium* quippe, qui præ ceteris & hic & deinceps memoratur, *Apulorum* ducem ab Appiano perhiberi; (vid. p. 62, 19 ſq.) adeoque in inferiori potius Italiæ parte, quam in Piceno, bellum geſſiſſe: quare, ſicuti duplex Aſculum Italia habuerit, ſic & vel ex hac ipſa Appiani narratione colligi poſſe, præter *Firmum*, *Piceni* oppidum, quod ex aliis Scriptoribus notum eſt, aliud fuiſſe in *Campania*, prope Falernum montem. Sed, alia ut taceam, regeri Viro docto poterit, *Aſculum* etiam mox (*lin.* 4.) in eadem regione cum *Firmo* memorari; &, quod ſi quæ continuo de eodem Aſculo narrare pergit Auctor noſter conferantur cum eis quæ ex ceteris Scriptoribus & ex aliis antiquitatis monumentis novimus, (de quibus conſuli ſaltem Pighius poteſt, T. III. p. 230.) dubitari non poſſe, quin *Aſculum Picenum* ſit intelligendum: quare nec de alio *Firmo*, niſi de eo [illegible] controverſiam in *Piceno* fuit, hic eſſe cogitandum.

L. 93. Τίτος Ἀφράνιος. Sic conſtanti conſenſu h. l. & deinceps dederunt ſcripti codices noſtri omnes, duo Regii, Aug. Ven. & Vratisl. quam lectionem primus Editor ne in Indicem quidem Variarum Lect. referre dignatus eſt, ſed cum Candido tacite in Τίτος Ἀφράνιος mutavit. Cf. pag. 59, 71. & ibi notata. Pag. 68.

Ead. lin. 93. Πούπλιος Οὐεντίδιος. Nomen hoc ex ſolo Reg. A. editum eſt, cui conſentit Cand. *P. Ventidius.* Et legimus quidem apud Vellej. Pat. II. 65. Valer. Max. VI. 9, 9. Plin. VII. 43, 44. alioſque, *P. Ventidium Baſſum*, eum qui poſt quinquaginta & quod excedit annos de Parthis triumphavit, hoc bello ſociali inter captivos Picentium triumpho Aſculano ductum fuiſſe. Cujus ætas quum non patiatur, ut eo bello dux Italicorum eſſe potuerit; patrem h. l. apud Appianum intelligendum ſuſpicatus eſt Pighius T. III. p. 230. & Freinsh. ad Flor. III. 18, 6. Sed, ne dicam, a nemine veterum, quamvis opportuna offerretur occaſio, inter duces ſociorum nominatum Ventidium eſſe, parum utique credibilem conjecturam iſtam faciunt ea quæ de ejuſdem hujus, quem dixi, Ventidii inope juventa, ſordidave arte qua vitam toleravit, apud Ciceronem Epiſt. 18. lib. X. apud Plinium l. c. apud A. Gellium XV. 4. referuntur. Quid multa? Parum tuto fundamento *Ventidii* nomen inter duces hujus belli relatum fuiſſe, ſcripti noſtri libri Appiani declarant, ex quibus quatuor, quorum quiſque per ſe plus auctoritatis habet quam ille unus e quo Ventidius huc traductus eſt, ab eo diſcedunt; nam ſicut Aug. & Ven. Οὐεντίλιος, ſic Vratisl. cum Reg. B. Οὐεντίλλιος habet. At vero, ne hos quidem verum nomen dare, minime negaverim: &, ſi modo ceteroquin probabile eſſet de Ventidio, ultro etiam eram largiturus, facillime Οὐεντίδιος primum in Οὐεντίλιος, ac dein in Οὐεντίλλιος abire potuiſſe. Nunc proximum videri poteſt, ut ſuſpicemur Οὐετίλιος ſcripſiſſe Appianum. Et hanc equidem conjecturam facerem, niſi varietas lectionum, quas ad p. 62, 26. libri noſtri exhibebant, ſatis perſpicue aliud docere mihi viderentur. Nam ibi, quum Οὐετίλιος eſſet ſcribendum, quemadmodum p. 59, 74 & 79.

Pag. 66. fuerat, codex Reg. A. ipse ille, e quo Οὐεντίδιος nunc h. l. editum est, plane ut hic, Οὐεντίδιος dabat: reliqui autem nostri libri non eadem quidem, qua nunc, sed adfini quadam ratione aberrabant. Itaque mihi probabile fit, etiam h. l. ex Οὐέττιος corruptam esse omnem, quam libri offerunt, lectionis varietatem. *Publii* autem prænomen fuisse *Vettio Catoni* vel *Scatoni*, (licet *T.* sit apud Eutropium V. 2.) & bellum gessisse *P. Vettium* adversus Cn. hunc Pompejum, de cujus rebus hic agit Appianus, discimus ex Ciceronis Phil. XII. 11. Variis autem modis alibi etiam fraudi fuit librariis nomen illud *Vettius*. Nam & apud Appian. nostrum Civ. II. 189, 53 sqq. in Οὐετίτιος & in Οὐετούτιος detortum in scriptis libris est; & apud Eutropium l. c. codex mspt. Galæi (referente Verheykio) pro *T. Vettius* habet *Vetitius*; & apud Ciceronem, quum Vossius ad Vellej. II. 16. ait, se in optimæ notæ codice mspto, pro *cum P. Vettio Scatone*, invenisse *cum P. Vectio & Titio Scatone*, (unde idem vir doctus legendum statuerat *cum P. Vettio & Tito Catone*,) facile intelligitur, istam codicis illius scripturam non nisi varietati lectionis quæ inter lineas tali quodam modo notata fuerat, *cum P. Vectio* (*ettitio*), ortum debere. Quin &, apud ipsum Eutropium, perquam probabile est, prænomen illud *T.* (quod a pluribus codicibus plane abest) ex simillima lectionis varietate, male accepta, perperam esse invectum. Ceterum apud Appianum nostrum Gelenius ex vulgata lectione, Πούπλιος Οὐεντίδιος, quam h. l. Editi exhibent, mira quadam audacia, supra p. 59, 72. eumdem *P. Ventidium* in catalogum ducum Italicorum, ejecto *C. Pontilio* vel *Pontidio*, quem ibi Appianus nominaverat, intrusit. Suspectum vero CANDIDO fuisse hoc nostro loco *P. Ventidii* nomen, declarat Nota marginalis in antiqua edit. Veneta: „Credo *Publium* esse eum quem *Presentejum* superius dixit." Obscuri illius *P. Presenteji* nomen occurrebat p. 60, 85 sq.

L. 94. ἀλλήλοις συνελθόντες Reg. B. Aug. In ἐς ταυτὸν, quod præcessit, consentiunt omnes.

L. 4. Ἄσκλον. *Asculum Picenum.* Vide ad p. 56, 19. & finem Adnot. ad p. 66, 92. *L.* 5. Λαφρήνιος γὰρ ἐπεπτώκει. Prope Asculum XVIII. millia Marsorum cum *Franco* imperatore suo a Cn. Pompejo cæsa esse, Orosius refert V. 18. p. 337. Ubi, quamquam ceteroquin non omnino convenit Orosio cum Appiano, videri potest *Francus* dici, qui Appiano & Floro *Afranius* vel *Lafrenius* est; quod Freinshemium etiam (Suppl. Liv. LXXIV. 18.) suspicatum fuisse reperio. Pag. 67.

Cap. XLVIII. Lin. 8. ἠπείγετο Aug. Et Cand. *confestim accessit.* Sæpius jam ὑπήγετο & ἠπείγετο confusa a librariis vidimus. *L.* 9. ἐκέλευσεν idem dedit Aug.

L. 16. διὰ φθόνον Aug. Ven. In Vratisl. sic, διὰ νοντο τὸ πλῆθος. Cand. verba illa prætermisit. „διὰ τὸ γενόμενον" suspicatus erat MUSGRAV. *L.* 17. τὸ πλῆθος ἐς ἃ παρήγγελλεν ἀπέτρεψαν. παρήγγελλεν recepi ex Reg. B. Aug. Vratisl. licet non spernendum putem Aor. 2. παρήγγελεν. Sed mira phrasis, & mendi utique suspecta, ἀπέτρεψαν ἐς ἃ παρήγγελλεν. Cum genitiv. casu construi verbum ἀποτρέπειν solet, cujus exemplum habuimus p. 63, 45. Nec remedii quidquam in lectione cod. Aug. invenio. Recte sententiam Cand. expressit: *multitudinem a mandatis suis deterruerant.* Pag. 68.

L. 18. πυρὰν νήσας Reg. B. Aug. Vratisl. *L.* 20. κατακλίνας αὐτὸν. Sic Regii & Aug. Sed αὐτὸν dat Vratisl. cum Editis.

L. 27 *sq.* χρονίου δ' αὐτῷ τῆς περὶ τὸ Ἄσκλον οὔσης πολιορκίας. Mendo laborare vulgatam lectionem, τῆς περὶ τὸ Ἄσκλον οὔσης χειροτονίας, manifestum est: & aptius utique huic loco videri vocab. πολιορκίας debet, quod ded. Aug. & Ven. Ceterum, ubi postremo de Cæsare verba fecit Appianus, p. 65, 73 sqq. ad *Acerras* hæserat *Cæsar*, & oppidum illud a Papio obsessum obsidione liberare frustra erat conatus. De *Asculi* quidem obsidione pag. præc. dixit Scriptor noster; sed ibi a *Pompejo* obsessum retulit. Nunc subito, omisso Pompejo, Cæsarem circa Asculi obsidionem hærentem inducit. Hinc cogitare quis posset, Ἀχέρρας fortasse pro Ἄσκλον esse hic rescribendum. Sed huic quidem respond[illegible]um Freinsh. LXXIV. 21. poterit, Cæsarem, victo Papi[illegible]mirum

Pag. 62. accipiendum id quod proxime ante hunc locum, in quo versamur, expoſuit Appianus,) Acerris obſidione liberatis, bellum Aſculanum per abſentiam Pompeji, qui Romam ad petendum capiendumque conſulatum erat profectus, adminiſtraſſe. Ac fortaſſe de hac ipſa Pompeji Romam ad petendum conſulatum profectione monuerat h. l. Appianus; ſed verba, quæ de ea re fecit, interciderunt, quorum reliquiæ ineſſe in vocabulo illo χειροτονίας, quod pro πολυαρχίας Regii codices conſentiente Vratisl. & Cand. hic exhibent, videri poſſunt.

L. 28. ἀποθνήσκων ἐκ νόσου, (*Sext. Cæſar*) *moriens ex morbo.* Quem *Sextum Cæſarem* noſter adpellat, quem cum P. Rutilio A. U. 664. primo anno belli ſocialis Conſulatum geſſiſſe & bellum hoc adminiſtraſſe ait, hunc apud reliquos omnes Scriptores *Lucium* vocari, jam initio monui, ad p. 58, 53 ſq. Atqui hunc eumdem non mortuum eſſe hoc anno, ſed poſt aliquot demum annos juſſu Marii occiſum, ex Liv. Epit. LXXX. Valer. Max. IX. 2, 2. aliiſque auctoribus docet Freinsh. LXXX. 41. & alii. Conf. infra p. 101, 90. ubi eumdem (ſi modo idem eſt) Appianus quoque, præter morem, *Lucium* vocat. Hinc ἀποθνήσκων h. l. Freinsh. (LXXIV. 21.) expoſuit, *languido corpore, quum deficere ſe animadverteret.* Quod ſi tamen Appiani verba per ſe ſpectemus, vix dubitare licebit, quin *deceſſiſſe illo morbo* Proconſulem dicat. Fuerit-ne fortaſſe *Sextus* hic *Cæſar*, qui ad Aſculum morbo deceſſit, is qui proxime ante *Lucium Cæſarem* cum L. Marcio Philippo conſul fuerat. De cujus quidem rebus vel in conſulatu vel poſt conſulatum geſtis, in hac monumentorum hiſtoriæ illius temporis ſive jejunitate ſive penuria, nihil ceteroquin memoriæ proditum legimus. Sed quod ſi fingamus, *Sexti* hujus *Cæſaris* partes pariter nonnullas in bello Sociali fuiſſe; facilius intelligi poterit, unde factum ſit, ut Appianus ac fortaſſe nonnulli ex vetuſtioribus etiam auctoribus, e quibus ſua hauſit Appianus, Sextum Cæſarem cum Lucio confuderint, ipſique *Lucio*, licet altero celebriori, *Sexti* prænomen per errorem tribuerint.

CAP. XLIX.

Cap. XLIX. Lin. 30. Verbum ἐν, quod ex Aug. recepi, inserendum MUSGRAV. etiam monuit. *L.* 37 *sq.* Ἰταλιωτῶν δὲ τοὺς ἔτι ἐν τῇ συμμαχίᾳ παραμένοντας ἐψηφίσατο εἶναι πολίτας. Vellej. II. 16. *Legem Juliam* Cicero vocat, pro Cornelio Balbo c. 8. puto quod a L. Julio Cæsare Consule, auctore Senatu, lata fuisset. Cf. Sigon. de Ant. Jur. Ital. III. 1. *L.* 47. δικαστινόντες. *In octo tribus contributos novos cives*, Vellejus Pat. ait, II. 20. eamdem addens, quam Appianus, rationem: *ne potentia eorum & multitudo veterum civium dignitatem frangeret, plusque possent recepti in beneficium, quam auctores beneficii.* Vide Sigon. l. c. Pag. 69.

Cap. L. Lin. 61. Πέρκιος μὲν Κάτων. Nimis nota *Porcia* gens, e qua Catones sunt, quam ut error, in quem libri nostri omnes conjurant, ab Appiano profectus putari possit. Gelenius etiam *Porcius Cato* posuerat. *L.* 62. Μάρσοις. πολεμῶν ἀνῃρέθη. Ex invidia *a filio C. Marii in tumultu belli, quasi ab incerto auctore, prostratum* Orosius perhibet, V. 18. Pag. 70.

L. 63. περὶ τὰ Πομπηΐα ὄρη. Ad urbem Pompejos, quam obsidebat Sylla. Oros. l. c. Vellej. II. 16. *L.* 76. Νῶλαν. Vid. pag. 60, 93. *L.* 79. σφίσι συνεπαίσουσιν. Conf. Not. ad Syr. 563, 53. Pag. 71.

Cap. LI. Lin. 82. Ἰρπίνους. Sic recte Reg. B. & Vratisl. ut edidit H. Steph. Spiritum ad literas majusculas C. Stephanus nusquam adposuit. *L.* 83. προσέβαλλεν Αἰκουλάνῳ Aug. *L.* 85. τὸν Σύλλαν idem Aug. *L.* 87. κλημασίδας rursus idem. Et correxit MUSGRAV. *L.* 89. διώρυσσειν Reg. B. Aug. Et MUSGRAV. „διώρυσσον vel διώρυσσειν." *L.* 90. ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης Reg. B. Aug. Ven. Vratisl. *L.* 92 *sq.* Σαυνίτας & Σαυνιτῶν. Sic quinque nostri mssti. *L.* 96. Αἰσερνίαν. Cf. p. 59, 80. Pag. 72.

L. 98. Βουάνον. *Bovianum* colonia, in Samnio, Ptolemæus Βοουιάνον, qui latinam formam quam adcuratissime servare solet. Sed non idcirco opus est, ut scripturam, quam Appianei libri exhibent, corruptam judicemus cum Cluver. Ital. Ant. p. 1194. Strabo Βοίανον. Sic varie Græci latina nomina formant. Pag. 73.

Pag. 73. *CAP. LII. Lin.* 9. Μαβρουκίνους. Μαρουκίνους Vratisl. cum aliis. Duplex ρρ dabant omnes p. 57, 36 sq. *Ibid.* Οὐηστίνους. cf. pag. 57, 36. *L.* 10. Σαλασσίαν. Sic scribendum fuit pro vulg. Σαλασσίαν. Alio errore Annib. p. 284, 33. Σαλατία legebatur, & gentile Σαλατίνοι ibid. 291, 59.

L. 12. Σαυνίταις. Rursus Editi Σαμνίταις dabant, & mox Σαμνιτῶν, invitis mſſptis. *L.* 14 *sqq.* Τρεβάτιος &c. Qui cum his contulerit ea, quæ in Epit. Livii LXXV. leguntur, is facile ſibi perſuadebit, non *Trebatium* h. l. & lin. 17. & 20. ſed *Ignatium* vel *Egnatium* nominaſſe Appianum, eumdem quem ſupra p. 59, 72. & p. 60, 84. nominaverat. Conf. Dukerum ad Flor. III. 18. & Drakenb. ad Liv. l. c.

Pag. 74. *L.* 20. Κανύσιον. Sic editum inveni, &, licet aliter h. l. mſſpti dent, conſervavi; quoniam non ſolum perinde eſt, Κανύσιον, an Κανούσιον ſcribas, ſed & priorem ſcripturam præferunt libri noſtri Civ. I. pag. 62, 20. & Civ. V. 787, 58. & Annib. p. 259, 23. & 261, 50. *L.* 21. Ασκλαίων. Minus adcurate in verſ. lat. *Apulorum* dixi cum Gelenio, pro *Aſculanorum*. Intelliguntur autem nunc Aſculani Apuli, non Piceni; quod & Cluverus monuit Ital. ant. pag. 1220.

L. 22. Ποδίκλους. *Pædiculos* Romani vocant: Ποιδίκλους Strabo VI. 282. aliique.

CAP. LIII. Lin. 26. Πομπαίδιος. Vide pag. 59, 72 sq.

L. 28. εἰς τὸν Καικιλ. εἰς τὸν Κεκίλιον Vratisl. *L.* 29 *sq.* ἀκμάσαντα δή. Sic, omiſſa conj. μὲν, Reg. B. Aug. Ven. Vratisl.

L. 30. ἕως Ιταλία πᾶσα προσεχώρησεν ἐς τὴν Ρωμαίων πολιτείαν. Huc ſpectant verba Epit. Liv. LXXX. *Italicis populis a Senatu civitas data eſt:* de quibus vid. Sigon. in Ant. Jur. Ital.

Pag. 75. lib. III. c. 1. *L.* 33. ἐς δὲ τὰς Φυλάς. In Aug. primum ſcriptum erat ἐς δὲ ταφυλάς, tum ad τα ſuperſcriptum ς. In priori illa ſcriptura forſan veteris veræque ſcripturæ, δέκα, (ἐς ἃς δέκα φυλὰς) veſtigia inſunt. *Ibid.* In προτυχοῦσιν conſentit Vratisl. cum Regiis & edit. 1.

CAP. LIV. Lin. 36. κατὰ τὸ ἄσλυ οἱ χρῆσται πρὸς ἀλλήλους ἐστασίασαν. De ſeditione nova ob æs alienum orta vid. Liv.

Epit. LXXIV. & Freinsh. in Supplem. ejus libri, c. 40 ſqq. Adde Pigh. T. III. p. 227. *Pag.* 76.

L. 41. ὡς κακηλικὸν Aug. Ven. *L.* 42 *ſq.* ᾧ λέγω καὶ Περσαι τὸ κιχρᾶσθαι. Herodot. I. 138. αἴσχιστον δὲ αὐτοῖσι τὸ ψεύδεσθαι νενόμισται· δεύτερα δὲ, τὸ ὀφείλειν χρέος· πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων εἵνεκα, μάλιστα δὲ ἀναγκαίην φασὶ εἶναι, τὸν ὀφείλοντα καί τι ψεύδος λέγειν. *L.* 45. ἐκ πολέμων τε καὶ στάσεων. Sic Aug. ut correxit H. STEPH. Quum καὶ ab edit. 1. (conſentiente Vratisl. cum Regiis) abeſſet, τε in καὶ mutatum voluerat MUSGRAV.

L. 48. ὅ τε στρατηγὸς Ασκλέων. Conf. Valer. Max. IX. 7, 4. *Pag.* 76.

L. 50. ἐς τοὺς δικαστὰς περιφέρων. Pro δικαστὰς reponendum δανειστὰς cenſuit MUSGRAV. quod mihi ſecus videtur.

L. 53. ἐπὶ θυσίᾳ Reg. B. a prim. manu, & Aug. Sic etiam correxit MUSGRAV. *L.* 63. εἴ τις τι. Pronomen τι, quod dant ceteri, abeſt a Vratisl.

CAP. LV. De *Bello Civili Syllano & Mariano*, præter Appianum, conſulendus Livius Epit. LXXVII. & ſqq. tum Plutarch. in Mario & in Sylla, Florus III. 21. aliique, quorum recenſum fecit CAMERS *ad Florum l. c.* *L.* 81 *ſq.* ἐπήλπιζεν Reg. B, Aug. & in aliam partem aberrans Ven. ἐπήλπιζον. *Pag.* 77.

L. 82. ἐς τὰς φυλὰς ἁπάσας, *per omnes tribus*, ſcil. παλαιὰς vel ἀρχαίας, *veteres*. Videri poteſt ἁπάσας in παλαιὰς refingendum: ſed nulla neceſſitas urget, & rurſus infra p. 90, 1. legimus ἐθνῶν, ἐς τὰς φυλὰς πάσας ἀναμιγῆναι. *L.* 84. εὔνοις Aug. Vratisl. ut correxit H. Steph. & Muſgrav. *Pag.* 78.

CAP. LVI. Lin. 9. ἐδάσλασε τὴν ἀργίαν, *ſuſtulit ferias*. — Cand. *vacationem diſſolvit.* Inſolentior hic uſus verbi βασλάζειν induxit MUSGRAVIUM, ut ἐδεδαλωσε ſcribendum cenſeret, quod tamen manifeſte contra Appiani ſententiam eſt, qui & mox *l.* 13. ſubjungit ἀναιρεθείσης δὲ τῆς ἀργίας. Quod ſi ἐδάσλασε ſcripſit Appianus, (de quo quidem etiam varietas, quam exhibet cod. Aug., dubitationem nonnullam injicere poteſt,) erit h. l. βασλάζειν ſynonymum verbi ἀναιρεῖν, & ſicut verbum αἴρειν, & huic reſpondens latinum *tollere*, non ſolum *in altum tollere* ſignificat, ſed etiam *auferre*, *Pag.* 79.

Pag. 79. *removere*, sic eamdem vim verbo βασιάζειν subjectam h. l. intelligere debebimus. Eadem fere notione apud Athenæum (citante Dammio in Lexico Homerico ad voc. τράπεζα) *mensa* post cœnam βασιάζεσθαι, *tolli*, dicitur. *L.* 10. ἐκ Κασπίης. Articulum omisi cum Reg. B. Aug. Ven. Vratisl.

Pag. 80. *CAP. LVII. Lin.* 32. ἐπὶ τὴν πατρίδα. Conjunctionem adjecit etiam MUSGRAV. *L.* 34. ἑτέρους καὶ ἑτέρους πρέσβεις πέμπειν. Plenius Aug. ἑτέρους καὶ ἑτέρους πρέσβεις ἐλθοῦσιν εἰπεῖν. Et merito *verbum illud* ἐλθοῦσιν, *quod vulgo intercididerat*, *in Contextum recipere debueram.*

Pag. 81. *L.* 37. καὶ πράξειν. Si genuina est illa partic. καὶ, videri potest aliud verbum, aut etiam plura quædam, ante hæc intercidisse. In vers. lat. tenui Gelenium. Candidus: *simul annunciare jubet, an velint Senatum cum eo ac Marium Sulpitiumque in campo Martio adesse, & agere quæcunque illis videbuntur?* *L.* 44. In ἐπισκήψαντο consentit Vratisl. nec dubitari debet præstare hoc lectioni codicis Aug.

CAP. LVIII. Lin. 48. Σύλλας μὲν τὰς Κοιλίας πύλας. — Notæ sunt ex Dionys. Halic. & Livio Κοιλίαι τάφροι, *Cœliæ* vel *Cluilliæ fossæ*: sed *Portam Cœliam* vel *Cluilliam* nemo novit. Quo magis miror, unde lectio illa, Κοιλίας πύλας, quam ignorabant Regii Codices, in Editos irrepserit. Nam, in Augustano (ac fortasse etiam in Veneto) ita scriptum esse, nesciebat sane Car. Stephanus. Mihi, de vera licet Appiani scriptura non certo, præferenda utique interim altera lectio, in quam fere reliqui codices consentiunt, videbatur, Κοιλίας πύλας; quam nempe cum Gelenio, *Cœlimontanam* portam, (a *Cœlio monte*, Κοιλίῳ ὄρει, nomen habentem) intelligere utcumque possumus. Κοιλλίας cum Reg. B. exhibet Vratisl. Et Κωλίας, sicut in Reg. A. sic in Candidi fuisse exemplari, colligitur ex mira quidem ceteroquin ratione qua locum hunc latine expressit ille interpres: *Sylla valles, & quæ propinqua fuere mœnibus loca, militum legione occupat.* Sed quoniam & Florus & Plutarchus non *Cœlimontanæ*, sed *Esquiliæ* portæ, hic mentionem faciunt; (Flor. III. 21, 6. *Sylla . . Esquilina Collinaque porta geminum*

agmen Urbi infludit. Plutarchus, in Sylla, p. 457. D. κατελαμβάνει τὴν πύλην καὶ τὰ τείχη τὰ περὶ τὸν λόφον τὸν Αἰσκουλῖνον.) apud Scriptorem etiam noſtrum ſuſpicari utique licebit, ΤΑΣ ΚΟΙΛΙΑΣ ex ΤΑΣ ΑΙΣΚΥΛΙΑΣ, aut ex alia ſcriptura non multum ab hac diſcrepante, eſſe corruptum. In literam initialem hujus nominis *Æſquilinus* vel *Eſquilinus* multa inprimis apud Græcos ſcriptores varietas eſt. Apud Strabonem Ησκυλίνος λόφος, & Ησκυλίνη πύλη editum eſt lib. V. pag. 234. Apud Dionyſ. Halic. Εσκυλ. & Ισκυλ. invenitur. Apud Plut. Αἰσκυλ. modo vidimus. Terminatio, quamquam in his omnibus in ινος fiat, nihil tamen impedit, quo minus & in ιος vel ιους formari poſſit. Sic apud Appian. p. ſq. l. 56. τὴν Δασκύλειον ἀγορὰν dubitari vix poteſt, ex τὴν Αἰσκύλειον ἀγορὰν eſſe ortum. *Pag.* 82.

L. 56. περὶ τὴν Αἰσκυλέτειον ἀγοράν. Vide Adnot. præced. ad p. 81, 48. *L.* 59. ὑπὸ σάλπιγξι. Sic in ſing. num. Maced. 515, 54. & alibi. *L.* 64. εἰ ἀπέχοιντο, intell. μάχης: ſi modo vera lectio. Dubito enim, ἀπέχεσθαι τοῦ σημείου græce dici *deſerere ſignum.* *L.* 66 *ſq.* Συζαῦβραν. Sic ab H. Stephano editum inveni, in quo lubens adquievi. Neſcio, an conſentiat Ven. e quo nulla varietas adnotata in ſchedis eſt. Cum Regiis facit Vratisl. *L.* 67. ἢ κατὰ νώτου Reg. B. Aug.

CAP. LIX. Lin. 83. ὠδύροντο περὶ τῆς πολιτείας. Annib. 273, 46 ſq. ex cod. Med. reſtitueram ὀδυρομένους δὲ περὶ τοῦδε, pro vulg. ἀδυνωμένοις. Ad quem locum non opus erat in Adnot. dubitare de veritate illius emendationis: nam, quum non ſuccurreret tunc exemplum conſtructionis verbi ὀδύρομαι cum præpoſ. περὶ, offertur nobis hic quod ibi deſiderabamus. *Pag.* 83.

L. 84. καὶ αὐτοὶ τάδε πράξαντες. Sic opportune dedit Aug. cujus lectionis veſtigia in lect. Reg. B. ſuperſunt. Cum Reg. A. & editis egravit Vratisl. & Cand. Pro mendoſo ὅσον δὲ, MUSGRAVIUS τοσόνδε repoſitum voluerat.

L. 96. δὴ τότε Reg. B. Aug. Vratisl. *L.* 98. κεκηρυγμένην. Cum Reg. B. facit Vratisl. Supra (p. 78, 92.) dixerat οἱ ὕπατοι προὔγραψαν ἀργίας. *L.* 99. τῶν ὑπάτων. Articulum etiam habet Vratisl. *Pag.* 84.

Pag. 85. *Cap. LX. Lin.* 12. Αλβινουανὸν. *Albinovanus* in Sulpicii adſeclis memoratur Floro III. 21, 7. Apud Noſtrum p. 88, 57. vulgo Αλβινιανὸς legebatur, propius vero, quam hic. Denique pag. 127, 37 & ſqq. Αλβενουανὸς & Αλβινουανός. *L.* 14. στάσιν ἐγείραντας Aug. Ven. *L.* 16. ἐψήφιστο. An ἐψηφίσαντο? Sed poteſt paſſive & imperſonaliter accipi.

Cap. LXI. Lin. 20. Μιντούρνας. Sic recte editum fuit, cum mſpti omnes h. l. literam ν in prim. ſyllab. omiſiſſent. Civ. IV. 568, 22 ſqq. plus ſemel recte omnes Μιντουρναῖοι. Supra, p. 61, 99. ubi Μίντερνον, *Minturnas* reddidit Gelenius, monuimus, Λίτερνον vel Λίντερνον ibi legendum videri, nec de Minturnis cogitandum.

Pag. 86. *L.* 32 *ſq.* Οὐ δύναμαι. Cand. *Ego nequeo.* Conſentit Vratisl. De re conf. Liv. Epit. LXXVII. & Vellej. II. 19.

L. 36. φασὶν ἐς τὸν κόλπον &c. Exhibui ſeriem verborum ex Reg. B. & Aug.

Pag. 87. *Cap. LXII. Lin.* 42. συγγινώσκων ἑαυτῷ Aug. Ven. Et ſic correxerat Musgrav. (In Aug. quidem levi menda, συγινώσκων eſt,) *L.* 53. ὑπὸ Σεξτίου. *Sextilium* hunc vocat Pigh. T. III pag. 232. & Freinsh. LXXVII. 42. ex Plutarchi Mario p. 429. A.

Pag. 88. *L.* 57. Αλβινουανὸς. Vid. pag. 85, 12. & 127, 37 ſqq.

L. 58. οἳ ἐς μὲν Ἱεμψάλαν τὸν Νομαδ. δυναστ. Sic percommode dederunt Aug. & Ven. Niſi quod Ἰεμψάλαν in Aug. ſpiritu leni ſcribatur. Verba ἄνδρες ἐσθλοὶ, quæ mire hic habebant editi, paulo ſuperius reponenda poſt ἕτεροι ſuſpicatus erat Musgrav. Gelenius perſpecte videns, nomen proprium ſub illis verbis latere, *Mandreſtalem* inde effinxerat.

Cap. LXIII. Lin. 67. ἐξελαθέντων στασιῶται. Sic & Cand. *exulum fautores.* Conf. p. 94, 71. *L.* 69. ἠρεθίζοντο, *incitabantur, ſtudio ardebant, cupide deſiderabant.*

L. 70 *ſq.* ἀπέλειπον Aug. cum H. Steph.

Pag. 89. *L.* 76. ἐψηφίσατο Aug. Ferri tamen etiam plur. numerus poterat. *L.* 80. τὶ χρηματίζοντος, *quum ageret aliquid cum militibus*, vel, ut habet Freinsh. LXXVII. 49. *quum concio-*

nem haberet. L. 84. ἦρχεν. Sic & CAR. STEPH. in Var. Lect. monuit: „ lege ἤρχειν." Pag. 89.

CAP. LXIV. Lin. 86. ἐφ' ἑαυτῷ. Perperam Aug. ἐφ' ἑαυτῶν, quod quum corrigere vellet librarius, aberravit in alium verſum, & ex αὐτῶν lin. 84. fecit αὐτῷ. L. 88. ἀμφ' αὐτὸν Aug. Pag. 90.

L. 89. ἐπὶ τὴν Ασίαν. Sic & Vratisl. Sed præferendum videtur ἐς, quod dant Aug. & Ven. L. 92. ἀξιοῦν ἀναμιχθ. Sic recte dedit Aug.

L. 12. τὸν Κίνναν ἐκλιπόμενος. Candidus, *Cinna in fugam verſo:* videtur cum Reg. A. & Edd. ἀναπεπόμενος legiſſe. Rectius Gelenius, *collegam reveritus;* nempe præferens alteram lectionem, ἐντρεπόμενος, quam (ex Reg. B. cum quo facit Vratisl.) C. Stephanus in Var. Lect. retulerat. Lectionem noſtram, quam codex Aug. largitus eſt, hariolatus videtur Freinshemius, quum Supplem. Liv. LXXIX. 2. *Cinnam*, ait, *reverentia paris poteſtatis declinans.* Pag. 91.

CAP. LXV. Lin. 22. Τίβυρτόν τε recte Aug. Et Cand. *Tybur.* L. 26 ſq. Γάϊος Μάριος ἕτερος. Secundum Pigh. T. III. p. 238. C. Marius Gratidianus, qui & Marcus dictus reperitur. Cf. eumdem Pigh. III. 191. & Adnot. noſtr. ad Hiſp. 224, 87. Pag. 92.

L. 36. ἐς μίσους, ſcil. τοὺς σφρατιώτας. conf. p. ſeq. l. 52 ſqq.

L. 44 ſq. εἰ μὴ βεβαιώσετε μὲν ἃ δίδοτε, ἀφαιρήσεσθε δ' ὅταν αὐτοὶ δοκιμάσητε. Cum Editis in ἀφαιρεθήσεσθε conſentit Vratisl. — In verſ. noſtr. lat. expreſſi ἀφαιρεθήσεται, quod Freinshemius videtur in mente habuiſſe, LXXIX. 6. *ſi, quæ dediſtis, per male meritos auferuntur.* Sed ſatis bene habet ἀφαιρήσεσθε, quod Cand. his verbis expreſſit: *ſi non ea quæ dediſtis conſervabitis, & cum vobis videbitur auferetis.* In eamdem ſententiam Gelenius: *ſi irrita ſunt quæ datis, & tam facile de ſententia deceditis.* MUSGRAV. ἀφαιρήσετε correxit: ſed uſitatius verbum medium eadem notione. Pag. 93.

CAP LXVI. Lin. 62. τὸ μὲν ἄσυ Aug. & caret partic. τε, quam delevit etiam MUSGRAV. Pag. 94.

CAP. LXVII. Lin. 73. κόμης ἔμπλεως Aug. Vratisl. cum H. Steph. L. 85. Κίννας, ἐπιπέμψας. Sic ſcripti libri omnes, cum edit. 1. Pag. 95.

Pag. 98. *CAP. LXVIII. Lin.* 90. Καικίλιον. Sic ex H. Stephani emendatione jam erat in edit. 2. & 3. Quare in Notis infra context. ad h. l. pro *Eild.* ſcribendum fuerat *edit.* 1.

Pag. 98. *CAP. LXX. Lin.* 34. τῷ τείχει ἐπλησίαζε Reg. B. a pr. m. Aug. Ven. *L.* 38. διαπρεσβεύσεις Aug. Et ſic forſan etiam Candidus legit, qui *legationes inde emiſſas* vertit. Idem vocab. vidimus Gall. 90, 72. & Syr. 538, 36 ſq. *L.* 41. ἀφελόμενα, ſc. τὴν ἀρχήν, quod nomen ex ſuperioribus intelligitur.

Ibid. ὑπὸ τῶν συμφορῶν Aug. Ven. *calamitatibus coactus.* Verba hæc in lat. verſ. non debuerant omitti.

Pag. 99. *CAP. LXXI. Lin.* 64 *ſq.* ζυγεῖν παρθένον. Sic Aug. & Vratisl. ut editum erat. *L.* 65. προλείψειν Aug. ut correxit H. STEPH.

Pag. 100. *L.* 66. ἐς τὸν Ἰάνουκλον., intell. λόφον, quod nomen additur pag. 96, 98. & Civ. III. 520, 32. ἐς τὸ Ἰάνουκλον (ſcil. ὄρος). Vratisl. cum Aug. Reg. B.

L. 70. Κηνσωρίνου. Eſt *C. Marcius Cenſorinus:* quem deinceps *Marcium* vocat p. 122, 45. p. 125, 6 ſqq. & p. 129-131. occiſum tandem a Sylla. Vid. Pigh. T. III. p. 225. & p. 257.

L. 71. τῶν φίλων αὐτὸν Aug. cum H. Steph. *L.* 74. τὴν μεφαλὴν ἐκτεμών. Sic infra p. 131, 12. dant omnes.

L. 78. τὸ μῦσος Reg. B. Aug. Ven. Vratisl. *L.* 82. Quum vulgo deeſſent quinque verba καὶ τῶν μὲν ἱππ. ἀναιρουμένων, MUSGRAVIUS legerat καὶ τῶν καλουμ. ἱππέων, ὧν λόγος οὐδεὶς &c.

Pag. 101. *L.* 87. κλιννύντες. κλεννύντες Vratisl. *Ibid.* νηλεῶς. Sicut ἀνηλεῶς hic habet Aug. ſic Mithr. 695, 97. adjectivum ἀνηλεὴς ex conſenſu librorum jam olim editum erat, & a nobis conſervatum eſt. *L.* 89. In verbis τὰς συμφορὰς uſque ἀθέμιστον mendam ineſſe ſuſpicatus eſt MUSGRAV.

CAP. LXXII. Lin. 90 *ſq.* Γάϊος μὲν δὴ Ἰούλιος, καὶ Λεύκιος Ἰούλιος, δύο ἀλλήλων ἀδελφώ. Per errorem, ἀλλήλων in edit. noſtram irrepſit. ἀλλήλοιν dabant ſuperiores editiones, conſentientibus libris omnibus: & ſic *tam in Contextu noſtro, quam in Notis infra contextum, reponendum,* δύο ἀλλήλοιν ἀδελφώ. Quin autem verba hæc ex loco, quem vulgo

in Edd. & mſſptis occupant, huc fuerint reponenda, dubitari vix poteſt. Certe *fratres* fuiſſe *Cajum* illum & *Lucium Julium*, Cinnæ juſſu necatos, diſerte Cicero de Orat. III. 3, auctor eſt. Ceterum notemus, *Lucium* tandem, cum aliis Scriptoribus, nominari hic ab Appiano eum, cui in tota Socialis Belli hiſtoria *Sexti* prænomen idem Scriptor noſter tribuerat. (Vid. pag. 58, 53 ſq. & ibi Adnot.) Nam Lucium hunc Cæſarem, Cinnæ juſſu necatum, eumdem vulgo perhibent, qui primo anno belli Socialis cum P. Rutilio Conſul fuerat; licet rurſus hic difficultatem nectat id quod apud Appianum ſupra p. 68, 28. legimus; ad quem locum vide, ſi lubet, quæ monuimus. Pag. 101.

L. 91 *ſq.* καὶ Πούπλιος Λέντλος. *Publium* hunc *Lentulum* ſupra, pag. 58, 63 ſq. (ſi modo integra ibi oratio eſt, quam libri noſtri exhibent) *fratrem Sexti* illius *Cæſaris*, Conſulis, quem alii *Lucium* vocant, dixerat Appianus. Quare ſi hoc loco, in quo nunc verſamur, verba illa, δύο ἀπαίδων ἀδελφῶν ita fuiſſent poſita, ut ad hunc *P. Lentulum* & *L. Julium* potuiſſent referri, nihil auſus fuiſſem immutare.

L. 92. Νεμετώριος. *Numitorius.* Flor. III. 21, 15. Sic *Numitor*, Romuli avus, Νεμίτωρ vocatur in Fragment. ex lib. I. App. p. 23, 31. *L.* 92 *ſq.* Βαίβιος. *Bæbius.* Florus, ibid.

L. 96. Μάρκον Αντώνιον. Conf. Ciceronem, de Orat. III. 3. qui & aliàs ſæpius eloquentiam hujus viri laudavit.

L. 98. περίασθαι Reg. B. Aug. Ven. *L.* 8. πολλαὶ καὶ ποικίλαι recte Aug. ut poſuerat H. STEPH. Pag. 102.

CAP. LXXIII. Lin. 12. Κορηοῦτον. Sic recte, invitis quidem mſſptis, editum inveni & ſervavi. Vid. Plut. in Mar. p. 431. *L.* 14. πυράν τε ἔνησαν. Conſentit Vratisl. Cf. p. 68, 18.

L. 27. ἐξελάσεις. Sicut hic ἐξελεύσεις dant Aug. & Vat. ſic p. 88, 67. editi ἐξελθόντων dabant pro ἐξελαθέντων. *L.* 32. διέφυγον. Sic διαφυγεῖν de eadem re p. 107, 99. Pag. 103.

CAP. LXXIV. Lin. 42. τετράκι. Sic h. l. ſcripti omnes, cum edit. 1. *Ibid.* κηρυτλομένους Aug. *L.* 44. παραχείμενον idem dedit Aug. Pag. 104.

Pag. 105. *CAP. LXXV. Lin.* 60. τὸ μάντευμα &c. Conf. p. 86 ſq. *L.* 63 *ſq.* Οὐαλέριον Φλάκκον - - εἰς τὴν Ασίαν ἐξέπεμψεν. Vid. Mithr. p. 714 ſq.

CAP. LXXVI. Lin. 67. πάντ' ἐπιταχύνας. Convenientius ſtylo Appiani fuiſſet πάντα ἐπιταχ. Rariſſime certe in libris
Pag. 106. noſtris eliſiones ejuſmodi inveniuntur. *L.* 85. ἐξέλειπον. Tacitam hanc H. STEPHANI emendationem lubens retinui, quoniam ſolet Appianus ad hanc exprimendam ſententiam imperf. tempore uti: taceo, quod, quæ præcedebant verba, in imperf. omnia poſita erant.

Pag. 107. *CAP. LXXVII. Lin.* 91. ὑπερεπαίρων. Conf. ad Syr. §§ 51, 52. *L* 97. ἀνασκάψαι. Poteſt videri κατασκάψαι legendum, ut alibi & p. 103, 30. Sed nihil hic variant libri: & rurſus p.
Pag. 108. 113, 97. τὴν οἰκίαν ὁρῶντες ἀνεστραμμένην. *L.* 8. ὧδε πράξειν Reg. B. Aug. Ven. Vratisl.

Pag. 109. *CAP. LXXVIII. Lin.* 20. καὶ οἱ σὺν ὀργῇ. Sic cum accentu ded. Aug. ut edidit H. Stephan. Conf. ad p. 29, 70. MUSGRAVIUS καὶ οἱ μὲν σὺν ὀργῇ maluerat.

Pag. 110. *CAP. LXXIX. Lin.* 40 *ſq.* αὐτὸς μᾶλλον αὐτοῖς. Forſan αὐτὸς μᾶλλον αὐτῷ, *ipſe potius ſibi & adſe confugientibus.* *L.* 42. ᾧ δὴ καὶ μάλιστα Aug.

Pag. 111. *CAP. LXXX. Lin.* 59 *ſq.* Μέτελλος Καικίλιος - - ἐς τὰ λειπὰ τοῦ συμμαχικοῦ πολέμου. *Metellum* hunc reliquias belli Socialis adminiſtraſſe, dixerat Noſter p. 95, 90. Sed interea eumdem cum exercitu in Africa fuiſſe, ex Liv. Epit. LXXXIV. & ex Plutarch. Craſſ. p. 545. diſcimus. Hinc in *Africa* potius, quam in *Liguria*, Syllæ adventum exſpectaſſe Metellum, probabile viſum eſt Pighio T. III. p. 247. Ceterum inſolentior nominis forma Λιγυστὶς, Λιγυστίδος, (*Lin.* 62.) quum Λιγυστικὴν vel Λιγυστίνην *Liguriam* Græci dicere ſoleant.

Pag. 112. *L.* 76. Ἰεμψάλαν. Ιέμψαλαν (ſine ſpir.) edit. 1. Ἰέμψαλαν edit. 2. 3. Ἰέμψαλαν Vratisl. Ἰεμψάλαν Aug. In accentu ſecutus ſum Aug. ſed aſperum quem vocamus ſpiritum adjeci. Conf. p. 88, 58.

CAP. LXXXI. Lin. 92. κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἦει. κατὰ, pro. mendoſo μετὰ, dedit Aug. Neceſſarium verbum ἦει ded. idem Aug. & Ven. C. STEPHAN. *in Var. Lect.* ſuſpicatus erat: „forte ὁ μὲν δὴ ἦν μετὰ." *Ibid.* καὶ ἀφανεῖ ἔχθρᾳ, *& diſſimulata inimicitia.* Hoc non convenit cum eis quæ ſupra cap. 79. pag. 110. ſatis aperte præ ſe tuliſſe Syllam legimus. Et utique οὐκ ἀφανεῖ reponendum arbitror. Videtur etiam particula negans, quam edit. 1. exhibebat ex Regiis, conſentiente Vratisl. codice, ex vera lectione ſupereſſe, quamquam loco ſuo mota ſit. Patrocinium tamen aliquod vulgata lectio in eo reperire poſſe intelligo quod apud Velleſum legimus II. 25. *Putares, Sullam veniſſe in Italiam, non belli vindicem, ſed pacis auctorem: tanta cum quiete exercitum per Calabriam Apuliamque -- perduxit in Campaniam.* &c. *Pag.* 113.

CAP. LXXXII. Lin. 13. παρὰ πολὺ. παραπολὺ Vratisl. cum ceteris. *L.* 14. ἐπὶ τὴν πατρίδα. Conſentit Vratisl. *Pag.* 114.

L. 15. περὶ σφῶν. Malim ὑπὲρ σφῶν.

CAP. LXXXIII. Lin. 35. καὶ πάνυ Ρωμαίων ὄντων ἐς τὰ τοιαῦτα βαρυεργῶν. Hæc, quum in Edd. vulgo cum ſequentibus jungerentur, parentheſeos ſignis includenda putavi. Sic enim quod ſequitur τό τε Καπιτώλιον &c. aptius cum ſuperioribus cohæret. Ceterum nil opus videtur ſolicitare vocab. βαρυεργῶν, a ſing. βαρυεργής. Nam licet non obſervatum Lexicographis, analogiæ tamen eſt conforme: & quemadmodum ταχύεργος vel ταχυεργὴς (quo vocab. plus ſemel utitur Appianus) eſt *levis, mobilis, temerarius, præceps*; ſic e contrario βαρυεργὴς erit, *qui non leviter rem tractat, qui ſerio & ſtudioſe rei incumbit, qui anxie & ſolicite rem curat.* *Pag.* 115.

CAP. LXXXIV. Lin. 42. Ἤρξατο μὲν οὖν ὧδε ὁ πόλεμος, ἐξ οὗ Σύλλας &c. De *Syllano* hoc *bello Civili* conf. Liv. Epit. lib. LXXXV ſqq. Vellej. Pat. II. 25 ſqq. Plutarchum in Sylla. &c. Ceterum *Olympias CLXXIV*, in quam incidiſſe *belli Syllani principium* ait Appianus, initium cepit A. U. 670. *Pag.* 116.

L. 49 *ſq.* τὴν ἀρχὴν ἀνεδήσατο Reg. B. Aug. Vratisl.

CAP. LXXXV. Lin. 75. ἀποκρίσεως ἀποφῶν Aug. Ven. Et ſic correxit MUSGRAV. *Pag.* 118.

gnomen habuiſſe cenſuit, Annal. T. III. p. 253. Conf. Dukerum ad Liv. l. c. & ad Flor. III. 21, 20. Sic idem hic fuerit, quem infra rurſus memorat Appianus cap. 92. p. 128 ſq. ubi *Damaſippum* vocat. Pag. 122.

L. 58. εἰσαχθέντων. εἰσαχθέντων Reg. B. Aug. Vratisl. quod in contextum, ut alibi, recipi poterat: quamquam, quum modo præceſſerit forma ἐς, conſulto nunc varietatis cauſa altera forma adhibita videri poteſt, quod ſæpe aliàs factum obſervavi.

L. 65. ξὺν φόβῳ. Rariſſime licet uſitatam Noſtro formam conſervavi tamen in codicum omnium conſenſu. Cf. ad Pun. 309, 78. Pag. 123.

L. 67. πιεζόμενοι. πιεζούμενοι Vratisl. cum Aug.

L. 67 *ſq.* τῶν παρόντων κακὰ ἄφα ἀεὶ τὰ ἐπιφ. Cum Regiis & Edd. facit Vratisl. Et eodem modo videtur in Candidi exemplari fuiſſe, qui hunc locum ita interpretatus eſt: *fame quippe maceratæ, ac præſentium malorum deſperatione confectæ, potentiores ferre conſueverant.* Gelenius: *& aſſueverant jam malis præſentibus non reſiſtere pertinacius.*

CAP. LXXXIX. *Lin.* 81. παρὰ τὸν Γλάνιν ποταμὸν. *Glanis*, ex Etruria per Cluſinum agrum in Tiberim confluens. Cluver. Ital. Ant. p. 703 ſq. Strab. V. p. 235. B. ubi quidem Κλάνις, per K, ſcribitur. De cognomine fluvio, vel duobus etiam aliis ejuſdem nominis dixi ad pag. 57, 40. Pag. 124.

L. 88. τὴν Οὐρτανὴν χώραν. Cluver. p. 308. *L.* 94 *ſq.* μετὰ σκότους διεκρίθησαν, *cum nocte, ingruente nocte, diremta pugna eſt.* Non opus erat ut ſolicitaret phraſin MUSGRAVIUS, qui μετὰ σκότος poſuit. Certe eodem fere modo Civ. II. 263, 91. μετὰ βελτιόνων καιρῶν legimus, *meliore tempore, commodiore tempore.*

CAP. XC. *Lin.* 5. Πραινεστὸν. Πραινετὸν Vratisl. & ſic ſæpius deinceps. Pag. 125.

L. 6. Μάρκιον. *Marcium Cenſorinum.* Cf. p. 100, 70. & ibi Adnot.

L. 17. Μάρκον δὲ Λαμπώνιον. *M.* hunc *Lamponium* inter duces hoſtium fuiſſe bello ſociali, docuerat p. 59, 73. Pag. 126.

L. 19. Γοῦτλαν. Uni Appiano memoratus hic Γούτλας reperitur. Conf. ad p. 130, 94 ſq. *L.* 21. διαβατὸν Reg. B. Aug. Vratisl. Vide ad pag. 255, 64.

τὴν Φαυεντίαν, perperam editur." Sic DRAKENBORCH. *ad Liv. Epit. LXXXVIII.* Scilicet provocaverat vir doctus ad hæc Velleji verba, II. 28. *Paullo ante quam Sulla ad Sacriportum dimicaret, magnificis prœliis partium ejus viri hoſtium exercitum fuderant, duo Servilii apud Cluſium, Metellus Pius apud Faventiam, M. Lucullus circa Fidentiam.* Sed eadem Velleji verba docere potius poterant, nihil huc pertinere Faventiam; quandoquidem *apud Faventiam* non Lucullus, ſed *Metellus* Carbonianos fudit, quod ipſum diſerte Appianus noſter (pariter atque Vellejus) initio hujus cap. p. 126 ſq. dixerat. Quod ſi ergo hîc, ubi circa *Placentiam a Lucullo fuſos hoſtes* memorat Noſter, mutandum aliquid eſſet, περὶ Φιδεντίαν potius videri poſſet reſcribendum. Sed nihil opus eſt novare. Quum haud longe a *Fidentia* abeſſet *Placentia*, notior urbs atque nobilior, commode poterat ab aliis *circà Placentiam* accidiſſe prœlium dici, quod alii *ad Fidentiam* factum perhibent. Ceterum quod Vellejus has victorias a Syllanarum partium viris *ante Sullæ pugnam ad Sacriportum* reportatas narrat, in eo non modo Appianum noſtrum adverſantem habet, qui illam pugnam ſupra cap. 87. pag. 121. expoſuit, ſed Livium etiam, qui, quum Syllanam pugnam libro LXXXVII. retuliſſet, de victoriis ad Cluſium, ad Placentiam, ad Fidentiam reportatis, libro ſequenti demum dixit. Quum περὶ τὴν Πλακεντίαν editum fuiſſet, delevi articulum cum Reg. B. Aug. Ven. Vratisl. *Pag.* 128.

L. 66. Μάρκιον. *Marcium Cenſorinum.* Conf. p. 100, 70. & 125, 6. *Pag.* 129. *Ead. & ſq.* προθύμως περὶ τὰ σίτινα. Poterat ex Regiis & Vratisl. ſervari προθύμως ἔτι περὶ, quamquam non opus eſt illa particula, quæ ex lin. 64. hîc intelligi poteſt.

L. 69. ὕπατος recte Aug. Et monuerat C. STEPHAN. *in Var. Lect.*: „Quid ſi ὑπατες ἔτι ὦν." Sicut autem hîc vulgo ex ὕπατος factum ὕπισθος, ſic ſupra (p. 127, 44.) Αντίπατρον in Αντίπισθρον detortum vidimus. *L.* 71. ἀπέβαλον Aug. Ven. & MUSGRAV. *L.* 76. βιασόμενοι Aug. Vratisl. cum H. Steph. *Ibid.* πάντως Reg. B. Aug. Ven. Vratisl.

L. 79. ἀμφὶ τὴν Αλβανῶν γῆν, *in agro Albano*, ſcil. circa

[illegible] quem supra pariter (pag. 97, 15 sqq.) [illegible] e. XII millia Pass. cum dimidio, ab [illegible] Conf. Samn. 42, 69 sq. Candidus: *ad* [illegible]

Cap. XCIII. *Lin.* 82. ἐπειχθεὶς Reg. B. Aug. Vratisl.

[illegible] Nemini, præter Appianum, in hac hi[illegible] memoratum *Albinum* video. *Albius* gentile nomen [illegible]: sed Carrinam mox diserte ab hoc distinguit. An [illegible] cognomen fuit *Guttæ* illius Capuani, quem supra [illegible] simul cum M. Lamponio & Pontio Telesino nomina[illegible] Alium *Albinum*, civem Romanum & prætorium virum, [illegible] in Sylla pag. 455. B. memoratum reperio; quem bello Sociali, quum Syllæ legatus fuisset, a militibus Syllanis impune cæsum refert.

L. 96. Μάρκιος καὶ Καρρίνας. Vide mox pag. 131. l. 2 sq. [illegible] supra Adnot. ad p. 100, 70. *L.* 1. Σύλλας, ὅτι Σαυνῖ[illegible] Sic recte, omissa part. δὲ, hæc cum prioribus conjuncta dedere Reg. B. Aug. Vratisl.

Cap. XCIV. *Lin.* 6. Πραινέστιοι. Gentile hoc, Πραινεστῖνος formari Stephanus Byz. auctor est: & Πραινεστῖνοι repositum MUSGRAV. voluit. Sed in alteram formam, Πραινέστιοι, quæ quidem & Cluvero mendosa visa erat, (Ital. ant. p. 951.) ubique consentiunt libri nostri Appianei. Vid. p. 121, 37. & 132, 24.

L. 11. ἐς τάφρους ὑπονόμου. Sic conjunctim Vratisl. cum Edd. ὑπονόμους scribendum MUSGRAVIO etiam visum erat. Sic Civ. IV. 547, 64. κατέδυνον ἐς τὰς ὑπονόμους τάφρους. Sed & substantive usurpari ὁ ὑπόνομος notum est, non solum plurali numero, *cuniculi*, Mithr. 752, 80. ὑπονόμοις τὸ τεῖχος ἀνεκρήμνη, & p. 758, 77. ὑπονόμους ὤρυττον; sed & singul. numero, *cloaca*, Civ. IV. p. 583, 79. ἐς ὑπόνομον λυμάτων. *Cuniculos* h. l. habet Vellejus II. 27. *Marius adolescens, per cuniculos, qui miro opere fabricati in diversas agrorum partes ferunt, conatus erumpere, cum foramine e terra emersisset, a dispositis in id ipsum interemptus est.* Adde Strabonem lib. V. p. 239. A.

L. 15.

L. 15. Ἐφίππην δεῖ πρῶτα γενέσθαι &c. Ex Ariſtophanis Equit. v. 539. (542. ed. Brunckii) ubi tamen χρῆναι, pro δεῖ, legitur. *L.* 18. ἐσίβαλλεν. ἐνέβαλλεν (ſic ſcriptum in Notis infra contextum oportuerat) maluit MUSGRAV. *Pag.* 131.

L. 29. ἐν τοῖς μάλιστα. An ἐν ταῖς μάλιστα? *L.* 33 *ſq.* οἱ δὲ καὶ βρόχοις συνεπλέκοντο. An, *paſſim duo uno laqueo conſtricti vitam finiere?* *L.* 30 *ſqq.* Νώρβα. *Norba*, non ignobilis olim Latii civitas, a Plinio III. 5, 9. in eis numerata, quæ ipſius tempore eſſe deſierant, & interierant ſine veſtigiis, ut monuit Cluver. Ital. antiq. p. 1019. Quod qua occaſione quove pacto acciderit, hæc Appiani narratio docet. *Pag.* 132.

CAP. XCV. *Lin.* 38. πολίμιος. Conſentit Vratisl. Eamdem lectionem in Var. Lect. retulit Car. Stephanus. *L.* 44. ἐς καταπλῆξιν. Sic bene correxit C. STEPHANUS, lectionem Regiorum codd. in Var. Lect. adferens, quam eamdem & Vratisl. habet, & Cand. *deprehenſionem.* Sed emendationem C. Stephani confirmat Aug. *Pag.* 133.

L. 55. μάνυτρα Aug. Ven. In Reg. B. deſiderantur quæ ſunt poſt πεγγράψαι *l.* 54. uſque ἐπιγράψαι *l.* 56. *Pag.* 134.

CAP. XCVI. *Lin.* 70. ἢ σίραττίας. ἢ σίραττίας Vratisl. cum Reg. B. *Pag.* 135.

L. 87. ἐς Κόσσυραν νῆσον. *Corcyram* legitur apud Livium Epit. LXXXIX. Sed veriſimilius, ex Coſſyra Corcyram feciſſe librarios, quam vice verſa. Et cum Appiano ſtat Oroſius V. 21. *Pompejus Carbonem a Coſſura inſula, in Ægyptum fugere conantem, in Siciliam ad ſe retractum, - - occidit. — Corſicam*, quam apud Applanum habet Candidus, libri noſtri ignorant. *L.* 92. κατίκανε. Hæc eſt forma verbi Appiano uſitata. *Pag.* 136.

CAP. XCVII. *Lin.* 1. οἱ καὶ πάντα Reg. B. Aug. Vratisl. Cand.

L. 9. τὸν Σύλλαν Ἐπαφρόδιτον ἐν τῷδε τῷ ψηφισμ. &c. — Non ſatis (mihi quidem) adparet, quid Appianus ſcriptum dicat fuiſſe in illis, quos citat, Commentariis: an in ipſo ſenatusconſulto adhibitum fuiſſe hoc græcum nomen Ἐπαφρόδιτος? an latinum nomen *Venuſtus*, præter alterum nomen *Felicis*? An hoc dixerat Commentariorum illorum auctor, *Pag.* 137.

L. 48. ἔσεσθαι τῇ πόλει Reg. B. Aug. Ven. Vratisl. Et Cand. *Pag.* 139. *esse in urbe.*

L. 49. παυσάμενον ἔτες ἐκ [τετρακοσίων] ἐτῶν. Quamvis in illud lectionis monstrum veluti conjurasse videantur Appianei nostri codices, tamen ad Appianum auctorem referri portentum ejusmodi non sine summa injuria potest. *Dictatorem* in rebus periculosis *creandi morem per longum tempus*, ἐκ πολλοῦ, *intermissum* olim *ante Syllam fuisse*, recte monuerat Scriptor noster Civ. I. pag. 4, 57 sqq. Sed, *per cccc annos intermissum illum morem fuisse*, dicere non poterat is, qui, (ut alia multa nunc præteream) quum principium secundi belli Punici, in quo Fabius *Dictator* (Annib. cap. 11. extr. & seqq.) inclaruit, ad *Olympiadem cxl* (Hisp cap. 4.) retulisset, belli Syllani initium in Olympiadem CLXXIV, dictaturam autem Syllæ in Olympiad. CLXXV. incidisse diserte monuit, hoc ipso libro Civ. I. c. 84. p. 116. & c. 99. p. 141, 72 sq. Quemnam autem numerum hic pro mendoso illo posuerit Appianus, non definio, liberam cuique conjecturam, donec meliores libri certum quid doceant, relinquens. *Honoris illius* (Dictaturæ) *usurpationem per annos cxx intermissam* fuisse, Vellejus Pat. scribit II. 28. *Nam proximus*, inquit, (ante Syllam dictator creatus) *post annum quam Hannibal Italia excesserat:* quem tamen non nisi *comitiorum habendorum causa* dictatorem dictum fuisse Livius docet XXX. 39. Pariter autem, ut Vellejus, Plutarchus Syll. pag. 473. A. δικτάτωρα ἑαυτὸν ἀνηγόρευσε, δι' ἐτῶν ἑκατὸν εἴκοσι τοῦτο τὸ γένος τῆς ἀρχῆς ἀναλαβών, *post annos cxx genus hoc magistratus resumens.* Ceterum mox alium in numero annorum notando prodigiosum errorem obtrusum Scriptori nostro videbimus ad p. 141, 69.

L. 52 *sq.* ὁ μὲν δὴ νοῦς τὴν γνώμην ἐς αὐτὸν ἔφερε τὸν Σύλλαν. Non inepte Candidus: *quam rem ad Syllam pertinere, omnium bene intelligentium animi haud dubie cernebant.* C. STEPHANUS, *in Var. Lect.*: „forte ὁ μὲν δῆμος τὴν."

Cap. XCIX. Lin. 62. ἐς ὅσον θέλοι Aug. Ven. Et Cand. *Pag.* 140. *quoad velit.* Correxit etiam MUSGRAV.

in ἐπινίκια mutavit. Gelenius: *Mithridatici belli atque civilis occaſione.* Pag. 141.

CAP. C. Lin. 81. Δολαβέλλας. Altera lectio, Δολοβέλλας, quam Editi hic dabant, frequens apud Græcos ſcriptores occurrit: eamdemque etiam paſſim apud Appianum, ubi conſentiebant cum editis codices noſtri, conſervavi. Neque enim in hoc genere, ut jam ſubinde monui, opus eſt, ut ſummam conſtantiam exquiſitamque ἀκρίβειαν Editor teneat, qua ne ipſi quidem Auctores ſemper uſi eſſe videntur.

L. 82. πελέκεις τε ἐφέροντο πρὸ αὐτοῦ, εἴκοσι δικτάτωρος, εἴκοσι καὶ τέσσαρες, ὅσοι καὶ τῶν πάλαι βασιλέων ἠγοῦντο. Dictatoribus XXIV faſces cum ſecuribus præferri ſolitas, (quamquam id ante Syllam nemini factum eſſe doceri videatur in Epit. Livii LXXXIX.) dubitare nos non ſinuntScriptores, quos ad Liv l. c. excitavit Drakenborchius. Sed quod *Regibus olim XXIV ſecures prælatas, & inde exemplum ad Dictatores tradctum*, Appianus ſcribit, in hoc erroris Scriptorem noſtrum arguerunt Lipſius, Elect. lib. I. c. 23. & Spanhemius de Uſu Numiſm. Diſſert. X. T. II. p. 94. quandoquidem Livius I. 8. & Dionyſius Halic. paſſim non niſi duodecim lictorum cum faſcibus & ſecuribus præeuntium Regibus meminerunt. Nec vero aliter docuerat ipſe Appianus Syr. p. 556, 34.

L. 89. τὴν δὲ τῶν δημάρχων ἀρχὴν ἴσα καὶ ἀνεῖλεν. Cic. de Leg. III. 9. *Sylla tribunis plebis, ſua lege, injuriæ faciendæ poteſtatem ademit, auxilii ferendi reliquit.* Vellej. II. 30. *Tribunitiæ poteſtatis imaginem ſine re reliquit.* Antiquam poteſtatem deinde huic magiſtratui reſtituit Pompejus. cf. Civ. II. pag. 214, 70 ſqq. Pag. 142.

L. 91. πάντες οἱ δόξης Reg. B Aug. Vratisl. *L.* 93. οὐκ ἔχω σαφῶς εἰπεῖν, εἰ Σύλλας αὐτὴν - - εἰς τὴν βουλὴν &c. Vide Lipſium, Electorum lib. II. c. 13. Opp. T. II. edit. Veſal. p. 793 ſq. *L.* 2. Κορνηλίου Aug. quemadmodum correxerunt Editores. *Ibid.* ἀφ' ἑαυτοῦ dedit idem Aug. *L.* 6. ὥς μοι προείρηται. cf. cap. 96. p. 135. Pag. 143.

CAP. CI. Lin. 23. τοῖς δὲ ἀτίμοις. δὶς MUSGRAVIUS etiam repoſuit; & de ἀτίμοις præterea quærendum cenſuit, Pag. 144.

an in διητημένοις esset mutandum: quod quidem minus necessarium videtur.

Pag. 145. *CAP. CII. Lin.* 35. εἰσφοραῖς πολλαῖς Reg. B. Aug. Vratisl. nec agnoscunt importunam conjunct. καὶ, quam delevit etiam MUSGRAV. *L.* 37. ἐγκεχειρίκεσαν Reg. B. Aug. Vratisl.

L. 42. Αλέξανδρον τὸν Αλεξ. τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ βασιλευσ. &c. Conf. Mithr. cap. 23. extr.

Pag. 148. *CAP. CIV. Lin.* 97. Delendum comma, quod post ἀρχὴν irrepsit. Codex Augustanus, & frequens & adcuratus in distinguenda oratione, h. l. sic: ἕτερον ἄνδρα, ἀρχὴν τοιάνδε ἔχοντα, ἀποθέσθαι. Recte: nempe ad ἀποθέσθαι intelligendum pronomen αὐτήν.

Pag. 150. *CAP. CV. Lin.* 20. Κέϊντος Κάτλος. Auctores citavit Pigh.

Pag. 151. Annal. T. III. p. 279. *L.* 40. ὡπλισμένος. In mend. ὡπλισμένον cum Regiis consentit Vratisl.

Pag. 152. *CAP. CVI. Lin.* 69. ἐκείνοις γενέσθαι. Consentit Vratisl.

Pag. 153. *L.* 71 *sq.* ὁ κράτιστος εἰπεῖν τῶν τότε. „Non exprimit nomen, a quo edita oratio funebris." CANDIDUS, *ad oram edit. Vēn.* „L. Philippum huic officio delectum crediderim, qui cum ætate & facundia ceteros anteibat." FREINSHEM. *Suppl. Liv. XC.* 7.

CAP. CVII. Lin. 81. ἄμφω μὲν οὖν Reg. B. Aug. Vratisl.

Pag. 154. Et Candidus, *Amborum odia veritus Senatus. L.* 94. σφετὸς αὐτοῦ. In mend. σφετηγὸς cum Reg. & Cand. conspirat Vratisl. *L.* 95. Περσίννας. Περσέννας Hisp. 226, 24. quod perinde est.

CAP. CVIII. Bellum Sertorianum. Auctores, præter Nostrum, Livius Epit. XC & sqq. Plutarch. in Sertorio: aliique, quos laudarunt Camers & Freinsh. ad Flor. III. 22.

Lin. 97. γενόμενον μὲν ὑπ' ἀστῶν. *Sertorius octavo fuit ducatus anno interfectus est.* Epit. Liv. XCVI. Eutrop. VI. 1. Bellum vero decimo anno confectum. Fabric. ad Oros. V. 23. p. 357 sq. edit Haverc. *Eund. l.* 97. οὐκ εὐμαρὲς δὲ οὐδ' ἅμα Ρωμαίοις. Non opus erat, ut illa verba οὐδ' ἅμα in οὐδὲ τόδε mutaret MUSGRAV. quo facto deinde pro ἀλλὰ καὶ τόδε, idem

ἀλλὰ καὶ ἅμα repoſuit. Phraſis illa οὐκ εὐμαρὲς δὲ οὐδ' ἅμα Pœm. idem ſonat, ac καὶ ἅμα οὐκ εὐμαρὲς, duplici negatione vim ſimplicis habente. Hoc autem dicit: *ſimul diuturnum fuit illud bellum, ſimulque minime facile Romanis.* *L.* 98. πρὸς Ἱβηρας αὐτοὺς. Aug. Et ſic perſpecte emendaverat MUSGR. *Pag.* 154.

L. 99. ἤρητο μὲν Ἱβηρίας ἄρχειν. Vid. ſupra c. 86. p. 119, 4 ſqq.

L. 1. Σύισσαν. Supra c. 85. p. 117. *L.* 3. ἔκ τε Ἰταλίας αὐτῆς Reg. B. Aug. Ven. Vratisl. abſque artic. τῆς, qui commodius abeſt. *L.* 4. καί τινα ἄλλην Aug. Ven.

CAP. CIX. Lin. 19. οὐ κατὰ τὴν Ἀννίβου μεγαλουργίαν, ἑτέραν δ' ἐχάραξεν. Candidus, *non per Hannibalis illud memoratum iter, verum haud longe a Rhodani &c.* GELENIUS, temere inſertam partic. negantem ratus, adeoque ab interprete negligendam, *ad æmulationem Annibalis*, ait, *alias fauces aperuit.* Quod ita videri Gelenio poterat, quum partic. adverſat. δὲ, poſt ἑτέραν, vulgo abeſſet; quo fiebat, ut conferenda hæc phraſis cum illa videretur, Civ. II. 235, 21 ſq. κατὰ δόξαν τῆς ἐκείνου μεγαλουργίας, quam idem Gelen. *æmulatione gloriæ ejus* expoſuit. Sed μεγαλουργία eſt *magnitudo moliminum rerumque geſtarum.* cf. Mithr. 816, 42. Civ. I. 6, 86. Et partic. adverſativa, quam codices Reg. B. Aug. Vratisl. & Cand. h. l. exhibent, vetat omnino ejicere præcedentem partic. negantem. „Mendoſum aliquid" ineſſe loco huic, prouti vulgo legebatur, viderat MUSGRAV. *Pag.* 155.

L. 23. εἰς τὴν Τυῤῥηνικὴν θάλασσαν. Totum illum maris mediterranei tractum, qui ab Italia juxta Galliam Hiſpaniamque ad fretum uſque Herculeum pertinet, *Tyrrheni maris* nomine complectitur Noſter. Vid. Procem. c. 3. p. 4, 51 ſq. *Pag.* 156.

L. 24. Πάδος ἀντὶ Ἠριδανοῦ μετονομασθείς. Similiter Annib. 233, 83 ποταμὸν Ἠριδανὸν, τὸν νῦν Πάδον λεγόμενον. Polybius II. 16. ὁ Πάδος ποταμὸς, ὑπὸ δὲ τῶν ποιητῶν Ἠριδανὸς θρυλλούμενος. Scilicet ſtudioſe Appianus geographica nomina antiquitus celebrata cum recentioribus nominibus ſolet conferre.

L. 27. Ἀκύῤῥωνα πόλιν recte Aug. ut emendavit H. Stephanus. Sed Cand. cum edit. 1. & Vratisl. mendoſe, *ad Laurum urbem.*

Sed & in laude ponitur, pro *celeritate in rebus gerendis:* vid. Hiſp. 146, 72. Præf. 12, 85. *L.* 98. Παλλαντίαν. Vide Adnot. ad Hiſp. 167, 27. & pag. 199, 75. Sic autem, uti edidi, cum duplici λ ſcriptum h. l. nomen illud exhibet cod. Vratisl. *L.* 99 *ſq.* τὰ τείχη ξύλων κορμοῖς ὑποκρεμάσαντος. Vide Mith. p. 692, 56 ſqq. & 752, 80. ibique adnotata. Pag. 160.

L. 4. Καλάγυρον. Sic editum inveni, fortaſſe ex Candido, qui *Calagurum* habet cum ſimplici *l.* De nomine hujus oppidi conf. Dukerum & Drakenb. ad Liv. Epit. XCIII. & eumd. Duker. ad Flor. III. 22, 9.

CAP. CXIII. Lin. 10. ἐπαιφόμενοι τοῖς ἀπαντωμένοις. Mendoſum eſſe τοῖς ἀπατωμένοις, (quod Cand. *dolo confiſi & inſidiis* expoſuit,) in aprico eſt. Verum perſpecte vidit Gelenius: *elati ſucceſſu.* Verbum ἀπαντᾶσθαι, *occurrere, evenire, contingere, ſuccedere*, in paſſivo quidem non memini alibi apud Appianum legere: ſed activo ἀπαντᾶν illa notione haud ſemel uſus eſt. Exc. ex Ital. pag. 39, 33. καὶ ἀπήντησεν αὐτῷ καὶ τόδε, *& hoc quoque ei obtigit, hoc quoque eſt conſecutus.* Annib. 280, 63. πάντα κατὰ νοῦν ἀπήντησεν, *omnia ex ſententia ſucceſſerunt.* At quemadmodum Polybium alioſque probatiſſimos Scriptores verbo hoc, eadem notione, modo activa forma, modo paſſiva, uſos videmus; ſic & ab Appiano factum vel ipſe hic locus oſtendit. Hujus paſſivi uſus verbi pro activo exempla ex optimis ſcriptoribus protuliſſe Dorvillium ad Charit. p. 122. monuit Ernéſtius in Lexico Polybiano: conf. Reisk. ad Polyb. II. 7. in Animadv. ad Græc. Auct. Vol. IV. p. 84.

L. 11 *ſq.* ἀλλ' αὖθις - - &c. Vulgo hæc ita copulantur: ἀλλ' αὖθις μέχρι τοῦ ἑξῆς ἔτους &c. Et Candidus: *Verum iterum uſque ad inſequentem annum* &c. Quæ quam male cohæreant, facile intelligitur. Ac certe aut defecta eſt oratio poſt ἀλλ' αὖθις, aut abjicienda hæc ipſa duo verba erunt. Pag. 161.

L. 27. ἀπὸ τῆς διαίτης poterit eſſe *a cœna*, id eſt, *poſt cœnam.* Sed magis placet ἐπὶ τῆς διαίτης, ut pag. 128, 48. præſertim quum apud Liv. Epit. XCVI. legamus, *in convivio* Pag. 162.

vidimus. Verum vidit & repoſuit MUSGRAV. idemque paulo ante delevit quoque nomen Ρωμαίων.

Pag. 168. *CAP. CXVIII. Lin.* 39. Αικίνιος. Κικίννιος Vratisl. cum aliis. *L.* 45. παντὶ τῷ ſtρατῷ. ſtρατηγῷ dabant Regii, quod & C. Steph. in Var. Lect. monuit. Correxit idem C. Stephanus, conſentiente Aug. & aliis.

L. 48 *ſq.* Φοβερώτερος αὐτοῖς τῆς τῶν πολεμίων ἥττης φανείς. MUSGRAVIUS λύτης pro ἥττης cenſuit legendum. Mihi τῆς τῶν πολεμίων ἥττης eadem ratione dictum videtur, qua Pun. 400, 11 ſq. Καρχηδόνιοι τῷ Μασσανάσσου πλαίσματι συμπεσόντες, ut ad genitiv. caſum præpoſitio ἐκ inteiligatur, valeantque phraſes iſtæ idem ac ſi dixiſſet τῆς ἐκ τῶν πολεμίων ἥττης, & τῷ ἐκ Μασσανάσσου πλαίσματι. *L.* 51 *ſq.* σὺν καταφρονήσει Aug.

Pag. 169. Ven. ut ſæpe aliàs. *L.* 53. Θάλασσαν. Sic & Vratisl.

CAP. CXIX. Lin. 56. Σαυνίτιδα ded. ſcripti noſtri libri omnes. *L* 59. ἐκ τοῦ Ρωμαίων ſtρατοῦ Reg. A. a prim. man. Aug. Ven.

Pag. 170. *CAP. CXX. Lin.* 77. προλαβεῖν Aug. Et Cand. *Pompejum prævenire. L.* 87. συγκάμψας. In mend. συγκάψας conſpirat Vratisl. Vel συγκύψας vel συγκάμψας reponendum monuit MUSGRAV.

Pag. 171. *CAP. CXXI. Lin.* 3. παρήγγελον. παρήγγειλεν Vratisl. (forſan

Pag. 172. & Ven.) ut edidit H. Steph. *L.* 7. πολλὰ τῆς ἀρχῆς. „*multa ad magiſtratum eorum pertinentia.*" MUSGRAV.

L. 16 *ſq.* συναλλαγεῖεν Aug. Vratisl. ſicut correxit H. Stephanus. Mendoſa illa forma in οιεν, pro ιεν, quæ ſæpius occurrit in Regiis & in edit 1. ex male accepto ſcripturæ compendio, quo diphthongus ει exprimi ſolet, originem duxit.

L. 21. ἐπὶ διαλλαγαῖς. Sic ſcripti omnes & editi: nec male. Quare neſcio, quid voluerit C. STEPHANUS, *in Var. Lect.* ſcribens: „lege διαλλαγαῖς." Forſan ἐπὶ διαλλαγὰς legendum cenſuerat.

ADNOTATIONES
AD APPIANI LIB. II.
DE BELLIS CIVILIBUS.

Cap. I. Lin. 5. Scribe καθεῖλεν. *Pag.* 174.

Cap. II. Lin. 21. Ορεστίλλης. Sic recte editum ex Reg. A. *Pag.* 175.
— Cum Reg. B facit Vratisl. Cum Aug. vero Ven.

L. 26. παρήγγελεν. In παρήγγελλεν consentit Vratisl. Et revocatum malim hoc tempus imperf. *L.* 27. πάνυ. πάγχυ *Pag.* 176.
cum aliis dat Vratisl. Vide ad Syr. 570, 81. *L.* 43. ἐς τῶν *Pag.* 177.
Συλλ. Delendam importunam partic. ἐκ, quæ vulgo inserta erat, monuit etiam MUSGRAV.

Cap. III. Lin. 48 *sq.* γύναιον Aug. Ven. οὐκ ἀφανὴς γυνὴ posuerat MUSGRAV. *L.* 74. Βηστίαν & *l.* 77. Βηστίου. Vid. *P.* 178 *sq.*
Sallust. Catil. c. 43. Σηστίαν & Στησίου est in Vratisl. Fortasse Οὐηστίαν & Οὐηστίου olim scriptum fuerat apud Nostrum: conf. Civ. I. pag. 54, 96. ubi idem nomen vulgo in Οὐιστίας corruptum erat. *L.* 78 *sq.* ἐμπιμπράναι. ἐμπιπρᾶναι Vratisl. cum Aug.

Cap. IV. Lin. 86 *sq.* Βουλτούρκιον. Sallust. c. 44. Cic. Catil. *Pag.* 179.
III. 2. & 5. Flor. IV. 1, 9.

Cap. VI. Lin. 22. προσετίθει. „In editis (Appiani) libris *Pag.* 181.
perperam scriptum προσετίθει: qui error persuasit interpretibus, Cæsarem non novæ sententiæ auctorem extitisse, verum prius dictis aliquid addidisse: quod falsissimum est. προὐτίθει igitur verum est; nempe γνώμην." Is. CASAUBONUS, *ad Sueton. Jul. cap.* 14. At non solum consentiunt libri in προσετίθει, *adjecit*; sed & manifestum est, ad quidnam verbum hoc referatur: nempe Nero nude dixerat, φυλάττειν αὐτοὺς, *custodiendos*; Cæsar adjecit, *custodiendos in municipiis Italiæ, quibus visum fuerit Ciceroni.* Mirum est autem fundamentum, cui istam emendationem superstruxit vir tam judicii acie quam doctrinæ copia eximius. Nimirum de Appia-

Pag. 181. no eadem opinione tenebatur Caſaubonus, quæ ſiniſtro quodam fato plerorumque Virorum doctorum animos ad hunc uſque diem temere occupavit, in Hiſtoriis ſuis Appianum ſequi fere Plutarchum ſolere: nam id Caſaubonus ibid. diſerte declarat, & rurſus ad Fragmenta Polybii ex Suida collecta p. 1019. extr. hunc fuiſſe morem ait Appiani, ut Plutarchi verba deſcriberet. Jam vero Plutarchus, in Cicerone, pag. 870. F. & Cæſare p. 710. F. (cum Suetonio l. c. & Dione lib. XXXVII. c. 36.) ait, Cæſarem a ſententia eorum, qui conjuratis præſens ſupplicium capitis decreverant, primum diſceſſiſſe, primumque ſententiam mitiorem propoſuiſſe. Itaque quum in alia parte hujus narrationis, qua diſſident alii, conſentiret Appianus cum Plutarcho, ne in hac diſſentire ab eodem videretur, mutationem illam orationi Appiani adferendam Caſaubonus cenſuerat. At ne ſic quidem inter illos convenit, quoniam ſatis diſerte Appianus ſcribit, Neronem primum in mitiorem ſententiam abiiſſe: in quo ſicut a Plutarcho diſcrepat, ſic cum Salluſtio, æquali illorum temporum Scriptore, conſentit. Vide Salluſt. c. 50. & conf. Rualdi Animadv. XXXI. in Plutarchum, ubi diverſa variorum Scriptorum loca, ad totam hanc Senatus deliberationem de Catilinæ ſociis pertinentia, uberius expenduntur.

L. 25. Pro καὶ μηδὲν MUSGRAV. maluerat ὡς μηδέν.

L. 26. ἐξειργασμένος, ſc. ὁ Κικέρων. Conſentiunt autem in eam lectionem cum aliis Ven. & Vratisl. Et ἐξειργασμένος vel ἐξειργασμένον legere juſſerat MUSGRAV.

Pag. 182. *L.* 29. προσιούσῃ recte Aug. cum H. STEPH.. *L.* 31. διδιὰς correxerat etiam MUSGRAV.

CAP. VII. Lin. 44. ὑπὲρ Ἀλπεις. An ὑπ' Ἀλπίοις? Salluſt. c. 57. *ſub ipſis radicibus montium, qua illi deſcenſus erat* Pag. 183. (in Galliam properanti.) *L.* 55. Κάτωνος δ' αὐτὸν καὶ Πατέρα τῆς Πατρίδος προσαγορ. A *Catone* primo *Patrem Patriæ* adpellatum fuiſſe Ciceronem, conſentit Plutarch. in Cic. p. 872. C. Sed repugnare ipſe Cicero videtur, qui a *Q. Catulo* eum ſibi honorem primum tributum ait, in Orat. contr. Piſonem c. 3. Conciliari tamen pacem inter hos auctores poſſe, RUALDUS

docuit, *Animadverſ. XXXII. in Plutarch.* „ſi dixerimus, velle Appianum & Plutarchum glorioſam Patris patriæ appellationem Ciceroni tributam a M. Catone trib. plebis *apud populum*, quam ipſe a Q. Catulo *in Senatu* ſe accepiſſe declarat. Nam & illi δῆμον, & hic Senatum, expreſſe habent." Pag. 183.

CAP. VIII. Lin. 63. στρατηγὸς ἐς Ἱσπρίαν. Ἐς Ἱσπ. στρατηγὸς Vratisl. Cæſaris Prætoram in Hiſpania breviter tetigit Noſter, Hiſp. cap. extr. *L.* 64. ἐπὶ μὲν τὸ. Cum Reg. B. ſtat Vratisl. *L.* 66. ὅτι δέοιτο διοχιλίων καὶ πεντακοσίων μυριάδων, intellige δραχμῶν i. e. *denariorum:* id vero eſt 100, 000,000 Seſtert ſive *Millies HS.* Conf. J. Fr. Gronov. de Seſtertiis ſ. de Pecun. vet. lib. III. cap. 16. pag. 245. Sic recte Freinsh. Suppl. Liv. CIII. 65. *Opus ſibi eſſe millies, ut habeat nihil.* Perperam Candidus, *bis millies & quingenties centena millia.* Pag. 184.

L. 73. ἀπέστειλεν. Conſentit Vratisl.

L. 80. ἐς πολλὰ non videtur eſſe *jam dudum*, quod cum Gelenio in verſ. lat. poſui: ſed videtur ſignificare *magnopere, quovis modo*, quemadmodum ἐς τὰ μάλιστα eſt *maximopere.* Pag. 185.

L. 81. πομπὴν οὐχ ἑτοίμην. Vide ad Hiſp. 132, 27.

L. 81 *ſq.* ἐπιτρέψαι repoſuerat MUSGRAV.

CAP. IX. Lin. 97 *ſq.* διήλασεν recte Aug. ut emendavit H. Steph. διήλασε Vratisl. *L.* 99. συνηράνιζον. Sic & MUSGR. emendaverat. Pag. 186.

L. 1. Βαρέων &c. FREINSHEMIUS *Suppl. Liv. CIII.* 74. „Tricipitem illam conſpirationem, velut infernale monſtrum Cerbereo rictu abſorbentem omnia, *M. Varronis Satyra*, ſub titulo *Tricareni*, perſtrinxit." De eodem Varrone conf. Civ. IV. 592, 48 ſqq. *L.* 3. Λεύκιον Βύλλον. De hujus prænomine vide ad Syr. 612, 95.

CAP. X. Lin. 6. ἰδίᾳ Aug. Sic & Reg. B. ex emend. Et Candidus, *privatim.* *L.* 13. ἀριστ. αὐτῆς. Conſentit Vratisl. Et ſic correxit MUSGRAV. *L.* 14. ἐς τὰ κοινὰ διεμισθοῦτο τοῖς οὖσι πατρ. Candidus: *patribus dividendos eſſe quibus trium liberorum jus adeſſet:* & verba ἐς τὰ κοινὰ plane præteriit. Gelenius: *ex publico dilargitus eſt trium liberorum patribus:* at id non ſignificant verba illa ἐς τὰ κοινὰ Pag. 187.

Pag. 188. διεμισθοῦτο. Utique ante hæc verba inferendum pronomen ἓ, quod intercidit, a ſeq. partic. ἐς abſorptum. In eamdem plane ſententiam Suetonius Jul. c. 20. *agrumque Campanum, ad ſubſidia reipubl. vectigalem relictum, (ἃ ἐς τὰ κοινὰ διεμισθοῦτο) diviſit extra ſortem ad xx. millibus civium, quibus terni pluresve liberi eſſent.*

CAP. XI. Lin. 30. ἐπέβαλεν. ἐπέβαλλεν Vratisl. cum Reg. B.

L. 38. μῦσος. Sic plane Vratisl. Quod vero *lin. præced.* ΤΟ' ΤΕ in ΤΟ' ΓΕ mutavi, in eo præeuntem habui GELENIUM, qui particulam γε per lat. *certe* expreſſit. Tota autem phraſis, τό γε ἄγος αὐτῷ καὶ μῦσος οὕτως ἀποθανὼν ἐπιβαλῶ, preſſius inſiſtendo verbis, & aptius ad mentem loquentis, tali modo exponenda videtur: *certe ſceleris hujus* (ea enim eſt vis articuli τὸ) *culpam, ita moriens, in ipſum rejiciam.* Nempe ἄγος καὶ μῦσος non tam cædem ſuam dicit, cui ſeſe offert, quam pernicioſas leges quas Cæſar vi & armis perferre conabatur: „quas quoniam impedire, inquit, non poſſum, certe vel morte mea teſtatum faciam me ab earum culpa eſſe immunem."

L. 39 *ſq.* ἐς τὸ πλησίον ἱερὸν τοῦ Κτησίου Διός. Sic omnes. Et Cand. *Jovis poſſeſſoris templum.* Ac ſatis quidem notus Græcis eſt Κτήσιος Ζεύς, de quo conſulendi Harpocration & Suidas, & qui ad hos a viris doctis citantur auctores. Sed is ex laribus erat, cellæ promtuariæ potiſſimum præfectus; nec facile *templum* τοῦ Κτησίου Διὸς memoratum reperias. Contra Romæ haud procul a foro erat *Jovis Statoris* templum: quem Ὀρθώσιον quidem Δία græce Dionyſius Halic. vocat lib. II. cap. 50. pag. 114. edit. Sylb. ſed, ſicut idem Dionyſ. ibid. docet, inde dictum eſſe Jovem Statorem, ὅτι στῆναι ἐποίησε Διὸς τὴν φρατριὰν φυγοῦσαν, καὶ πρὸς ἀλκὴν τραπέσθαι, ſic percommode latinum nomen *Stator* per græcum Στήσιος reddi poterat. Atque ita plane a Plutarcho etiam redditum videmus, in Cic. p. 868. D. ἐκάλει τὴν σύγκλητον εἰς τὸ τοῦ Στησίου Διὸς ἱερὸν, ὃν Στάτωρα Ρωμαῖοι καλοῦσι, ἱδρυμένον ἐν ἀρχῇ τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ, πρὸς τὸ Παλάτιον ἀνιόντων. Itaque Gelenium probo, qui *Jovem Statorem* hoc loco interpretatus eſt, & Appiano vocabulum

Στησίου

Στησίου restituendum arbitror. Alibi, vice versa, ΚΤ in ΣΤ corruptum vidimus, & pro ἐγκτήματα scriptum ἐνστήματα, Mithr. 707, 7. Pag. 188.

L. 43 *sq.* οὐδενὸς ἀκούοντος. MUSGRAV. οὐδενὸς προσέχοντος conjectaverat.

CAP. XII. Lin. 53. Οὐέττιος. Οὐετούτιος h. l. Vratisl. cum Reg.B. & deinde Οὐέτιος cum eod. & Reg.A. *L. Vettius:* Sueton. Jul. cap. 17. & 20. Cic. pro Sext. c. 63. & ad Att. II. 24. Dio Cass. lib. XXXVII. c. 41. Conf. Ernest. ad Sueton. ll. cc. Vettii quoque Catonis nomen Οὐέτιος vulgo scriptum vidimus Civ. I. 59, 74. & 79. *L.* 56 *sq.* Βύβλου ῥαβδοῦχον ἐπιδ. Ποστούμιον. Pro *Postumio lictore*, apud Cic. ad Attic. II. 24. nominatur *C. Septimius*, *scriba Bibuli.* Ac mirum sane, lictoris nomen adponi: potuitque facile Σεπτιμίος in Ποστούμιος detorqueri. Pag. 189.

CAP. XIII. Lin. 81. καρτερώτερον. Sic cum Aug. dedit *Reg. B.* pro quo per errorem in Notis infra contextum nominatus est *Ven.* *L.* 86. Γαλατίας recte Aug. (Ven.) Vratisl. cum H. Steph. Pag. 191.

CAP. XIV. Lin. 92. Καιπίωνι. Sueton. Jul. 21. Plutarch. in Cæs. p. 714. & in Pomp. p. 644. Nomina Σκιπίων & Καιπίων perperam invicem commutata jam aliquoties vidimus, Hisp. 185, 36. Civ. I. pag. 41, 64. *L.* 99 *sq.* Κλώδιον τὸν Καλὸν &c. Vid. Fragm. VII. ex lib. V. p. 100. Pag. 192.

L. 2. ἐπὶ τῇ Καισ. αὐτοῦ γυναικὶ. Quum vulgo in Edd. & msptis nostris legeretur ἐπὶ Ιουλίᾳ τῇ Καισ. &c. & pro *Julia* apud Candidum *Calfurnia* nominaretur; utrumque nomen ab imperito sciolo insertum ac proinde rejiciendum putavi. *Julia* erat Cæsaris ex prima uxore, Cornelia, filia, quam Pompejo collocavit: *Calpurniam* Pisonis fuisse filiam, quam repudiata priore uxore Cæsar duxit, ipse Appianus paulo ante docuerat. Altera illa Cæsaris uxor, quam repudiavit adulteratam a Clodio, *Pompeja* erat, Q. Pompeji filia. Sueton. Jul. 6. Plut. in Cæs. p. 711. D. F. & 712. A. *L.* 6. τοῖς διώκουσι Κικέρων. Consentit Vratisl.

Pag. 193. *CAP. XV. Lin.* 14. καὶ τὴν ἀρχὴν ἀποθέμενος. Non solicitanda fuit hæc lectio. τὴν ἀρχὴν idem valet quod τήνδε τὴν ἀρχὴν, scil. τὴν ὑπατείαν. *L.* 17. λήματι Reg. B. Aug. Vratisl.

Pag. 194. *L.* 26. Δημοσθένη - - - πρὸ τοῦ ἀγῶνος φυγεῖν. Paululum dissentit Plutarchus in Demosth. pag. 857. extr. & sq.

L. 28. ἀπέγνω MUSGRAV. cum Aug.

L. 31 *sq.* ἐπαύλεις Aug. Vratisl. (Ven.) cum H. Steph. Et mox in ἐπικατέσκαπτεν pariter consentit Vratisl. *L.* 32. ἀντιπαρεβάλλετο. ἀντιπαρεμβάλλετο mend. Vratisl. Quibus rebus Pompejum Clodius offenderit, docet Dio XXXVIII. 30.

CAP. XVI. Lin. 40. φθέγξεσθαι Reg. A. Aug. MUSGRAV.

Pag. 195. φθέγξασθαι Vratisl. cum Reg. A. *L.* 42. διὰ Πομπήϊον ἐκπεσὼν, διὰ Πομπήϊον κατῄει. Candidus: *ob Pompejum urbe ejectus, ab eodem restitutus.*

L. 43. ἐξελάσεως. Jam Civ. I. p. 103 sq. l. 27. & 40. hoc voc. cum ἐξελευσ. permutatum vidimus; sed ibi Aug. & Ven. hanc minus probam lect. dabant, qui nunc veriorem exhibent.

Ibid. καὶ αὐτῷ καὶ τὴν οἰκ. Consentit Vratisl. Sed repetita conjunctione caret Aug. *L.* 44. Ad ἀνίστη desideratur nominativus: certe non nimis commode ὁ Πομπήϊος intelligi hic potest. Plutarch. Cic. p. 877. F. ἡ δὲ σύγκλητος, ἀμιλλωμένη πρὸς τὸν δῆμον, ἔγραψεν - - τὴν οἰκίαν αὐτῷ καὶ τὰς ἐπαύλεις, - - τέλεσι δημοσίοις ἀνασταθῆναι. *L.* 46. οἷόν τι καὶ Δημοσθ. Plut. in Demosth. p. 858. F.

CAP. XVII. Lin. 55. καὶ οἱ ἄλλως ἐπιφανεῖς. Nil opus vi-

Pag. 196. detur οἱ in ὅσοι mutare. *L.* 66. ἐς τὴν ἡγεμ. Sic & Vratisl. qui & mox consentit in ἐπιψηφισθῆναι, quod MUSGRAV. etiam reposuit, eadem notione nunc accipiendum, qua προσψηφίζεσθαι p. 197, 78. *L.* 68. Δομιτ. Αἰνόβαρβος. Δομίτιος βάρβαρος Vratisl. *Domitius Eneobarbus.* Cand. *L.* 70. τῶν δ' ἀμφ' αὐτ. Conjunct. δ' exhibet etiam Vratisl. eamdemque adjecerat MUSGRAV.

Pag. 197. *CAP. XVIII. Lin.* 77 *sq.* τὴν ἑτέραν πενταετίαν. Non integrum alterum quinquennium, sed τριετίαν tantum Cæsari decretum esse, Dio adfirmat XXXIX. 33. Conf. infra, ad pag. 208, 64 sq.

L. 84 *ſq.* ἀπαίσια ἐγίγνετο. Abeſſe poterat hoc verbum; ſed poſtquam dedit Aug. non eſt cur repudiemus: non enim objici codici illi poteſt, paſſim temere adſuta nonnulla in eo contineri; reliquos contra plurimis lacunis ſcatere, in confeſſo eſt, quas percommode ſupplet hic Auguſtanus noſter. De re conf. Dionem XXXIX. 39. & quos ibi citavit Fabric. *Pag.* 197.

L. 88. Παρθυήνη correxit etiam MUSGRAV. *L.* 90. In Παρθυαικὴ conſentit Vratisl. Vid. ad Civ. V. 798, 45 ſq.

L. 91 *ſq.* Πομπηΐῳ εἵλοντο τῆς ἀγορᾶς αὐτοκράτορα εἶναι. Eodem anno factum hoc eſt, quo Cicero ab exilio rediit, nempe A. U. 697. Vid. Cic. ad Attic. IV. Ep. 1. conf. Freinsh. Suppl. Liv. CIV. 52. *Pag.* 198.

L. 93. εἶκοσιν ἀπὸ τῆς βουλῆς. *Legatos quindecim* poſtulaſſe Pompejum, & in his principem M. Ciceronem nominaſſe, ipſe Cicero l. c. docet.

CAP. XIX. *Lin.* 10. διακλεισόμενοι. Quod in marg. Reg. B. legitur διακωλυόμενοι, id ab ea manu ſcriptum eſt, a qua ſunt lectiones illæ, quas paſſim Car. Stephanus in Var. Lect. tamquam GU. BUDÆI *emendationes* laudavit: & Budæum hoc eodem Codice, qui hodie Regius eſt, quem Reg. B. inſignivi, uſum eſſe, docui in Comment. de Impreſſis & mſptis Hiſtoriarum Appiani Exemplaribus, Cap. II. §. 3. not. *y*. *L.* 12. In στρατιῶν conſentit Vratisl. Quodſi tamen στρατιῶν præferas, minime equidem repugnabo. *Pag.* 199.

CAP. XX. *Lin.* 21. ἐνημαινόμενοι recte Aug. cum H. Steph. Et Cand. *ſignificantes*. *L.* 30 *ſq.* παρὰ τήνδε τὴν ἀναρχίαν. Verba hæc plane præteriit Candidus. *Pag.* 200.

L. 33 *ſq.* Λανούβιον -- ὃν Διομήδη φασὶν -- οἰκίσαι. Quum Λαβουίνιον vulgo, conſpirantibus libris, legeretur; MUSGRAVIUS, de emendatione corrupti illius nominis non cogitans, ad nomen Διομήδη adnotavit: „mirus error; ſed Auctoris." GELENIUS vero, Λαβουίνιον cum Candido *Lavinium* exprimens, quum videret in Lavinium non convenire id quod de *conditore Diomede* adjicit Appianus, pro *Diomede*, ſua auctoritate *Æneam* poſuit. At ſicut iniquior h. l. in Appianum, quam aliàs ſolet Muſgravius videtur: ſic multo expeditior, quam qua Gelenius uſus eſt, fuerat via Scriptorem

Pag. 200. nostrum ab errore, qui a librariis ei impactus erat, liberandi. Nam *Lavinium* utique ab *Ænea*, non a *Diomede*, conditum præclare Appianus noverat, ipseque adeo docuerat Historiarum suarum libro I. cujus vide Fragm. I. a Photio conservatum, T. I. edit. nostr. p. 21 sq. Facillime autem fieri potuisse, ut a librariis duo nomina *Lavinium* & *Lanuvium* confunderentur, per se patebat; & sæpissime id factum esse, complura loca a Cluvero in Ital. ant. ubi de Lanuvio agit, & ab aliis viris doctis ad Liv. III. 29, 6. VIII. 13, 5. collecta. Conf. Drakenb. ad Liv. Epit. LXXX. Itaque, quum *Lanuvio*, non *Lavinio*, oriundum fuisse Milonem satis ceteroquin inter omnes constet; nihil proclivius fuit, quam Λανούβιον hic Appiano restituere, præsertim quum quovis modo corrupta esset vulgata lectio Λαβουίνιον, & in utramlibet partem emendatione indigeret. Diomedem Lanuvii conditorem nemo quidem alius Scriptor, quod sciam, perhibuit; sed, eam saltem famam fuisse, credere Appiano, nemine præsertim diserte contradicente, fas est.

L. 34. ἁλώμενον. Sic legendum perspecte MUSGRAVIUS vidit. At Cluverus, Ital. ant. lib. III. p. 937. quum, Gelenii probans versionem, (qui ex conjectura, *post expugnatum Ilium*, posuerat,) ἁλωμένου τοῦ Ἰλίου scriptum oportere censuit, Græci sermonis non satis se gnarum fuisse, quod passim ex aliis ejusdem emendationibus eluçet, prodidit: id enim esset ἁλόντος vel ἑαλωκότος vel saltem ἁλωμένου.

Pag. 201. *CAP. XXI. Lin.* 41. κτείνων. Verbum præsens significatione futuri; vel actio, ut ajunt Grammatici, pro intentione agendi.

L. 42. αἵματι ἑεόμενον. Sic p. 333, 13. αἵματι πολλῷ καταῤῥεόμενον. *L.* 46. Pro ἐξάπαντες MUSGRAV. ἐξ αὐτοῦ πάντως legere jussit, tum οὐκ ἠξίου τὸ ἔργ. Mox IDEM *L.* 47. πεμαγγελθέντες in προσαγγελθ. mutatum voluit.

Pag. 202. *CAP. XXII. Lin.* 63 *sqq.* Καίλιον . . Καίλιος &c. *M. Cælius Rufus.* Cicer. pro Mil. cap. 33. Conf. Ernesti Ind. Cic. Nomen autem *Cæliorum* in antiquis monumentis *CAELIUS* per *AE* scribi solitum esse, monuit Drakenb. ad Liv. Epit. CXI. Unde factum, ut idem nomen tam apud Latinos quam apud

Græcos Scriptores ſæpe cum altero nomine *Cæcilius*, Καικίλιος, aut (quod ex hoc corruptum eſt) *Cecilius*, Κικίλιος, perperam commutatum reperiatur: cujus permutationis plura exempla idem Drakenborchius ibid. collegit. Conf. Fabric. ad Lionem XLII. 24. & Ruhnken. V. Cl. ad Vellej. II. 68. *Pag.* 202.

L. 71. τὸν λοιπὸν λόγον κατὰ τοῦ Κλωδ. διετίθ. χρόνον pro λόγον, cum Edd. dat Vratisl. Quum mendoſum locum videret MUSGRAVIUS, mendum in verbo διετίθετο ineſſe cenſuerat.

L. 82. προσπεσόντος. Utique προσπεσόντες legendum puto: *occaſione hujus tumultus adcurrentes*, vel *irruentes*. *Pag.* 203.

CAP. XXIII. Lin. 97. Κάτωνα μὲν ἐψηφίσατο &c. Paucorum annorum Anachroniſmus. Jam A. U. 696. lege Clodia in Cyprum miſſus erat Cato, &, ordinata provincia, A. U. 698. Cn. Lentulo, L. Philippo Coſſ. Romam redierat. Dio Caſſ. XXXVIII. 30. XXXIX. 22 ſq. Liv. Epit. CIV. Plutarch. Cat. min. p. 776. Cic. pro Domo c. 8 ſq. *L.* 99, ὑπὸ Κλωδίου. Hinc eſt, quod de *Clodii* moribus Appianus in quinto hiſtoriarum Roman. libro, qui Res Siculas & reliquarum Inſularum exponebat, diſſeruerit. cf. Fragm. VII. ex lib. V. pag. 108. *Pag.* 204.

L. 1. ὑπὸ σμικρολογίας. Nollem ὑπὸ cum ἀπὸ permutatum, quod reponendum MUSGRAV. cenſuerat.

L. 17. ἀμείνονος. ἀμείμονος Vratisl. Ceterum pro eo quod in lat. verſ. poſui, *ut qui ſuſpicione iſta eſſet ſuperior*, rectius fortaſſe GELENIUS, *quaſi extra omnem ſuſpicionem poſiti*. Sed quæ ſequuntur verba, ἐπεὶ καὶ ἑαυτοῦ δευτέραν &c. in alienam, ut mihi videtur, ſententiam detorſit idem interpres, quum ait: *tempus tamen contraxit, a ſecundo ſuo conſulatu incipiens*: quamquam eamdem ſententiam expreſſiſſe Freinshemium quoque video, Suppl. Liv. CVII. 33. Ex his autem Appiani verbis patet, ſuperiora illa verba *l.* 9. ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ τοιαύτης ὑπατείας ita eſſe exponenda, ut præpoſ. ἀπὸ ſit *poſt*, & ut primus Pompeji conſulatus, quem A. U. 684. geſſerat, hoc temporis ſpatio non eſſet comprehenſus. *Pag.* 205.

CAP. XXIV. Lin. 25. Γαΐνιος. Vide Syr. c. 51. p. 611 ſq. *Pag.* 206.

L. 27 *ſq.* Ὑψαῖος δὲ καὶ Μέμμιος. Freinshem. CVII. 45.

L. 28. Σέξτος. Σέξτιος Vratisl. cum Aug. An *Sext. Clodius*?

ille, qui auctor fuerat inferendi in curiam cadaveris P. Clodii? Freinsh. ibid. c. 43. ex Aſcon. Pædian. Argum. orationis pro Mil.

Pag. 207. *CAP. XXV. Lin.* 46. διαφθαμένος Vratisl. cum Regiis.

Pag. 208. *L.* 64 *ſq.* καὶ τὴν βουλὴν ἤτει χρόνον ἄλλον &c. Quodſi alterum *quinquennium* Cæſari decretum fuerat, (p. 197, 77 ſq.) quid opus erat, ut nunc, quum tres anni ſolidi ſecundæ hujus πενταετίας ſupereſſent, denuo prorogationem poſtularet? Itaque non altera πενταετία, (ſicuti inter Cæſarem & Pompejum Craſſumque convenerat) ſed tantum τριετία poſt primos quinque annos illi decreta fuiſſe videtur; quod diſerte Dio confirmat XXXIX. 33, quamvis aliter Suetonius Cæſ. 24. & Plut. in Cæſ. pag. 718. & in Pomp. pag. 646 ſq. cum Appiano tradant.

Pag. 209. *CAP. XXVI. Lin.* 77. τὰς πλησιαίας εἶναι ξενίας σύμβολον, — Vratisl. ſic: τὰς ξενίας καὶ ξενίας σύμβολον. Aſteriſco, tamquam lacunæ ſigno, notatus erat hic locus in Edd.

L. 87. Κλαύδιος Μάρκελλος. Nimis nota *Claudia* gens, e qua Marcelli erant, quam ut Appiano tribui error debeat, qui libros hîc vulgo occupavit. *L.* 90. εὐχαριστώταλος. εὐχαριστώτατος Vratisl. cum Reg. A.

Pag. 211. *CAP. XXVII. Lin.* 23. αἰρέμενον. Conſentit Vratisl. αἴρεσθαι ἔχθρας, *inimicitias ſuſcipere*. *L.* 26. τῆς Πομπηίου διαφορᾶς. „*quam cum Pompejo lites habere.*" MUSGRAV.

Pag. 212. *CAP. XXVIII. Lin.* 33. ἃ δὲ ἄκων, ἔφη, λαθεῖν, ἐκὼν ἀποθήσομαι. Revocanda omnino fuit ſcriptorum librorum lectio. De hujuſmodi ἀνακολουθίᾳ, qua ab infinita vel obliqua oratione ſubito ad rectam tranſitur, ſæpius jam dixi-

Pag. 213. mus. Vide ad Pun. 402, 30 ſq. *L.* 44. ἔλεγε δὲ ταῦθ', recte Vratisl. cum Aug.

Pag. 214. *CAP. XXIX. Lin.* 63. ἀσφαλὲς etiam MUSGR. repoſuit.

L. 65, μεγαλοπραγμονέσλερον, *qui majora geſſit, rebus geſtis clariorem.* Sic recte Gelenius. Conf. pag. 383, 36.

L. 66-68. ὡς δέον ὑπάρχειν αὐτοῖς ἐπὶ τὸν Πομπήϊον Καίσαρα, ἢ ἐμοῦ πάντα καταλύειν. Nondum ſatis emendata fortaſſe hæc verba ſunt; mihi certe non ſatis perſpicua. In Aug. comma

ponitur poſt αὐτοῖς, ſicut in Editis; licet in eodem Aug. alia ratio phraſeos ſit quam in Editis, a quibus particula ἦ, poſt Καίσαρα, aberat. Græca ad verbum latine ſic ſonant: *opus enim eſſe illis, vel manere Cæſarem adverſus Pompejum, vel omnia diſſolvere.* Candidus: *veluti neceſſe eſſet poſt Pompejum Cæſarem omnia deponere.* Gelenius: *imo opus eſſe Cæſare, cujus reſpectu alter quoque cogatur in ordinem.* Pag. 214.

L. 73. ἴσχοντα. Pleonaſtice inſertum hoc participium; de quo vid. Viger. de Idiotiſm. VI. 2, 3. & ibi Hoogeveen.

CAP. XXX. Lin. 96. Κλαύδιος. Vide ad pag. 209, 87. Pag. 216.

L. 5. Νικᾶτε. Non neceſſe puto, cum MUSGRAVIO ponere Νικᾷ τὸ δίσω. ἴχειν.

CAP. XXXII. Lin. 44. τριακοσίους ἐπὶ χιλίοις. GELENII hanc emendationem comprobavit FREINSHEMIUS, Suppl. Liv. CIX. 30. *triduano curſu ad centum ſexaginta millia paſſuum emenſus:* (nam, quum octo ſtadia mille paſſus conficiant, 1300 ſtadia faciunt ſummam CLXII. millium & D. paſſuum.) Et conſentit FABRICIUS *ad Dionem* XLI. 1. — Sed, verum ut fatear, *longe minor, quam par erat, numerus hic* eſſe videtur. Certe ſecundum Antonini Itinerarium, numerorum ſummam ſi ineas qui pag. 124-26. edit. Weſſel. exhibentur, diſtantia Ravennæ (ubi tunc Cæſar agebat: cf. p. 218, 32.) ab Urbe eſt CCLIV. M. P. id eſt, ſtadiorum MMXXXII. Itaque pro diverſa viarum ratione, quas Cæſaris tempore tritas fuiſſe conſentaneum eſt, ΜΜCCC ſtadia potius, quam MCCC, ſcripſiſſe Appianus videri debebit. Præterea non nimis ſane memoratu digna feſtinatio fuerat, ſi quis MCCC ſtadia triduano curſu confeciſſet: quum una die M. ſtadia conficere ſolitum Mithridatem, (Mith. p. 815, 24 ſq.) & Annibalem biduo duabuſque noctibus (Pun. p. 361, 78 ſq.) ad tria ſtadiorum millia confeciſſe legamus. Quare aut δισχιλίοις h. l. (non χιλίοις) pro vulgato τρισχιλίοις fuerat ponendum; aut, (quod, in re haud ſatis liquida, utique præſtabat) dubitandi ratione infra contextum ſubindicata, in ipſo Contextu *a vulgata lectione*, in quam libri omnes, quos quidem adhuc conſulere licuit, conſentiunt, *non erat* Pag. 219.

quod esset *ominosum* nomen, mutatum in *Epidamnum* a Græcis. Imo contra, Epidamnum ominosum a Latinis in Dyrrachium mutatum." SCALIGER, *Animadv. ad Euseb. Chronol. n.* DCCCXC. *p.* 84. At, sicut latinis nomen *Epidamnus* ominosum erat; sic Græcis nomen Δυρράχιον, quod δυσραχιον & δύσορμον valebat, ominosum videri utique poterat. Conf. Dionem XLI. 50. & ibi Fabric. eumdemque Fabric. ad XLI. 13. Pag. 228.

L. 5. Θουκυδίδης. Vide omnino Thucyd. lib. I. c. 24 sqq.

Ibid. sq. ἐκπίπτει δ' ὅμως τὸ ὄνομα, καὶ Δυρράχιον κλῄζεται. Sic & alii, & Strabo VII. p. 316. Ἐπίδαμνος, Κερκυραίων ἄποικος, ἡ νῦν Δυρράχιον λεγομένη.

CAP. XL. Lin. 27. Ἀσινίς τε Πολλίων. Sic recte Aug. cum H. Steph. *L.* 31. ἐπὶ ταῦτά με ἔπεμψε. Consentit Vratisl. Pag. 229.

L. 33. ἐς Κέρκυραν καὶ ἐκ Κερκύρας ἐς Πομπ. DAVISIUS *ad Cæsar. de Bell. Civ. I.* 30. p. 556. edit. Oudendorp. Pag. 230.

CAP. XLI. Lin. 41. τῶν τε ἀψαύστων ἐκείνοις χρημάτων. Sic recte Vratisl. cum Edd. Conf. infr. p. 368, 85. Eâdem loquendi formulâ Thucydides lib. I. c. 143. εἴ τε καὶ κινήσαντες, inquit, τῶν Ὀλυμπιάσιν ἢ Δελφοῖς χρημάτων. Et VI. 70. ἐς τὸ Ὀλυμπίειον παρίστεμψαν φυλακὴν, δείσαντες, μὴ εἰ Ἀθηναῖοι τῶν χρημάτων ἃ ἦν αὐτόθι κινήσωσι. Aliàs cum quarto casu, idem Thucyd. II. 24. κινεῖν τὰ χρήματα ἐς ἄλλο τι. Et peculiaris quidem usus est hujus verbi κινεῖν, ubi pecuniæ sacræ, vel ad certum usum sepositæ, adtrectantur, auferuntur, & ad alios usus convertuntur; ut perspecte monuit Dukerus ad Thucyd. VI. 70. Sic & Dio, in Exc. Peiresc. Opp. T. I. p. 49. n. 122. de Sylla ait: ἐπεὶ καὶ χρημάτων ἱδίᾳ πολλῶν, ἐκίνει τὰ τῆς Ἑλλάδος ἄσυλα. Pag. 231.

L. 42. τεθῆναι recte Aug. & Vratisl. cum H. Steph. Sed *l.* 44. Κελτοὺς αὐτοὺς perperam Vratisl. cum Reg. A. Idem *l.* 45. Αἰμίλιον, cum aliis.

L. 48. Κόϊγον. *Q. Valerium*, de quo supra dixit, p. 229, 25 sq. *L.* 53. γιγνομένοις MUSGRAV. etiam reposuit.

Ibid. Δολοβέλλαν. In hanc scripturam consentiunt h. l. omnes, & sæpius deinceps. Quare nihil novandum duxi,

illo dicere voluisse Appianum, nisi id quod persæpe aliàs hac phrasi σὺν καταφρονήσει exprimere solet. Itaque pro verbis, *magno impetu*, quæ in lat. vers. posui, reposita hæc, & *contemtim*, malim. Pag. 236.

Cap. XLVI. Lin. 63. Φλάμμας Vratisl. cum ceteris msptis & edit. 1. *L.* 67. ἐς τοῦτο, *ad hoc*, *in hoc*, *hujus rei causa*. Pag. 237.

L. 68. ἀθρόως. ἀθρόων Vratisl. cum Ven. idque in Contextum repositum malim. Pag. 238.

Cap. XLVII. Lin. 82 *sq.* Αντώνιός τε περὶ τὴν Ἰλλυρίδα ἡσσᾶτο ὑπὸ Οκταουΐου, Πομπηΐῳ στρατηγοῦντος. Liv. Epit. CX. *C. Antonius*, *legatus Cæsaris*, *male contra Pompejum in Illyrico rebus gestis*, *captus est*. Paulo vero ante hanc Antonii calamitatem *Dolabella*, quem classi Cæsarianæ recens exstructæ præfectum fuisse supra cap. 41. extr. docuerat Appianus, ab eodem Octavio, Pompeji legato, profligatus classeque fuerat exutus. Vid. Dion. XLI. 40. & Freinsh. Suppl. Liv. CX. c. 51. Quod igitur *Dolabellæ* nomen apud Appianum hoc loco libri nostri exhibent, non idcirco persuadere nobis debemus, a Scriptore nostro duo hæc nomina, *Octavium* & *Dolabellam*, quemadmodum imperitis librariis placuit, in unum hominem esse collata atque confusa; nemo enim umquam monstrum hoc nominis *Octavius Dolabella* vel fando audivit: sed id vix aliter factum intelligi potest, nisi quod, quum unius *Antonii* (quem universo Illyrico a Cæsare præfectum dixit p. 231, 49.) mentionem hic fecisset Appianus, non nemo *Dolabellæ* nomen, ut qui eisdem diebus similem cladem ab Octavio passus esset, ad oram libri sui notaverit; unde deinceps nomen hoc non solum temere in contextum insertum, verum etiam iniquissimo loco intrusum est.

L. 93. In ὀνάμενοι consentit Vratisl. Et sic emendaverat MUSGRAV. *L.* 98. χρήσομαι τῷ πατρίῳ νόμῳ. Cum Regiis, πετρίῳ, mendose Vratisl. Quod quum in Candidi quoque fuisset exemplari, imperite ille, *Petrei leges*, ait, *deinceps imitabor*. A quo deceptus C. Stephanus, Πετρείῳ νόμῳ obtrusit Appiano: quod in πατρίῳ νόμῳ mutandum esse, pridem vidit CASAUBONUS *ad Sueton. Jul.* c. 69. Post quem ad Pag. 239.

Pag. 239. h. l. hæc adnotavit AL. TOLLIUS: „ Nullus Scriptorum veterum, quod sciam, *Legis Petreja* de decimatione meminit. [Imo *Lex Petreja* græce esset Πετρήϊος νόμος.] Verum *decimatio*, vetus Romanorum institutum, & *patria lex*: qua, si plures peccassent, & manipuli aliquot simul locum deseruissent, decimus quisque sorte ad supplicium legebatur. Interdum tamen & *vicesimatio* adhibita, imo & *centesimatio*. Ac ratio hæc puniendi commoda pariter & terribilis admodum erat. Infra, p. 467. [p. 262, 75.] ubi exercitus Cæsaris, pœnitentia ductus, decimari petit, eandem hanc legem vocat τὸν πάτριον νόμον, & lib. III. [p. 456, 41 sq.] στρατιωτικὸν νόμον. Quare censeo hoc loco cum eruditissimo Casaubono legendum: χρήσομαι τῷ πατρίῳ νόμῳ κατὰ τοῦ ἐννάτου τέλους, [sic Casaubonus: præter necessitatem κατὰ τοῦ, pro καὶ τοῦ, ponens:] ἐπειδὴ μάλιστα τῆς στάσεως κατῆρξε, τὸν δέκατον διακληρώσω θανεῖν. Vel: χρήσομαι πατρίῳ νόμῳ, [at nec opus erat, articulum τῷ expellere:] καὶ τοῦ ἐννάτου τέλους (ἐπ. μαλ. τ. στασ. κατῆρξε) τὸ δέκατον μέρος διακληρώσω θανεῖν, quemadmodum infra, τὸ δέκατον μέρος ἀναιρεῖν." Conf. Fabric. ad Dion. XLI. 35. Ceterum quod adjiciendum nomen μέρος putavit Tollius, adsumento illo percommode carere possumus.

Pag. 240. *CAP. XLVIII. Lin. 16 sq.* Πούπλιον Ισαυρικὸν. *P. Servilium Isauricum.* Dio XLI. 43. Conf. Pigh. Annal. Rom. T. III. p. 445. & Freinsh. CX. 49. In mendosam scripturam Πομπήϊον cum Regiis aliisque conjuravit Vratisl. Ex codice Ven. quamquam cum Tolliana editione collato, in qua præeunte Gelenio Σερουΐλιον Ισαυρικὸν editum est, nihil varietatis adnotatum ad h. l. in schedis reperio: itaque suspicari licet, Σερουΐλιον in illo codice scriptum esse; de quo si mihi certius constitisset, lubentissime optimam lectionem eram amplexurus. Ac poterat ea quidem, quoniam & per se proba est, & semel in Contextum recepta, utique teneri.

Pag. 241. *L. 20 sq.* ἐς δὲ τὴν νεόληπτον Γαλατίαν Δέκμον Βροῦτον. Quum neminem nominet, quem Narbonensi Galliæ (quæ tamen in Cæsaris fuit potestate) præfecerit Cæsar; videtur cum Gallia recens devicta vetus etiam Gallia Provincia eidem D. Bruto

fuiſſe commiſſa: præſertim quum infra, p. 328, 27 ſq. ſine reſtrictione τὸν ὑπὲρ Ἄλπεις Κελτικὸν ei traditam Appianus dicat. Poſſem etiam ad Civ. III. 530, 95. ubi *D. Brutus* ἄρξας τῆς παλαιᾶς Κελτικῆς ὑπὸ Καίσαρι dicitur, provocare, niſi difficultatibus premeretur ille locus, de quibus ibi monebo. Pag. 2.

CAP. XLIX. Lin. 45. δι' ὧν τὸν Ἰόνιον διαπεπλεύκει. Etiam alibi præpoſitionem διὰ pro μετὰ vel σὺν, librarii ne errore, an ex Appiani uſu, poſitam vidimus: Pun. p. 400, 99. διὰ χιτωνίσκου μόνου. De Pompeji copiis ex Romanis legionibus conf. Freinsh. CXI. 1. Pag. 2.

L. 52. In Κρῆτες & *lin.* 53. in καὶ ἐκ Γαλατ. conſentit Vratisl. Pag. 2.

L. 56. Παμφύλιοι. Παμφύλαιοι Vratisl. quod ex Παμφυλίας corruptum videri poteſt, quoniam perſæpe terminationes οι & αι permutantur a librariis. Πάμφυλοι aliàs gentile illud nomen, ut ab aliis Scriptoribus, ſic ab Appiano formari, monui ad Præf. p. 3, 41. Attamen & infra, Civ. II. p. 273, 60. in Παμφύλιοι conſentiunt noſtri codices; ne ſic quidem male. *L.* 62. τούτων in τούτοις mutatum MUSGRAVIUS voluerat; præter rationem, ut mihi videtur. Ad τούτων intelligendum νεῶν. Καὶ τούτων (νεῶν) ἐς ἑκατὸν (νῆες) Ῥωμαίων (ἦσαν) ἐπιβατῶν.

L. 65. Μάρκος Βύβλος. Rectius fortaſſe Βίβουλος poſuiſſem: nam ex hac ſcriptura proxime corrupta videri poteſt vulgata lectio Βουβῖνος. Sed ea ſcriptura uſus ſum, qua aliàs in hoc nomine uti Appianus conſuevit: quamquam intelligo, fieri potuiſſe, ut ipſe quoque Appianus diverſa diverſis in locis ſcriptura uſus ſit, & nunc Βίβουλον nominaſſe, quem alibi Βύβλον vocavit; præſertim quum ne in prænomine quidem ſatis ſibi ipſe conſtet, quippe qui alibi *Lucium* dixit, quem nunc rectius *Marcum* vocat. Vide ad Syr. p. 612, 95. & conf. Civ. II. 186, 3. Ceterum *Marcum Bibulum* toti officio maritimo præpoſitum a Pompejo fuiſſe, diſerte Cæſar docet, Bell. Civ. III. 5. & 7. & Dio Caſſius XLI. 44. ex quibus auctoribus emendandam eſſe vitioſam apud Appianum ſcripturam, pridem monuit J. RUTGERS. *Var. Lect. VI.* 14. & poſt hunc DAVISIUS *ad Caſ. l. c.*

ro causa erat, cur ἐσομένων *lin. sq.* in ἐπομένων mutatum SGRAVIUS voluerit: qui, quum porro *lin. ead.* negantem inseruit, καὶ μὴ τοῖς αὐτίκα διωξ. &c. am auctoris minus perspexisse videtur, quam recte nius expressit, & *secuturis nos præparare tutum receptaculum.* διώκειν h. l. est *amice sequi*, ut p. 225, 55. non *hostiliter persequi.* Pag. 248.

CAP. LIV. Lin. 71. Μινούκιος. Μινούτιος cum aliis dat Vratisl. Sed in Μινούκιος, quod ex Reg. A. h. l. editum est, alibi, ubi idem nomen occurrit, consentiunt codices; veluti pag. 258, 6. Pag. 250.

L. 75. ἐς Ἀπολλωνίαν. ἐπὶ Ἀπολλωνίας emendaverat MUSGR.

L. 76. „ Σταμέριος. Corrige omnino Σταβέριος, quemadmodum & in interpretatione, ubi perperam *Tiberius* pro *Staberio* legitur. Cæsar: [Bell. Civ. III. 12.] *Recepto Cæsar Orico, nulla interposita mora, Apolloniam proficiscitur. Ejus adventu audito, L. Staberius, qui ibi præerat, &c. clam profugit.*" JAN. RUTGERSIUS, *Var. Lect. lib. IV. c.* 5. & *ex eo* TOLLIUS, *dissimulato auctoris nomine.* Conf. DAVIS. *ad Cæs.* l. c.

CAP. LV. Lin. 83. εἰ δὲ καὶ Δυῤῥαχ. Sic & Vratisl. qui & *lin. sq.* in προλάβοιμεν consentit. *L.* 85. ἃ ἐκείνοις - - πεπονημένοις. Nil opus erat hæc solicitare. *L.* 1. ὑπελείποντο Aug. cum H. Steph. Sed ὑπελίποντο Vratisl. cum edit. 1. Pag. 251.

CAP. LVI. Lin. 8. τοῦ Πομπηΐου. Fortasse οὐ πόῤῥω τοῦ Πομπηΐου. *Ibid.* τὸν Ἄλωρα ποταμὸν. „ Quem fluvium Ἄλωρα hic vocat Appianus, omnes alii *Apsum* vocant. Ideo reponendum est, τὸν Ἄψον ποταμὸν." PALMERIUS. Id jam monuerat JAN. RUTGERSIUS *Var. Lect. lib. IV. c.* 5. Vide Cæs. B. C. III. 13. & 19. & Dion. XLI. 47. *Alorem* fluvium ignorant Geographi. In hist. Annib. p. 273., 53. Ἄλωρα vulgo mendose scriptum vidimus pro Κάλωρα. *L.* 16. εἰ παραβάλλοιντο, *si periculum adirent.* Pag. 252.

CAP. LVII. Lin. 35. σὺν κλυδωνίῳ καὶ πνεύματι. Cum Reg. A. & Edd. stat Vratisl. Candidus: *mare ipsum, summis concitatum fluctibus, magno impetu ac turbine cursum intercipit,* Pag. 254.

Pag. 254. *L.* 37. mendose idem Vratisl. πολεμίων cum Edd. pro δεμάτων. *L.* 38. Ὁ δὲ Καῖσαρ. MUSGRAVIUS, tamquam ab his verbis inciperet apodosis prioribus respondens, ὁ δὲ Καῖσαρ legere jussit.

Pag. 255. CAP. *LVIII. Lin.* 64. διαζατὸς Reg. B. Aug. Vratisl. cum H. Stephan. ἄζατος, δύσζατος, composita nomina, retrahunt accentum; sed διαζατὸς, quod non ut compositum nomen consideratur, verum ut directe a verbo διαζαίνω derivatum, ὀξυτόνως effertur. Sic Civ. I. 126, 21. & Mithr. 664, 70. Eodemque modo Mithr. 678, 16. rectius fortasse cum H. Stephano ἐπιζατὸν edidissem, a verbo ἐπιζαίνω recta derivatum, quam ἐπίζατον, quod ibi ex edit. 1. consentientibus scriptis libris revocavi.

CAP. *LIX. Lin.* 69 *sqq.* Γαζῖνος, οὐχ ὑποσπὰς &c. Vide
Pag. 256. hist. Illyr. cap. 13. p. 846. *L.* 84. καὶ μάλις ἐς ἀλίμενα &c. Adverbium μάλις malim, mutata sede, cum verbis δύο τινας & quæ sequuntur junctum.

Pag. 257. CAP. *LX. Lin.* 93. περὶ τὸ φρούριον. Sic & MUSGRAV. ut dedit Aug. *L.* 98. ἐπὶ ἀνδρίᾳ Aug. cum Reg. A. ἐπὶ ἀνδρείᾳ Vratisl. cum Reg. B. *L.* 99 *sq.* τοὺς χειραγωγήσοντας. Sic perspicue Vratisl. *L.* 3 *sq.* In ἀπογιγνώσκων consentit idem.

Pag. 258. *L.* 7 *sq.* ἑκατὸν καὶ εἴκοσιν ἀναδέξασθαι βέλη. „Hunc numerum retinent Val. Max. lib. III. c. 2. Suetonius in Cæs. c. 68. Cæsar autem lib. III. de Bell. Civ. [III. 53.] *centum & triginta* habet, cum quo & Plutarchus facit, qui itidem ἑκατὸν καὶ τριάκοντα habet. Ceterum quod hic *Minucio* tribuitur, id de *Scæva* centurione plerique alii [& in his ipse Cæsar] referunt." AL. TOLLIUS. Apud Cæsarem aliæ editiones cum melioribus codicibus pariter CXX. dant: si tanti hoc est, ut de isto numero subtilius quærendum putemus.

L. 10-12. Αὐτὸς δ' ἐκ Δυρραχίου ὥρμησε καὶ ἱερὸν Ἀρτέμιδος. --- GELENIUS: *Ipse, spe occupandi per proditionem jam cœptam Dyrrachii, portam ædi Dianæ vicinam cum paucis, frustra tamen, adiit.* Scilicet, videns, mutilam in fine esse orationem, duo verba, quæ in Græcis non leguntur, *frustra tamen*, inseruit. Mirum autem videri debet, quod

quod apud Cæſarem in eadem hiſtoriæ parte, quæ huic Appiani loco reſpondet, pariter lacuna eſt, lib. III. inter cap. 50. & 51. ubi monuit Cellarius, præcipuum ex iis, quæ interciderunt, eſſe, quod Cæſar, Dyrrhachium occupare adgreſſus, cum in anguſtias veniſſet, magnum periculum adierit, multoſque amiſerit ſuorum. Narratio interrupta ſuppleri ex Dione poteſt XLI. 50. ubi conferenda quæ adnotavit Fabricius, num. 211. Pag. 258.

Cap. LXI. Lin. 18. ἐλήμανεν. Eamdem emendationem, (quam ex Candido adferendam huic loco jam olim in Commentat. de Editis & mſptis Hiſtoriar. Appiani Exempl. c. 1. §. 4. not. *l.* docueram) a MUSGRAVIO etiam adhibitam deinceps vidi. *L.* 19. τὸν πόαν ἀρτοπαίουν. Cæſ. B. C. III. 48. *radicis genus - - - ad ſimilitudinem panis efficiebant.*

L. 29 *ſq.* σλάδιοι γὰρ ἦσαν διακόσιοι καὶ χίλιοι. Scribit quidem Dio, XLI. 50. ἀπείραντον τὸν περίοδον τοῦ περιτειχίσματος, *immenſum circuitum operum Cæſari feciſſe Pompejum.* Sed ea ſane *ad ſummam ſtoliditatem immenſa* molitio fuiſſet, munitionem MCC *ſtadiorum*, id eſt, CL. *millium Paſſuum* in circuitum inſtituere. Cæſar ipſe, B. C. III. 44. Pompejum, ſcribit, *caſtellis* XXIV *effectis*, XV *millia paſſuum circuitu amplexum eſſe*; & hoc circuitu ſe *Pompejum circumvallare inſtituiſſe*, ibid. c. 43. Apud Florum IV. 2, 39 legimus, Cæſarem caſtra Pompeji *ſedecim millium vallo obduxiſſe.* Rurſuſque apud Oroſium, VI. 15. p. 419. edit. Haverc. *terram quindecim millium Paſſuum foſſa præſtruxiſſe Cæſarem.* Itaque, quidquid tandem LIPSIUS, *de militia Rom. lib. V. Dial. XIII.* ad defendendum numerum MCC ſtadiorum, quem h. l. Appiani codices exhibent, copioſe eruditeque adtulerit, mihi tamen omnia reputanti veriſimillimum videtur, non MCC, ſed CXX *ſtadia*, quæ nimirum CL *millia Paſſuum* æquant, ſcripſiſſe Appianum. Pag. 259.

Cap. LXII. Lin. 47. καὶ ἐφορῶντος. Sic rurſus p. 262, 87. ἐφορῶντος αὐτοῦ Καίσαρος. *L.* 50. τὸν οὐρίαχον. „ τὸν οὖραχον. Legendum τὸν οὐρίαχον. Eſt autem οὐρίαχος *haſtilis quo aquila geſtatur pars poſterior mucronata, quæ terræ* Pag. 260.

Pag. 254. L. 3. [illegible] dicitur." AL. TOLLIUS, L. [illegible] Hesychium & Suid. v. οὐρί-
verbi [illegible] Verbum εἶναι cum Reg. A.
lege [illegible]

Pag. 255. [illegible] L. 54. [illegible] importune inserit Vratisl. Non opus est, αὐτὸ cum
H [illegible] L. 54. [illegible] &c. MUSGRAV. in αὐτῷ mutare: percommode enim a verbo ἑλεῖν
pendet ille accusativus casus. L. 64. In σήμερον consentit
Vratisl. Et sic emendaverat MUSGRAV.

Pag. 262. CAP. LXIII. Lin. 80. προαπεστράφη. Sic idem Vratisl. cum
ceteris, quos secutus sum.

Pag. 264. CAP. LXIV. Lin. 9. ἡμέραις. Consentit idem Vratisl. Et
rursus idem l. 15. cum Aug. ἄρα παρέσχε. Paulo ante, lin 13.
[illegible] perspecte reposuerat etiam MUSGRAVIUS:
Pag. sed cur Idem vir doctus vocabulum ἀτρώτοις lin. 12 sq. „ men-
dosum", & totum hunc locum „ perobscurum" habuerit,
equidem non video.

Pa CAP. LXV. Lin. 23. καὶ ἡγεμονίδος γῆς. ἡγεμονίδος τῆς
Pag. 265. Vratisl. cum Reg. B. L. 30. προσθέμενος Aug. cum H. Steph.
L. 32. Λευκίου Σκιπίωνος. L. Scipionis, soceri sui: vid. p.
258, 14. & 206, 40.

Pag. 266. CAP. LXVI. Lin. 47. δρᾷν τι μετ' ἀργίας &c. Forsan δρᾷν
τι μετ' ἀνδρίας, ἢ μετ' ἀργίας λιμῷ διαφθαρῆναι. Ellipsis,
quæ hic obtinet, adverbii μᾶλλον turbavit fortasse librarios,
de ea non cogitantes. Possit quis etiam suspicari, δρᾷν τι
ἀντὶ ἀργίας ἢ μετὰ λιμοῦ διαφθαρῆναι, ut præpos. ἀντὶ absorpta
fuerit a verbis præcedentibus δρᾷν τι. Nil opis fert Candidus,
qui, prætermissis verbis δρᾷν τι, *si ulterius defatigari opus
esset*, inquit, *satis perspicere se ajebant ex desidia aut fame
interituros fore.*

L. 49 sq. ἀπογιγνώσκουσιν αὐτῶν. Sic omnes. Nec opus
est, cum MUSGRAVIO αὐτοὺς reponere; nam & pronomen
demonstr. frequentissime apud Nostrum pro reciproco positum
vidimus, & verbum ἀπογιγνώσκειν pariter cum secundo casu
atque cum quarto construi solet. Neque magis opus vide-
tur, lin. 55. verba, in quæ libri omnes consentiunt, ἐς λιμὸν

ἐκ λιμοῦ, ſolicitare, pro quibus DAVISIUS *ad Cæſ. III.* 84. (pag. 750. edit. Oudendorp.) ἐς λοιμὸν ἐκ λιμοῦ repoſitum voluit.

CAP. LXVII. Lin. 62. καίμενοντες ὅμως. Non dubito, ὅλως Pag. 267. ſcripſiſſe Appianum. Sic pag. præced. l. 46. ὅλως τε καίμενουσιν αὐτοῖς. *L.* 73. βασιλέα τε Βιθυνίων καὶ Ἀγαμέμνονα, &c. Sic recte Vratisl. cum Aug. Et Candidus, *regum etiam regem & Agamemnonem.* Conf. Mithr. p. 784, 8 ſq.

Ead. lin. 73 *ſq.* καὶ ἐπὶ τῷδε αὐτὸν βασιλέα . . καλουντων. — „ Id a Domitio Ænobarbo in Pompejum jactatum tradunt. [Plutarch. Pomp. 654. F.] Sed ejuſmodi obtrectationes clariſſimorum aliquando imperatorum proventus non parum ſuffiaminarunt. Ita Marius per publicanos in Africa negotiantes *criminatus Metelli lentitudinem, trahentis jam in tertium annum bellum, & naturalem nobilitatis ſuperbiam, morandique in imperiis cupiditatem*, effecit, ut ſibi conſuli creato belli a Metello pæne patrati ſumma committeretur. Videndi Vellejus lib. II. c. 11. & Saluſt. Jugurth. c. 64. Apud Dionem lib. XXXV. in principio quoque legimus, Lucullum non ab aliis tantum, ſed & ab ipſis civibus reprehenſum, quod Tigranem debellare noluerit, quo diutius cum imperio eſſet. Nec vana ſæpe eſt iſta ſuſpicio. Sic Annibal amicis crebro dixiſſe fertur, ideo ſe bellum trahere, ne debellatis Romanis ipſe imperio privaretur, ut Appianus noſter ſuperius p. 336. [Annib. p. 278. extr.] ſcriptum reliquit." AL. TOLLIUS.

CAP. LXVIII. Lin. 98. μελισσῶν ἑσμὸς &c. *apum examen altari inſedit.* Idem omen Caſſio etiam Brutoque funeſtum memoratur Civ. IV. pag. 705, 53 ſq. Vide, ſi lubet, de iſto prodigio, quod inauſpicatum haberi ſolebat, quos auctores citavit Fabricius ad Dionem XLVII. 2. Pag. 269.

CAP. LXIX. Lin. 13 *ſq.* καὶ νεμεσῶν ἐπ' αὐτοῖς ἐνεκαλύψατο· κατεσιώπα δ' ὅμως ὑπὸ ὄκνου &c. ἐνεκαλύψατο eſt *texit, diſſimulavit*; quemadmodum Mithr. 810, 48. οὐκ ἐγκαλυψάμενοι, *non diſſimulantes.* Sed male hæc cohærent: *indignationem diſſimulavit; attamen tacuit*, κατεσιώπα δ' ὅμως. Eam importunitatem adverbii ὅμως ſentientes in- Pag. 270.

pro Romanorum dignitate pugnaturi Pompejo adhæserant. Athenienſium in Pompeji acie rurſus mentionem facit Noſter p. 279, 66. Conf. p. 295. extr.

Cap. LXXI. Lin. 66. Καπωαδοκῶν. Sic & Vratisl. Pag. 273.

L. 68 *ſq.* ὕπαρχος Ἀρτάπα τοῦ βασιλέως. *Artabazes* eo tempore vel *Artavaſdes*, (Ἀρταβάζης, Ἀρταουάσδης) Tigranis filius, rex Armeniæ erat, in Craſſi expeditione Parthica nobilitatus, & ab Antonio deinde dolo captus & Alexandriæ in triumpho ductus. Ac fortaſſe Ἀρταπάτου vel Ἀρταβάζου ſcripſit Appianus. Ἀρταπάτου, neſcio quo auctore, MUSGRAVIUS poſuit. *L.* 81. Quum vulgo eſſet, αὐτῷ διοβλάβεια, οὕτω Pag. 274. pro αὐτῷ ſubſtituit MUSGRAV.

Cap. LXXII. Lin. 88 *ſq.* Ὑμεῖς, ὦ συνστρατιῶται, στρατηγεῖτε τοῦ πόνου μᾶλλον, ἢ στρατεύεσθε. „Gelenio, illa prima hujus orationis verba ita vertenti, *Vos milites ad hunc laborem imperantes magis, quam imperata facientes, acceditis:* aſſentitur P. Candidus. Nam & hic initium iſtud ita reddit, *Vos quidem, ô commilitones, huic labori præſidetis magis, quam ab aliis vobis imperetur.* Poterat igitur Pompejus, verbis Cæſaris ad idem fere ſignificandum utens, dicere, στρατηγοῦμαι ἤδη μᾶλλον ὑφ' ὑμῶν ἢ στρατηγῶ. Sic enim Cæſar in ſua, quæ hanc ſequitur, oratione, de Pompejo loquens, [p. 276, 28.] καὶ οὐδὲ στρατηγοῦντα ἔτι μᾶλλον ἢ στρατηγούμενον. Sed, ad illum concionis Pompejanæ locum ut revertar, quiddam mihi ſcrupuli iſtud afferet, quod quum οἱ στρατηγοῦντες etiam, ſeu στρατηγοὶ, dicantur στρατεύεσθαι, hic eorundem utrunque eſſe negetur, ſequendo eam quam habemus lectionem. Venit ergo in mentem ſuſpicari, ſcriptum fuiſſe, στρατηγεῖτε τοῦ πόνου μᾶλλον ἢ στρατεύεσθε μόνον. *Vos* (inquit) *dicendi potius eſtis* στρατηγεῖν τοῦ πόνου, *quam* στρατεύεσθαι *ſolum.* Scimus alioqui, hoc unum de aliis militibus, qui ſuo imperatori ſubſunt, dici ſolere: non autem & illud alterum, videlicet στρατηγεῖν. Obſervandum eſt autem, poni hic τὸν πόνον pro eo quod paſſim τὸ ἔργον dici videmus." H. STEPH.

L. 90. ἐμοῦ τοῦ Καίσαρος ἐκλέγχειν ἔτι βουλομένου. Gelenius: *quum ego malim diutius infeſtare Cæſarem.* „Debuit alio

uti verbo quam hoc *infestare*, ad exprimendum ἐλαύνειν.
Pag. 274. Valde enim late hujus Latini verbi significatio patet, quum multis possimus modis aliquem infestare. Videndum igitur annon debuerit potius dicere, *Cæsarem atterere*, sive *Res Cæsaris atterere*: (quoniam scriptum est, τὰ τοῦ Καίσαρος, non τὸν Καίσαρα) vel, *Cæsarem fatigare*, aut aliquid hujusmodi. Eo quidem certe verbo quo P. Candidus usus est, minime uti debemus, nisi ridere libeat: vertit enim *Cæsarem macerare*. Quid si tamen se excusans P. Candidus dicat, se intellexisse, ἐλαύνειν præsertim τῷ λιμῷ, id est fame; id autem esse macerantis. Habebit certe in principio orationis ipsius Cæsaris, locum, quem pro se plane facere, merito dicet, ἀντὶ γὰρ λιμοῦ καὶ ἀπορίας ἀνδράσι μαχόμεθα: (nisi potius μαχούμεθα scribendum est, ut paulo post monebo.) Verum non ad λιμὸν tantum, sed ad alia varia ἀπορίας genera, quibus conflictabatur Cæsar, respici arbitror. Fuit autem valde reprehensus postea Pompejus, quod non passus sit Cæsarem ita variis (uti dixi) ἀπορίας generibus ἐλαύνεσθαι. Sed qui eum defendunt, respondent, eos qui præcipuæ in ejus exercitu erant autoritatis, longiorem moram ferre noluisse, & illum quodammodo ad pugnam coëgisse. Audimus autem eum hic omnibus simul militibus illud objicientem, videlicet non fuisse ab illis exspectatum id quod exspectandum censebat pugnæ inferendæ tempus. Vide Dionem, qui & alia in Pompeji de pugna consilio reprehendit quam Appianus in fine paginæ proxime præcedentis. [p. 273 sq.]" H. STEPHANUS.

Pag. 275. *L.* 96. „Quod hic dicitur τὸ συνειδὸς ἀπὸ τῆς αἰτίας, convenit cum eo quod lectum jam nobis fuit, initio pag. 460. [245, 98 sq.] καὶ αὐτῷ τῷ λογισμῷ τοῦ πολέμου." H. STEPHAN.

CAP. LXXIII. *Lin.* 6 *sq.* „Suspecta non debet esse hæc sermonis forma, ἀντὶ γὰρ λιμοῦ καὶ ἀπορίας ἀνδράσι μαχόμεθα, pro eo quod dicendum esset (pluribus verbis utendo) ἀντὶ γὰρ τοῦ λιμῷ καὶ ἀπορίᾳ μάχεσθαι, ἀνδράσι μαχόμεθα. Suspectam (inquam) hanc sermonis formam habere non debemus, quum & alibi Appianum ita præpositione illa ἀντὶ uti observarim. At P. Candidus, verbum verbo reddens, in am-

biguitatem incidit. Ita enim ille, *Pro fame quippe & inopia cum viris decertamus.*" H. STEPHANUS. Pag. 275.

L. 7. μαχούμεθα. „Non dubito quin μαχούμεθα Appianus ſcripſerit, non μαχόμεθα: licet Candidus hanc lectionem agnoſcat." IDEM. Recte. Et conſentit cum ceteris, quos nominavi, Vratisl.

L. 17. οὐδὲ χάρισιν ἐξήνυον. „Suſpicor, ſcriptum fuiſſe οὐδέ τι χάρισιν ἐξήνυον." H. STEPHANUS. At ſicut ἐξανύειν aliàs ſignificat *expugnare*, *debellare*; (v. c. Illyr. 850, 17.) ſic χάρισιν ἐξανύειν τινὰ percommode dici videtur, hac notione, *beneficiis aliquem expugnare*. Quæ autem in Nota infra Contextum poſui: „An οὐδὲ χάρισί τι &c. uſque *in parentheſi ponendum?*" ea indicta & deleta malim. Illud fortaſſe quæri poſſit, an pro duobus verbis ἴσθι οὗς legendum ſit οὗς γε. Pag. 276.

L. 18. οὓς μεθῆκα καὶ ἀπαθεῖς. „Poſt μεθῆκα deeſſe aliud nomen adjectivum, vel ex particula καὶ apparet. Hoc autem (quodcunque ſit) illi ἀπαθεῖς ſynonymum eſſe arbitror; veluti, quum Latine *ſalvos & incolumes* dicimus. Nemo autem, qui incideret in locum ubi ſcriptum eſſet, *& incolumes*, alio adjectivo haud præfixo, deeſſe nomen *ſalvos*, non diceret. Quidni vero σώους ante ἀπαθεῖς deſiderari itidem dicamus?" H. STEPHANUS. Ceterum ſalvum dimiſerat Cæſar Domitium apud Corfinium, pag. 225. Salvos Afranii milites in Hiſpania, p. 212.

L. 19. τῶνδε οὖν μοι τύμπαν ἀθρόων ἀνανεύκατε. „Deeſſe vocem, ad quam hi omnes genitivi referantur, non dubito quin Græca in lingua exercitatus lector mecum dicturus ſit. Sed quænam illa eſt? an eſſe τίσιν dicendum eſt? ut legatur τίσιν ἀνανεύκατε, vel ἀνανεύκατε τίσιν: quum P. Candidus ita verterit, *Horum omnium vindices in unum mihi adeſſe.* Parum certe mihi emendatio hæc arridet; (etiamſi aliquid autoritatis ei tribuere videatur illa Candidi interpretatio;) quod τίσιν non itidem ſequentibus genitivis aptare poſſim. At vero idem ille interpres, Candidus, illis jungit vocem *reminiſcamini.* Sed hoc verbum cum illis, εἴτι σύνισθέ μοι, quid commune habet?" H. STEPHANUS. Suidas: ἀνέφερον· ἀνέ-

Pag. 276. μεμνήσκοντο. Et verbum hoc ἀναφέρειν, ſequente genitivo caſu, (ſcil. per ellipſin nominis ἔννοιαν aut μνήμην) ſignificans *in memoriam ſibi repocare*, *meminiſſe*, jam ſæpius apud Noſtrum obſervare licuit. Vide Pun. 432, 20 ſq. 462, 9. Civ. I. 172, 18 ſq. Pariter, ſequente conjunct. ὅτι, eamdem habere ſignificationem videtur: ἀνήνεγκεν ὅτι, *recordatus eſt*: in Exc. ex lib. II. p. 38, 13.

CAP. LXXIV. Lin. 23. πολυτόνους ἀγωνισλὰς. „Multo libentius πολυτείρους ἀγωνισλὰς legerim." H. STEPHAN. At πολυτόνους id ipſum indicat, & quidem paulo efficacius.

L. 24 *ſq.* δυσπείθειαν τοῦ σλρατηγοῦ. „Obſervatione dignum, δυσπείθειαν τοῦ σλρατηγοῦ, pro δυσπείθειαν εἰς τὸν σλρατηγὸν, vel, τὸ δυσπειθὲς εἶναι τῷ σλρατηγῷ. Gelenius tamen vertit, *contempto imperatore ſuo*: perinde acſi dictum eſſet, καταφρόνησιν τοῦ σλρατηγοῦ. Et vero ex contemptu naſcitur δυσπείθεια: ſed tamen voce utendum erat quæ Græcæ reſponderet, ſaltem per periphraſin. Male enim P. Candidus; quum unam vocem Græcam una Latina reddere volens, dixit *diffidentiam*. Cæterum non abs re τῆς δυσπειθείας Pompejanorum mentionem facit Cæſar, qui contra τὸ εὐπειθὲς in ſuis magni ſe facere oſtendit, p. 461." [248, 50.] H. STEPHANUS.

L. 26. „Verba hæc, τύχῃ τε παρακμάζοντα ἤδη, ſunt tanquam reſpondentis ad illa Pompeji, (non ſecus quam ſi conjectura eſſet aſſequutus quæ ab illo dicta erant) καὶ εἴ τις ἐσλὶ μοι πολέμων ἐμπειρία καὶ τύχη, ἀπλήκτῳ μέχρι νῦν γενομένῳ." H. STEPHANUS.

Pag. 277. *L.* 41. αἰρουμένους. Aug. & Vratisl. cum H. Steph.

Pag. 278. *CAP. LXXV. Lin.* 54. διὸ δὴ καὶ. Sic ſcripti libri omnes.

Ibid. „Ante καὶ τετρακ. deeſt aliquid: forte, ἱππέων ἴλας."

Pag. 279. MUSGRAV. *L* 64. ὡς ἐς ἐπίδειξιν. Conſentit Vratisl.

CAP. LXXVI. Lin. 74 *ſq.* ἐπὶ τοῦ λαιοῦ Δομίτιος. *L. Domitius Ahenobarbus*: a quo diſtinguendus alius Δομίτιος, *l.* 77. *Cn. Domitius Calvinus*, qui a Cæſaris partibus ſtabat.

L. 75 *ſq.* Αφράνιος δὲ καὶ Πομπήϊος τὸ σλρατόπεδον ἐφύλαττον. Hæc ad verbum ſonant, *Afranius vero & Pompejus caſtra cuſtodiverunt*: quod quidem ita ab Appiano ſcriptum eſſe,

ægre mihi perſuadeo. Certe, ſicut per ſe vix credi poteſt, Pompejum in caſtris manſiſſe; ſic diſerte Cæſar Bell. Civ. III. 88. & Plutarch. in Cæſ. pag. 729. A, alterum cornu tenuiſſe Pompejum docent: quamquam in eo rurſus a Cæſare Plutarchus diſcedit, quod, quum Cæſar *in ſiniſtro cornu* ſtetiſſe Pompejum dicat, Plutarchus *dextrum* tenuiſſe ſcribit. Ceterum & ipſe Appianus non modo in hujus pugnæ narratione, cap. hoc 76. extr. & c. 78. p. 282, 22 ſq. de Pompejo tamquam præſente loquitur; verum etiam cap. 81. p. 286. ait, *Pompejum*, ubi fugam ſuorum vidit, *gradatim ſe in caſtra recepiſſe*. Pro τὸ στρατόπεδον ἐφύλαττον malim τὸ στρατόπεδον (aut, τὰ πάντα) ἐφεώων. Sic enim & pag. ſq. lin. 87 ſq. de Pompejo pariter atque Cæſare ait, περιϊόντων ἑκάστους, καθιστάμενοι τά τε ἐπείγοντα &c. Pag. 279.

L. 77. Σύλλας. *P. Sylla*, Dictatoris ex fratre nepos, pro quo Ciceronis exſtat oratio. *L.* 82. τριςχιλίους εὐτολμοτάτους πεζοὺς ἐνιδρευσεν. „Immo ἐφιδρευσεν, *in ſubſidiis poſuit tria millia* (i. e. ſex cohortes) *audaciſſimorum militum*: non, *in inſidiis*." MARKLANDUS, in *Explicationibus veterum aliquot Auctorum*, ſubjectis editioni Supplicum Euripidis, p. 276. Cæſar III. 89. *Cæſar ex tertia acie ſingulas cohortes detraxit, atque ex his quartam inſtituit, equitatuique oppoſuit.* De eiſdem, qui in ſubſidiis erant locati, loquens Appianus, p. 283, 35. dicit, Καίσαρος δὲ τὸ σημεῖον τοῖς ἐφεδρεύουσιν ἄραντος. Attamen nec incommode ἐνεδρευσεν noſtro hoc loco ſcribi potuiſſe videtur: nam ſicut hi in *ſubſidiis ſuorum*, ſic ad *inſidiandum hoſtibus* erant collocati. Pag. 280.

L. 84 *ſq.* τὰ δόρατα ἐστηκὼτας ἀνίσχειν ὀρθὰ ἐς τὰ πρόσωπα τῶν ἀνδρῶν. ἀνίσχειν Reg. B. Aug. Ven. Vratisl. „Omnes qui hiſtoriæ hujus meminerunt, eandem facti rationem reddunt. Ingenioſus tamen RUTGERSIUS, *variarum Lectionum lib.* I. c. 4. longe aliud Cæſaris fuiſſe conſilium docet; ac judicat Cæſarem, cum videret & ſuum & Pompeji exercitum conſtare e popularibus ac propinquis, vereri cœpiſſe, ne ſi ſe mutuo agnoſcerent, illa alacritas, is cognitus militum ſuorum ardor obtorpeſceret; quin in amplexum potius, hunc paren-

Pag. 280. tis, illum fratris, alterum hospitis aut amici, ruituros, quam ut cognato sanguine insontes etiamnum manus incestarent. Id igitur ne fieret, jussisse prudentissimum imperatorem, ut eorum vultus ferro turbarentur, ne alter ab altero agnosci posset. Videtur & eodem modo intellexisse Lucanus, qui in oratione Cæsaris ante conflictum suos cohortantis eum ita loquentem facit:

Sed dum tela micant, non vos pietatis imago
Ulla, nec adversa conspecti fronte parentes
Commoveant; vultus gladio turbate verendos."

ALEX. TOLLIUS.

Pag. 281. *CAP. LXXVII. Lin.* 99. ἐγγύς τε τοῦ κακοῦ γιγνομένοις αὐτοῖς. Sic Aug & Ven. Sed pro γιγνομένοις revocatum γιγνομένου malim, quod & ex Reg. A. editum erat. Et sic Vratisl. cum Reg. B. ἐγγύς τε τοῦ κακοῦ γιγνομένου. Eadem phrasi, vel hujus simillima, sæpius utitur Appianus. Civ. I. 21, 28. ὁ δ' ἐγγὺς τοῦ κακοῦ γιγνομένου. Pun. 491, 11. προσπελάζοντος τοῦ κακοῦ. Mith. 791, 20. πλησιαζόντων τῶν κακῶν.

L. 4. δύο. δύω Vratisl. cum Aug. & Reg. B. *Ibid.* ἐρίζοντε Reg. B. Aug. Vratisl. *L.* 10. ὁμοεθνεῖς τε recte Aug. ὁμοσθενεῖς mendose Vratisl. cum edit. 1. sed recte adjecit τε cum Aug. & Ven. Cf. p. 285, 80 sq. *L.* 13. ἑνὸς ἔθνους recte

Pag. 282. Vratisl. & Aug. ut H. Stephanus. *L.* 15. οὐ δυνατῆς ἔτι. Quum abesset vulgo particula negans, MUSGRAV. δυνατῆς in δεινοτάτης mutandum censuit.

CAP. LXXVIII. Lin. 25. ὑπεσήμαινε. Consentit Vratisl.

L. 27. πολλαὶ κατὰ μέρη. Sic & MUSGR. emendaverat.

Pag. 283. *L.* 41. οἱ τοῦ Καίσαρος ἱππεῖς. Rectius, puto, abesset vocab. ἱππεῖς. Idque cum apud ipsum Appianum, quæ mox præcesserunt, & quæ continuo sequuntur, suadere videntur; (vide potissimum p. sq. lin. 53 sq.) tum Cæsar III. 93. *cohortes*, ait, id vero est pedites, *sinistrum cornu* (Pompejanorum) *circumierunt, eosque a tergo sunt adorti.* Conf. Plutarch. in Pomp. p. 657. C. & in Cæs. 729. E.

CAP. LXXIX. Lin. 44. μήτ' ἐπεκθεῖν ἔτι, *non amplius incurrere in hostem.* Particula ἔτι in vers. lat. prætermitti

non debuerat. *L.* 45. ἐν προβολῇ διαστάντας. In *procinctu ſtantes:* vel *prætentis haſtis ſtantes;* quemadmodum τὰς σαρίσσας προβάλλειν eſt *haſtas prætendere*, Syr. 562, 37. Sed διαστάντας, non ſimpliciter *ſtantes* notat, ſed *diductis pauliſper ordinibus ſtantes;* puto, quo commodius declinare irruentia hoſtium tela poſſent. Simplici verbo in eadem re Plutarchus utitur, ἱστῶτας ἐν προβολῇ, in Cæſ. p. 729. B. & in Pomp. p. 656. C. Ceterum id, quod, Appianum ſi audias, Pompejani nunc demum, poſtquam ab hoſtibus erant circumventi, jubente imperatore fecerunt; idem ut initio ſtatim pugnæ facerent, prædictum illis a Pompejo eſſe atque ab his ita factum, Cæſar ſcribit III. 92. & Plutarch. locis paulo ante citatis. Pag. 233.

L. 48. ἃ δὲ Καῖσαρ ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς κατεμέμφετο. Poterat ad *Commentarios* Cæſaris (id græce eſſet, ἐν τοῖς ὑπομνήμασι) provocare, in quibus l. c. pariter inſtitutum illud Pompeji improbatur. Sed licet Commentariis Cæſaris Octaviani in illius rebus exponendis multum uſus fuerit Appianus; (vid. Illyr. p. 849. extr. & ſeq. Civ. IV. 674, 21 ſq. Civ. V. 771, 87.) tamen hujus ſuperioris Cæſaris Commentariis nuſquam uſus eſſe videtur; ſive quod eos ad manus non habuerit; ſive (quod veriſimilius eſt) quod illorum fides non ſatis tuta atque certa Scriptori noſtro viſa fuerit. Nam quemadmodum Alinii Pollionis auctoritati in rebus, quæ hujus Scriptoris ætate geſtæ ſunt, tantum tribuit, ut ex compluribus latinis Scriptoribus, quos de pugna Pharſalica a ſe collatos profitetur, (cap. 70. pag. 271. l. 29-43. & c. 82. p. 288, 28 ſqq.) præter ipſum Cæſarem, unum *Pollionem* nominatim, tamquam qui pr. ceteris fidem mereatur, laudaverit; ſic etiam ejuſdem Pollionis de Cæſaris Commentariis judicium probaſſe videtur, quod his verbis Suetonius in Jul. cap. 56. refert: *Pollio Aſinius parum diligenter parumque integra veritate compoſitos* (Cæſaris Commentarios) *putat: cum Cæſar pleraque, &, quæ per alios geſta erant, temere crediderit, &, quæ per ſe, vel conſulto, vel etiam memoria lapſus, perperam ediderit.* Itaque, ſicut in Rerum Galliçarum Hiſtoria,

(conf. Appian. Civ. II. cap. 92-94. Sueton. Jul. cap. 70.) ut eam laudem, quæ maxima utique Cæsari videri debebat, eidem eripere ad aliosque transferre consulto studuerit. Ac nescio, an in verbosa illa præter morem ratione, qua sex eas, quas dixi, cohortes laudat Cæsar, adfectationis etiam nonnihil perluceat, perinde ac si contrariam aliquam opinionem, qua laus ea alii parti aciei Cæsarianæ tribui vulgo consuevisset, data opera e mentibus lectorum suorum voluisset evellere. Pag. 284.

Cap. LXXX. Lin. 69. ἄπρακτοι Vratisl. cum Reg. A. & Edd. Pag. 285.

Cap. LXXXI. Lin. 92. ἐτόν τι καὶ τὸν Τελαμῶνος Αἴαντά φασιν ἐν Ἰλίῳ παθεῖν. Homer. Iliad. XI. 543 sqq. Eadem comparatione usus est Plutarchus in Pomp. 657. D. Homericum illum locum, e quo tres etiam versus ad verbum transscripsit Plutarchus, non recordatus erat MUSGRAVIUS, quum ad verba ἐν μέσοις πολεμίοις, *lin.* 93 *sq.* adnotavit: „forte ποιμνίοις. Vide Soph. Ajac" *L.* 99. In προσπονῆσαι consentit Vratisl. Et ita reponendum esse, MUSGRAVIUS viderat. — Quid autem voluerit CAR. STEPHANUS, ad h. l. in *Var. Lect.* adnotans „προσπονῆσαι Bud." non video: nam in cod. Reg. B. quidem, quo usus erat *Gu. Budæus*, & ad cujus oram interdum emendationem aliquam idem vir doctus adscripsit, hoc loco ipse contextus προσπονῆσαι habet, neque quidquam ad marginem notatum. Pag. 286.

Cap. LXXXII. Lin. 23. στρατοῦ habet etiam Vratisl. Pag. 288.

L. 29. ἐπὶ πεντακισχιλίοις. ἀμφὶ πεντακισχιλίους mend. Vratisl. cum Reg. B. & Edd. ἀμφὶ πεντακισχιλίοις, ex parte bene, Reg. A. (Et sic in Nota infra contextum poni debuit, *Reg. A.* non *Reg. B.*) MUSGRAV. correxerat δισμυρίους καὶ ἀμφὶ πεντακισχ. *Ibid.* Ασίνιος Πολλίων. De hoc paulo ante dixi, ad pag. 283. l. 48. Hujus Historiam Belli Civilis celebravit Horat. lib. II. Od. 1. Conf. Suidam v. Ασίννιος, & Voss. de Hist. Lat. lib. I. c. 17. p. 80 sqq. *L.* 35. Κράστινος. Cæs. III. 91. & 99. Et *Crastinus* apud Appianum præivit Gelenius. Κρασίνιος apud Nostrum dat Vratisl. cum Edd. Κρασσίνιος legitur

Pag. 288. apud Plutarch. in Cæſ. pag. 729. c. ſicut in Aug. quod adeo tenere fortaſſe debueram. *L.* 38. Quum vulgo eſſet ἡ εἰρεταὶ διεμαρτύρει, MUSGRAVIUS poſuit τοῦτον ἡ εἰρεταὶ διεμαρτύρει.

Pag. 289. *L.* 39 διαθέοντα non male Vratisl. cum Edd. Sed exquiſitius μεταθέοντα, eadem notione. Cf. Mith. 751, 56. Hiſp. 193, 70. Et ſic Candidus quoque in ſuo exempl. inveniſſe videtur: qui, ſi διαθέοντα legiſſet, *diſcurrentem* dediſſet, nunc *accurrentem* poſuit.

CAP. LXXXIII. *Lin.* 49. Κερκύρας μὲν καὶ τότε. Conjunctionem καὶ ante τότε deletam voluit MUSGRAV. Commode. Sed vide p. 273, 74 ſqq. & conf. p. 294, 34 ſqq.

L. 56. Θυμούμενον ἔτι τῇ Κράσσου συμφορᾷ., Vulgo Θυμοῦσθαι *traſci* exponitur. Quod huc quidem minus convenit: nam *calamitate Craſſi iratus* ſane Parthus non erat; *animoſus*, *ſibi placens atque confidens*, *animo elatus inflatuſque* eſſe poterat. Itaque, ſicut nomini θυμώδης duplex hæc vis ſubjecta eſt, *animoſus*, *ſibi confidens*, & *iracundus*, *iratus*: quo pertinet illud Heſychii, Θυμηδίας· (lege θυμωδίας: nam id & ſeries literarum, & expoſitio requirit:) θυμῷ αἰρέτας, καὶ ἰσχυρῶς θυμούμενος: ſic verbo θυμοῦσθαι pariter, a quo nomen illud derivatur, utraque illa vis, quam dixi, ineſſe videtur. Quare cum Gelenio θυμούμενον, *tumidum*, h. l. reddendum duxi. Nam quod MUSGRAVIUS εὐθυμούμενον maluit, id quidem (ne dicam, non agnoſci a libris noſtris,) nimis lene videtur, quum nihil amplius denotet, quam *hilarem*, *lætum*, *alacrem*.

Pag. 290. *L.* 64. τῷ Πομπηΐῳ. Articulum etiam agnoſcit Vratisl.

CAP. LXXXIV. *Lin.* 69. ἀμφὶ τὸ Κάσσιον. Rectius Κάσιον: ſed & apud Ptolem. & paſſim apud alios duplici σσ ſcriptum illud nomen legitur. Vide omnino Cellar. Geogr. ant. IV. 1.

Pag. 291. p. 37 ſq. *L.* 79. εἰσηγεῖτο Reg. B. Aug. Ven. Vratisl. Et vidit MUSGRAV. *L.* 84. Σεπτιμώνιος. *L. Septimium*, *tribunum militum*, vocat Cæſar, Bell. Civ. III. 104. Pariter Dio XLII. 3. 4. & Plutarch. in Pomp. p. 660. E.

Cap. LXXXV. Lin. 94 *sq.* παραγενέσθαι Vratisl. cum Aug. & H. Steph. *L.* 96. τῶν Σοφοκλέους ἰαμβείων. Ex deperdita Sophoclis fabula. Eosdem versiculos referunt Plutarch. Pomp. 661. A. Dio XLII. 4. Conf. Diogenem Laërt. II. 82. Pag. 291.

L. 99. ἐνέβαινεν ἐς τὸ σκάφος. ἀνέβαινεν Vratisl. cum Edd. Sed præstat utique ἐνέβαινεν, præsertim quum e majori navi in minus inscenderet. *L.* 9. θεοὺς ἐκδίκους. Consentiunt libri: nec opus est ἐκδικητὰς reponere cum MUSGRAVIO.

Cap. LXXXVI. Lin. 16. Τῷ ναοῖς βρίθοντι &c Versum hunc ad Adrianum Cæsarem auctorem retulit Dio lib. LXIX. 11. contra quam Appianus, cui in rebus sua ætate in Ægypto gestis major fides habenda videri poterat. Ex Dione tamen sub Adriani nomine in Anthologiam etiam receptus est idem versiculus, titulo Εἰς τάφον Πομπηΐου ἐν Αἰγύπτῳ. Vid. Analect. vet. Poët. græc. ed. Brunckii T. II. p. 286. Conf. Reimarum ad Dion. l. c. & Fabric. ad eumdem lib. XLII. c. 5. not. 38. Ceterum Gelenius, nimium a Græcorum verborum sententia recedens, Epigramma illud latine tali modo reddiderat: Pag. 293.

Vix caperet templum, quem parva recondit arena.

Rectius interpres Dionis:

Pæne caret tumulo, cui tot modo templa fuerunt.

L. 18. ἀπὸ χαλκοῦ. Consentit Vratisl. & MUSGRAV.

L. 24. Τόδε μὲν recte Vratisl. cum Reg. B. *L.* 29. In διέλιπεν cum Edd. consentit idem Vratisl Pag. 294.

Cap. LXXXVII. Lin. 36. εὐβουλότερον οἵδε τοῦ Πομπηΐου. Ad εὐβουλότερον intelligi participium πράττοντες potest, adjecto opus non est. Cf. Mithr. 702, 30. *L.* 43. τὸ μέρος ἔχοντες, *suam partem, ratam partem habentes.* Sic mox rursus pag. sq. l. 65. Κάσσιος σὺν τῷ μέρει, *Cassius cum sua parte.* Vide ad Maced. 514, 45. *L.* 46. ἔν τε παρασκευῇ μείζονι ἐγίγνοντο. Placet MUSGRAVII emendatio ἔν τε παρασκ. μειζόνων ἐγιγν. Pag. 294.

Cap. LXXXVIII. Lin. 60. Ἀθηναίοις αἰτήσασι συγγνώμην. Athenienses cum Pompejo stetisse, supra dixit, p. 272, 52 sq.

L. 61 *sq.* Ποσάκις ὑμᾶς, ὑπὸ σφῶν αὐτῶν ἀπολλυμένους ἡ δόξα τῶν προγόνων περισώσει. „ Ita Sylla, apud Florum lib. III. c. 5.

L. 25. τίμενος βραχύ, πρὸ τῆς πόλεως περιτεθὲν. Non opus est inciso illo post βραχύ. Fortasse autem non spernenda erat lectio Cod. Aug. πρὸς τῆς πόλεως. Certe πρὸ τῆς πόλεως, *ante urbem*, non satis commode adjicitur ad περιτεθὲν. Nam ubi sepulcrum erat, ibi τίμενος περιτεθὲν· adeoque, si dicere voluerat Appianus, *ante urbem* esse sepultum, verba πρὸ τῆς πόλεως adjicere ad verbum τεθάφθαι potius debuit. Juxta lectionem cod. Aug. hæc erit sententia: „ postquam Pompeji caput humari Cæsar jusserat, *a civitate* Alexandrina deinde ex publico *aream sacram* sepulcro circum adtributam esse:" &c. τίμενος autem non tam *sacellum* est, ut cum Gelenio in vers. lat. posui, quam *sacra area*: (vid. Pun. 491, 11 sq. Civ. II. 316, 11 sqq.) itaque quod mox ait, τίμενος illud *a Judæis dirutum esse*, id de *muro* intelligendum, quo cincta area erat. De Judæorum in Ægypto Trajani tempore seditione vide Dionem LXVIII. 32. & quos ibi citavit Reimarus. Pag. 299.

Cap. XCI. Lin. 31. ἐπὶ Φαρσάλῳ. Conf. Mithr. cap. 120.

L. 34. ἐνεκήκει Reg. B. Aug. Vratisl. & Musgrav. Pag. 300.

L. 37. In μετεγίγνωσκε & *lin.* 42. in ἐξάδιξε consentit Vratisl. *L.* 39. χεύσιον. χεύσειον maluit Musgrav. quæ sane forma magis in usu est Appiano. *L.* 41. φέρουσι non opus est cum eodem Musgravio in θέλουσι mutare.

Cap. XCII. Lin. 59. κατὰ τὴν Ασιανὴν συγγραφήν. Hic non alius harum Historiarum Liber esse potest, nisi ille qui Ιωνικὴ (ἱστορία vel βίβλος) vocatur apud Photium & apud Anonymum in Testimonio de Appiano: vid. supra hoc vol. p. 6. l. 45. & p. 13, 61. Sic certe *Asiam provinciam* Scriptor noster Civ. III. p. 394, 23. vocat τὴν Ασίαν τὴν περὶ Ιωνίαν. Pag. 301.

L. 65 *sq.* In λαβόντες & βραδύνοντες consentiunt libri. Ac ferri fortasse ista ἀνακολουθία potest, qua nominativi hi ita positi sunt, tamquam præcessisset ἑτέραν δὲ ἐπ' αὐτὸν ἀνίστη ὁ στρατός.

L. 68. ἐν Φαρσάλῳ, *ad Pharsalum*. Nollem solicitatam a Musgrav. illam præpositionem, quam in ἐπὶ mutatam Vir doctus voluit. Pag. 302.

L. 72. Σαλούστιον Κρίσπον. Conf. p. 313, 63.

Pag. 302. *L.* 76. δεδιότων καὶ παραινούντων, *timentibus & hortantibus.* Duo priora verba in lat. verſ. omitti non debuerant.

Pag. 303. *CAP. XCIII. Lin.* 89. οὐδὲ μελλήσας recte Aug. cum H. Steph.

Pag. 304. *CAP. XCIV. Lin.* 12. ἐπίκαιντο. ἐπίκαιντο Vratisl. *L.* 14. ἔτι.

Pag. 305. μήν τι. Conſentit Vratisl. *L.* 18. μόνον ἀφίημι. Recte conjungunt hæc Aug. & Vratisl.

Pag. 306. *CAP. XCV. Lin.* 51. Καὶ τὸ μὲν ἄλλο μέρος, τῆς Καίσαρος τύχης ἐφαίνετο. Horum verborum, in quorum verſione a Gelenio non diſceſſi, hæc videtur vis eſſe: *altera pars* (nempe, rei hujus die illo geſtæ) *manifeſte opus fuit Cæſaris.* Nec tamen ſatis in liquido mihi illa verba ſunt, τὸ μὲν ἄλλο μέρος.

Pag. 308. *CAP. XCVI. Lin.* 75. In ὑπολιπών conſentit Vratisl.

Pag. 309. *CAP. XCVII. Lin.* 98. συντριφθείς, ſcil. πόλεμος. Vulgatus verbi συντρίβεσθαι uſus eſt, qui paulo ante (*l.* 91.) occurrebat, ὁ στρατὸς συνετρίβετο. Sed mire dictum, πόλεμος συντριφθείς. Gelenius *res perditas* expoſuit.

Pag. 310. *CAP. XCVIII. Lin.* 21. τίνι γὰρ, ἔφη, χρήσεσθαι προσιόντων. Non ſatis integra hæc videntur. An κατὰ προσιόντων? Verbum χρήσεσθαι in περιέσεσθαι mutatum voluerat MUSGRAV.

Pag. 311. *CAP. XCIX. Lin.* 34. In σῶα ὄντα conſentit Vratisl.

L. 37. πλαγῆς. Perperam πλάνης Vratisl. ſicut edit. 2. 3.

Pag. 312. *L.* 42. In mend. ἀνέπλυσεν idem Vratisl. cum aliis conſentit.

L. 43. εὐρύνων Reg. B. Aug. Vratisl. *L.* 53 *ſq.* χρήσας ἀντιδίξατο. Sic & correxit MUSGRAV. χρήσας ἂν ἐδίξατο legere juſſerat RUALDUS, *Animadv. XXV. in Plutarch.*

Pag. 313. *L.* 57 *ſq.* Κάτων - - Αντικάτων. Conf. Plutarch. in Cæſar. p. 723. C. D.

CAP. C. Lin. 63. Κρίσεων. Sic recte h. l. Aug. & alii cum Edd. Sed Κρίσκον mend. Vratisl. Conf. pag. 302, 72.

L. 69. ἐφέρετο. Nollem hoc cum ἐπεφέρετο mutatum, cum quo minime convenit id quod ſequitur καταλαμβανόμενος.

L. 70. αὐτόν τι Reg. B. Aug. Et ſic primum habuerat etiam Reg. A.

CAP. CI. Lin. 78. Ἰόβας ὁ συγγραφεύς. *Juba Hiſtoricus.* Conf. Voſſ. de Hiſtor. Græc. lib. II. cap. 4. & *Hiſt. de l'Acad. des Inſcript. T. IV. pag.* 458 *ſq. ſur les endroits de l'Hiſtoire d'Appien, qui concernent la perſonne de Juba le Jeune.* Pag. 314.

L. 89 *ſqq.* Λεύκιόν τε Σκιπίωνα &c. *L. Scipionis & Catonis* imagines in triumpho Cæſaris fuiſſe oſtenſas, dubitavit atque etiam pernegavit Baumgarten ad Hiſt. Univ. T. XI. not. 484. Sed videndum, an ex Dionis Plutarchique ſilentio, quo potiſſimum argumento niſus eſt vir doctus, diſerta Appiani adſeveratio falſi argui convincique poſſit. *L.* 90. ὑφ' ἑαυτοῦ Aug. cum H. Steph.

CAP. CII. Lin. 1. πεντακισχιλίας δραχμὰς Ἀττικάς. „Pueriliter hallucinatum Appianum, ſi ita ſcripſit", cenſuit HOTOMANNUS, *Antiq. Rom. lib. IV. cap.* 26. At pulcre Appiano convenit cum Dione XLIII. 21. & Suetonio in Jul. c. 38. ubi conferenda quæ Caſaubonus monuit. Pag. 315. *L.* 2. χιλάρχῃ καὶ ἱππάρχῃ. Conſentit Vratisl. *L.* 3 *ſq.* τοῖς δημόταις ἑκάστῳ μνᾶν Ἀττικήν. i. e. *C drachmas* vel *denarios*, adeoque *cccc numos Seſtertios.* conf. Dionem & Sueton. ll. cc. *L.* 11 *ſq.* τίμενος - - ὃ Ῥωμαίοις ἔταξεν ἀγορὰν εἶναι. *Forum Julium.* Conf. Dionem XLIII. 22. Suet. c. 26. Plin. XXXVI. 15. Pag. 316.

CAP. CIII. Lin. 21. ὥσπερ recte Aug. cum H. Stephan.

L. 23. ἐκ Διὸς ἐκεῖ. Conſentit Vratisl.

CAP. CIV. Lin 43. ἐξέτασεν παρὰ πόλιν Κορδύβην. Ad *Mundam* pugnatam hanc pugnam tradunt alii. Auct. Anonym. de Bell. Hiſp. c. 27. & 32. Flor. IV. 2, 85. Strab. III. p. 141. C. & 160. D. Lucan. l. 40. Apud Dionem nomen urbis non proditur: vide ibi Reimar. ad XLIII. 38. n. 187. *Corduban* rurſus habemus apud Noſtrum p. 319, 65. Pag. 317.

CAP. CV. Lin. 65. τὴν Κορδύβην. Rurſus ad *Mundam* oppidum refert hoc Auct. Anonym. de Bello Hiſp. cap. 32. & Florus IV. 2, 85. Pag. 319. *L.* 76. ἐπὶ Καρθαίας. Hæc aliàs Καρτήϊα vel Καρτηΐα ſcribitur; eamdem vero a Noſtro in Hiſt. Hiſpan. pag. 103, 33. & alibi Καρτησσὸν adpellatam vidimus.

L. 82. ἔτεμεν. Sic & Vratisl. Idem *lin.* 92. in Σίξθης Pag. 320.

consentit. De hoc Sexto Pompejo conf. Civ. IV. cap. 83 sqq. De eodemque copiose libro V. agitur.

Pag. 321. *CAP. CVI. Lin.* 15. μετωνόμασεν εἶναι. Infinitivus εἶναι, Jonico & Attico more redundans. Ceterum verbum εἶναι sæpius apud Nostrum pro ὀνομάζεσθαι vel ὄνομα ἔχειν usurpatur. Sic pag. præc. 320, 91. Πομπηΐους μὲν καὶ ὄδε ὢν, Σέξτος δὲ καλούμενος τῷ προτέρῳ τῶν ὀνομάτων. Mithr. 817, 69 sq. Γαλλογραικῶν, οἳ νῦν εἰσι Γαλάται. Adde Civ. III. 407, 28 sq.

Pag. 323. *CAP. CVIII. Lin.* 44. τὰς τῶν ὑπερεθιζόντων τὸ λογισάμενα τῆς βασιλείας. Aliquis ex eis, qui sermones de regno suscitare ventilareve studebant. *L.* 47. Καισήτιος. Liv. Epit. lib. CXVI. Sueton. cap. 79. Vellej. II. 68. Dio XLIV. 9. &c.

Pag. 324. *L.* 64 *sq.* ἤ τι γὰρ πρόφασις - - ἐπωνυμίας. Pro his græcis, Gelenius hæc latina posuit: *nam & regem nominasse crimen erat:* quæ mihi a sententia Scriptoris, quæcunque illa sit, prorsus aliena esse videntur.

Pag. 325. *CAP. CIX. Lin.* 71 *sq.* λέγεται τοῖς φίλοις αὐτὸν ἐντείλασθαι φυλάσσειν. Gelenius: *fertur amicis mandasse ut caute agerent:* at id græce esset φυλάσσεσθαι. Nec vero satis placet id quod ipse posui in vers. lat. *custodirent:* certe de *corporis custodia* hoc non esse accipiendum, suadere videntur ea quæ continuo sequuntur. Quin potius hoc videtur dicere Appianus, *mandavisse Cæsarem amicis, ut ipsum observarent*, nempe ita ut *monerent* ipsum si quid denuo tale esset acturus, *præcaverentque* & *retraherent* ab ejusmodi consiliis factisque quæ odium populi ipsi parere possent. At vero si conferamus quæ infra (p. 348, 58.) legimus, πάντες ὠμόσαμεν φύλακες αὐτῷ τοῦ σώματος ἔσεσθαι; rursus in eam inclinare debebimus partem, ut φυλάσσειν hoc etiam loco de *corporis custodia* intelligamus. Conf. omnino pag. 376, 32 sqq.

L. 77. πεῖραι recte Vratisl.

Pag. 327. *CAP. CX. Lin.* 7. ἐπίφθονος ὢν ἐν τῇ πόλει. Præpositionem ἐν deletam voluerat MUSGRAV.

CAP. CXI. Lin. 12. εὖ γὰρ ᾔδεσαν αὐτὸν, μὴ καὶ τάδε τὰ ἔθνη προσλαβὼν, ἀναμφιλόγως γένοιτο βασιλεύς. Ταύτης δὲ &c. „ Lo-

eus mendosus vel mutilus usque ad ἐγχειρήσεως." MUSGRAV. De verbis Ταύτης δὲ &c. mox videbimus. In prioribus illis, εὖ γὰρ ἤδεσαν - - βασιλεύς, nihil variant libri nostri. Ea Candidus hoc modo exposuit: *Jam enim abunde notum erat, etsi Parthos non vicisset, haud ambiguum tamen Romanorum futurum regem.* Sic vero Græca tali quodam modo refingenda forent: εὖ γὰρ ἤδεσαν, ὅτι, καὶ τάδε τὰ ἔθνη μὴ προσλαβὼν, ἀναμφιλόγως Ρωμαίων γενήσοιτο βασιλεύς. At, minus longe etiam a librorum scriptura recedendo, commodior fortasse hæc prodibit sententia: *Præclare noverant, etiamsi hos populos imperio non adjecisset, tamen* (jam sic) *haud dubie eum regnare.* Gelenius: *verebantur enim, ne devictis his quoque gentibus citra controversiam rex fieret.* Id græce esset: καὶ γὰρ ἔδεισαν, μὴ, καὶ τάδε &c. Quæ si emendatio non adrideat, & probabilis tamen videatur sententia; vide, an, nulla facta verborum mutatione, eadem sententia, quam Gelenius expressit, prodeat, si verba εὖ γὰρ ἤδεσαν parenthesi includas, & illa μὴ καὶ &c. ad præcedentia referas, intelligendo participium δείσαντες, quod sæpe per ellipsin omittitur: conf. p. 463, 77. Pag. 327.

L. 13 *sq.* Ταύτης δὲ σκοπὸν ἡγοῦμαι τῆς προσθήκης &c. Hæc si non corrupta, certe non satis plana sunt. Difficultatem declinaverunt interpretes. Candidus: *hac igitur ratione ductos arbitror in eum assumsisse impetum, nomine duntaxat inter se dissidentes, opere vero dictatorem eum & regem intuentes.* Luculentius multo, ut solet, ac verius GELENIUS: *Itaque hoc opus aggressi videntur per occasionem solius nominis, quum revera dictator nihil a rege differat.* At in his verbis nihil est quod græcis verbis σκοπὸν & προσθήκης respondeat; quorum vim si exprimere velis, tali quodam modo reddenda græca videntur: *Sed a proposito istius accessionis, quæ quidem solo nomine differebat, (nam re vera non differt a rege dictator,) occasionem eos cepisse arbitror adgrediendi operis.* τοῦτο ἀφορμὴν λαμβάνω τῆς ἐγχειρήσεως, *ab hac re occasionem capio adgrediendi operis.* Sic igitur προσθήκη intelligitur esse *accessio regii tituli.* σκοπὸν vero ad Cæsarem

Pag. 327. pertinebit, nempe *quod Cæſar illam acceſſionem ſpectaverit & propoſitam ſibi habuerit.* Sed, ut dicam quod ſentio, ipſum illud vocab. σκοπὸν in hoc contextu aliquid impediti ſuſpectique habere videtur: ac lubens amplecterer lectionem codicis Aug. σκοπῶν, (σκοπῶν ἡγοῦμαι, *rem conſiderans arbitror, mihi rem reputanti videtur;* quemadmodum Civ. III. 441, 99. σκοπουῦντες εὑρήσετε, & Civ. V. 740, 52. οὐχ εὑρὼν, ἱρευνώμενος, ἤ τι παθὼς &c.) ſi modo reliquæ deinde verborum ſtructuræ conſtaret ratio. Sic autem ἐκ (vel ἀπὸ) ταύτης - - τῆς προσθήκης &c. videtur fuiſſe ſcribendum.

Pag. 328. *L.* 20 *ſq.* Κάσσιος, ὁ τὰς τριήρεις &c. Conf. c. 88. p. 296.

L. 24 *ſq.* ἅπαντες αἰεὶ παρὰ Καίσαρι τιμῆς καὶ πίστεως χρηματίζοντες ἄξιοι. χρηματίζοντες, *conſultantes cum eo, conſilia ei dantes.* Sed ad ἄξιοι adjiciendum videtur participium γενόμενοι vel γεγενημένοι, niſi ex præced. lin. 22. repeti poſſit γεγονότες. *L.* 27 *ſq.* τὴν Κελτικὴν ἐπέτρεψε &c. *M. Bruto*, qui in pugna Pharſal. cum Pompejo ſteterat, Cæſarem deinde, quum in Africam contra Catonem & Scipionem proficiſceretur, *Galliam Ciſalpinam* adminiſtrandam tradidiſſe, Plutarchus etiam tradit in Bruto pag. 986. E. Sed *D. Brutum* ab eodem Cæſare *Tranſalpinæ Galliæ* jam tum quum adverſus Pompejum Cæſar proficiſceretur, præfectum fuiſſe, dixerat Appianus p. 241, 20 ſq. eique illa provincia cum imperio in aliquot annos prorogata videtur. Res ab hoc Bruto in Gallia Tranſalpina, & quidem in recens devicta, contra Bellovacos, quo tempore in Africa Cæſar fuit, geſtas, expoſuerat Livius lib. CXIV. quemadmodum ex Epitome ejus libri adparet. De eodem D. Bruto, Galliæ præfecto, vid. ad Civ. III. 530, 95.

Pag. 329. *CAP. CXII. Lin.* 35. ὡς τὰ μὲν δίκαια Κάσσιον ἀποφαίνοι. *Juſtitiæ ratio*, ait, *Caſſium* (*prætorem urbanum*) *declarat, Caſſio illam præturam decernit.* *L.* 50. In περιεῖναι, & *l.* 52. in ἐξέσεσθαι conſentit Vratisl. Ad mend. ſcript. παρεῖναι notaverat MUSGRAV. „περιεῖναι vel παρεῖναι."

Pag. 331. *CAP. CXIII. Lin.* 74. Ρούβριον Ῥῆγα. Præſtabat utique Ρούβριον Ῥοῦγα, cujus lectionis veſtigia in Aug. cernuntur. Nam *Ruga* Rubriorum cognomen reperitur. Et ſic Glandorp.

in Onomaſt. Roman. p. 748. Freinsh. Suppl. Liv. CXVI. 41. Caſaubonus ad Sueton. Cæſ. c. 80. ad quem locum eruditus Suetonii Editor omnium conjurationis adverſus Cæſarem ſociorum nomina, quæ memoriæ prodita reperiuntur, ſtudioſe collegit. At nec Ῥῦγα ſatis convenit: ſed Ῥῦγαν vel Ῥοῦγαν fuerat ſcribendum. Pag. 331.

L. 75. Σερουίλιον Κάσκαν, καὶ Σερούϊον Γάλβαν. Si cui audacius a nobis inſerta tria media verba videntur; erit ſaltem Σερουίλιον in Σερούϊον mutandum; in quo nomine & alibi erratum vidimus. Conf. ad Hiſpan. 170, 91. & 223, 74. Sed quum inter principes conjuratos *P. Servilius Caſca* fuerit, frater *Caji* illius *Caſcæ*, qui paulo poſt nominatur; probabile utique eſt, hunc ab Appiano h. l. nominatum fuiſſe, & familiæ nomen cum Galbæ prænomine, librariorum errore, intercidiſſe. Vide Erneſti Ind. Cic. v. *P. Servilius Caſca.* Etiam diſtinctionis ſignum, quod in Aug. inter duo illa nomina Σερουίλιον & Γάλβαν interſeritur, ſuſpicionem movere poterat diſtinguendos eſſe viros.

L. 79. Τρεβώνιον. Sic recte repoſuit H. Stephanus. Et ſic p. 336, 68. & alibi, dant mſpti cum Editis. *Ibid.* Τίλλιον Κίμβερον. Infra, p. 336, 70. Ατίλιος Κίμβερ editum erat, ubi plerique mſpti Ατίλιος Κίμβερ dabant. Deinde Civ. III. 394, 23. editi quidem Τύλλιος habebant, ſed ſcripti Τίλιος dederant. Mox vero p. 400, 15. in Τίλλιος conſentiunt ſcripti libri; & ſic rurſus Civ. IV. 661, 7. & 665, 75. Quare ubique hanc ſcripturam reſtituendam duxi, quam pridem viri docti probatiſſimam judicarunt. Vide Reimar. & quos ille laudat ad Dion. pag. 512. lin. 99. Add. Erneſt. Ind. Cic. v. Tillius, & eumd. ad Sueton. Jul. c. 82. Κίμβερον autem, in quarto caſu, formatum eſt tamquam a nominat. ὁ Κίμβερος, licet in primo caſu teneant græci latinam formam ὁ Κίμβερ, & ſecundum caſum pariter in tert. declin. forment, τοῦ Κίμβερος, p. 337, 78.

Ead. lin. 79. Μινούκιον Βάσιλον. Conf. Civ. III. p. 530, 99 ſq. *L. Minucius Baſilus* memoratus Cæſari de Bell. Gall. VI. 29.

CAP. CXIV. Lin. 81. ἐκφέρειν recte Aug. cum H. Steph.

Pag. 332. *L.* 85. περιεξούσης Aug. & Vratisl. cum H. Stephan.

Pag. 332. *CAP. CXV. Lin.* 7. ἐς τὸν πόνον. Cum Aug. erravit Vratisl. *L.* 19 *sq* βουλευτήριον ἔμελλε τῶν τις περὶ αὐτὸ οἴκων ἔσεσθαι. Pag. 334. *Curia Pompeji. L.* 27. Βροῦτος δ' ἀνήνεγκέ μοι, *Brutus mihi retulit, mecum communicavit*, intell. *id quod tu me celaveras.* In πολυσήμοις verbis est hoc ἀναφέρω, nec solicitari h. l. debebat. Eadem notione Hisp. 152, 69. legimus Γράκχῳ τὸ τόλμημα ἀνενεγκών, *Graccho retulit, cum Graccho communicavit id quod adgressurus erat.* Mox vero quarta abhinc linea, ubi absolute ponitur, ὁ Κάσκας ἀνήνεγκε, est *recepit se*, scil. ex terrore. Sic rursus pag. sq. lin. 53.

L. 28. τιθορύβητο. ἐθορυβεῖτο maluerat MUSGRAV.

Pag. 336. *CAP. CXVI. Lin.* 56. προσιοῦσι. „An προθύουσι?" MUSGRAV. Pag. præc. lin. 45. erat προθυομένῳ τοῦ βουλευτηρίου. Sed hic non solicitandum videtur illud προσιοῦσι.

L. 59. θανάτου τὸ σημ. Sic & MUSGRAV. emendaverat.

L. 62. καὶ νῦν ἔτι πιθανώτερον. Infra, pag. 389, 48. ubi eadem res repetitur, sic legimus, καὶ νῦν ἐπιθανατώτερον ἔχειν τὸ σημεῖον. Et quærendum monuit MUSGRAVIUS, an hoc quoque loco ita scripserit Appianus. Quod mihi quidem, licet in vulg. lect. consentiant libri, verisimile utique videtur. Nec tamen in Contextum recipere ausus sum; quoniam, quemadmodum dicimus πιθανὸς λόγος, sic etiam ferri utcunque illa phrasis posse videbatur, πιθανώτερον σημεῖον.

Pag. 337. *CAP. CXVII. Lin.* 72. ἀνατιθεμένου. Sueton. c. 82. *renuentique & gestu in aliud tempus differenti.* *L.* 74. τὸ ἱμάτιον περισπάσας ἐπὶ τὸν τράχηλον. Non satis equidem intelligo, quo pacto, qui ex adverso stat alteri, (ἐντυχὼν ἐς πρόσωπον *lin.* 71.) possit *togam ejus in cervicem retrahere*; id quod Gelenius his verbis expressit, *apprehendit togam; eamque in cervicem ejus retorquendo ac trahendo, exclamavit* &c. Quodsi ergo vera est lectio ἐπὶ τὸν τράχηλον, non aliter tamen intelligi tota illa phrasis debet, nisi, *Cimbrum togam Cæsaris prehensum deorsum traxisse, ut collum nudaretur.* Sueton. c. 82. *ab utroque humero togam apprehendit.* Clarius Dio

XLIV. 19. τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ὤμου καθείλκυσε. Et Plutarch. in Cæſ. p. 739. B. τὴν τήβεννον αὐτοῦ ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις συλλαβὼν ἀπὸ τοῦ τραχήλου κατῆγεν. *L.* 86. ἐπισιρίφεσθαι recte Vratisl. & Aug. cum H. Steph. *L.* 90. διωθιζόμενοι μετὰ τῶν ξιφῶν, *dum per medios alios ſeſe ingerunt cum gladiis.* Pag. 338.

CAP. CXVIII. Lin. 2. ἐς τὰ τοῦ βουλευτηρίου παραφράγματα. Cum Gelenio poſui, *ad ſenatorum podium*: ſatiſne recte, doctiores viderint. Præſtabat forte ad verbum dicere, *intra curiæ ſepimenta.* περιφράγματα legendum cenſuerat MUSGRAV.

CAP. CXIX. Lin. 28. ἐβοηδρόμουν βασιλέα καὶ τύραννον ἀνελεῖν. βοηδρομεῖν h. l. nativa notione accipiendum, pro μετὰ βοῆς δραμεῖν, (quemadmodum in Schol. Græc. ad Luciani Timonem exponitur, T. I. edit. Hemſterh. p. 107.) vel potius δραμόντα (vel διαδραμόντα, ut pag. 338. lin. 2. διθύραμβον) βοᾷν, διαδραμεῖν καὶ βοᾷν, *diſcurrere & vociferari, diſcurrendo vociferari.* Eodem prorſus modo in Annib. 281, 79. dixerat, ἐβοηδρόμει ἀνὰ τὸ στρατόπεδον, ἅπαντα ἔχειν ἀσφαλῶς, *diſcurrens per caſtra clamavit, omnia in tuto eſſe.* *L.* 33. χρησάμενος ξιφιδίοις, *ſicis commodato acceptis.* Pag. 340.

L. 35. Ακουῖνος. *Aquinius*, Glandorp. Onomaſt. Roman. pag. 114. Freinsh. Suppl. Liv. CXVI. 63. Et Aquinius, non Aquinus, Romanum nomen aliàs notum eſt; pro quo tamen apud Plutarchum quoque Ακύϊνος vulgo legitur. *L.* 36. Πατίσκος. *Petiſcus* Cand. cum Editis. *Peticus*, Gelenius, neſcio, caſu an conſilio. *Patiſcus* apud Appianum jam legendum viderat Glandorp. Onomaſt. p. 664. Conf. Pigh. Annal. T. III. p. 470. & Erneſt. Ind. Cic. v. Patiſcus. Adde Oudendorp. ad Hiſt. de Bello Alexand. c. 34. *L.* 83. προσθίοντος MUSGRAV. ſicut dedit Aug. *L.* 40 *ſq.* συγξύσας τε σφῶν Aug. cum Editis. Cum Reg. B. erravit Vratisl. Pag. 342.

CAP. CXX. Lin. 62 *ſqq.* παμμιγὴς τε γάρ ἐστιν ἤδη &c. Commodius dicturus videri poterat ἦν in præterito; ſed ſimiliter in præſenti pergit, donec *l.* 73. demum ad præteritum tempus redit, τότε ἰσλάθμευεν. In lat. verſ. tempus præſens, Pag. 342.

Pag. 342. ubi in græco contextu erat, conſervavi: ſed pro *jam*, ἤδη, poſui *jamdiu*; quoniam non ſatis apte alioquin cohærere videbatur oratio. Suſpicari autem licet, revera παμμιγές τε γὰρ ἦν ἤδη τὸ πλῆθος ſcriptum reliquiſſe Appianum, deinceps vero præſenti tempore uſum eſſe; (conf. Adnot. ad Pun. 387, 93.) unde fortaſſe librarii etiam priori illo loco ἐστὶ in ἦν mutandum putarunt.

L. 68. ταχυεργὸν Aug. cum H. Steph. *temerarium*, *levem*, *mobilem*, *inconſtantem*. Pun. 360, 74. erat genitiv. plur. ταχυέργων, tamquam a ſing. ταχύεργος. Et Civ. III. 418, 18. ταχυεργεῖς, a ſing. ταχυεργής. Quarum formarum nulla analogiæ adverſatur. De ſignificatione hujus vocab. dixi ad Pun. 342, 55. Eadem notione ipſum nomen ταχὺς quoque occurrit: Pun. 464, 47. ταχὺς καὶ καυφόνους. Maced. 530, 79. ταχὺς καὶ εὐμετάθετος.

L. 69. ἐπάγεται Reg. A. Aug. & Vratisl. cum H. Steph.

L. 71. δέει τοῦ μὴ δικαίους πολέμους ἑαυτοὺς πεπολεμηκέναι. Intellige, δέει τοῦ πεπολεμηκέναι ἕνεκα. Pronomen vero ἑαυτοὺς poteſt quidem ad πολέμους referri; ſed rectius fortaſſe cum verbo πεπολεμηκέναι conjunctum intelligetur, ut tota phraſis idem valeat, ac ſi eſſet δέει ἑαυτῶν τοῦ μὴ δικ. πολ. πεπολεμηκέναι ἕνεκα.

Pag. 343. *L.* 73. ἐξιὸν. Conſentit Vratisl. *L.* 75. Quum vulgo eſſet ὡς ἔξοδον, MUSGRAVIUS ſuſpicatus erat ὡς ἐφόδιον.

CAP. CXXI. Lin. 78. πλῆθός τι. Sic & MUSGRAV. „πλῆθός τι vel πλῆθος τότε." *L.* 83. τέχνασμα τοῦτο ἐς τὴν τῶν ἀνδροφόνων σωτηρ. Perſpecte Gelenius: *hac arte conſulentes homicidarum incolumitati.*

Pag. 344. *CAP. CXXII. Lin* 1 *ſq.* ἠμφιέσατο -- περιεστέλλετο. Temere MUSGRAV. ἀπεμφιέσατο & περιεσπάσατο maluit. Notatur enim juvenilis levitas & inconſtantia Dolabellæ. Conf. Dion.

Pag. 345. XLIV. 22. Vellej. II. 58. *L.* 21. Σέξστον τε Πομπήϊον. Conf. ſupra, c. 105. extr. & Civ. IV. c. 83 ſq. *L.* 22. Καίσαρι περὶ τῆς δημοκρ. Quum abeſſet a Regiis præpoſitio, C. STEPHAN. *in Var. Lect.* monuerat: „forte Καίσαρι ὑπὲρ τῆς δημοκρ."

Pag. 346. *L.* 25. Καυτήϊον. Vid. pag. 323, 47.

CAP. CXXIII. Lin. 37. αὐτὸ. Consentit Vratisl. Et sic emendaverat MUSGRAV. *L.* 38. καὶ οἴκτῳ τῆς πόλεως. Cohærent hæc cum illis *l.* 36. ἐλέῳ τε τῶν δεδρακότων. *L.* 39. εἰ καὶ τοὺς ὑπολοίπους. Intellige (ex verbis οἴκτῳ τῆς πόλεως, quæ præcesserunt) *cujus reipubl. sors miseranda utique foret, si reliquos etiam* &c. Pag. 346.

CAP. CXXIV. Lin. 50. In ἐπιῤῥέπουσαν, & mox in Δέκμον & ἠρημένον, consentit Vratisl. *L.* 53 *sq.* πρὸς ἑαυτούς. Sic & MUSGRAV. emendaverat. *L.* 63. δοκιμάσηται. Inconsideratius *mendosa* lectio ex cod. Aug. in contextum nostrum recepta est. *Legendum* utique δοκιμάσητε, quod recte ex Regiis codicibus editum erat, cum quibus facit Vratisl. Pag. 347. Pag. 348.

CAP. CXXV. Lin. 80. ἐς τὸν Αντώνιον, *ad Antonium.* Sic edidi ex Aug. & Ven. Candidus, *in Antonii domum*; unde C. Stephanus ἐς τὸν Αντωνίου ediderat, qui de codicum Regiorum scriptura in Var. Lect. sic monuit: „erat, ἐς τὸν Κάτωνος." Cum Regiis erravit Vratisl. Pag. 349.

CAP. CXXVI. Lin. 86. ἀγχοτάτω. ἀγχιτάτω Vratisl. cum Reg. B. *L.* 90. εἰσήγαγε. Consentit Vratisl. Modo præcesserat ἐσαγαγὼν ἐς τ. π. Variationem autem in his formis ἐς & εἰς amare Scriptorem nostrum, jam sæpius vidimus.

CAP. CXXVII. Lin. 13. ὡς οὐδὲ. ὡς δὲ Vratisl. cum Regiis. *L.* 18. ἐνδεξαμένη. Non video, cur ἐνδειξαμένη maluerit MUSGR. ἐνδεξαμένη idem est quod simplex verbum δεξαμένη, *admittens, amplectens.* cf. pag. sq. lin. 29. Pag. 351.

L. 29 *sqq.* ᾔτουν σφίσι ψῆφον ἀναδοθῆναι - - - ἐπιψηφισμένα ἄρχοντι ἤδη. Dedi hunc locum sicut consentientibus msptis editus erat, neque in distinctione orationis quidquam mutavi. Mihi vero hoc modo refingenda & distinguenda oratio videtur: ᾔτουν σφίσι ψῆφον ἀναδοθῆναι περὶ τοῦ Καίσαρος, (conf. pag. 359, 51.) ἐπὶ ὅρκῳ, εἰ καθαρῶς ἐθέλουσι κρῖναι, μηδένα αὐτοῖς ἐπιθεάσαι τὰ ἐξ ἀνάγκης &c. Quod si verum est καὶ, quod post ἐπὶ ὅρκῳ vulgo legitur; intercidisse aliquid post verba ἐπὶ ὅρκῳ puto, quod cum καὶ - - - μηδένα αὐτοῖς ἐπιθέασαι fuerit conjunctum. Sententiam in vers. nostra expressi, quam ex parte Pag. 352.

ν loquendi formula usus est Noster Annib. 263, 85. Pag. 358.
τοιαῖσδε συμφοραῖς ἄλλους τοσούσδε βλαβῆναι τὴν πό-
raldus, *non esse rempubl. tot virorum ja-*
Gelenius hoc loco, in quo versamur,
nis non expressit: *veremur, ne superstes ei*
rimentum aliquod accipiat.
οὐδὶ μόνους ἀντιλιθίνας. Verba illa οὐδὲ μόνους, cum
Edd. agnoscit Vratisl. Itemque Candidus: *nec mihi*
vobis solis hoc velle sufficiet, aut solis contradicere.
rectius autem idem Cand. verbum ἀντιλιθίναι, *contradicere*,
exposuit, quam Gelenius, *aggredi.* Sic certe & Mithr. 724,
95. μηκέτι τοῖς ἐγνωσμένοις ἀντιλιθίνας, *non amplius con-*
tradicere, vel *opponere te* (*debebas*) *decretis.*

Cap. CXXXII. Lin. 42. ἥδιον διαφέρω. Sic & Vratisl. Pag. 359.

L. 44 *sq.* ἐγὼ περισώζειν. Non video, quid voluerit *C. Stephanus*, quum duo ista verba, sicuti ex mstis edita sunt, sic nude sine ulla mutatione aut adnotatione *in Var. Lect.* repetiit. Quum vero *l.* 46. pariter περισώζειν vulgo legeretur, Musgravius priori hoc loco verbum illud delendum censuit; ita ut non nisi tria ista verba, ἐπικρύπλων τὴν ἀνάγκην, in parenthesi posita intelligeret.

L. 46. ὡς ἐν βαρυτάτῃ χάριτι περισώζων. Candidus: *necessitatem occultans, quasi in re difficili ex gratia eos præservaret.* Quidquid in Tuo exempl. legerit hic interpres, mihi series & nexus orationis id requirere videbatur, ut h. l. vulgatum περισώζειν in περισώζων mutaretur, quod cum ἐπικρύπλων conjunctum intelligi debet.

L. 46 *sq.* τὰ δὲ τῷ Καίσαρι πεπραγμένα χαρὰν συμβάλῳ, καὶ τὰ βεβουλευμένα συντελεῖν. In his verbis interpretandis incautius Gelenii secutus sum versionem, quam quidem mancam h. l. & parum utique adcuratam esse intelligo. Hoc autem dicit Appianus: (*constituit secum Antonius*) *acta Cæsaris ex pacto rata habere, & ea, quæ illi deliberata & proposita fuissent, effecta dare.* συμβάλῳ dicit, id est, *ex pacto*; nempe cum amicis conjuratorum ineundo: nam hac una conditione conjuratis impunitatem concedere Antonius

Pag. 359. ſtatuit, conceſſitque, ſi ſibi viciſſim hoc daretur, ut acta deliberataque Cæſaris rata haberentur: vid. pag. 362, 90 ſqq. Tum vero diſerte non ſolum τὰ πεπραγμένα κυροῦν dicit, ſed etiam τὰ βεβουλευμένα συντελεῖν: conf. p. 362, 91. nempe ea quæ Cæſar nondum quidem perfecerat, ſed quæ meditatus erat & in Commentariis ſuis, tamquam etiamnum facienda, conſignaverat. In eamdem ſententiam rurſus pag. 363, 2 ſq. κύρια εἶναι, ait, τὰ πεπραγμένα αὐτῷ πάντα καὶ ἐγνωσμένα. De illis βεβουλευμένοις τῷ Καίσαρι confer potiſſimum Civ. III. 399, 94 ſqq.

CAP. CXXXIII. Lin. 51. ἀντ' ἐκείνων, ſcil. ἁμαρτόντων. Nec erat ſane, cur ἀντ' ἐκείνου repoſitum voluerit MUSGRAV.

Pag. 360. *L.* 55 *ſq.* Ὅσα δ' οὖν μηδὲ ἐπακούσεταί ῥᾳδίως, ἐπισκέψασθε νῦν αὐτά. „Ferri non poteſt ἐπακούσεται. Nam quis eſt de quo, μηδὲ ἐπακούσεται ῥᾳδίως, dicitur? Gelenius horum verborum loco habet iſta, *nec recenſeri quidem facilia:* quum tamen hoc illis minime ſignificari poſſit. P. Candidus, *Quæ igitur minus audiſtis, perſcrutemini nunc.* Adjuvant autem hæc meam conjecturam, qua μηδὲ ἐπακούετε, vel potius μηδὲ ἀκούετε, repono." H. STEPHANUS. ἐπακούσεται in ἐπακούεται mutatum voluit MUSGRAV. At qui conferre voluerit id, quod ſupra p. 353, 51. prædixerat, is non dubitabit, verbum ἐπακούσεται h. l. eadem notione atque ὑπακούσεται eſſe accipiendum, aut potius in ὑπακούσεται refingendum. Nam manifeſte hæc verba Antonii ad illa ſuperiora referuntur. *Quænam autem & quanta ſint*, inquit, *ea, in quibus* (quemadmodum prædixi) *ne obtemperabitur quidem facile nobis, nunc conſiderate.* De eiſdem rebus rurſus deinde differens, τούτων, inquit, οὐκ ἐφ' ἡμῖν ὄντων, προλέγω πάμπαν ἀπέχεσθαι, p. 362, 85.

L. 59. ἐπὶ δύσιν. Sic & MUSGRAV. repoſuit. *L.* 60. συνεβήσατο νόμοις &c. Commode fortaſſe poſt νόμοις inciſo diſtingueretur oratio, cujus hæc ſententia eſt: *quaſcunque gentes Cæſar - - vi & armis imperio noſtro ſubjecit, eas omnes ordinavit legibus, & gratiis beneficiiſque* (in fide erga nos) *confirmavit.* Quum in *Notis infra contextum* dicere vo-

juſſem, *in hac regione aliquid turbatum videri*; operarum importunitate vocabulum *regione* in alium locum rejectum eſt. Pag. 360.

L. 62 *ſq.* εἰ μὴ πάντα ἐμπλῶσαι πολέμων ἐθέλετε. Perperam Gelenius: *etiamſi omnia bellis miſcere volueritis.* „Potius dicendum erat ab interprete, *niſi omnia bellis miſcere vultis*; aut, magis ad verbum, *niſi omnia bellis implere vultis.*" H. STEPHANUS.

L. 63 *ſq.* „Gelenius in ſua interpretatione totam hanc periodum omiſit, οἱ τῇ πατρίδι, ὡς ἀσθενεστάτῃ μάλιστα οὔσῃ, τοὺς ἐναγεῖς ἀφιερώζειν ἀξιοῦντε. Vix autem poſſum mihi perſuadere, eam illum ut mendoſam aut alioqui nimium ſibi obſcuram, prætermiſiſſe. Mihi enim nec obſcura nec mendoſa eſſe videtur. Niſi forte ſuſpicandum ſit deeſſe νῦν ante μάλιστα: & non fuiſſe dictum ἀσθενεστάτῃ μάλιστα, ſed νῦν μάλιστα. Alter quidem interpres, qui hunc præcellit, ea minime præteriit, ſed infideliter (ut alia paſſim plurima) vertit. Hæc enim ſunt ejus verba, *qui patriæ maximè ægrotanti ob facinora nuper geſta ſalutem afferre cupitis.* Infidelis eſt, inquam, hæc interpretatio: ſi quidem fidelis ea dicenda eſt quam ſubjungam (ut certe hoc de ea teſtaturos puto qui Græca in lingua ſatis ſunt exercitati) hæc videlicet, *Qui patriæ, tanquam infirmiſſimæ* (vel, *maximè debili*, ſive *imbecilli*) *conſervare homines piaculares vultis.* Sed cohærentne iſta cum iis quæ proxime præcedunt? Cohærere nihil melius poteſt Quum enim dixiſſet, *Quorum e numero quoſnam fore putatis qui patienter laturi ſint ſibi eripi quæ acceperunt? niſi omnia bellis implere vultis.* Quum (inquam) hæc dixiſſet, *niſi omnia bellis implere vultis:* ſubjungit, *vos qui patriæ conſervare vultis eos qui ſe ſcelere polluerunt*, vel *nefando ſcelere.* Quaſi dicat: Atqui hoc de vobis minime cuiquam credibile fuerit, vos videlicet omnia bellis velle implere, & in illis magnam hominum multitudinem amittere: quum patriæ contra veſtræ adeo vos moneat infirmitas, ex paucitate hominum, ut illi eos etiam conſervare velitis qui nefando ſcelere

Pag. 359. stat lil

[illegible] STEPHANUS. Conf. p. 358,

[illegible] Hæc in Aug & Vratisl. sic di- [illegible] πρεσβυτέρω, τοῖς τε δεινοῖς ἔτι καὶ τοῖς [illegible] In edit. 1. non nisi post ἀφεστηκότα [illegible] H. Stephanus nullam plane distinctionem [illegible] Quorum verborum si ea esset sententia, [illegible] expressi; dicendum fuerat τῶν τε δεινῶν [illegible] In eam fere sententiam Candidus: *& hæc [illegible] difficillimis & tremendis rebus longe absunt, [illegible]* Magis vero a vi verborum, in quæ libri omnes consentiunt, recessit Gelenius: *Nihil dicam de longinquis, quos metus hactenus continuit in officio.* Perspecte autem & vere, si quid video, sententiam auctoris nostri expressit FREINSHEMIUS, Suppl. Liv. CXVI. 81. *Sed reges & nationes, & unde longinquior est metus, mitto.* Scilicet, nullam mutationem aut vim verbis inferendo, hoc dici videtur: *sed ea quidem, quæ quoad periculum metumque* (nobis imminentem) *longius remota sunt, omittam.*

Pag. 361. *CAP. CXXXIV. Lin.* 80. ἐργάσεσθαι ex emend. H. Steph. est. In ἐργάσασθαι consentit cum reliquis Vratisl. Et ferri fortasse potuerat Aoristus, nisi & præcederet & sequeretur futurum tempus. *L.* 83. „Cum nomine adject. ἄγνωστον nihil deesse, sed relinqui subaudiendum γῆν, putandum est." H. STEPHANUS.

Pag. 362. *L.* 85. „Puto ἀνωμαλίαν de iis dici qui faciunt *quæ sibi consentanea non sunt*, sed potius *quæ inter se repugnant:* ut illa duo, quæ hic proponit, facere, est sibi ipsi repugnare. Gelen. *iniquitatem*, P. Candidus *inconstantiam*, vertit: quæ interpretatio altera tolerabilior videtur." H. STEPHAN.

L. 86. „Gelenius ἱερὸν ἄνδρα non est interpretatus *sacrum virum*, sed *pontificem.* Sic autem in fine pag seq. Piso, οἳ θάπτειν με κωλύουσι τὸν ἀρχιερέα." H. STEPHANUS.

Ibid. ἀγηγερμένης. „Videri posset P. Candidus aliud legisse quam ἐγηγερμένης, quippe qui vertat, *senatu convocato.* Immo vero ne dubitandum quidem puto quin legerit ἀγηγερμένης,

μένης, & quin ita legi debeat. Sed malim *senatu congregato*, vel, *senatu coacto*. At vero apud Gelenium habemus *senatu inspectante*, quod (etiamsi verum sit) nescio unde habeat: sicut nec unde vocem *senatores*." IDEM STEPH. ἐγγεγραμένης MUSGRAVIUS etiam reposuit. Pag. 362.

CAP. CXXXV. Lin. 5. προσεθῆναι recte Aug. & Vratisl. cum H. Steph. Et Candidus, *ut hoc etiam adderetur*. Pag. 363.

L. 12. ἀποικίας. In ἐποικίας consentit Vratisl. cum ceteris.

L. 17. οὐ πειθόμενον. Consentit idem Vratisl. *L.* 32. τῶν τι καὶ ἴλω. Sic & MUSGRAV. correxit. Pag. 364.

CAP. CXXXVII. Lin. 42. ὡς ἐπὶ κρημνὸν, *tamquam in locum præruptum*, i. e. *munitum*. Pro quo Civ. III. p. 412, 23 sq. est ὡς ἐς ἀπρόπολον ἐχθροί. *L.* 53. τὸ Κίννα πάθος] Conf. supra cap. 126. Pag. 365.

L. 46. „His verbis, καὶ ἐς αἰτίαν ἀπορίας εἰρήνης ἀσφαλοῦς, aliquis primo aspectu vix credat respondere ista Gelenii, *pacis turbatores*. Nam, præterquam quod illud ἀσφαλοῦς omittitur, possint certe illa Græca verba dici etiam de quopiam qui pacis turbator haud vocari queat, quum per eum steterit quo minus pax ulla facta sit: tantum abest ut pacem turbaverit. Ideo magis consultum videtur, Græcis verbis insistendo, reddere pluribus verbis, *& per quos fiat ut pace firmâ & stabili careamus*. Fateor interim, posse hæc ita etiam accipi, ut dicantur Brutus & Cassius ac cæteri turbasse pacem, quæ alioqui firma futura erat. Atque huc facit objectio illa, pag. seq. [p. 368, 87.] ἀλλὰ τίς, φασὶν, ἔτι ὅρκος ἦν ἀσφάλειαν εἰρήνης ἂν γένοιτο;" H. STEPHANUS. Respicitur ad illa verba Antonii, p. 356, 99. δυσεύρετον γὰρ ἤδη τὸ ἀσφαλὲς αὐτῆς (τῆς εἰρήνης) &c. & ad Lepidi verba pag. 357, 21 sqq. Neque adeo opus erat, ut solicitaret hunc locum MUSGRAVIUS, qui pro ἀπορίας fortasse ἐπηρείας legendum censuit, & conferre jussit pag. 426, 37. ubi vocabulo ἐπήρεια usus est Appianus.

L. 47. Quum vulgo in edd. (sicut & in Vratisl.) jungerentur verba εἰσὶν ἐν ὑμῖν, & post ὑμῖν inclusa esset oratio; monuit H. STEPH. in *Adnot.* „Malim ita interpungere, ἃ δὲ περὶ τούτων

ἔχομεν εἰπεῖν, ἢ ὑμῖν ἐροῦμεν." Et eodem modo orationem distinxit Aug.

Pag. 365. *L.* 47 *sq.* μεθ' ὧν καὶ ταῦτα &c. „ Scriptum fortasse fuit, ταῦτα τὰ τῶν δημοκρατουμένων πράξομεν. At P. Candidus vel aliam sequutus lectionem videtur, videlicet ἐπράξαμεν, non πράξομεν: vel ejus interpretatio depravata fuisse. Hanc enim apud eum habemus, *cum quibus & alia quæ ad popularem statum pertinebant consuluimus.* Dicendum enim alioqui erat, *cum quibus & alia quæ ad pop. statum pertinebunt consultemus.*" H. STEPHANUS.

Pag. 366. *L.* 53. εἰκότως αὐτῷ δεδιότι. „ Quomodo *rationi consentaneum* hoc δεδιότι esse dicemus? At δεδίσσοντι tale videri possit, meo quidem judicio. Habet autem hoc verbum contrariam illi significationem: quum δεδίσσοντι sit *metum incutienti*, ut δεδιότι est *metuenti.*" H. STEPHANUS. At *merito* sane de incolumitate sua *metuerat Cæsar*, qui arma patriæ intulerat, & tot nobiles viros libertatem remque publicam tuentes interfecerat. *Juravimus* autem ei, ait, quoniam supremam *potestatem* in manibus habebat; adeoque necessitate *coacti* juravimus: (cf. pag. sq. l. 77 sqq.) sed non nisi *veniam præteritorum* juravimus; non impunitatem eorum quæ porro etiam ad opprimendam rempublicam esset moliturus. conf. init. cap. sq.

Pag. 367. *CAP. CXXXVIII. Lin.* 76. Πότεροι οὖν εἰς τοὺς ἀσύλους. Sic & Vratisl. ignorans conjunct. καὶ.

L. 80 *sq.* τὴν δὲ τῶν δημάρχων ἀρχὴν οὐχ ἱερὰν καὶ ἄσυλον οἱ πατ. ἡμ. „ Persuasum habeo, post ἱερὰν καὶ ἄσυλον deesse hæc verba, οὐκ ἐροῦμεν, ἢν &c. aut alia ejusmodi: ut ita scribatur hic locus, τὴν δὲ τῶν δημάρχων ἀρχὴν ἱερὰν καὶ ἄσυλον οὐκ ἐροῦμεν (vel οὐχ ἱερὰν καὶ ἄσυλον ἐροῦμεν) ἢν οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν δημοκρ. &c. Alioqui certe ex accusativis faciendi essent nominativi, sicut in priori habemus membro nominativos. Verum & ita casus mutando, illa particula ἢν inserenda esset: hoc modo, ἡ δὲ τῶν δημάρχων ἀρχὴ οὐχ ἱερὰ καὶ ἄσυλος, ἢν οἱ πατ." H. STEPHANUS. Ferri tamen vulgata lectio, absque additamento H. Stephani, posse videtur. *Neque verum est*, inquit, *a patribus nostris tribunitiam potestatem &c.*

L. 82. „Non dubium est, quin ἐπιμάσσατο mutari in ἐπηράσατο debeat. Sunt autem observanda hæc verba, χωρὶς ἀνάγκης, quæ per antithesin ponuntur: quum in priore membro dictum sit contra, οὐχ ἑκόντες, ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης." H. STEPH. Pag. 361.

L. 84. ταμιεῖα. Consentit Vratisl. *L.* 85. τῶν ἀψαύστων καὶ ἀπαράτων ἐκείνει χρημάτων. Conf. p. 230, 41. In marg. cod. Reg. B. manu Guil. Budæi notatum est: Γρ. ἀθίκτων χρημάτων προσήψατο. Hanc lectionem cum Reg. A. & Edd. solam habet Vratisl. Pag. 361.

CAP. CXXXIX. Lin. 91. πρὸς τύραννον. Consentit Vratisl.

CAP. CXL. Lin. 1 *sqq.* χρὴ δὲ ὑμᾶς, τὰ ἐκόντα τιμωμένους τε &c. „Debuit Gelenius dicere potius, *Par est enim, ut qui æquo honore* &c: nam & hic particula δὲ rationem reddit. Male autem τὰ ἴσα jungit cum præcedentibus, quod ad sequentia pertinet: [At τὰ ἴσα non cum præcedd. conjunxit Gelenius, reddens; *eumdem quoque affectum rependatis patriæ.*] male etiam patriæ mentionem inter præcedentia omittit. Sunt & alia quæ in hujus loci interpretatione desiderans, ita malim eum reddere: *Oportet enim ut vos, qui quantum par est honoris aliaque a patria consequimini, eam, vos emittentem, non minore vicissim honore afficiatis.* At Gelenius ita: *Cæterum par est, ut qui æquo honore estis & haberi vultis cum reliquis, eumdem quoque affectum rependatis patriæ.* In qua interpretatione, putavit se his verbis, *& haberi vultis*, exprimere hæc, καὶ περιποιουμένους: quasi patria honorem seu honorarium ipsis non daret, nisi id ab ea contendentibus. Verum minus esset patriæ beneficium: ut omittam, aliquid coactum habere istam hujus participii interpretationem. At hoc de mea dici non potest: quam ut adjuvarem, addidi vocem *aliaque*; verum huic loco tam convenientem, ut etiam multis videri omissa possit: tanquam ita scripserit Appianus, τὰ ἐκόντα τιμωμένους τε καὶ ἄλλα περιποιουμένους ἐκ τῆς πατρίδος: nisi quis malit τἄλλα, quod reddatur *cætera.*" H. STEPHANUS. At non video, cur adjectum vocab. τἄλλα velimus; quandoquidem accusativus τὰ ἐκόντα pariter ad περιποιουμένους atque ad τιμωμένους possit referri, Pag. 361.

ἔχομεν εἰπεῖν, ἢ ὑμῖν ἐροῦμεν." Et eodem modo orationem distinxit Aug.

Pag. 365. B *L.* 47 *sq.* μεθ' ὧν καὶ ταῦτα &c. „ Scriptum fortasse fuit, ταῦτα τὰ τῶν δημοκρατουμένων πράξομεν. At P. Candidus vel aliam sequutus lectionem videtur, videlicet ἐπράξαμεν, non πράξομεν: vel ejus interpretatio depravata fuisse. Hanc enim apud eum habemus, *cum quibus & alia quæ ad popularem statum pertinebant consuluimus.* Dicendum enim alioqui erat, *cum quibus & alia quæ ad pop. statum pertinebant consuluemus.*" H. STEPHANUS.

Pag. 366. *L.* 53. εἰκότως αὐτῷ δεδιότι. „ Quomodo *rationi consentaneum* hoc δεδιότι esse dicemus? At δεδίσσοντι tale videri possit, meo quidem judicio. Habet autem hoc verbum contrariam illi significationem: quum δεδίσσοντι sit *metum incutienti*, *ut* δεδιότι est *metuenti.*" H. STEPHANUS. At *merito* sane de incolumitate sua *metuerat Cæsar*, qui arma patriæ intulerat, & tot nobiles viros libertatem remque publicam tuentes interfecerat. *Juravimus* autem ei, ait, quoniam supremam *potestatem* in manibus habebat; adeoque necessitate *coacti* juravimus: (cf. pag. sq. l. 77 sqq.) sed non nisi *veniam præteritorum* juravimus; non impunitatem eorum quæ porro etiam ad opprimendam rempublicam esset moliturus. conf. init. cap. sq.

Pag. 367. *CAP. CXXXVIII. Lin.* 76. Πέτρος οὖν ἐς τοὺς ἀσύλους. Sic & Vratisl. ignorans conjunct. καὶ.

L. 80 *sq.* τὴν δὲ τῶν δημάρχων ἀρχὴν οὐχ ἱερὰν καὶ ἄσυλον οἱ πατ. ἡμ. „ Persuasum habeo, post ἱερὰν καὶ ἄσυλον deesse hæc verba, οὐκ ἐροῦμεν, ἢν &c. aut alia ejusmodi: ut ita scribatur hic locus, τὴν δὲ τῶν δημάρχων ἀρχὴν ἱερὰν καὶ ἄσυλον οὐκ ἐροῦμεν (vel οὐχ ἱερὰν καὶ ἄσυλον ἐροῦμεν) ἢν οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν δημοκρ. &c. Alioqui certe ex accusativis faciendi essent nominativi, sicut in priori habemus membro nominativos. Verum & ita casus mutando, illa particula ἢν inserenda esset: hoc modo, ἡ δὲ τῶν δημάρχων ἀρχὴ οὐχ ἱερὰ καὶ ἄσυλος, ἢν οἱ πατ." H. STEPHANUS. Ferri tamen vulgata lectio, absque additamento H. Stephani, posse videtur. *Neque verum est*, inquit, *a patribus nostris tribunitiam potestatem &c.*

L. 82. „Non dubium eſt, quin ἐπιῤῥάσαντο mutari in ἐπηρέσαντο debeat. Sunt autem obſervanda hæc verba, χωρὶς ἀνάγκης, quæ per antitheſin ponuntur: quum in priore membro dictum ſit contra, οὐχ ἑκόντες, ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης." H. STEPH. Pag. 367.

L. 84. ταμιεῖα. Conſentit Vratisl. *L.* 85. τῶν ἀψαύστων καὶ ἐπαράτων ἐκείνει χρημάτων. Conf. p. 230, 41. In marg. cod. Reg. B. manu Guil. Budæi notatum eſt: Γρ'. ἀθίκτων χρημάτων προσήψατο. Hanc lectionem cum Reg. A. & Edd. ſolam habet Vratisl. Pag. 368.

CAP. CXXXIX. Lin. 91. πρὸς τύραννον. Conſentit Vratisl.

CAP. CXL. Lin. 1 *ſqq.* χρὴ δὲ ὑμᾶς, τὰ εἰκότα τιμωμένους τε &c. „Debuit Gelenius dicere potius, *Par eſt enim, ut qui æquo honore* &c: nam & hic particula δὲ rationem reddit. Male autem τὰ ἴσα jungit cum præcedentibus, quod ad ſequentia pertinet: [At τὰ ἴσα non cum præcedd. conjunxit Gelenius, reddens, *eumdem quoque affectum rependatis patriæ.*] male etiam patriæ mentionem inter præcedentia omittit. Sunt & alia quæ in hujus loci interpretatione deſiderans, ita malim eum reddere: *Oportet enim ut vos, qui quantum par eſt honoris aliaque a patria conſequimini, eam, vos emittentem, non minore viciſſim honore afficiatis.* At Gelenius ita: *Cæterum par eſt, ut qui æquo honore eſtis & haberi vultis cum reliquis, eumdem quoque affectum rependatis patriæ.* In qua interpretatione, putavit ſe his verbis, *& haberi vultis*, exprimere hæc, καὶ περιποιουμένους: quaſi patria honorem ſeu honorarium ipſis non daret, niſi id ab ea contendentibus. Verum minus eſſet patriæ beneficium: ut omittam, aliquid coactum habere iſtam hujus participii interpretationem. At hoc de mea dici non poteſt: quam ut adjuvarem, addidi vocem *aliaque*; verum huic loco tam convenientem, ut etiam multis videri omiſſa poſſit: tanquam ita ſcripſerit Appianus, τὰ εἰκότα τιμωμένους τε καὶ ἄλλα περιποιουμένους ἐκ τῆς πατρίδος: niſi quis malit τἄλλα, quod reddatur *cætera.*" H. STEPHANUS. At non video, cur adjectum vocab. τἄλλα velimus; quandoquidem accuſativus τὰ εἰκότα pariter ad περιποιουμένους atque ad τιμωμένους poſſit referri, Pag. 369.

referenduſque videatur. In verſ. noſtra lat. pro *quod æquum eſt rependatis*, poterat poni, *paria rependatis.*

Pag. 369.

CAP. XXI. Lin. 67. εἰ πολλοὶ ἔδεισαν περὶ τῷ νέῳ Καίσαρι. Si hanc lectionem teneas, ſententia erit, *timebant juveni Cæſari, ſoliciti erant de illo*; cui ſententiæ repugnare videntur ea quæ continuo ſubjiciuntur. Itaque, quemadmodum pag. ſq. l. 72. eſt ἐπὶ δὲ Ἀντωνίῳ μάλιστα, ſic hic utique ἐπὶ τῷ νέῳ Καισ. videtur legendum. *L.* 75. Οἱ δὲ τοῖς τότε. Quum Pag. 422. εἰ καὶ τοῖς dediſſet edit. 1. conſentientibus mſptis; MUSGRAVIUS, inſerta conjunct. εἰ, οἱ δὲ καὶ τοῖς legit.

CAP XXII. Lin. 82. ἕτερος ἑτέρῳ ἐπιλέγοντες &c. Vim horum verborum adcuratius exprimere in lat. verſ. ſtudui, quam fecit Gelenius, qui totum hunc locum ab init. cap. uſque *lin.* 84. ſic reddidit: *De agris etiam paſſim lites ei movebantur, aliis alios repetentibus privatim, bona etiam eorum parte ſpectante ad rempublicam, ut qui proſcriptorum fuiſſent aut exulum.* De re conf. p. 424, 7 ſqq.

L. 88. τά τε ὠνήματα τῷ πατρὶ ἐκ τοῦ δημοσίου γενόμενα Pag. 423. ἐπιδεικνύς. Vereor, ne hic mendum ſubſit. ἐκ τοῦ δημοσίου aliàs eſt *ex publico*, *publicis ſumtibus*: (ſicut ἐκ τῶν δημοσίων, p. 475, 67.) ſed hoc loco contrariam potius ſententiam contextus requirit, ut ſuſpicari quis poſſit οὐκ ἐκ τοῦ δημοσίου γενόμενα. Si vera eſt vulgata lectio, intelligi debebit, Octavium demonſtraſſe, bona illa olim publica fuiſſe, & Cæſaris ære de publico emta, adeoque neminem privatum ea ſibi vindicare poſſe. Gelenius: *quaenvis*, *quid pater emiſſet*, *indicabat inſtrumentis publicis*: commoda utique ſententia, ſed quæ a græcorum verborum vi aliena videtur.

L. 92. ὥστε. ἔς τε, quod vulgo hic legebatur, nuſquam (ſi recte memini) cum infinitivo conſtruitur.

L. 93. τὴν -- τοῦ κλήρου μοῖραν, *definitam aliquam hæreditatis portionem.* Sic τὸ μέρος, *rata pars*, *definita quædam pars*, Maced. 514, 45. Annib. 262, 70. Civ. II. 295, 43. Cetcrum quænam illa definita hæreditatis portio fuerit, docet Sueton. Jul. c. 83.

L. 97. ὅσα τῷ Καισ. πεπρ. &c. Quum in mſptis noſtris,

Pag. 423. ſicut in ſuperioribus editionibus, τὰ ὅσα fuerit; videndum, an exciderit hic nonnihil, aliudve quid turbatum ſit ſeveriori medicina egens. Ceterum ex conjectura in verſ. lat. interpretatus ſum hunc locum; quem Gelenius his verbis reddiderat, *cenſentes luenda tantum ſi qua injuſte oblata ſint, cætera vero acta Cæſaris tuenda.*

Pag. 424. *L.* 3. Vulgatum τοῦ αὐτοῦ δὲ, in τοῦδε, & *lin.* 5. vulg. θορυβ. τούτου, in θορυβ. τότε, mutatum voluit MUSGRAV.

Pag. 425. *CAP. XXIII. Lin.* 22. καλέσειν. Forſan κατακαλέσειν, ut p. 426, 44.

Pag. 427. *CAP. XXIV. Lin.* 58. δοκοῦντα, & *lin.* 62. περάσαντα. Audacior, dicam, an ex nimia pæne negligentia oriunda, ἀναισχυντία? Nam pro vocab. maſculini generis στρατὸν, ad quod hæc participia referuntur, præceſſit fœmininum στρατιὰν - - φύσιν ἀρίστην καὶ - μεγίστην.

L. 59 *ſq.* ἐπιστεταμμένῳ. Sic & correxit MUSGRAV.

L. 62 Pro ἂν, ἐὰν maluerat idem MUSGRAVIUS. Poſt ἢν ἀγχοῦ inciſo diſtinguitur oratio in Aug.

CAP. XXV. Lin. 64. δὴ φάμη. δὲ maluit MUSGR. Sed bene habet δὴ, *igitur, ſcilicet, proinde.* Nempe iſte rumor ab Antonio fuerat ſparſus, ut per eam occaſionem legionibus potiretur.

P. 430 *ſq.* *CAP. XXVII. Lin.* 20 *ſq.* ὡς - - δέξων. Non opus videtur, hæc ſolicitare, & cum Muſgravio in οἰόμενος - - δέξειν mutare.

CAP. XXVIII. Lin. 35. Κριτώνιος. Hujus Numum exhibet Vaillant in Famil. Roman. T. I. pag. 376. & Spanhem.

Pag. 433. Diſſert. X. p. 153. *L.* 61 *ſqq.* Καίσαρι μὲν δ' ἐμὲ μήτε ἐργίζεσθαι, μήτε ἐνυβρίζειν, εὐεργέτῃ σοῦ μάλιστα &c. Subiti tranſitus a recta oratione ad obliquam, & viciſſim, frequentia paſſim exempla apud Scriptorem noſtrum vidimus; (conf. Adnot. ad Pun. 402, 30 ſq.) Nunc mire utrumque genus orationis inter ſe mixtum atque mutuo intertextum habemus. Nam ſi infinitivos ἐργίζεσθαι, ἐνυβρίζειν &c. pro imperativis ita poſitos ſtatuamus, ut verbum θέλε ſubintelligatur; (de qua conſtructione & aliàs dixi, & ad Exc. ex Hiſt. Samn. pag. 52,

19.) obſtare videri poteſt continuatio ejuſdem conſtructionis *lin. 66 ſqq.* ubi non amplius verbum δίκη intelligendum aut infinitivus pro imperativo poſitus dici poteſt, ἀρκέσειν γὰρ ἐμοὶ πὶν. τέν τι τοῦ πατρὸς δόξαν &c. niſi forte nunc aliam ſtatuere ellipſin, & intelligendum verbum ἴσθι aut aliud ſimile contendere velis. *Pag.* 432.

Cap. XXIX. Lin. 83. μετατίθεσθαι. Non opus erat, in verſ. lat. cum Gelenio ponere *videri voluiſſe mutatum ſuum animum.* Fatetur potius Antonius, inſolentiam juvenis facere, ut a natura ſua (quæ aliàs mitis eſſet) ipſe diſcedat: ſed pollicetur, rediturum ſeſe ad priſtinum animi habitum. *Pag.* 434.

Cap. XXX. Lin. 2. τὸν καταστρεψάμενον αὐτὸν. Invidioſius hæc dicta ſunt, quam verius. Non enim Ciſalpinam Galliam (de qua nunc agebatur) ſed Tranſalpinam Cæſar ſubjugaverat. *Pag.* 435.

L. 3 *ſq.* ὡς ἰφηδομένους τοῖς γεγονόσιν. Imprudens cum Gelenio hæc interpretatus ſum, *ut probantes ea quæ ibi fiebant.* Repone, *ut lætantes eis quæ accidiſſent:* nempe, *cæde Cæſaris.*

L. 5-7. ἡ μὲν βουλὴ τὴν φυλέτιν ἐνόμιζεν ἐκκλησίαν συλλεγήσεσθαι· οἱ δὲ νυκτὸς ἔτι τὴν ἀγορὰν περιεχωνεύσαντο, τὴν λοχῖτιν ἐκάλουν, &c. Ea *comitia* ab Antonio juveneque Cæſare eſſe convocata, *in quibus plebis major erat poteſtas*, adparet ex eo quod ſequitur, καὶ ὁ δημότης λεὼς &c. Atqui hæc comitia *tributa* erant, non centuriata. Centuriata præterea comitia non poterant abſque ſenatus auctoritate haberi, ſed tributa comitia etiam inconſulto ſenatu haberi poterant. Tum centuriata non niſi extra urbem, in campo Martio habebantur; tributa comitia, ſi leges eſſent ferendæ, (*lege* autem *a populo* ferenda Galliam obtinere Antonius cupiebat, p. 431, 29 ſq. & 435, 92) in foro conveniebant, atque ibi tunc loca ſingulis tribubus funibus tenſis diſtinguebantur; quemadmodum hic legimus, οἱ δὲ - - τὴν ἀγορὰν περιεχωνεύσαντο. Quare dubitari non debet, pro λοχῖτιν *l.* 7. φυλέτιν fuiſſe ſcribendum, ac proinde pro φυλέτιν *lin.* 5. λοχῖτιν reponendum. Ac ſane, quum Dolabella ſimiliter lege a populo ferenda Syriam provinciam petiiſſet, eam legem *tribuum* ſuffragiis latam eſſe, *Pag.* 436.

diſerte docuit Appianus, pag. 402, 58. coll. pag. 401, 42.

Pag. 436. — Quod autem verbum ἐνέμιξεν *lin.* 5. ſequente verbo in fut. temp. συλλεγήσεσθαι, cum Gelenio expoſui, *volebat ut eſſent*, in eo an recte fecerim haud ſatis ſcio: ac videtur certe νομίζειν in ejuſmodi contextu nil aliud ſignificare, niſi *putare, exiſtimare*. Poterit autem hoc ita intelligi, ut tenatus, quum plebem Antonio propter juvenem Cæſarem iratam ſciret, nec de Antonii Cæſariſque reconciliatione certior eſſet factus, exiſtimaverit, (ipſo fortaſſe Antonio id præ ſe ferente) Antonium, non ſatis fidentem plebis ſuffragiis, per centurias populum in ſuffragia miſſurum; quod ubi futurum eſſet, ſperabat ſenatus, potentiores prudentioreſque cives non fauturos Antonio, adeoque fore fortaſſe ut lex non perferatur.

CAP. XXXI. *Lin.* 18 *ſq.* ἐς τὴν αὐτοῦ χειροτονίαν. Utique cum MUSGR. malim ἐς τὴν ἄλλου: niſi excidit vocab. ἀκόλουθον.

Pag. 437. *L.* 20 *ſq.* διὰ τὸ νεώτερον recte Aug. cum H. Steph. & Muſgr. *L.* 24. ἀπαγάγει. Ap. ἐπαγάγῃ?

Pag. 438. CAP. XXXII. *Lin.* 51. ἀμνήμονα εὖτε ἀχάριστα. „Nove dici videtur ἀμνήμονα, paſſiva ſignific. pro ἄμνηστα." H. STEPHANUS. At non paſſive, ſed active, dicit ἀμνήμονα, ſicut ἀχάριστα. *L.* 52. Nil opus eſt, ὄχεμεν in ἔχομεν mutare cum MUSGRAVIO.

Pag. 440. CAP. XXXIII. *Lin.* 73 *ſq.* συλλατευθ. Sic & H. STEPHANUS monuit: „Scribendum eſt συλλατευσάμενοί τε. Sed & τοῖς γιγνομένοις malim ſcribere."

L. 76. „Hæc verba, οὐ μαρτυρῶν ἀεὶ δίκαιον, non ſonant quod habet Gelenii interpretatio, *liquet vel abſque teſtibus*; neo quod in Candidi interpretatione legimus, *non neceſſe mihi arbitror teſtari*: ſed, *non æquum eſt ut ipſe teſter*. Ut non æquum eſſe dicatur quod non poteſt niſi contra decorum fieri, & quod, ſi fiat, nec habiturum ſit ullum pondus." H. STEPHANUS.

L. 77. συνεπίθοντο καὶ Καίσαρι συναγελεῖν. „Hoc & alii hujus etiam hiſtorici teſtantur loci." H. STEPH. Vide Civ. II. p. 332, 96 ſqq.

L. 86. καὶ ἡγεμονία. „ Scribendum eſt ἡγεμονίαι, id eſt *præfecturæ*, videlicet τῶν ἰδίων ἡγεμονίαι, ut vocantur pag. ſq. [444, 44 ſq.] Alioqui & ἡγεμονίαι ſine hujus genitivi adjectione, vocantur alibi: ut pag. 536. duobus locis. [p. 414, 48. & 55.] At ἡγεμονία erat ipſius Cæſaris, imperium Romanum tenentis. Neque tamen ſingulare ἡγεμονία de præfectura non dicitur, ſed cum adjectione; ut τὴν Κελτικὴν ἡγεμονίαν legimus pag. 562. [472, 18.]" H. STEPHANUS. Pag. 440.

CAP. XXXIV. *Lin.* 89. „ Poſſet abeſſe vox πλεῖστον." H. STEPH. Sed percommode adeſt, ad nomen θέος relata. Pag. 441.

L. 91. ἐπὶ ὅτοις duo ſignificare poteſt, vel, *qua ſpe, qua conditione, quo conſilio*; vel *contra quot viros*. *L.* 94. ἢ καὶ νῦν ἐσὶ, *quia parte*, vel, *a quorum partibus etiam nunc ſtat*. Nolim ἢ in ἃ mutatum, quod voluit MUSGRAV.

L. 98. ὅτε οὐκ ἦν γνώμης. „ Pro his verbis (quæ ſermonem aperte mendoſum efficiunt) ὅτε οὐκ ἦν γνώμης παραδοξον, οὐδὲ ἀπορῆσαι σκοπ. vel iſta, vel alia eundem ſenſum efficientia, ſuſpicetur fortaſſe quiſpiam ſcripſiſſe Appianum, iſta inquam, οὐδὲ τότε γνώμης, τὸ παραδοξον ἀπορῆσαι, σκοπουντες εὑρήσετε. Ut totus locus ita legatur, ὧδε δή με ἔχοντα θορύβου καὶ μερίμνης καὶ δέους, οὐδὲ τότε γνώμης (τὸ παραδοξον) ἀπορῆσαι, σκοπ. εὑρήσετε. Scribo autem τὸ παραδοξον, parentheſi includens: quo etiam uti modo Lucianum ſuperlativo, τὸ παραδοξότατον, recordor. Alioqui poſſit etiam dici ἃ παραδοξον, vel ὅ ἐσὶ παραδοξον. At vero interpretes ambo negant quod hæc ſcriptura (ſi quidem eam ſequi oportet) ait: videlicet γνώμην illi permanſiſſe. Nam P. Candidus dicit, *mihi ratio nulla aderat*: totum hunc locum ita vertens, *Sic mihi a tumultu, cura & timore præpedito ratio nulla aderat. Impoſſibile quippe non timere. Id animo ſcrutantes, facile cernetis. Una quidem ex parte, audacia incredibili opus erat, ex altera, diſſimulatione mirabili.* In qua interpretatione non immerito quis hoc inter alia miretur, quibus Græcis verbis iſta reſpondeant, *Impoſſibile quippe non timere.* Gelenius autem ſenſum quidem ſequitur eundem in principio hujus loci, ſed in cæteris non ita labitur: *In ea trepidatione* (inquit) *metu-*

Pag. 441. *que ac ſolicitudine, quamvis non mirum eſſet me deſtitui conſilio, tamen ſi recte rem perpendatis, intell.* &c. Quod ſi quis ſenſum hunc probet, oſtendam quomodo Græca verba non magna cum mutatione eum ſint admiſſura. Si enim pro his, ὅτε οὐκ ἦν γνώμης παράδοξον, iſta ſcribantur, εἴγε καὶ οὐκ ἦν γνώμης ἀπορεῖν παράδοξον, habebit lector verba quæ ſenſum illum admittant: nec vero me a ſe, quod ad illum attinet, valde diſſentientem habebit." H. STEPHANUS. At eadem ſententia græcis verbis, qualia vulgo leguntur, ineſſe videtur. Verborum naturalis ſeries hæc intelligenda, ὅτε οὐ παράδοξον ἦν οὐδὲ ἀπορῆσαι γνώμης. Duplicem negationem vim ſimplicis obtinere augereque, ſatis notum eſt. Adverbium temporis ὅτε, *quando*, *quo tempore*, minime ſolicitari debuit.

Pag. 442. *L.* 6. ἡμᾶς τοὺς Καίσαρος ἀσφ. περιέσεσθαι. Gelenii verſio eſt, *Cæſari ſuperſtites*; tamquam eſſet τοῦ Καίσαρος. Sed ἡμᾶς τοὺς Καίσαρος eſt *nos Cæſarianos*, vel, ut Cand. habet, *nos Cæſaris amicos*. conf. lin. 19 ſq. Sic pag. 506, 92. 514, 28. &c.

L. 11. „Pro his, ἵν' ὅσων ἔχρῃζον ἀντιλάβοιμι, rectius dixiſſet Gelenius, *idque ut ipſe viciſſim impetrarem quæ opus erant.*" H. STEPH. Adverbium *viciſſim* omiſerat Gelenius.

L. 15. ἐφ' ᾗ. Monuit etiam H. STEPH. „Scribo ἐφ' ᾗ."

L. 16. τεθάφθαι. Sic MUSGRAV. quoque correxit.

L. 18. διαμενεῖν. „Malim διαμένειν." H. STEPHAN.

Pag. 443. *CAP. XXXV. Lin.* 23. „Ita dicit hic ἀνταιτῆσαι, ut in fine præc. pag. [442, 11.] ἀντιλάβοιμι, eodem videlicet modo præpoſitione ἀντὶ utens. Atque hoc participium *repenſa*, quo utitur interpres, potius infinitivo ἀντιλαβεῖν quam huic ἀνταιτῆσαι reſpondet." H. STEPHAN. *Ead. lin.* 23. „Cum his, ᾗ δεῦναι ἂν αὐτὰ ἡ βουλή, non dubium eſt quin ὑπακούεσθαι debeat δοκεῖ." IDEM.

Pag. 444. *L.* 43. αἰτιώμενοι. Monuit idem H. STEPH. „Scribendum αἰτιώμενοι." Et ſic dedit Reg. B. a pr. man. & Aug. Correxit etiam MUSGR. *L.* 47. διδάξαντες. „F. διατάξαντες." MUSGR.

L. 53. Quum vulgo γενέσθαι ἐν τῇ πόλει, pro γενέσιον τῇ πόλει, legeretur; mendoſum eſſe locum vidit H. STEPHANUS,

ſed, ubi lateret menda, non divinavit. „Suſpectum eſt, inquit, particip. τιθέμενος. P. Candidus ita locum hunc reddit, *& in die necis ut in urbe adeſſet ſtatuiſſe.*" Gelenius: *ut qui die cædis in Urbe eſſe curaverit.* MUSGRAVIUS, verbum licet non adſecutus, quo uſus eſt Appianus, ſententiam tamen præclare perſpexit; reponere jubens, γενέσθαι ἑορτὴν τῇ πόλει τιθέμενος. Supra, p. 344, 6. ubi de eadem re agebatur, γενέθλιον θέσθαι dixerat Appianus. Pag. 444.

CAP. XXXVI. Lin. 56. Non video, cur κατακαλέσει in ἀνακαλ. vel μετακάλεσα mutatum voluerit MUSGRAV.

L. 63. οὐ μέντ' ἂν. οὐ μέντοι maluit idem MUSGRAV. Facile patior; ſed non prætermittenda particula ἄν, quam contextus & ſententia poſtulant. Pag. 445.

L. 65. προμεθῆκα. Sic reponendum perſpecte vidit MUSGR. — Sed, præter neceſſitatem, imo contra mentem ſententiamque Scriptoris, alias etiam mutationes huic loco inferendas idem vir doctus cenſuerat, inde a ſuperiori verſu ſic legens, οὐδ' ἐπὶ τῷ Δολοβέλλᾳ διδόναι τὴν ἐν αὐτῇ εἰρκτὴν, εἰ μὴ τὴν εἰρκτὴν μεθῆκα αὐτῷ.

L. 68. μὴ ἕτερα αὐτοῖς ἐς ἀσφάλειαν ἀντιλαβόντες ἴσθι. — „Imo, ἀντιδόντες ut ſcribatur, rationi conſentaneum eſt. Alioqui non ἀντιλαβόντες, ſed ἀντιλαβόντας, ſcribendum fuiſſet, abſque illo dativo αὐτοῖς." H. STEPHAN. Imo vero optime habet ἀντιλαβόντες· *niſi illis* (id eſt, *pro illis*, nempe *pro Caſſio & Bruto*) *alias provincias, ſecuritatis cauſa, viciſſim impetraſſent.*

L. 71. οὐκ ἀσφαλῶν. „Veriſimile eſt ſcriptum fuiſſe ὡς οὐκ ἀσφαλῶν." H. STEPH. Sed nec admodum deſideratur illa particula.

CAP. XXXVII. Lin. 85. τοῖς πλέοσι recte Aug. ſicut jam emendaverat H. Stephanus. Pag. 446.

L. 87. ἔλειπεν. „Aliud quam ἔλιπεν aut ἔλειπεν ſcriptum ab Appiano fuiſſe, perſuaſum habeo. Potius certe conſuetudo Græci ſermonis poſceret ut ἐλείπετο ſcriberetnr. Videat tamen lector, an aliquid aptius conjectura poſſit aſſequi ex hac P. Candidi interpretatione, *in lateribus adhuc hærebat.*" H.

Pag. 446. STEPHAN. Commodius utique foret ἐλείπετο, *supererat*, *reliquus erat*; quod MUSGRAVIUS etiam reposuit voluit. Sed nec neutralis forma ἔλειπεν solicitanda videtur. Sic certe & alibi verbum illud λείπειν, quod, neutraliter acceptum, *deficere*, *deesse*, vulgo aliàs significat, hac notione occurrit, *superesse*, *faciendum superesse*; ita quidem, ut loco verbi *faciendum* aliud interdum atque aliud verbum intelligendum sit, prout ex contextu fit manifestum: v. c. Civ. IV. 670, 45. διετείχιζεν ὁ ἔτι μόνα αὐτοῖς ἔλειπεν, *munivit id quod solum adhuc* (*muniendum*, vel, *nondum munitum*) *supererat*. Hisp. 193, 59. Οὐακκαίους μὲν ἐχειρώσατο - - Τερμαντίαν δ' αὐτῷ καὶ Νομαντία ἔτι ἔλειπον. *Vaccæos superaverat*: *sed Termantia & Numantia adhuc* (*domandæ*, vel, *nondum domitæ*) *supererant*. Eodem igitur modo nunc, quum *l.* 84. dixisset, ἐμαυτὸν ἡγησάμην ἰσόπαλον εἶναι τοῖς ἐχθροῖς, subjicit, τοῦτο δ' ἐργασαμένῳ μοι ἕτερος τῶν σφαγέων ἔλειπεν, *alius ex percussoribus mihi supererat*, scil *cui nondum eram* ἰσόπαλος, cui pariter ac reliquis provincia erat eripienda.

L. 90. ἐς εὐπρέπειαν ἔτι τῆς βουλῆς. „ἐς εὐχὴν ἐπὶ τῆς βουλῆς." MUSGRAV. An ἐς εὐπρέπειαν τῆς ἐπιβουλῆς? *ut specie aliqua tegerem insidias*.

Pag. 447. *L.* 94. ἐπαλείφοντων. „Sic verbo ἐπαλείφειν alibi utitur. P. Candidus vertit hic *concitare*." H. STEPHANUS. Vide p. 401, 37. & p. 439, 57.

CAP. XXXVIII. Lin. 8. τοὺς ὑπάτους μετ' ἐμέ. Paulo ante (lin. 94 sq.) commodius erat τοὺς μετ' ἐμὲ ὑπάτους.

Ead. & sq. „Scribendum μεταλαβέσθαι." H. STEPH.

Pag. 448. *L.* 10. ὑμετέραις. „Legit ὑμετέρας GELENIUS. [Sic & MUSGRAV.] At ἡμετέραις P. Candidus, quantum quidem ex utriusque interpretatione judicari potest. Sed lectio illa modestiæ convenit, ideoque magis placet. Nec vero minus recte ista, σὺν θεοῖς, & σὺν εὐσεβ. γνώμῃ, & σὺν ταῖς ὑμετ. ἀνδρ. reddideris, *deorum ope*, *& pietatis*, *ac vestræ fortitudinis*." H. STEPHANUS.

Pag. 449. *CAP. XXXIX. Lin.* 30. οἵς τι λογισμοῦ βαθέος ἦν. „Forte οἵς τι λογισμοῦ βάθος ἦν: licet vulgatum βαθέος defendi queat."

LENNEP. *in Notis ad Phalaridis Epist. p. 6.* *L.* 35. τὸ δὲ πλέον, ὁρῶντες. Non opus est, cum MUSGRAVIO ὁρῶν reponere. Commode & usitate ad nomen collectivum sing. refertur adjectivum vel particip. plur. *L.* 54. ἐν ἱερῷ. *In capitolio.* Vid. p. 448, 22. & 452, 75. *Pag.* 449. *Pag.* 450.

CAP. XL. Lin. 66 *sq.* Καλατίαν -- Κασιλῖνον. De his coloniis vide Cluver. Ital. ant. lib. IV. p. 1180. & 1177. Sed ad rem, de qua hic agitur, conferendus potissimum Vellej. II. 61. *Pag.* 451.

CAP. XLI. Lin. 78. Κανούτιος. Posses & Καννούτιος scribere. Infra Civ. V. 776, 74. Κανούντιος legebatur. Conf. Dion. Cass. XLV. 6. XLVIII. 14. Vellej. II. 64. Pigh. Annal. T. III. pag. 468 sq. Adde Perizon. Animadv. Histor. c. 2. p. 53. qui *l. sq.* pro verbis καὶ παρ' αὐτὸ (quæ ded. Reg. B. & Aug. cum H. Steph. consentiente Cand. *ob id*,) vel pro καὶ παρ' αὐτῷ, quod mendose erat in edit. prima, legendum censuit καίπερ οὐ τῷ Καισ. φίλος· scil. quoniam idem (ut videtur) Canutius ἐν τοῖς μάλιστα Καίσαρος ἐχθροῖς refertur apud Nostrum Civ. V. pag. 776, 74. Ad *lin.* 79. monuit C. STEPHAN. *in Var. Lect.* „lege καὶ παρ' αὐτὸ." *Pag.* 452.

CAP. XLIII. Lin. 23. μέσον, *interim.* „μόνον" maluit MUSGRAV. *L.* 27. ἐκλογιούμενον. Sic & MUSGR. reposuit. De verbo autem hoc vide ad Civ. I. 37, 1. *Ibid.* χαλεπόμενος. Aor. 2. verbi χαλέπτομαι, unde frequens occurrit Aor. 1. χαλεψάμενος. χαλεπούμενος h. l. repositum voluit MUSGR. nescio quid secutus. *L.* 32. εἰς διαφοράν. Sic & Cand. *ad dissensionem.* Et ferri utique hæc lectio potest. Sed mox pag. sq. l. 46. ἐπὶ διαφθορᾷ. Unde & h. l. εἰς διαφθοράν maluit MUSGRAV. De re conf. p. 438, 38 sqq. *Pag.* 454. *Pag.* 455.

L. 34. ἄξειν, & *ibid.* ἐψηφισμένην, & *lin.* 35. δοθήσεσθαι. Hæc omnia ita corrigenda vidit MUSGRAV. quemadmodum dedit Aug.

CAP. XLV. Lin. 89. ἐπὶ Ἄλβην πόλιν. Ibi Martia legio confederat. Cic. Philipp. III. 3. & IV. 2. *L.* 92. ἐς Τίβυρον. Sic rursus p. 477, 2. ἐς τὸ Τίβυρον. Τιβυρτὸν maluerat MUSGRAV. qua forma Civ. I. pag. 91, 22. usus Appianus est. Rursus alia forma Civ. V. 744, 22. Τίβυρ, gen. Τίβυρος. *Pag.* 458.

Pag. 460. *CAP. XLVII. Lin.* 23. ἐφίδετο μὲν αὖθις Καίσαρι. Candidus: *iterum ad Antonium deflexit oculos:* tamquam pro ἐφίδετο legisset ἀπίδετο vel ἐπίδετο. Post Καίσαρι autem suspicor verba nonnulla intercidisse, quæ in hoc verbum, Αντωνίῳ, desierant: unde factum, ut pro Καίσαρι dent Αντωνίῳ codices nostri.

Pag. 461. *L.* 32. ἀνετίθεντο. Sic & MUSGRAV. reposuit.

CAP. XLVIII. Lin. 42. αὐτὸν αἴτιωμ. Etiam hoc corrigendum viderat MUSGRAV.

Pag. 463. *CAP. XLIX. Lin.* 67. ὁρίζειν ἑαυτῷ. „An ἐξορίζειν ἑαυτόν?" MUSGRAV. Minime solicitanda lectio vulgata.

L. 77. μὴ χρόνιος ἡ πολιορκ. γένοιτο. Intell. δέοι vel δείσας μὴ. Conf. Hoogeveen de Partic. Gr. Ling. p. 710.

Pag. 464. *CAP. L. Lin.* 86. ἐν αὐτῷ τῷ ἱερῷ. *In Capitolio.* Vide ad p. 450, 54. *L.* 86 *sq.* Κικέρων μὲν δή. Vide Ciceronis orat.

Pag. 465. Philipp. V. *L.* 9. ἐν τοῖς ἄρχουσιν. An ἐν τοῖς συνάρχουσιν? ut p. 468, 51. Ceterum cf. Civ. I. 18, 74.

Pag. 466. *CAP. LI. Lin.* 28. ἔκ τε τοῦ δήμου. Infra, p 498, 55. est

Pag. 467. παρὰ τοῦ κοινοῦ Ρωμαίων. *L.* 31 *sq.* ὡς τὸν Αντ. ἔργῳ δι' ἃ τῶνδε εἰδέναι &c. An satis sana atque integra hæc sint, addubitare licet. Subiit cogitatio, sit-ne ἤδη pro εἰδέναι legendum. Sed non liquet.

Pag. 468. *CAP. LII. Lin.* 45. „Scribendum est πάντων πάμπαν εἶναι χρὴ συνετ. Sic sequitur, εἰ δέξομεν ἀσυνετώτεροι πάντες ἑνὸς εἶναι. Affertur tamen [a Car. Stephan. in Var. Lect.] ex Budæo alia emendatio, videlicet παντὶ πάμπαν. Sed hanc minus probo." H. STEPHANUS. Scil. in Reg. B. quum a pr. manu fuisset ἢ πάμπαν εἶναι, in marg. pro πάμπαν refertur alia lectio πάντι (sic); quam lectionem C. Stephanus veluti conjungendam cum altera citavit, & Budæo tribuit. Tum in eod. cod. rursus ab alia manu ante πάμπαν inter lineas scriptum πάντας.

L. 48. „Scribo, τὸ δὲ, αὐτῷ Σαλ. repetendo ἀπὸ κοινοῦ illa, αἰσχιστόν ἐστι. Præcessit enim, ὧν τὸ μὲν, αἴσχιστόν ἐστιν ἡμῖν. Quamvis autem dicat tantum τὸ μὲν & τὸ δὲ, non omittit tamen quod tertio loco proposuit: sed ad illud veniens, addit,

ἀμαθῶς δ' αὐτὸν ἔχοντα τῶν πραγ. perinde acſi diceret, *Ad tertium autem quod attinet, de ignorantia.*" H. STEPHANUS. Pag. 468.

L. 53. ὑπὲρ τὸν Σαλ. &c. „Uterque interpres ita vertit hunc locum ut ſi verbo γινώσκειν, non compoſito καταγινώσκειν, Cicero uſus eſſet. Verum eadem opera genitivus Αντωνίου in accuſ. Αντώνιον mutandus fuerit. At ego nihil mutandum in hac noſtra lectione cenſeo, ſed accipiendum eſſe quod dicitur, tanquam ab eo qui errorem linguæ fingat, unum dicentis, quum mens alterum dicere voluerit. Quod interim conſentaneum erit illi dicto,

Ἡ γλῶσσ' ἡμαρτάνουσα τἀληθὲς λέγει.

Solemus alioqui in Latino ſermone talibus locis per ἐπιδιόρθωσιν adhibere hæc verba, *volui dicere.* Ut ſi quis hic diceret, καταγινώσκομεν Αντωνίου· *immo*, γινώσκομεν Αντώνιον, *volui dicere.* Cæterum ad interpretes quod attinet, Gelenius quidem primam perſonam retinens, legit γινώσκομεν: at P. Candidus in tertiam mutat; ejus enim hæc verba ſunt, *per ætatem quoque & experientiam longe Salvio Antonium magis norunt.* Ubi etiam obſervandum eſt illum in ambiguitatem incidere: quum intelligi poſſit, *Magis quam norant Salvium:* non minus quam „*Magis quam Salvius ipſum novit.*" H. STEPH. — Fefellit hoc interpretes, ipſumque H. Stephanum, quod verba ὑπὲρ τὸν Σαλούϊον cum ſeqq. conjunxerint, a quibus (quemadmodum præeunte cod. Aug. a nobis factum eſt) ſeparanda fuerunt. ὑπὲρ τὸν Σαλούϊον, intell. ὄντες ex præcedentibus verbis.

L. 65-67. „Ἦγεν ἐκ τοῦ Βρεντεσίου καὶ τὸν ἄλλον στρατὸν ἐς τὴν πόλιν, ἅπαντα συντομώτερον, ἐφιέμενος ὧν ἐπιθυμεῖ Καῖσαρος. Καίσαρος δὲ &c. Pro his græcis verbis, quorum mendoſa eſſe nonnulla manifeſtum eſt, habemus hæc Latina P. Candidi: *Eduxit deinde a Brunduſio exercitum alium ad omnia promptiorem in urbem, quum ad ea aſpiraret quæ Cæſar concupiſſet.* Sed quis ſub his latinis verbis illa quæ habemus græca verba poſſit agnoſcere? De hoc quidem minime dubitandum eſt, quin πρὸς ἅπαντα legerit, & συντονώτερον, non συντομώτερον. Sed quæri poteſt, an συντονώτερον de *promptiore* dicturus Ap- Pag. 468.

Pag. 469. pianus fuerit. At Gelenius recte, quum σντονώτερον & ipſe legeret, eo ſignificari *vehementius* exiſtimavit. Totum autem locum parva cum mutatione legiſſe ita videtur, ἅπαντα συντονώτερον ἐφιέμενος εὖ ἐπέσθει Καίσαρος. Sed rectene ἐφιέμενος cum accuſativo?" H. STEPHAN. Quin mendoſa ſint verba ἐπέσθει Καίσαρος, dubitari non debet. Præeunte Candido, ἐπέσθει Καίσαρ legendum cenſueram in Comment. de impr. ac mſptis Appiani Codicibus pag 8. Sed præferendum utique, cum MUSGRAVIO, ΕΠΕΝΘΕΙ fuit, e quo facillimus etiam in ΕΠΕΝΘΕΙ tranſitus erat. *Oratio* vero omnino *ſic debuerat diſtingui*, στρατὸν ἐς τὴν πόλιν ἅπαντα, συντομώτερον ἐφιέμενος ὧν &c. ut nomen ἅπαντα ad στρατὸν referretur, adverbium autem συντομώτερον ad ἐφιέμενος. *Reliquum quoque exercitum*, inquit, *omnem ad Urbem* (vel, *verſus Urbem*) *duxit; compendiofiori via tendens ad ea quæ Cæſar animo agitaverat.* Hoc quid ſit, quod Cæſarem animo agitaſſe dicit, ſatis indicavit paulo ante, quum pro στρατηγίδα σπεῖραν, βασιλικὴν dixit l. 63. Scilicet *regium titulum* & *tyrannidem* invadere Antonium voluiſſe ſignificat. Cf. l. 70 ſq. Quod autem dicit, *Antonium exercitum omnem verſus Romam duxiſſe*, repugnare quidem videri poteſt eis, quæ extr. cap. 44. & init. c. 45. p. 457 ſq. legimus. Sed conſulto invidioſius hæc Cicero dixit, ſignificans, Romam ducturum fuiſſe, ni Octaviani Cæſaris exercitum timuiſſet. Conf. omnino init. c. 58. p. 476 ſq. ubi ad hæc Ciceronis verba Piſo reſpondet.

CAP. LIII. Lin. 74. φυλακὴν ἢ τάξιν Aug. cum H. Steph. — „ἢ φυλακῆς τάξιν." MUSGRAV.

Pag. 470. *L.* 78. „Duobus modis videtur poſſe locus hic emendari: uno, ut ſcribatur, ὁ δὲ φωνῆς ἢ γέλωτος ἕνεκα ἦγεν ἐς θάνατον: altero (ſi quid majus circa conjecturam audendum eſt) ut ſcribatur ita, ὁ δὲ εἰ φωνῆς ἢ γέλωτος ἕνεκα ἤχθετο, ἦγεν ἐς θάν. Poſſit vero & ἕνεκα omitti, quoniam cum hujuſmodi genitivis interdum relinqui ſubaudiendum ſcimus. P. Candidus locum hunc ita vertit: *Hic autem ad vocem & riſum cives ad mortem deduci imperat.*" H. STEPHANUS.

L. 91.

L. 91. προσγένηται. Nolim cum MUSGRAV. in προσγεγένηται mutatum. Pag. 470.

CAP. LIV. Lin. 99. „Interpungo post εὐδυνάμενον, ut αὐτὸν jungamus cum seqq. hoc modo, *ut reus audiat ipsemet accusationem.* Pro αὐτῷ autem [*lin. sq.*] non dubium est quin αὐτοῦ scribere oporteat." H. STEPHANUS. Pag. 471.

L. 2. Κικ. ἐς ταῦτα προκαλοῦμαι. „P. Candidus ita, *Ciceronem adesse postulo*, discedens a Græcis verbis. Sed nec Gelenius illis insistere dici potest, dum ita vertit, *quod nec Cicero negabit.* Debuerunt certe ita reddere, *Ciceronem hac sponsione provoco.*" H. STEPHANUS.

L. 4. „εἶναι ὧδε μεγίστα. Post ὧδε adde particulam ὡς. Neque enim rationi consentaneum est, ut Piso, Antonii defensor, ea esse ἀναμφίλογα fateatur, id est *minime controversa*: sed dicat, *quædam tantum crimina esse objecta, tanquam omnium maxima & de quibus constaret.* At P. Candidus vertit *ambigua*, tanquam ἀμφίλογα legens, sed ita ut pugnantia quædam in sua interpretatione dicat. Ita enim ille: *Ego maxima ex omnibus, & quæ ambigua sunt, facile transiliens, brevibus ea falsa esse ostendam.* Ita, inquam, ille: sed quomodo eadem & transilire & falsa ostendere potest?" H. STEPHAN. „εἶναι ὧδε μεγίστα." MUSGRAV.

CAP. LV. Lin. 20. Placeret καὶ ἴτερα ἑτέροις πολλαχοῦ. Sic Candidus, & *alia aliis.* *L.* 27. „Ponenda hypostigme post πολίμιον." H. STEPH. Eamdem posui, præeunte etiam Aug. Sic & lin. præc. Pag. 472.

L. 37. ὧν μηδὲν ὁ δῆμος ἐπιβουλεύσειε. De hac phrasi quid statuam, non satis mihi certum est. Candidus suo more: *quorum nihil populus nobis edixit aut imposuit præfecto assistente.* Gelenius: *quod jus sibi assereret (populus) nobisque indignaretur, si ducem ac patronum haberet.* An ὧν μηδὲ ὁ δημ. ἐπιβουλεύσειε? *quorum utinam ne meminerit populus; quæ utinam ne cogitet vobis populus!* ut ἐπιβουλεύσαι (scil. τὴν διάνοιαν) eodem modo hic dicatur, quo ἀπομνημονεῦσαι apud Xenoph. Mem. Socr. I. 2, 31. Sic nomen ἐπιβούλησις exponitur *cogitatio* apud Nostrum Civ. IV. 699, 40. Pag. 473.

Pag. 474. *Cap. LVI. Lin.* 55. „De Appiani usu hujus vocis ἀνωμαλία dictum alibi a me fuit." H. STEPH. Vid. ad Civ. II. p. 362, 85.

Cap. LVII. Lin. 63. ἢ καθ' ἕνα μὲν &c. Quid Candidus legerit, divinent sagaciores. Sic autem ille: *vel adeo in singulos potens, non omnibus struxit insidias?*

Pag. 475. *L.* 65. „Cum hoc διώκεσθαι & cum sequente εἶναι repetendum ἀπὸ κοινοῦ illud ἐκύρου. Alioqui dicendum esset verbum deesse." H. STEPHANUS. *L.* 68. „διέλυσε. Malim διέλυε, ut præcedit κατεκάλει, & paulo ante, ἐκύρου, & ἐπεβούλευε." IDEM. *L.* 69. „Scribe, λαβὼν ἐπιβουλεύοντα, ἀπέκτεινε." IDEM. Prius sic erat: λαβὼν, ἐπιβουλεύοντα ἀπέκτεινε.

L. 71. περὶ Δικτάτωρος. „Hoc narrantem Appianum audivimus p. 542. [428, 70 sqq.]" *Idem* STEPH.

L. 77. ΑΛΛ' ἐς τὰ ἐναντία οὐκ ἦρχε. „Quamvis & P. Candidus hanc lectionem agnoscat; (vertit enim, *Verum nunquam in contrarium imperio usus est:*) tamen Gelenio potius assentior, negationem haud agnoscenti; quum ita reddat, *At secus magistratum gessit quam debuit.* Fortasse autem οὗτος scriptum erat, ubi nunc habemus οὐκ." H. STEPHANUS. — „Obscurum" esse locum, haud immerito conquestus est MUSGRAV. *Ead.* „πῶς οὐ μόνος ἦρχε. Scribe πῶς; οὐ μόνος ἦρχε." H. STEPHAN. Conf. l. 74.

Pag. 476. *L.* 80 *sq.* „Hæc verba, οὐκ ἐνυκτοφυλακεῖτο διὰ τὴν τῶν ἐχθρ. debuit potius ita reddere, *Annon excubias circa se dispositas habebat, non ob aliud quam inimicorum insidias?*" H. STEPHAN.

L. 84. οἰκείαν. „Hanc etiam vocem οἰκίαν, licet aperte, hoc quidem loco, mendosam, agnoscit P. Candidus, ita locum hunc interpretans: *Num aliam domum invenire potuit, quum hostium vereretur insidias?* (utitur autem particula *num*, suo more, pro *Nonne.*) At Gelenio suboluit mendum: ideoque vertit, *Nonne aliam propriam nactus est?* Intellige autem *aliam propriam occasionem;* sicut cum οἰκείαν (ita enim scribendum est) intelligere πρόφασιν oportet. Est vero & hypostigme opus post οἰκείαν." H. STEPHAN.

Cap. LVIII. Lin. 90. ὡς ὁ Αντ. ἔμελλε &c. Vide p. 469, 65-67. *Pag.* 476.

L. 92. πῶς οὖν, εἰ τὸ μελλῆσαι. „Non assequutus est sensum hujus loci Gelenius: sicut nec P. Candidus; (quod minus mirandum est.) Nam ille [Gelenius] ita vertit, *quum solum hujusmodi consilium hostile videatur:* at ille, [Cand.] *si hoc solum cogitare, viri nobis inimici proprium existimandum est.* Atqui debuerunt recordari præcessisse ἔμελλε, & hoc μελλῆσαι ad illud respicere: utendo argumento a minore ad majus." H. STEPHANUS.

Cap. LIX. Lin. 17. „Interpunge post ἔξω, quum τὴν ἀρκέσουσαν jungere cum δύναμιν oporteat." H. STEPH. *Pag.* 478.

L. 27. „Pone hypostigmen post δοκιμάζοιμεν. Nam adverbium ἐγκρατῶς refertur ad verbum ψηφιζοίμεθα." IDEM.

Cap. LX. Lin. 35. καὶ τὰ ἔναγχος &c. „Ita vertit Gelenius, ut si scriptum esset, τοῦ ἔναγχος δὴ ἀνῃρημένου Καίσαρος, vel aliud huic synonymum participium haberemus. Rectius P. Candidus, *Eorumque quæ a Cæsare nuper gesta sunt.* Malim tamen simplicius, *Et eorum quæ a Cæsare nuper facta sunt.* Immo magis etiam probarim hanc liberiorem interpretationem, *Et eorum quæ nuper in Cæsare experti sumus.*" H. STEPHANUS. *Pag.* 479.

L. 38. ἠνάγκασαν. „ἠναγκάσαμεν." MUSGR. *L.* 45. Ad vocem πλείονας MUSGRAV. in marg. literam *Q.* notavit, id est, *Quærendum.* Candidus: *Consules vero ac tribunos plures periclitantibus rebus publicis opponere.* Gelenius: *Consules vero & tribuni pl. (debent) præ ceteris succurrere periclitanti reipublicæ.* Mihi non satis liquet. An πλείονος?

Cap. LXII. Lin. 80. προστίθεται. Sic & MUSGR. correxit. *Pag.* 481.

Cap. LXIII. Lin. 5 *sq.* παρὰ Απουλήϊου. *M. Apulejus* (Freinsh. Suppl. Liv. CXVIII. 3.) quæstor fuerat Q. Philippi, proconsulis Asiæ; cui successit Trebonius. Cic. ad Famil. XIII. Ep. 45. & 46. coll. Ep. 73. & 74. & ad Brut. Ep. 7. De eodem vide Nostrum Civ. IV. p. 590 sq. c. 46. & p. 626 sq. c. 75. *Pag.* 483.

Cap. LXIV. Lin. 18. ἠπόρητο Reg. A. Aug. Ven. *Pag.* 484.

Pag. 486. *CAP. LXV. Lin.* 60. ἡ δυσχέρεια - - - τὸν πλησμὸν ἀναπίμπλησι. Verbum cum duplici accusat. Præterea GRAVIUS πλησμ. τὴν διὰ τὸ πλῆθ. voluit.

Pag. 487. *CAP. LXVI. Lin.* 76. Παπιήτιδα. Sic ἐκ τῆς Πανσίνι p. 111, 69. ubi in veram nominis formam consensim *L.* 79. Καρσουλῖνον. *Carfulénus* vocatur Cic. ad I 33. Phil. III. 9. ad Att. XV. 4. sed variant libri. διὰ τῶν Πενν. „ Credo per Apenninum, in tran Bononiam." P. CANDIDUS, *in ora edit. Venetæ.*

Pag. 488. *L.* 86. ὁδὸν χαρακτὴν καὶ σύνταξιν. Est *via Æm* oram vers. CANDIDI, *in edit. Ven.* h. l. notatur: puto, ubi nunc *Castrum francum.*" De tota autem hic narrare incipit Appianus & capitibus nonnullis sequitur, conferenda potissimum est Galbæ Epistola lib. X. ad Famil. Ep. 30. Adde Dionem XLVI. 37. Strateg. II. 5, 39.

CAP. LXVII. Lin. 96. ἐκέλευον νεολέκτους &c. prouti vulgo legebatur, monuit MUSGRAV. „ deest Gelenius: *jusserunt cæteros a conflictu abstinere* sit verba εἰ παραγένοιντο. Candidus: *eos, qui aderviter electos.* Hac autem phrasi, *noviter electi* uti ille interpres ubi in Græco est νεόλεκτοι, velut p. 4 460, 14. Quare hoc vocabulum in exemplari suo h. Candidum, probabile est: ni fortasse νεήλυδας le vocab. utitur Noster pag. 490, 28. & 491, 40. ubi primum *nuper electi*, deinde *ii qui nuper venerant* ram autem, ac debueram fortasse, articulum adjice νεολέκτους, vel τοὺς νεήλυδας. Pro εἰ παραγένοιντο vero Candidum εἰ παρεγένοντο expressisse: sed non solicitagata lectio videtur: conf. p. 490, 28 sq.

Pag. 490. *CAP. LXVIII. Lin.* 16. τῶδε ἔργου. Malim τῶδε sicut p. præc. l. 10 sq. erat τῷδε τῷ ἔργῳ.

Pag. 492. *CAP. LXX. Lin.* 58. πρὸς τοῦσδε. „ πρὸς τόνδε" ex MUSGRAV. *Ibid.* ἐπιδείξαντο. Sæpius in ejusm textu verbo hoc uti Appianum, Index noster docebi

L. 62. διέλυσεν αὐτούς, intell. ὁ Ἴρτιος, *dimisit illos, desistit hostibus*; eodem fere verbi usu, quo Civ. II. 207, 44. Pag. 452. ἔλυσε τὴν δίκην est *omisit accusationem, ab intentata lite desistit.* *L.* 65. κατεφρόνουν. „κατεπόνουν." MUSGRAV. Pag. 453.

L. 72 *sq.* Ἀγορὰ Κελτῶν. „Celtarum Forum: credo sit Cus, qui *Centi* dicitur." *Ora edit. Ven. Versionis Candidi.* Vid. Cluv. Ital. ant. lib. I. p. 284 sqq.

CAP. LXXI. Lin. 98. διενυκ. δὲ καὶ ἐν τοῖς ὅπλοις. Forsan καὶ τότε ἐν τοῖς ὁπλ. *etiam tunc*, sicut nuper Antonius, pag. 93, 72. Pag. 494.

CAP. LXXII. Lin 3. πολιορκοῦντα. Sic & MUSGR. repositum. Pag 495.

L. 11. ἐργάσιμον. An ἐργασιμικὸν? *L.* 13. Οὐεντίδιος. Conf. p. 487.

CAP. LXXIII. Lin. 22 *sq.* κελτίῳ τινὰς. Candidus: *ille caduceatoribus ad Cæsarem præmissis*: perinde ac si vulgatum κελτίωνας *caduceatores* significaret. Sed inter librariorum fœtus referendum illud vocabuli monstrum utique videtur. *L.* 29. δίδωσιν οἱ. Corrige, δίδωσίν οἱ. *L.* 30. ᾧ μοι. Sic & MUSGRAV: „Dele μὴ, vel lege μοι." Consentit Candidus, & res ipsa loquitur. *L.* 40 *sq.* ἐκ προσλάγματος, *jussu suo, uno jussu.* Pag. 496. Pag. 497.

CAP. LXXIV. Lin. 46. θυσίας - - πεντηκ. ἡμερ. ἱκετηρίους. Sane, non *annua sacrificia*; sed *quinquaginta dierum supplicationes.* Vid. Cic. Philip. XIV. 11. & 14. Perperam apud Dionem XLVI. 39. ἑξήκοντα, *sexaginta dierum* supplicationes perhibentur.

L. 52. Τοσοῦτος. Sic etiam MUSGRAV. correxit. Pag. 498.

L. 56. ὁραχμὰς πεντακισχιλίας. Sic rursus pag. 513, 10. Nimirum quantum Cæsar illis promiserat: vide p. 462, 57 sq. coll. p. 466. extr. & sq. Nec causa est, cur non nisi δισχιλίας καὶ πεντακοσίας, ut est apud Dionem, sic apud Appianum h. l. & p. 513, 10. reponendum esse, cum Fabricio (ad Dionem l. c. n. 200.) dicamus. Nam quod Fabricius illud ex ipso etiam Appiano pag. 518. extr. & seq. certum esse ait, id mihi quidem longe secus videtur: nam, quæ ibi memorantur δισχίλιαι καὶ πεντακόσιαι ὁραχμαὶ, sunt dimidia pars totius

Pag. 498. promiſſi præmii, quam dimidiam partem ſenatus curaverat, ut ſtatim parata eſſet, & militibus interim, dum reliquum dimidium eſſet collatum, repræſentari primo quoque tempore poſſet; quemadmodum ipſe Scriptor noſter docet p. 513, 20. conf. p. 524, 97 ſqq.

L. 61. Ασινίῳ, πολεμεῖν ὅπως &c. MUSGRAVIUS legendum cenſuit: „Ασινίῳ Πολλίωνι, ὅπως πλησιάσωμεν Αντωνίῳ." Sed haud facile verbo πολεμεῖν carere hunc locum poſſe exiſtimaverim. Conf. p. 509, 50. Candidus: *Scriptum præterea Lepido & Planco Aſinioque Pollioni, ut, cum Antonio proximi forent, cum illo depugnarent.*

Pag. 499. *CAP. LXXV. Lin.* 78. μετ' αὐτὸν. „μετ' αὐτοῦ." MUSGRAV. Duo illa verba præteriit Candidus.

Pag. 500. *CAP. LXXVI. Lin.* 89 *ſq.* σὺν δαιμονίᾳ μοίρᾳ. Gelen. *felici genio.* Non minus commode Candidus, *felici ſorte.*

Pag. 501. *L.* 97. καὶ τό τι ἔργον. Deletam partic. τι voluit MUSGRAV. præter neceſſitatem. *L.* 98. ἐξανίσῃσί σε. Recte-ne hoc verbum expoſuerim, *moleſtias tibi creaturum*, haud ſatis ſcio. Illud prorſus non expreſſit in verſ. ſua Gelenius. Candidus, *in majus te extolleret.*

CAP LXXVII. Lin. 8 *ſq.* Καικίλιος Βάσσος. De hoc *Cæcilio Baſſo* conf. Epit. Liv. CXIV. & ibi viros doctos, & Freinsh. Suppl. CXIV. c. 1-3.

Pag. 502. *L.* 20. Λίβωνι. *LIBO* hic quiſnam ſit, ad cujus auctoritatem Appianus provocat, doctiores viderint. De *L. Scribonio Libone*, Annalium Romanorum ſcriptore, egit Voſſius, de Hiſt. Latin. lib. I. cap. 6. p. 23 ſq. atque hunc eumdem facit cum illo *Libone*, de quo Cicero in Bruto agit cap. 23, & cujus tribunatum ad A. U. 604. vel 605. idem Cicero refert, ad Atticum lib. XII. Epiſt. 5. In quo quidem a Voſſii ſententia diſcedit Erneſti in Indice Ciceroniano. Sed quidquid ſit, ipſe Cicero *Annales Libonis* commemorans ad Attic. lib. XIII. Epiſt. 30. & 32. de eis ita loquitur, tamquam ante ſuam ætatem conſcriptis; quum ea res, in qua Appianus h. l. ad LIBONEM provocat, acta ſit extremis Julii Cæſaris temporibus. Ac fuit quidem eiſdem temporibus alius Libo,

Pompeji M. olim amicus, & classis parti ab eo præfectus, tum Sexti Pompeji socer & Octaviani adfinis, Ciceroni ad Diverſ. lib. I. Epiſt. 1, 8. & alibi, Cæſari Civil. I. 26. III. 16. 23 ſq. tum Dioni Caſſio paſſim, atque ipſi Appiano noſtro Civ. V. cap. 52. 53. 69. &c. memoratus. Sed ab eo vel Annales vel Hiſtoriæ Romanæ partem aliquam eſſe editam, a nemine video adnotatum. Poſſit aliquis ſuſpicari. Λικίνιος fortaſſe ſcripſiſſe Appianum. Pag. 502.

L. 22. καὶ διεχρησ. Cum vulgo abeſſet conjunctio, M.USGRAV. οἱ διεχρησ. ſcribendum cenſuit.

L. 23 *ſq.* Στάτιον Μοῦρκον. Infra, Civ. IV. c. 58. ubi eadem res repetitur, recte Μοῦρκιν (& ſic ſæpius deinceps) dant omnes; ſed gentis nomen ibi rurſus pariter, uti hic, corruptum vulgo exhibent ſcripti & impreſſi. Ibidemque rurſus iidem (ſicuti hic *lin.* 26.) Μινούκιον Κρίσπον mendoſe dant, pro Μάρκιον Κρ. De utroque vide Dionem XLVII. 27. & ibi Fabric. Cic. Philip. XI. 12. Vellej. II. 69.

Cap. LXXVIII. Lin. 34 *ſq.* Ἀλλιηνὸς. Sic recte omnes infra, Civ. IV. c. 59. p. 607, 10. & p. 610, 50. & 611, 79. Conf. Cic. Philip. XI. 13. & ad Famil. XII. Epiſt. 11. & 12. Correxit etiam MUSGRAV. *L.* 43. ἐλθόντα. Et hoc MUSGR. reponendum vidit. Pag. 503.

Cap. LXXIX. Lin. 50. ἀχρὶ ληφθέντας, *interceptos, interclusos.* Non debuit verbum hoc, Appiano juxta cum optimis auctoribus frequentatum, ſuſpectum eſſe MUSGRAVIO, qui „οὐδὲν εἰρηκασ. ἄτοπον ληφθέντας" legendum ſuſpicatus eſt. Pag. 504.

Cap. LXXX. Lin. 75. οὐ δι' ἐχθρας ἀνηκόστου πρὸς αὐτὸν ἰόντα. An ὄντα? Sed & illa conſtructio cum præpoſ. πρὸς non nihil me conturbat. Aliàs διὰ μίσους εἶναί τινι, Pun. 339, 3 ſq. Mith. 646, 57. dicit, *exoſum eſſe alicui.* Pag. 505.

Cap. LXXXI. Lin. 6. Πλάγιος δὲ προσγίνετο. Cic. ad Famil. XI. Epiſt. 15. Vellej. II. 63. *L.* 8. ναυτικῶν πρὸ ὀλίγ. γεγονότα. Lepide Candidus: *Antonium errabundum, nihili aliud quam venationi operam dare. Præterea ad demum claſſe, Pompejani hæc ipſa intelligentes admiratione elati.* Pag. 507.

Pag. 507. *ſtant.* Gelenius: *brevi fore, ut Antonius errabundus in caſſes ipſius incidat, nauſeans jam rerum præteritarum fuſtidia.* (ſic.) Mihi omnia reputanti, non improbabilis videtur emendatio, quam infra Contextum propoſui. Ad Ciceronem ſcribens Brutus, Famil. XI. 10. *Antonium*, ait, *ex fuga parvulam manum militum inermium habuiſſe.*

CAP. LXXXII. Lin. 9 *ſq.* Θαμανσλοὶ ὅσοι διεφάνησαν. Gelenius in eamdem fere, quæ a nobis in lat. verſ. expreſſa eſt, ſententiam: *Hæc audita Pompejanos miro affecere gaudio.* At hoc græca phraſis dicere non videtur: cujus tamen veram vim non ſatis mihi perſpectam eſſe fateor. An nude: *miris modis ſeſe prodiderunt?*

Pag. 509. *CAP. LXXXIII. Lin.* 40. ἐπὶ τῇ χιμετουΐᾳ. An ἐπὶ τοὐτοις τῇ χιμετουΐᾳ? *L.* 43. ἐπί τε ποταμὸν. Ad flumen Argenteum. Vide Lepidi Epiſt. ad Cic. lib. X. Famil. Ep. 34.

L. 51. ἐκόντος. „An ἑκόντα?" MUSGRAV. Nil opus puto novare.

Pag. 512. *CAP. LXXXV. Lin.* 99. ὑπὲ Σίξσιον. Eſt *T. Sextius*: de quo vid. Dion. XLVIII. 21. & ibi Fabric. Liv. Epit. CXXIII. Conf. Appian. Civ. IV. c. 52. & V. 26.

Pag. 513. *CAP. LXXXVI. Lin.* 21. ἄνδρας. Correxit etiam MUSGR.

Pag. 515. *CAP. LXXXVII. Lin.* 46. ὑπὸ σημείοις. „Forte ὑμῶν ἅμα σημείοις." C. STEPHANUS *in Var. Lect.* unde in contextum recepit *Henricus.*

Pag. 516. *CAP. LXXXVIII. Lin.* 57. Κορουΐνος. Valerius Corvus, vel Corvinus, qui A. U. 406. tres & viginti annos natus conſul creatus eſt. Idem, cujus nomen in Exc. ex hiſt. Samn. p. 42, 69. Κορβῖνος ſcribitur, & quem in Exc. X. ex hiſt. Gall.

Pag. 517. pag. 83. Βαλέριον nominatum vidimus. *L.* 79. ἐπεπόμφει ab H. Stephano eſt. Poterat autem teneri lectio manuſcriptorum & edit. 1. *L.* 80. δείσας ἐπὶ τοῖς μισθοφέροις, *timens ab eis qui præmium acciperent:* ſcil. duabus tantum legionibus præmia a Senatu nunc mittebantur. cf. p. 519, 7.

Pag. 518. *CAP. LXXXIX. Lin.* 3. ὃς τίνος αὐτοῖς ἐπεπόλαζεν, *qui ad hoc tempus inter illos eminuerat, plurimum valuerat,*

primum locum in administranda republ. tenuerat. Supra, pag. 486, 61 sq. dixerat, τὰ δ' ἐν Ῥώμῃ ὁ Κικέρων ἦγεν. Post ἐπεπόλαζεν autem h. l. in contextum nostrum operarum errore *punctum minus* video irrepsisse, pro quo nudum *incisum* reponendum est. Pag. 518.

Cap. XC. Lin. 21. δουλείαν ἄνωθεν ἀδιόρθωτον. Ad verbum: *servitutem ex ipso principio* (scil. quoniam ultro admissa esset) *incorrigibilem.* Aliena prorsus, si quid video, Gelenii expositio: *dominatio, nunquam ante tentata feliciter.* Pag. 519.

Cap. XCII. Lin. 51. παρωξυμένῳ. Sic codd. nostri Aug. & Ven. Sed grammatica ratio postulat παρωξυμμένῳ, quod repositum velim. Sic Pun. 387, 87. παρωξυμμένους dederunt Bav. & Vat. Cf. ad p. 544, 18. Pag. 521.

Cap. XCIII. Lin. 78. ἀταλαιπώρως ἐπίστευσαν. „ἀταλαιπ. an vim habet τοῦ, ῥαδίως?" MUSGRAV. *Sine labore*, i. e. *nimis leviter, negligenter, nulla ad inquirendum data opera.* Thucyd. lib. I. cap. 20. οὕτως ἀταλαίπωρος τοῖς πολλοῖς ἡ ζήτησις τῆς ἀληθείας· *adeo apud plerosque veritatis investigatio laboris est impatiens:* ubi Scholiastes, ἀταλαίπωρος· ἀνεξέταστος. Paulo inferius apud Nostrum, pag. 528, 64. ἀταλαίπωρα τέλη, *legiones laboris impatientes*, dicuntur. *L.* 82. Μάνιον Ακύλιον Κράσσον. *Manium Aquilium Crassum*, Freinsh. Suppl. Liv. CXIX. 67. *M'. Acilium Crassum* Pigh. T. III. pag. 474. Et sic Cand. *Acilium Crassum.* Ac fortasse idem est Ακίλιος, de cujus proscriptione legimus Civ. IV. c. 39. p. 581. cf. hoc lib. III. p. 524, 94. Pag. 523.

Cap. XCIV. Lin. 91. ἐς Πικήνην. Quum vulgo ἐπὶ σκηνῆς legeretur, perspecte MUSGRAV, „forte ἐς Πικήνους."

L. 95-97. χρήματα - - ὁπόσα Κικ. ἐσηγ. προτ. αὐτοῖς ἐπεγέγραπτο. Vide cap. 66. p. 486. extr. & sq. *L.* 1 *sq.* αἱρεθεὶς δὲ αὐτὸς σὺν - - Κοΐντῳ Πεδίῳ. Vellej. II. 65. Dio XLVI. 46. Pag. 524.

L. 6 *sq.* ἑαυτὸν εἰσεποιεῖτο τῷ πατρὶ αὖθις κατὰ νόμον Κουράτιον. Conf. Dion. Cass. XLV. 5. & quos, cum ibi, tum ad XLVI. 47. lin. 68. citavit Fabricius. Adde A. Gellium V. 19. Utique vero Κουριάτιον repositum malim.

Pag. 539. CAP. VII. Lin. 40. Ἁρμοσταῖς. Cum his Lacedæmo… *Harmoſtis* alibi Prætores provinciarum contulerat. Vi…

Pag. 540. 145, 62. L. 48. *Delendum* videtur *inciſum* poſt … γιγν. ut verba ὑπ' ἀγνοίας ad hoc particip. ſimul refer… *ex eis qui per errorem ante condemnati aut occiſi* … Conf. p. 550, 15 ſq.

Pag. 543. CAP. IX. Lin. 95. ὑπὲρ ὑμῶν. Sic & MUSGRAV. …

Pag. 544. CAP. X. Lin. 18. παροξυμένῳ. Corrige dupli… dam, quæ hoc verbum deformat, & *ſcribe* παρωξυμένῳ cum Reg. C. παροξυμένῳ, cum ſimpl. μ, dabat Aug. recte. Conf. Adnot. ad Civ. III. 521, 51.

Pag. 545. CAP. XI. Lin. 28. πειθέσθω. Sic (non πειθέτω, ut in … infra context. perperam ſcriptum) cum H. Steph. dedere… Aug. & Reg. C. In edit. 1. autem πειθέσθω erat, non πειθέτω.

CAP. XII. Lin. 41. Πρῶτος δ' ἦν &c. Conf. Vellej. II. 6…

Pag. 546. L. 44 ſq. Λεύκιος. *Lucius Cæſar.* Vide ad Civ. II. 375, 5…

L. 48. Ασινίου δὲ ὁ πενθερὸς Κόϊντος. Eumdem infra pag. 566, 91. Λεύκιον vocatum videmus. Unde probabile utique fit, *L. Quintium* nomen huic fuiſſe, quemadmodum ſuſpicatus eſt Freinsh. CXX. 36. Videndumque, an idem ſit, quem familiarem ſuum Cicero dicit, ad Att. VII. 9. & qui olim tribunus pl. Syllæ acta reſcindere conatus erat. conf. Pigh. T. III. p. 305. & Erneſt. Ind. Cic. L. 51. Θωράνιος. *Toranius*, Sueton. Octav. cap. 27. *C. Thoranius*, Oroſ. VI. 18. p. 431. edit. Haverc. Cf. infr. p. 554, 89. & ibi notata.

Pag. 547. CAP. XIII. Lin. 65 *ſq.* βυομένους. Verbum hoc non expreſſit Gelenius: *ſummas ſub tegulas refugi ſedebant.* Candidus, *ſub tectis tegulis operti.*

P. 548. CAP. XIV. Lin. 85. διὰ τὰ ἐν ταῖς οἰκίαις. Sic & MUSGR.

P. 549. L. 96. ἐπὶ κίρδει. „ἐπὶ κίρδους ἰλιγγίδι" maluerat MUSGRAV.

L. 99. ἀπὸ τῆς συνέσεως &c. Candidus, *a conſideratione præſentium malorum.* *Ibid.* ἀνεψυχαγώγει, *recreabat.*

CAP. XV. Lin. 8. Non opus eſt, cum MUSGRAVIO poſt ὑπὸ τῶνδε inſerere partic. ὤν. L. 13. βραδύνοντας recte repoſuit MUSGRAV. cum Aug. & Reg. B. C.

CAP. XVI. Lin. 32. ἐκ πολλοῦ ἄρα. „Forte ἐκ π. ἄρα Pag. 551.
[illegible]." MUSGRAV. *L.* 36. προσῶν ἐκείνοις ἀταφία. Nunc [illegible] scriptos a Triumviris ſepelire licebat. Vid. p. 559, 68. *L.* 39. γένος καὶ ὄνομα τὸ νῦν ἄρχον ἀφ' ἑαυτοῦ κατάλιπε. Id [illegible] ſupra Civ. I. p. 8, 28 ſq. adfirmaverat Appianus. Sed, [illegible]ogeniem *Cæſarum in Nerone defeciſſe*, Suetonius ſcribit in [illegible]alb. c. 1. Quare CASAUBONUS *ad Sueton.* l. c., quum *Appiani* verba, de quibus agitur, retuliſſet: „Vixit autem [illegible]lle, inquit, ſub Hadriano & Antonino Pio. Tam igitur fal[illegible]um, domum Auguſtam, quæ tum fuit, *genus* traxiſſe ab Auguſto, quam verum de *nomine*: nam omnes *Cæſares* dicti." Defendit autem Appianum Spanhemius de Uſ. Numiſm. Diſſert. XII. p. 347.

CAP. XVIII. Lin. 77. Ἀννάλιν. *L. Villius Annalis.* Conf. Pag. 554.
Valer. Max. IX. 11, 6. *L.* 87. ἀναλύοντα. Non erat cur in ἀλύοντα mutatum voluerit MUSGRAV. *L.* 89. Θουράνιος. Glandorp. in Onomaſt. Rom. pag. 844 ſq. & Freinsh. Suppl. Liv. CXX. 59. eumdem putant, quem tutorem Cæſaris fuiſſe, Appianus dixerat pag. 546, 51 ſq. Quod ſi ita eſt, Θουράνιος h. l. fuerit legendum. Sed ſic mirari ſubit, ne verbulo quidem innuiſſe Appianum, eumdem hunc eſſe, de quo ſupra dixerat. Imo vero quum apud Cic. Phil. XIII. 10. laudetur *Manius Turranius* vel *Turanius*, familiaris olim Antonii, ſed ſumma integritate atque innocentia homo, qui provinciam ab Antonio oblatam recuſavit; (quem A. U. 610. Prætorem fuiſſe ſuſpicatus eſt Pighius T. III. p. 465.) probabile fit, hunc *Turanium* h. l. dicere Appianum. Obſtare quidem rurſus videri poteſt, quod apud Valerium Max. IX. 11, 5. eadem res, quæ hic narratur, ad *C. Toranium* refertur. Verum in Codicibus nonnullis Valerii, pro *Toranius*, *Turanius* legi docet editor Torrenius; & illa varietas in prænomine viri, cujus ſemel tantum cum apud Ciceronem tum apud Valerium mentio fit, non tanti videtur, ut conturbare nos magnopere debeat.

CAP. XIX. Lin. 7. κατ' ἱστορίαν τοῦδε τοῦ πάθους. Sic Mithr. Pag. 555.
797, 19 ſq. *Pompejus Colchidem inviſit*, κατ' ἱστορίαν τῆς Ἀ-

aut aliquid aliud adjectum. *L.* 13. ἐδεήθη διὰ τοῦ μοιχεύοντος αὐτὴν Αντωνίου. Candidus: *Antonium per adulterium* [*adulterum*, puto, voluit ſcribere] *in virum deprecata eſt.* An ἐδεήθη δ. τ. μ. αὐτὸν [ſc. Σεπτίμιον] Αντωνίου, ſicut p. 554, 93. αὐτὸν (ſcil. τὸν πατέρα, *patrem interficiendum*) ὁ υἱὸς αἰτήσαιτο παρ' Αντωνίου, & p. 555, 97 ſq. μὴ κἀκείνην ὁ ἀδελφὸς αἰτήσαιτο παρ' Αντωνίου, *ne & ipſam interficiendam peteret ab Antonio frater.* *L.* 15. ἔφευγεν. Actio pro intentione, ut dicunt grammatici: *Fugam paravit, fugere cœpit.* Gelenius: *ad eam* (ſcil. uxorem) *confugit.* Sic & Freinsh. Suppl. Liv. CXX. 86. Pag. 561.

Cap. XXIV. Lin. 19. Σάλαυσος. *Vettius Salaſſus.* Valer. Max. IX. 11, 7. *L.* 21. *& ſq.* Non video, quid voluerit C. Stephanus, in Var. Lect. ſcribens: „lege πεπραμένης" & „lege συμπεπραμένος." Sic enim & in ipſo contextu jam editum erat. At nimirum codex Reg. B. mendoſe πεπραγμένης & συμπεπραγμένος dabat; quemadmodum & ſæpe aliàs πρᾶξις pro πρᾶσις. Pag. 562.

Cap. XXV. Lin. 40. Στάτιος δὲ ὁ Σανυίτης. Πάπιος legendum probabile fecit Wesseling. *ad Diod. Sic. Ecl. I.* ex lib. XXXVII. T. II. p. 539. Conf. ſupra Civ. I. p. 59, 73. & ibi not. *L.* 50. ἐπιβιασάντων. Sic Aug. & Reg. C. ut emendaverat H. Stephanus. *L.* 61. Μεσήνης. Sic, cum ſimpl. σ, dederunt Editi cum ſcriptis Civ. II. 305, 32. & ſic plerumque etiam alibi Aug. Ceterum promiſcue per ſimplex σ, & per duplex σσ, ſcriptum hoc nomen apud veteres auctores reperiri notum eſt. Nec ego in ſcribendo iſto nomine ſatis conſtans fui; ſed infra, libro V. ubi plerumque codices noſtri in eam ſcripturam quæ duplex adhibet σσ conſentiebant, eamdem rationem ſecutus ſum. Vid. p. 818, 85. 823, 58. &c. Pag. 563. Pag. 564.

Cap. XXVI. Lin. 74. Λεύκιος. *Lucius* neſcio quis. Gelenius, *Luccjus*; nulla auctoritate. Freinsh. CXX. 89. *Lucius quidam.* *L.* 77. Λαβιηνὸς. Macrob. Saturn. I. 11. *Labienum, ope libertorum latentem, ut indicarent liberti, nullo tormentorum genere compulſi ſunt.* Et hoc quidem, de ſervis Labieni, ab Appiano quoque, memoratum fuiſſe videtur, ſed Pag. 565.

cum editis τὴν ἰδίαν περιουσίαν dederunt; & pag. 600, 90. δίκην ἰδίαν Regii, ubi tamen Aug. ἰδίαν dedit.

CAP. XXXVII. Lin. 16. Λεύκιον. *L. Cæſarem.* Conf. p. 546, 44. & Adnot. ad Civ. II. 375, 5 ſq. *Pag.* 579.

CAP. XXXVIII. Lin. 29. Μεσσάλας. *Meſſala Corvinus.* Conf. pag. 709, 16 ſqq. & Civ. V. paſſim. Ejuſdem Appianus meminit in hiſt. Illyr. c. 17. extr. *L.* 35. περὶ Θρᾴκην. Candidus: *in Macedonia.* Sed in marg. notatur: „Appianus dixit in Thracia." *Pag.* 580.

L. 46. Βίβουλος. *L. Bibulus.* conf. p. 709, 17. ubi commodius editum Βιβούλῳ fuiſſet, ſicut h. l. Βίβουλος. De hoc in tranſcurſu monui ad Syr. 612, 95. diverſum eſſe a Marco illo Bibulo, cui pariter Lucii prænomen interdum tributum apud Appianum vidimus: is enim tempore belli Civil. Cæſaris cum Pompejo periit, ut ex Cæſ. Civ. III. 18. Dione XLI. 44. Cic. Brut. cap. 77. conſtat; de hoc vero, præter loc. paulo ante citatum, conf. Civ IV. c. 104. p. 664. & Civ. V. p. 882. c. 132. *Pag.* 581.

CAP. XXXIX. Lin. 51. Ακίλιος. An Ακύλιος ille Κράσσος, de quo Civ. III. 523, 82? ubi Cand. *Acilius* poſuerat ſicut h. l. Conf. p. 524, 94. *L* 67. Μεσσήνην. Sic rurſus dedit Aug. *Pag.* 582.

CAP. XL. Lin. 72. Ακουλλίῳ. Eſt tribunus ille plebis, cujus ſupra Civ. III. 523 ſq. una cum Aquillio Craſſo mentio facta. Alium *Apulejum* proſcriptum vid. infra p. 590. c. 46.

CAP. XLIII. Lin. 36. Ἴρτιος. Rurſus memoratur p. 638, 32. *L.* 42. Ρεγλίωνι. *Antius Reſtio.* Valer. Max. VI. 8, 7. Macrob. Saturn. I. 11. *Pag.* 586.

CAP. XLIV. Lin. 61. Ἄππιον. Ἀππίονα videtur Candidus in ſuo exemplari legiſſe, nam *Appionem* hunc vocat; propius vero, ſed truncato nomine. Eſt enim *Urbinius* (vel *Urbinus*) *Panopion* vel (ut alii Valerii Max. codices habent) *Panapion.* Vide Valer. VI. 8, 6. & Macrob. Saturn. I. 11. Tacito heri nomine rem narrant Dio XLVII. 10. & Senec. de Benef. III. 25. De alio *Appio* vid. infr. p. 598, 46 ſqq. *L.* 62. τὴν ἑαυτοῦ ἑστίαν. Nolim ἑαυτοῦ in αὐτοῦ mutatum, quod temere voluerat MUSGRAV. *Pag.* 587.

Cap. XLVII. Lin. 32. ἀ' αὐτῷ. Sic etiam MUSGR. repoſuit. *L.* 35 *ſq.* Οὐολουσίους. *M. Voluſius.* Valer. Max. VII. 3, 6. *Pag.* 592. *L.* 39. ἐς Πομπηΐον. In *M. Bruti caſtra*, ait Valerius. *L.* 40. Σίτλιον. Civ. II. 323, 47. 346, 25. & 367, 71. mendoſe Σίτλιος ſcriptum editumque erat pro Καισήτιος. Neſcio, an & hoc loco. De Cæſetiis, patre & filiis, conf. Valer. Max. V. 7, 2. *Ibid.* Καλανοὶ. *Caleni*, cives coloniæ in Campania, cui *Cales* nomen; de qua diligenter egit Cluver. Ital. ant. lib. IV. p. 1179 ſq.

L. 48. Οὐάρρων. Sic recte, invitis licet manuſcriptis noſtris, editum inveni. An ita Venetus det, e quo nulla ad h. l. varietas enotata eſt, neſcio. Sed Candidus diſerte *Varro.* — *Proſcriptum* autem *fuiſſe* hunc Romanorum doctiſſimum, memorat ipſe, apud A. Gellium III. 10. extr. Nec mirum, non poterat enim non ſuſpectus Triumviris eſſe, qui olim etiam ſuperioris Cæſaris cum Pompejo & Craſſo triumviratum mordaci ſatyra deriſerat. cf. Civ. II. 186, 99 ſqq. ubi Βάρρων ſcriptum ejus nomen legitur. Alium Varronem, non ſolum proſcriptum, ſed & occiſum, memorat Dio XLVII. 11. & Vellej. II. 71.

Cap. XLVIII. Lin. 56. ἁδὺς εἰπεῖν. Quaſi dicas, *ſuavilo-* *Pag.* 593. *quens.* Amat eam phraſin Appianus: vid. Civ. I. 102, 6. Civ. II. 176, 29. *L.* 67 *ſq.* ναῦν φέρουσα χρημάτων. „Quærendum, an ναῦς χρημάτων ſit *navis onuſta divitiis.*" MUSGRAV. — Mihi excidiſſe aliquid videtur, aut alio modo turbata iſta verba. *L.* 68. καὶ αὐτῷ. Correxit etiam MUSGRAV.

L. 82. Ρεβοῦλον. *Rebilum* vocat Glandorp. p. 196. in Ca- *Pag.* 594. niniis, & Freinsh. CXX. 97. Alius *Rebilus* memoratur Noſtro Civ. V. 824, 18. ubi Ρέβιλλος ſcriptum nomen. *L.* 85. οἷόν τι καὶ Θεμιστοκλῆς. Vid. Thucyd. I. 137.

Cap. XLIX. Lin. 88. Μάρκος. *Marcus.* „Nomen ejus, *Pag* 595. quæ Græcorum Scriptorum negligentia eſt, aliud non reperi." FREINSHEM. *Suppl.* Liv. CXXXIII. 17. *Murcum* poſuit Gelenius, nulla auctoritate. *L.* 99. τῶν ὑπαντώντων τις. Gelenius, *obviam iverat quidem ex ejus amicis.*

Cæsarem referendum. Ceterum probabilius videtur, quod Appianus tradit, Cornificium partes senatus & reipublicæ, Sextium Triumvirorum partes defendisse, quam quod Dio scribit, Cornificium pro Cæsare Octaviano, Sextium pro Antonio hoc tempore pugnasse. Sed licet Octavii Cæsaris nomine nunc utramque Africam occupaverit Sextius; (vid. c. c. 56. p. 603 sq.) tamen Antonio magis erat deditus, & ejus auctoritatem potissimum est secutus, ut patet ex Civ. V. cap. 12. p. 727. & c. 26. p. 745 sq. *Pag.* 599.

L. 84. ἐπιλθόντων. ἐπιλθόντα MUSGRAV. reponendum censuit. *Pag.* 600.

CAP. LIV. Lin. 89. Σίττιος. De hoc vide Cortium ad Sallust. Catil. cap. 21. Hirt. de Bell. Afric. c. 36. Dion. XLIII. 3 seqq. *P.* 600 *sq.*

L. 4. Ἀφρικῶν - - εἰς Ἱππίαν &c. Conf. p. 637, 10. *Pag.* 601.

L. 11. καὶ Σεξτίλιφ. Hoc jam Gelenius expressit, & in Græc. reponere jussit MUSGRAV. *Pag.* 602.

CAP. LV. Lin. 28. πλεῖναί τε πολλοὺς. Vulgatum αὐτοὺς ut suspectum notaverat MUSGRAV. *Pag.* 603.

CAP. LVIII. Lin. 88. Σέξτιος Ἰούλιος &c. Ad verbum fere hæc historia repetitur ex Civ. III. cap. 77. *Pag.* 606.

CAP. LIX. Lin. 5. σπουδῇ καταλαβών. Civ. III. 502, 30. σὺν ἐπείξει καταλαβών. *Pag.* 607.

CAP. LX. Lin. 34. ἔχου. Sic reponendum vidit MUSGR. Et id jam expresserat GELENIUS, *excitavit aggerem.* Sed imperite Cand. *obtinebat.* *L.* 36. τάφων. Hoc pariter viderunt GELEN. & MUSGRAV. *Pag.* 609.

CAP. LXI. Lin. 53. ἐπεὶ καὶ, & *lin. sq.* συμμαχούσας recte reposuit MUSGRAV. *Idem*que post προπομπούς insertum voluit μόνον: monens, si καὶ, ante οὐκ εἰδέναι, in ἃς mutes, abesse posse μόνον. *Pag.* 610.

CAP. LXII. Lin. 59. αὐτοῦ τὸ τεῖχος. „αὐτὸ τὸ τειχ." MUSGRAV. Tum „ὃ ἤδη καὶ ἐσαλ." IDEM. Quo tamen adsumento carere possumus: nam ἐσάλευε commode activa notione accipitur, *concussit*, *titubare fecit.*

διασθήματος δυνηθῶσι μετὰ μείζονος ὁρμῆς ἐμβάλλειν τοῖς Αθηναίοις. Conf. quæ habet Dukerus ad l. c.

Cap. LXXII. Lin. 86. οἱ τότε ἀνίσταντο. „Deeſt aliquid." Musgrav. Equidem nihil deſidero. *L.* 88. ὡς ἐν ἔργῳ ταχεῖ καὶ ἀδοκήτῳ. Cand. *tamquam ſubito & inopino opere.* *Pag.* 624.

Cap. LXXIII. Lin. 96. τοὺς χαρίεντας. Candidus, *fautorum ope.* Gelenius, *a civibus conjunctis privata gratia.* Potius *politiores*, *honoratiores.* Suidas: χαριέστεροι· ἐνδοξότεροι. Paulo ante, (*lin.* 91.) οἱ συνετώτεροι, dixerat Noſter; & pag. 614, 27. οἱ ἐν λόγῳ μᾶλλον. *L.* 97 *ſq.* προμηθείᾳ τροφῶν, *ex ſolicitudine alimentorum cauſa:* ſi modo ſana & integra græca phraſis.

Cap. LXXIV. Lin. 27. Μοῦρκον. Conf. p. 635, 84 ſqq. & ſupra Civ. III. 502, 23 ſq. & ibi adnot. *L.* 29 *ſq.* περισυρόμενος. An ad Κάσσιος referendus iſte Nominativus? At ipſe certe Peloponneſum non adiit. Candidus: *ex Peloponneſo, univerſa percurrentem, prædam antecapere jubet.* *Pag.* 626.

Cap. LXXV. Lin. 40. Οὐατινίου. Cf. Illyr. p. 847 ſq. *L.* 47. συντυχία Θρᾴκιος. Mira locutio: de cujus integritate dubitare licet. Candidus: felicitas hujuſmodi ex Thracia obtigit. *Pag.* 627.

Cap. LXXVI. Lin. 65. Cum mendoſe vulgo ἔχων eſſet, ἐχώννυε ſcripſit Musgrav. *Pag.* 628.

Cap. LXXVIII. Lin. 10. Κεραίας. *Cervos* Gelenius dedit, i. e. furcatos arborum truncos; de quorum vario in bellis uſu videndus Lipſius in Poliorcet. lib. II. dial. 2. ubi ipſum quoque hunc Appiani locum tetigit, non improbans quidem Gelenii expoſitionem; ſed ſubinnuens, ſatis fortaſſe fuiſſe, *antennas* h. l. intelligere, quas ex navibus ſcil. ſumſerint milites, & per eas in muros ſint connixi. *L.* 11. ἐπεχείρουν, intell. τοῖς τείχεσι. Non adſentior Musgravio, ἐπεχώρουν reponenti. *Pag.* 631.

Cap. LXXIX. Lin. 29 *ſq.* μετ' ἀλκλαγῆς. Correxit etiam Musgrav. præeunte Gelenio. *Pag.* 632.

Cap. LXXX. Lin. 36. περιεπεμπεν. Sic & Musgr. repoſuit.

Pag. 633. *L.* 41. ἐκ τῶν ἀνδρῶν. ἄνδρες ſunt *incolæ* urbis vel regionis, conf. Syr. 616, 68. Sed, an in hujuſmodi contextu commode opponi τοῖς θηρίοις poſſint, dubito. *L.* 42. καὶ ἀνδρας οὐδὲ &c. Plutarch. in M. Brut. pag. 998. extr. Φασὶ δὲ μόνους ἑκατὸν πεντήκοντα γενέσθαι τοὺς μὴ διαφυγόντας τὸ σωφρονεῖν. Conf. Noſtrum pag. 635, 80 ſq. *L.* 44. & 47. Ἀρπάγου. Satis notum Appianus Herodotum habuit, e quo hoc ductum eſt, lib. I. c. 176. ubi monuit WESSELINGIUS, Appianum h. l. non ſua, ſed aliorum, culpa mendoſum vulgo eſſe. Sed illud miror quo pacto adfirmare idem Vir doctus ibid. ſuſtinuerit, Appianum ſua, quæ de Xanthiis narravit, Plutarcho debere; quo nihil dici potuit a veri ſpecie magis abludens.

Pag. 636. CAP. LXXXIII. *Lin.* 1. τὰ περὶ Πομπήϊον. Conf. Civ. II. cap. 105. extr. p. 320. & III. c. 4. & IV. c. 36. p. 578. &c. *L.* 10. Ἀραβίων. Vide cap. 54. p. 600 ſq.

Pag. 639. CAP. LXXXV. *Lin.* 47 *ſq.* Σαλουϊδιηνὸν. Civil. V. 739, 42. Σαλβιδηνὸς editum erat, ubi miſpti Σαλβιδιηνὸς dabant; & ſic ſæpius deinde. *L.* 52. Σκύλλαιον. Sic pag. 823, 71. recte

Pag. 640. dedit Aug. Correxit etiam h. l. MUSGRAV. *L.* 58. ἴθους τοῦ κλυδ. MUSGRAVIUS correxerat ἴθους ἐκ τοῦ κλυδ.

L. 66. λιμένα - - Βαλαρόν. Portus hic nemini præter Appianum memoratus. Quærendum, ait CLUVERUS Ital. antiq. p. 1283. an idem ſit portus, qui *Abala* (Ἀβάλας) apud eumdem Noſtrum vocatur Civ. V. pag. 857, 35. Candidus: *ad portum qui Balearico mari imminet.*

Pag. 641. CAP. LXXXVI. *Lin.* 78. πνεύματος - - οἰκείου. οἰκεῖος h. l. an *favens*, vel *commodus*, *aptus?* an (*ventus*) *domo flans*, adeoque commodus ad proficiſcendum? ut pag. 636, 95 ſq.

Pag. 642. dixerat, πνεῦμα ἀπὸ τῆς γῆς πολὺ φυλάσσων. *L.* 94. διαπλέοντες, *ultro citroque navigantes.* Conf. p. 658, 55. Candidus: *navibus longis - - exercitu ingenti adnavigantes, maria infeſtabant.*

CAP. LXXXVII. *Lin.* 95. Δεκίδιος. Sic reponendum eſſe monuit FABRICIUS ad Dion. XLVII. 35. Eſt *Decidius Saxa*, qui Syr. 612, 97. memoratur. Infra, hoc lib. pag. 662, 25. rurſus mendoſe nomen hoc ſcriptum vulgo erat.

L. 99. Κορπίλων. Quum vulgo legeretur Τορπιδῶν, monuit MUSGRAV. „Aliter infra ſcribuntur." Scil. p. 662, 25. & 27. Τουρπίλων erat, & ſic rurſus p. 666, 86. ubi tamen mſpti Τορπίλων dederant. *Corpilos* ex Plinio & Solino eſſe reponendos, monuit WESSELING. ad Hieroclis Συνέδημον, adjectum Itinerario Antonini, p. 633. Conf. Stephan. Byz. v. Κορπίλοι, & ibi Berkel. *L.* 1. Σαπαίων. Sic recte Edd. & MSS. pag. 662, 24. & 666, 86. Cf. p. 643, 12 ſq. *Pag.* 642.

L. 8. συνεμάχει. Cum idem verbum lin. ſq. vulgo repeteretur, illud h. l. deletum voluit MUSGRAV. Mihi lin. ſq. delendum viſum eſt. *Pag.* 643.

CAP. LXXXVIII. Lin. 16. Οἱ δέ. Οἵδε vulgo editum erat, non οἵδε, ut in Notis infra Context, dictum. Sed οἱ δὲ legendum eſſe, & hæc verba cum ſequentibus conjungenda, denique delendam conjunctionem οὖν poſt ἐξαίδιξον, perſpecte viderunt GELENIUS & MUSGRAV. *L.* 19. ὅθεν ἐπὶ Ἀντιμαχείας. Gelenius: *verſus Ænum atque Maroniam moverunt, atque inde petierunt Lyſimachiam.* Recte, ſecundum corruptam græcorum exemplarium ſcripturam: quam quovis modo corrigendam arbitror. *L.* 25. δύο που τίλη μάλιστα ἀναπληρούμενα. Candidus: *reliquas minime integras, ſed quæ duas adimplerent.* Gelenius, (cui ſuffragatur Freinshem. CXXIII. 10.) *nullam integram, ſed quibus duæ ſupplementi vice accederent.* Cujus verſionem licet fere tenuerim, video tamen, nihil aliud dicere græca verba, niſi, *ſed duæ fere legiones ſuis numeris erant completæ.* Sed, ſatiſne emendata ipſa illa græca ſint, doctiores viderint. *Novemdecim* legiones Bruto & Caſſio tribuuntur pag. 670, 60 ſq. *Decem & ſeptem legionum potentes* eoſdem fuiſſe, quo tempore Triumvirorum ſocietas inita eſt, docet Vellej. II. 65. *Pag.* 644.

L. 28. Numerum τρισχίλιοι h. l. intercidiſſe probabile fit, ſi totam hanc enumerationem conferimus cum pag. 671, 65. ubi XX. millia equitum habuiſſe Brutum Caſſiumque legimus.

CAP. LXXXIX. Lin. 35. Pro ἐχώρουν, ἐχρῶντο maluerat MUSGRAV. *L.* 41 *ſq.* μή τις ἐς τὴν ὄψιν - - νεωτερίσειεν De iſta phraſi vid. Adnot. ad Hiſpan. 147, 87 ſq. *Pag.* 645.

Stephanus; quorum hæc eſt ſententia: *Nos, qui Cæſari vobiſcum militavimus, & ejus fuimus legati.* Nec male Candidus: *vobiſcum militantes, & prætoria fungentes dignitate.* Pag. 647.

L. 75 *ſq.* „Parentheſis nota includenda hæc ſunt, ὡς μὴ δεικεῖν αὐτὸν δι' ἔχθραν ὑφ' ἡμῶν ἐπιβεβουλεῦσθαι, aut ſaltem non ſecus intelligenda quam ſi iis incluſa eſſent. Neque vero Latina quæ his reſpondent verba eaſdem notas non admittunt." H. STEPHANUS.

L. 89. „Videtur deeſſe participium poſt hæc verba, καὶ νόμους ἀντὶ τῶν νόμων. Quid ſi autem id eſſe τιθέμενον dicamus? Gelenius contentus his fuit, *mutatis legibus*, pro loci hujus interpretatione. At P. Candidus meæ conjecturæ adverſari non videtur, quum vertit, *& legislatorem pro legibus profiteretur.* Nam ὁ νόμους τιθέμενος eſt legislator; qui una alioqui compoſita voce νομοθέτης appellatur. Totum autem locum ita reddit: *Qui publicas pecunias, qui exercitus*, (ita enim ſcripſiſſe illum puto, non *exercitum*) *qui magiſtratuum creationes a populo, principatus gentium a ſenatu ad ſe transferret: & ſe legislatorem pro legibus, dominum pro populo, imperatorem ſenatus vice, in omnibus profiteretur.* At Gelenius in eo peccat circa loci hujus interpretationem, quod dicens, *ut magiſtratus & provinciæ non a S. P. Q. R. ſed ab illo peterentur & acciperentur*, miſcet quæ ab ipſo Appiano ſeparantur, quum ſeorſum eorum quæ a populo, ſeorſum eorum quæ a ſenatu ad ſe transferret Cæſar, mentionem facit." H. STEPHANUS. Ad nomen νόμων, quod ex mſptis reſtitui, ex communi, ſicut ad κύριον & ad αὐτοκράτορα, refertur participium γιγνόμενον. Pag. 648.

CAP. XCII. Lin. 96 *ſq.* „Hæc verba, τὸ δὲ κῦρος τόδε ἐν τοῖς εἰρηνικοῖς ἐφ' ἡμῖν ἀντιλαμβάνετε αὐτοί, ita Gelenius vertit, *in pace vero veſtrum eſt jus ſuffragiorum.* Niſi potius dicendum eſt, eum illarum vocum Græcarum loco his Latinis, ad explicationem, uſum eſſe; quum alioqui hæc illis haud reſpondeant. At reſpondebunt iſta, *ſed hanc* (vel *talem*) *adverſus nos autoritatem tempore pacis viciſſim accipitis.*" H. STEPHANUS. Corrige in context. κῦρος.

L. 41. „Videri poſſet ſcribendum τοῦ φόνου, quum non de quavis cæde, ſed de certa tantum, Cæſaris videlicet, agi videamus." H. STEPHANUS. Pag. 651.

L. 45 *ſq.* πότερον ὡς ἐναγεῖς &c. „Quum antea ferri non poſſe vocem ἀνδροφόνους judicarem, (quæ enim eſſet inter ἐναγεῖς & ἀνδροφόνους, antitheſis?) comperi P. Candidum mihi aſſentiri, quum ita hunc locum reddit: *Utrumne ut ſceleratos puniens, an ut tyrannicidas inſigni purpura faſcibuſque ac lictoribus adornans?* Nunc lectoris eſt, videre, an velit τυραννοκλόνους, an vero τυραννοφόνους malit legere; ut ego certe malo, quum propius ad alteram illam vocem ἀνδροφόνους accedat. Sed de hoc etiam moneo, Gelenium, non conſtituentem hic antitheſin, (de qua tamen minime dubitandum puto,) particulam disjunctivam mutare in copulativam, quum hoc modo locum iſtum interpretatur: *Utrum, ut tanquam ſceleratos punirent, & tanquam homicidas ſacrata purpura virgiſque inſignirent?*" H. STEPHAN. Prope abſum, ut mihi perſuadeam, pro ἐναγεῖς ſcribendum εὐαγεῖς, (cf. p. 655, 11.) & ſedem hujus vocab. mutandam cum ſede vocab. ἀνδροφόνους, ut legamus: πότερον ὡς ἀνδροφόνους κολάζοντες, ἢ ὡς εὐαγεῖς πορφύρᾳ &c. *Utrum punientes nos tanquam homicidas, an tanquam innocentes ſacra purpura - - nos ornantes?*

L. 57. „Finienda poſt ὁμολογῆσαι [ubi vulgo ſimplex comma ponebatur] ſententia, ſive notam interrogationis ibi ponere libeat, (ut mos nobis eſt poſt interrogativam etiam particulam) ſive tantum τελείαν ſtigmen." H. STEPH. Pag. 652.

CAP. XCV. Lin. 64 *ſq.* τῶν νόμων τὸν ἐθέλοντα φεύγειν ἐώντων. — „Non immerito quis hunc præſertim genitivum ſuſpectum habeat, τῶν νόμων. Ego primo aſpectu τῶν ὑπονόμων ſcriptum fuiſſe ſuſpicatus ſum præfixa præpoſitione ἐκ. Nam μυχοὺς & ὑπονόμους non parum affinitatis inter ſe habere conſtat. Sed illis quæ ſequuntur vocabulis, τὸν ἐθέλοντα φεύγειν ἐώντων, quid faciemus? Me igitur hoc in loco hærere fateor. Gelenius hoc effugium invenit, *Perquiruntur ubique a perſecutoribus, ne quis effugiat:* ubi nullam νόμων, id eſt *legum*, mentionem

negans, οὐδὲ, *l.* 15.] At in iis quæ ſequuntur majorem verborum omiſſionem eſſe fatendum eſt. Nam ante ἐς αὐτοὺς, vel potius αὑτοὺς, (ita enim ſcribendum eſt) deeſſe puto articulum τοὺς: deinde participium περισπῶντας, aut aliud hujuſmodi, poſt αὐτοὺς: ut ita legatur hic locus, καὶ μὴ τοὺς ἐς αὐτοὺς περισπῶντας, ἀλλ' ἐς τὸ μέσον τῷ δ. [At nil opus eſt artic. τοὺς: nam ex communi huc referendum pronomen ἡμᾶς & verbum ὁρῶσι.] Verum ne ſic quidem locum perſanatum habebimus; ſed pro illo προγράφεσθαι, alio infinitivo & adjunctivo illi participio (quantum quidem aſſequi conjectura mea poteſt) indigebimus. Quidni vero aliquod ſpecimen talis emendationis, quæ tantum conjecturalis eſt, proponam? Hæc ergo verba lector ab ea accipiat, καὶ τοὺς μὴ ἐς αὐτοὺς περισπῶντας ἀλλ' ἐς τὸ μέσον τῷ δήμῳ προτιθέντας τὴν πολιτείαν κατὰ τὰ πάτρια, εἰς πολίτας ἐγγράφεσθαι θέλοντας, vel ἐγνωκότας. Simul autem animadverte, poſt κατὰ τὰ πάτρια a me interpungi, ut hæc cum præcedentibus jungantur." H. STEPH. *Pag.* 656.

L. 19. Cum poſt τὰ πάτρια in edit. 1. verbum προγράφεται eſſet adjectum; monuit MUSGRAV. „delendum: quamquam & alia forte mendoſa ſunt: vel lege προγράφεσθαι."

CAP. XCVIII. Lin. 28. „δόμενοι. Scribo δεδομένοι. Poſſet tamen ſcribi & διδόμενοι, intelligendo non de iis quæ dantur, ſed de iis quæ dabantur." H. STEPHAN. δεδομένοι etiam MUSGRAV. ſcripſit.

CAP. XCIX. Lin. 53. Μοῦρκος ἐν τῷ Ἰονίῳ καὶ Ἀνυόβαρβος &c. Conf. pag. 641 ſq. *L.* 55. ἐνοχλοῦσιν ἄλλαι, i. e. ἐνοχλοῦσι πολεμίοις κατὰ ἄλλα, *alia ex parte, alio modo, infeſtant hoſtem*, vel *incommodant hoſti*. Gelenius: *quibus infeſta hoſti* (*Ænobarbus*) *reddit maria*. ἄλλα (non ἀλλαὶ, ut Edd. cum mſptis noſtris) legit Candidus, ſed id pariter perperam cum ſeqq. conjunxit: *quæcunque alia maris terræque ab inimicis poſt nos pura relinquentes*. MUSGRAV. duplicem emendationem tentaverat: καὶ Μοῦρκον ἐν τῷ Ἰονίῳ. καὶ Ἀνυόβαρβος - - - - τεξέταις - διαπλέοντας ἐνοχλήσει. ἀλλαὶ καθαρ. &c. vel, καὶ Μοῦρκον - - καὶ Ἀνυόβαρβον, εἰ θέλῳ - - - ἐνοχλεῦσιν. *Pag.* 658.

Δραβῆσκος nomen est huic oppido, & sic ex Thucyd. refert Stephanus Byz. *L.* 89. ἔνθα καὶ τὸ πάθος τῇ Κόρῃ &c. Cum alii aliis in locis *raptum Proserpinæ* factum perhibeant, quorum varias traditiones retulerunt Viri doctissimi, Spanhem. ad Callim. H. in Cer. v. 9. Ruhnken. ad Hom. H. in Cer. v 17. Heynius in Notis ad Apollod. p. 56 sq. miror ne verbo quidem usquam hujus opinionis ab Appiano relatæ mentionem factam. Nec *Zygacten amnem*, quem mox dicit Noster, alii Scriptori memoratum reperi. Idem nomen repetitur p. 697, 21. Pag. 666.

CAP. CVI. Lin. 97. τὰ χρύσεια. Vid. H Steph. ad Hisp. p. 123, 72. Poterit vero etiam ad χρύσεια intelligi substantivum μέταλλα. Sed, sicut Hisp. l. c. ἀργυρεῖα monente Stephano in contextum recepi, sic & h. l. χρυσεῖα receptum malim. Pag. 667.

L. 14. Γάγγαν. An idem fluv, quem *Zygacten* p. 666, 90. dixerat? *L.* 17. ἐνέρισμα. Operarum sphalma aciem nostram effugerat. Corrige ἐνέρμισμα. Pag. 668.

CAP. CVII. Lin. 33. πεντηκ. καὶ τριακοσίων ἐξ Αμφιπ. — διακοσίων legendum docent Itineraria Antonini & Hierosolymitanum, quæ (p. 320. & 331. & 603 sq. edit. Wesseling) distantiam Philipporum ab Amphipoli ponunt XXXII. vel XXXIII. M. P. Pag. 669.

CAP. CVIII. Lin. 60. ἐννεακαίδεκα ὁπλ. τέλη. Conf. p. 644, 22 sqq. *L.* 71. Ad verba ἐξ ἐγγίων, quæ vulgo hic legebantur, MUSGRAVIUS adnotavit: „ mendosum. Forte ἐξεγηθέον." (sic) Cujus conjecturæ vim me non adsequi fateor. P. 670 sq.

CAP. CIX. Lin. 93. λόχους ὀρθίους, *cohortes arcta fronte incedentes.* Correxit etiam MUSGRAV. Pag. 672.

CAP. CX. Lin. 6 *sq.* διατείχισμα τοῦ Κασσίου &c. Munitionem illam dicere videtur, de qua p. 670, 45. *L.* 11. στρατιῶν. στρατῶν posuerat MUSGRAV. Pag. 673.

L. 12 *sqq.* περιήλγησαν οἱ τοῦ Βρούτου στρατιῶται &c. *Prioris* hujus *pugnæ Philippensis* descriptio, quam *hoc cap.* & *nonnullis sqq.* persequitur Appianus, conferenda omnino cum eis est, quæ de eadem re Plutarchus in Bruto pag. 1003 sq. (nam in Anton. p. 925. non nisi leviter rem tangit) & Dio

plane contrario sensu: *Hesterno prælio, commilitones, nulla in re non superiores hostibus fuimus.* Candidum in errorem impulit præpositio παρά: hanc enim putavit sonare *præter*, quum alium usum habeat (sicut & in aliis quibusdam hujus scriptoris locis) & hæc παρὰ τὸν ἐχθὲς ἀγῶνα, idem sonent quod ista, ἐν τῷ ἐχθὲς ἀγῶνι. Sic autem debere illam particulam accipi, ostendunt quæ subjunguntur. Adde quod, ut alterum illum usum (magis alioqui frequentem) habere dici posset, non οὐδὲν sed οὐδεὶς legi opportuisset." H. STEPHANUS. Pag. 682.

Ibid. „μὴ κρείσσους Gelenius vertit, *superiores hostibus fuimus*, tanquam legisset ἐγενόμεθα, non ἐγένεσθε: sed per imprudentiam scripsisse arbitror *fuimus* pro *fuistis*: quum & ipse statim post, *incepistis*, non *incepimus*, scripserit." IDEM.

L. 55. διεφθείρατε. HENR. STEPHANUS *in Adnot.* „Scribe διεφθείρατε." Hinc correxit Tollius. *L.* 62. ὥρμων. Sic rursus H. STEPH. *in Adnot.* „Repone ὥρμων." *L.* 70. ἐπιλείψεως. Sic & MUSGRAV. correxit: monueratque pariter H. STEPHANUS: „Scribe ἐπιλείψεως." Pag. 683.

L. 64 *sq.* „Pro his verbis, ὡς καὶ τῷδε τὴν ἐπίκτησιν τῆς βλάβης διπλασίονα εἶναι, habet Gelenii interpretatio, *atque ita duplo major eorum jactura fuit.* Candidi autem est hæc, *ita ut calamitatis hujus acceptio in duplo nobis constet.* Neuter autem animadvertit, τὴν ἐπίκτησιν non jungi cum βλάβης, sed contra illi opponi: hoc sensu, *ita ut hac etiam in re acquisitio nostra duplo major sit quam damnum quod passi sumus.* Aliquid tale dictum a Bruto & paulo ante fuit, illis verbis, ὡς προὔχειν τάδε παρὰ πολὺ τῆς ἐπὶ τοῦ λαιοῦ βλάβης ὑμῶν." H. STEPHANUS.

CAP. CXVIII. Lin. 77. ἡγεῖσθε. Revocari ex msptis debuerat ἡγεῖσθαι. Conf. Adnot. ad hist. Samn. p. 52, 19.

L. 78 *sq.* ἡμεῖς δ' ἀντιμηχαν. „Loci hujus sensum melius expressit Candidus quam Gelenius: & ita quidem ut non solum bona Candidi interpretatio (quod rara avis est) sed optima hoc dici in loco possit; dummodo auxilium ei ferat emendatio particulæ *non*: quæ mutanda est in *nos*. Postea enim pro his, ἡμεῖς δ' ἀντιμηχανησώμεθα αὐτοῖς, (nam inter-

dum fuerit. Videndum igitur (donec alia cuipiam emendatio aptior in mentem veniat) annon scribi possit αὐτοὺς διετείχισαν. Sed de verbo ἐνοικοῦσι quid dicendum erit? quid cum eo subaudiri poterit? merito quis opponet. Is a me hoc responsum feret: quidni hæc, ἐντὸς τοῦ διατειχίσματος, ex illo διετείχισαν sumpta, subaudientur?" H. STEPHANUS. Pag. 685.

L. 22. ἐπιμήκιστον. „Scribe ἐπὶ μήκιστον." H. STEPHAN: cui obsecutus est Tollius. Pag. 686.

CAP. CXX. Lin. 23. τὰ ἐς τοῦτον ἔργα. „Non dubito, quin scribendum sit τούτους, quod referatur ad καιρούς." H. STEPHAN. Mox *Idem*: „scribe ἐπιμηχανησόμεθα."

L. 31 *sq.* „Scribe priore quidem loco ἐπειγόμεθα, [sic Aug. cum H. Steph] at posteriore ἐπειγώμεθα." H. STEPH.

CAP. CXXI. Lin. 56. ἀπιοῦσιν ἐπὶ τὴν θάλασσαν, *versus mare, abeundo ad mare.* Similiter ille dativus casus positus videtur, atque in Præf. p. 1, 6. περιπλέοντι, & p. 2, 19. ἐπιστρέφοντι καὶ περιϊόντι. &c. Pag. 688.

CAP. CXXII. Lin. 74. Οὐκ ἀνεχόμενοι. „*non cessantes.*" MUSGRAV. Quin potius, ut alibi, *non ferentes, non sustinentes amplius* &c. *L.* 76. παρὰ τὸ τείχισμα. Sic dedi ex emendatione MUSGRAVII, quam præiverat GELENIUS, his verbis, *subierunt cum clamore munitionem hostium.* Pag. 689.

CAP. CXXIII. Lin. 86. ἀπογιγνώσκουσιν ἐκ τῶν ἄλλων ἑαυτούς, *ab aliis omnibus* (*rebus* vel *rationibus*) *sibi desperantes.* Pag. 690.

L. 94 *sq.* Βροῦτον ἐπιεικῆ - - ἀνόμοιον Κασσίῳ. Vellej. II. 72. *Fuit dux Cassius melior, quanto vir Brutus. E quibus Brutum amicum habere malles, inimicum magis timeres Cassium.* &c. *L.* 7. ἀλογίστως. Videtur ἀλογίστου vel ἀλογίστων legendum, cum quo cohæreat καὶ μισθοφόρων. Sic Gelenius videtur accepisse, cujus versionem h. l. tenui. *L.* 8 *sq.* οἷς ἐστιν αἰεὶ &c. Oratio vulgo in editis sic distincta erat: οἷς ἐστιν αἰεὶ, καθὰ καὶ τοῖς εὐχερέσιν οἰκέταις, ἐς ἑτέρους δεσπότας ἐλπὶς ἐς σωτηρίαν, ἡ ἐς τὸ ἀντίπαλον μεταβολή. Secutus fere sum Aug. in quo sic: οἷς ἐστιν αἰεὶ, καθὰ καὶ τοῖς εὐχερέσιν οἰκέταις ἐς ἑτέρους δεσπότας, ἐλπὶς ἐς σωτηρίαν, ἡ ἐς τὸ &c. Pag. 691.

Pag. 691. CAP. CXXIV. Lin. 17. ἐπικείμενοι. Non video, cur „ mendosum" putarit MUSGRAV. & „ fort. ἐπεσκεμμένοι" legendum censuerit. ἐπικείμενοι κίνδυνοι idem est quod οἷς κίνδυνος ἐπίκειται.

Pag. 695. CAP. CXXVII. Lin. 84. ἐπεμαντεύοντο &c. Cf. pag. 711, 42 sqq.

Pag. 696. CAP. CXXVIII. Lin. 92. ἀπωνής. Sic & MUSGRAV. dubitans tamen, utrum ἀκλινὴς, an ἀπηνής. L. 3 sq. σφᾶς - - ταῖς ὁρμαῖς ἀνέφερον. Verbum ἀναφέρειν, quod aliàs neutraliter, *recolligere se*, *recipere animum*, *recreari*, significat, nunc active eadem notione accipiendum videtur, *erigere*, *animum addere*, *recreare*: quemadmodum apud Thucyd. VIII. 97. ἀνήνεγκε τὴν πόλιν, pro ἀνενεγκεῖν ἐποίησε positum Scholiastes docet. Sed ταῖς ὁρμαῖς, haud satis scio, utrum ad milites referatur, *studia*, *ardorem*, *impetum militum erexerunt*, *restaurarunt*; an ad imperatores, *suo impetu*, *suo studio excitarunt*, *erexerunt milites*.

Pag. 698. CAP. CXXIX. Lin. 36. Λουκίλιος. *Lucinus* an Romanum umquam nomen fuerit, nescio. Hoc certe loco ex errore natum videtur, licet p. sq. l. 43. & 49. in Λουκῖνος & Λουκῖνον cum Editis consentiant libri nostri. Λουκίλιος homo ille, Bruti familiaris, vocatur apud Plut. in Bruto p. 1007 sq.

Pag. 699. & Λουκίλιος apud eumd. in Anton. p. 948. L. 40. σὺν ἐπισίάσει. „ *cum cogitatione*." MUSGRAV. Plutarchus Brut. pag. 1007. extr. διαπορῶν ὅπως χρὴ δέξασθαι τὸν Βροῦτον. Apud Polybium ἐπίσίασις passim exponitur *diligentia*, *cura*: vid. Ernest. Lex. Polyb. Apud Diod. Sic. T. II. p. 308. ubi vulgo legitur. πολλοὺς ἦγεν εἰς ἐπισίασιν διανοίας καὶ φόβου, monuit Wesselingius, recte abesse posse vocabulum διανοίας, & provocat ad hunc Appiani locum & ad Polyb. X. 37. Nescio an huc referendum illud Sophoclis, Antig. 231. (225. edit. Brunck.) πολλὰς γὰρ ἔσχον φροντίδων ἐπισίάσεις. Verbum ἐφισίάναι, *cogitare*, *meminisse*, vidimus supra, Civ. III. 473, 37.

CAP. CXXX. Lin. 56. Ζεῦ, μὴ λάθοι σε &c. Ex Euripid. Medea v. 332. (334. ed. Brunk.)

Pag. 702. CAP CXXXII. Lin. 4. προήγαγεν αὐτὴν (τὴν βουλὴν) ἐς ὑποψίαν διαβολῆς. In vers. lat. interpretatus sum ὑπεροψίαν.

Vulgatam lectionem ſic reddidit Gelenius: *calumniandi materiam præbuit.* Preſſius Candidus: *ad ſuſpicionem calumniæ impulit.* Rectius fortaſſe dixiſſet, *in ſuſpic. calumn. eos adduxit.* Pag. 702.

CAP. CXXXIII. Lin. 17. ὅσους ἐπολέμησαν. Sic h. l. ſcripti noſtri libri cum editis, rariſſima aliàs apud Appianum conſtructione verbi πολεμεῖν: de qua vide quæ monui ad Præf. Appiani p. 16, 38. *L. cad.* αὐτοὺς ἔπεισαν. Si eſſet αὐτοῖς, (ut eſt in Reg. A.) reciproce intelligendum foret, *ſibi.* Sed bene habet vulgata. Pag. 703.

L. 28. οὐ γάρ τις αὐτῶν Βροῦτον &c. Huic laudi repugnare videri poteſt, quod paulo ante, c. 131. p. 701. dixerat: ſed Bruti milites non deſeruerunt imperatorem; monuerunt modo, ne ſpem omnem pacis ipſis præcideret. *L.* 32. ἀλυσιτελοῦς δὲ αὖ. An reſpicit illud Demoſthenis, Epiſt. III. pag. 1481 ſq. edit. Reisk. ἀλυσιτελὲς προελέσθαι τὰ τοῦ δήμου. Sententiam, quæ durius expreſſa apud Noſtrum videri poteſt, temperavit Gelenius: *ſpecioſum quidem, ſed non ſemper commodum.* *L.* 35. πόνοις. Sic & MUSGRAV. Pag. 704.

L. 37 *ſq.* Βροῦτος - - - φιλοσοφίας. Notum ſatis ex Ciceronis ſcriptis Bruti ſtudium philoſophandi.

CAP. CXXXIV. Lin. 51. Νίκη - - κατέβαινεν. Ferculo decidit, cum in pompa militari ferretur. Dio XLVII. 40. & alii quos ibi citat Fabric. *L.* 52 *ſq.* κλαγγὴν οὐδεμίαν ἀφίει. Vid. Flor. IV. 7, 7. Terribilem clangorem edidiſſe, Dio ait l. c. *L.* 53 *ſq.* μελισσῶν ἐσμοί. Cf. Civ. II. 269, 98. Pag. 705.

L. 56. ἀλόγως, *temere, caſu, abſque conſilio.* ut Mithr. 643, 11. *L.* 57. Ἀλλά με μοῖρ' &c. Iliad. XVI. 849. „Patrocli verbum morientis, apud Homerum." CANDIDUS, *in marg. ed. Ven.* *L.* 59. ὄψιν ἰδεῖν &c. De Spectro Bruti cf. Plutarch. in Brut. pag. 1000. & 1006 ſq. & in Cæſ. p. 741. Breviter Florus l. c. *L.* 68. ἀλόγως repoſuit etiam MUSGR. Pag. 706.

CAP. CXXXV. Lin. 89. Λευκιός τε Κάσσιος, ὁ ἀδελφιδοῦς αὐτοῦ Κασσίου. Alius Caſſii ex fratre nepos in Syria cum una legione erat relictus. Vid. pag. 612, 88. Pag. 707.

Pag. 708. *L* 99. περιστρέψας αὐτὸν, ὡς ἔθος ἐστὶ Ρωμαίοις ἐλευθεροῦν. Ad hunc morem adludens Persius, Sat. V. 75 sq. ait:

- - Heu steriles veri, quibus una Quiritem vertigo facit!

Pag. 709. *Cap. CXXXVI. Lin.* 9 *sqq.* Πορκία &c. Valer. Max. IV. 6, 5. Martial. I. 43. Plut. Brut. p. 1009. Dio XLVII. 49.

L. 16 *sq.* Μεσσάλᾳ τε Κορουΐνῳ καὶ Λευκίῳ Βύβλῳ. Malim Βιβούλῳ. Vide supra c. 38. p. 580, 29 sqq. & 581, 46. Μεσσάλας Κορούϊνος recte Illyr. 8. 3, 64.

Pag. 710. *Cap. CXXXVII. Lin.* 26 *sq.* Vulgatum στρατευμάτων in στρατευομένων mutavit MUSGRAV.

Pag. 711. *Cap. CXXXVIII. Lin.* 43. ἐπεμαντεύσαντο Ρωμαίοις. Vid. p 695, 84. *L.* 45. Particulam negativ. MUSGRAV. etiam adjecerat, ἔτι in οὐκέτι mutans.

ADNOTATIONES

AD APPIANI LIB. V.

DE BELLIS CIVILIBUS.

Pag. 712. *Cap. I. Lin.* 5. καὶ ὅλῃ Αἰγύπτῳ ἐπ' ἐκείνοις. Candidus: *qui amor utrosque simul, & Ægyptum insuper, extremis tandem calamitatibus involvit.* *L.* 8. διὸ δὴ. Sic & MUSGR. qui etiam *lin præc.* ὀλίγον δὲ pro ὀλίγον τε maluerat.

L. 7. οὐκ ἄξιον ἐπιγραφῆς πω, *qui nondum meretur (Ægyptiacus) inscribi.* Scilicet ille demum liber, qui hunc Vtum de Bell. Civ. excipiebat, *Ægyptiacus* vel *Ægyptiaca Historia* erat inscriptus, quo bellum Actiacum Cæsaris cum Antonio atque Cleopatra, & res deinde a Cæsare in ipsa Ægypto gestæ, exponebantur; ut docet ipse Auctor noster Civ. I. cap. 6.

Pag. 713. *Cap. II. Lin.* 17. Κάσσιος ὁ Παρμήσιος. De hoc vid. Glandorp. Onomast. p. 208. & Ruhnkenium V. Cl. ad Vellej. II. 88.

L. 24. Κλώδιος. Vide Pigh. Annal. T. III. p. 478.

L. 28. Τουρούλιος. *Turulius*, quæstor Tillii Cimbri, Bithyniæ præfecti. Cic. Fam. XII. 13. Postea Antonii præfectus, de cujus morte vid. Valer. Max. I. 1, 19. Mendose Cand. *Torulus*, quem non debuerat sequi Gelenius. *L.* 38. Λίπιδον. An filium L. Æmilii Pauli, fratris Triumviri? Certe non ipsum fratrem Triumviri, quem post Bruti mortem Miletum concessisse ibique quietum mansisse, dixit Civ. IV. c. 37. Pag. 714.

Cap. III. Lin. 57. τὰ παρὰ Πομπ. προδιδ. Candidus: *cum Pompejo conspirasse ferebatur.* Gelenius: *quasi Pompejo favens socios proderet.* *L.* 54. ἐπελάμβανον, *insuper sumserunt.* Non opus est in ἀπελαμβ. mutare cum Musgrav. Pag. 715.

L. 68. δύο ἔδωκεν. „Deest μέρος ἔδωκεν, vel aliquid simile." Musgrav. Quid exciderit, adparet ex pag. 727, 44 sq. Consentit Dio XLVIII. 2. *L.* 69. ὑπὸ Καλήνῳ. Undecim Antonii legiones, quibus *Calenus* præerat, in Italia erant relictæ. Vid. p. 743, 14. Pag. 716.

Cap. IV. Lin. 75. Κοΐντου. *Quintus* hic quisnam fuerit, nescio. Lib. IV. cap. 62. ubi exitum Dolabellæ narravit, nomen hominis non edidit. Gelenius *Quintium* vocavit, nulla auctoritate. *L.* 78. ἐπὶ συνθέσει. Candidus: *fœderum causa.* Gelenius, *de pace.* Suspectum mihi esse illud vocab. non diffiteor. Cogitaveram ἐπὶ συνήσει, *gratulandi causa*; si modo auctoritatem alioquin haberet hoc vocab. Pag. 717.

L. 82. „μέχρι δημοκοπ. Ne quis præpositionem μέχρι cum genitivis sequentibus jungat, satius fuerit post eam interpungere." H. Stephanus.

Cap. V. Lin. 96. δικαίας τύχης. „Non animadvertit Gelenius, δικαίας titulum haud causæ sed fortunæ dari: ideoque locum hunc ita est interpretatus, *Verum, quia fortuna justiori causæ favens, non ut vol.* &c. quum debuerit ita interpretari, *Verum, quia fortuna, justam se præbens, non ut vol.* Nisi quis malit, *Verum, quia fortuna, juste se gerens,* &c. Ideo autem non dico, *quæ justa est*, (tanquam hæc laus illi sit perpetua) quoniam videmus eam alioqui injustitiæ passim accusari. Quod si Gelenius δικαίαν dici putabat de ea quæ justitiæ faveret (ut certe hoc ei quæ justa vocatur, con- Pag. 718.

venit) potius tamen dicendum erat, juſtæ cauſæ favens, quam
Pag. 718. juſtiori cauſæ. Nam adverſariorum cauſam minus juſtam eſſe dicens, ſaltem non omnino injuſtam eſſe fateretur." H. STEPHANUS.

L. 97 *ſq.* „Hoc genus loquendi, εἰ μὲν ὡς συναγωνισταῖς τῶν πολεμίων ἔδει χρῆσθαι, non intellexit Gelenius; [qui dederat: *ſi ut eorum ſocii perſeveraſſetis in armis, puniendi veniebatis:*] ſicut nec Candidum (quod minus mirum eſt) intellexiſſe, manifeſtum eſt. At recte, ut opinor, his (aut hujuſmodi) verbis hunc locum interpretabimur: *Si quidem ut adverſariorum auxiliatores* (vel *auxiliarii*) *tractandi eſſetis, punire vos oporteret*, vel, *ſupplicium de vobis ſumere.*" H. STEPHANUS.

Pag. 719. *L.* 16. συνεῖσι δὲ. Poſſis etiam τε legere, pro δὲ. Et ſic Cand. *ſic etiam neceſſitas* ET *conſcientia veſtra cogit charitatis.* Ex quibus verbis porro probabile fit, συνειδόσι τε legiſſe Candidum; quod ſatis quidem commodum eſſet, ſed nec ſpernendum συνεῖσι. Ad h. l. (prouti vulgo legebatur) H. STEPHANUS notavit: „Malim συνεῖσι. Sed & tollenda eſt ſtigme poſt ὑμῖν, & vocula γὰρ poſt τοσοῦτον in ἂν (ut opinor) mutanda." MUSGRAVIUS autem: „obſcura, forte & mendoſa. Forte, συνοισέον δὲ μετὰ χάριτος ὑμῖν. τ. γὰρ ἐπιστ. ὅτι μηδὲ νῦν ἁμαρτ. μεῖζον ἐπιτ. ὀφ."

L. 17 *ſq.* ὅτι μηδενὸς ἁμαρτ. &c. „Ad hos reſtringit Gelenius [nec immerito, ut mihi videtur] quod generaliter de omnibus qui peccarunt dictum ab Antonio fuit." H. STEPHANUS.

CAP. VI. Lin. 20. ὅτι οἷμαι. An ὅτι, εἰ καὶ &c? Sic *lin.* 22. pro ὁ δὲ πόλεμος fuerit ὁ δὲ πολ. reponendum.

Pag. 720. *CAP. VII. Lin.* 35. ὅσοι ἄλλοι τῶν δεδιότων, ἐπεὶ &c. Si teneamus ἐπεὶ, quod libri noſtri dederunt; deſiderari verbum videri poteſt poſt δεδιότων, quod ad ὅσοι ἄλλοι referatur. Sed ſimiliter pag. ſq. l. 50. ὅσα ἄλλα γίνη Σύρων, abſque verbo, &
Pag. 721. ſic paſſim aliàs. *L.* 50. τὴν Ιτουραίαν. Mendoſe cum Editis Candidus, *Turconam.* Sed recte Gelenius *Ituræam* repoſuerat. MUSGRAV. τὴν Ιτουραίων. Cf. Dion. XLIX. 32.

L. 53 *ſq.* Σισίννη. *Archelaum*, non *Siſinnam*, hunc adpellant Dio XLIX. 32. & alibi, Plutarchus Anton. pag. 944. B. Strabo XII. pag. 540. D. Meminit vero etiam idem Strabo p. 537. B. Σισίνου, τοῦ ἐπιθεμένου τῇ Καππαδόκων ἀρχῇ. Utrumque nomen conjunxit Freinshem. Suppl. Liv. CXXVI. 5. *Archelaum Siſennam* nominans. Ceterum quod apud Grammaticum San-Germanenſem legitur, (vid. ſupra, hoc vol. p. 18, 53 ſq. Ἀπωικὸς Ἰλλυρίδι Σισίνου καὶ Σισίννην φησί, id ad h. l. reſpicere videtur. Certe in Illyrica hiſtoria nomen Σισίννης memoratum non memini. Itaque ibi Ἰλλυρίδι perperam poſitum videtur pro ἐμφυλ. ἑ. & Σισίννην pro Σισίννῃ. *L.* 55. Γλαφύρας. Cf. Dion. l. c. & Martial. XI. 21. Pag. 721.

CAP. VIII. Lin. 60. καταλογ. αὐτοῖς, ſcil. Antonio & Cæſari. Conf. *l.* 64. *L.* 70. ἐπὶ τῇ ὄψει τὴν σύνεσιν καταπλαγεῖς. A vi horum verborum plane aberravit Gelenius, exponens, *ex aſpectu mentem ſaucius.* *Ibid.* εὐθὺς αὐτῆς μειρακιωδῶς ἁλώκει. Initio hujus libri dixerat, εὐθὺς ἐφθείσα ἐκράτει (αὐτοῦ.) Pag. 722.

CAP. IX. Lin. 80. Λευκοφρύνης Ἀρτέμιδος. *Leucophryne Diana* memoratur etiam Straboni XIV. 647. C. *Leucophryn* autem antiquum nomen inſulæ Tenedi fuiſſe docent Diod. Sic. V. 83. Strabo, Plinius aliique. *L.* 88. ὃν Μεγάβυζον ἡγοῦνται, *quem Megabyzum adpellant.* Strabo XIV. 641. Ἱερέας δ' εἶχον, οὓς ἐκάλουν Μεγαλοβύζους. Conf. Hemſterhuſ. ad Lucian. Timon. T. I. p. 134 ſq. De uſu iſto verbi ἡγεῖσθαι vid. quæ notavimus ad Hiſp. 180, 57. Pag. 723.

L. 91. ἐνάλλακτο. Sic & MUSGRAV. correxit. *L.* 96. ἐφέλριοι. Sic Aug. Ven. & MUSGRAV. *L.* 98. διατίθενται, *divendunt.* Pag. 724.

CAP. XI. Lin. 29. ἐχείμαζεν ἐνταῦθα. De ſimili hibernatione Athenis peracta cum Octavia, vid. infra cap. 76. p. 812. Pag. 726.

CAP. XII. Lin. 45. ἐπέλεμον Σιξτίλιῳ &c. Cæſaris quidem nomine utramque Africam Sextius occupaverat: (vid. p. 599, 73 ſqq. & ibi adnot.) ſed quoniam magis Antonio erat deditus, nunc Cæſar ei provinciæ alium, qui ſibi eſſet conjunctior, præficere voluit: itaque curat, ut ab Antonianis etiam ſcriberetur Sextio, ne gravatim provincia decederet. Miſit Pag. 727.

L. 53 *sq.* [illegible] *Archelaum* [illegible] *Sisennam* [illegible] nunc [illegible] lant Dio XLIX. 3[illegible] [illegible] Strabo X[illegible] [illegible] p. 537. [illegible] que nomen [illegible] *Archelaum Sisennam* [illegible] ticum San-Germanensem [illegible] 53 sq. [illegible] cere videtur [illegible] moratum [illegible] videtur [illegible] Cf. Dion. [illegible]

Cap. VIII. [illegible] sari. Conf. [illegible] A vi horum [illegible] *ex aspectu* [illegible] [illegible] Initio [illegible]

Cap. IX. Lin. [illegible] *na* memoratur [illegible] tem antiquum [illegible] V. 83. Strabo. [illegible] *tus, quem Megaspatum* [illegible] ad Lucian. Timon. [illegible] vid. quae notavimus [illegible]

L. 91. [illegible] *pus.* Sic Aug. Ven. [illegible] *vendunt.*

Cap. XI. Lin. [illegible] ne Athenis peracta [illegible]

Cap. XII. Lin. [illegible] nomine utramque [illegible] 73 sqq. & ibi adn[illegible] tus, nunc Caesar [illegible] ctior, praeficere [illegible] scriberetur Sextio [illegible]

Pag. 727. autem Cæſar *Fangonem*, de quo vide pag. 745 ſq. c. 26. Dio Caſſ. autem XLVIII. 22. Fangonem jam prius a Cæſare miſſum ſcribit, & altera diviſione provinciarum poſt pugnam Philippenſem Cæſarem ait non utramque Africam, ſed ſolam Numidiam accepiſſe, Antonium autem Africam propriam.

L. 48 *ſq.* Λεπίδῳ Λιβύην -- ἐνέμεσεν. *Lepido Africam - - in vicem dedit:* nimirum non continuo poſt reditum ſuum ex Italia; ſed poſtquam Fangonem jam in Africam miſerat ad provinciam Cæſaris nomine occupandam. Cf. p. 749, 16. 750, 35. 781, 58.

Pag. 729. *CAP. XIII. Lin.* 77. ἐς τὴν ἀρχήν. MUSGR. „ἡ ἐς τὴν ἀρχ. ſcil. χρεία, *ſubſidium*, *auxilium*." *L.* 80 βεβαίως * ἄρχοιεν. Et intercidiſſe aliquid, & quænam ſententia fuiſſet verborum quæ deſiderantur, facile patebat. Simillimam ſententiam Civ. I. pag. 135, 83 ſqq. in Syllæ hiſtoria his verbis expreſſit Scriptor noſter: ὡς γὰρ οὐχ ἕξοντες αὐτὰ βεβαίως, εἰ μὴ πάντα εἴη τὰ Σύλλα βέβαια, ὑπερηγωνίζοντο αὐτοῦ. MUSGRAV. poſt βεβαίως ſupplevit „τάδε ἑξόντων, εἰ μή." At verbum ὑπερμάχουν, quod ſequitur, poſtulabat nominativum: adeoque ἕξοντες non ἑξόντων eſſet legendum, niſi aliud etiam omnino participium requireretur, ejuſdem quidem ſignificationis, ſed a quo penderet præcedens genitivus αὐτῶν, ſcil. ὧν ἔλαβον. Quare ἐπικρατήσειν aut κρατήσειν ſcripſiſſe Appianum utique probabile eſt. Tum vero repetiverat haud dubie adverbium βεβαίως, quæ ipſa repetitio ejuſdem verbi in errorem duxit feſtinantem librarium, ex cujus exemplo codices noſtri fluxere.

Pag. 730. *CAP. XIV. Lin.* 98. ὡς οὐ παρόντι τῷ Αντωνίῳ. Si vera eſt hæc lectio; (quod adfirmare non auſim; ſed recepi, quoniam meliorem non offerebant libri,) intercidiſſe puto verba quædam, quorum hæc ſententia fuerit, *conqueſti ſunt, Cæſarem Antonio abſenti gratiam militum præripere.* Conf. paulo inferius l. 2 ſq. Nihil hic ſubſidii in Candido: *queſti inſuper neque dante Antonio conceſſas eſſe.*

Pag. 731. *CAP. XV. Lin.* 23 Αθυμοτέρων δὲ &c. Candidus: (neſcio, ex libro, an ex conjectura) *deſpectiore ſe quoque apud*

illos futuros intelligebant, ni præmia priora ſuſcepiſſent: tamquam eſſet ἀτιμωτέον.

CAP. XVI. Lin. 38. τότε γῆς. Sic C. STEPH. in Var. Lect. Pag. 732.
„ forte τότε γῆς ἐς." L. 47. „ ἐξείρυσάν τ' ἐς ἐκεῖνον. Men- Pag. 733.
doſum ἐκεῖνον. Forte πεδίον vel ἠϊόνα." MUSGRAV. Gelenius: *necatum, aquis extraxerunt, & projecerunt.*

L. 56. ἐκπλαγὲν αὐτοῦ τῆς βεμύτητος. Gelenius: *vulgus* Pag. 734.
admiratum ejus conſtantiam. Sed nec nomen βεμύτης *conſtantiam* ſignificat, nec verbum ἐκπλαγῆναι cum genit. caſu conſtrui ſolet. L. 58. ἀνευρόντα. Sic & Aug.

CAP. XVII. Lin. 81. ὡς ἀπάντων. „ Forſ. οὖσα πάντων." Pag. 735.
MUSGRAV.

CAP. XIX. Lin. 97. Λευκίῳ. L. *Antonio*, fratri Triumviri Pag. 736.
& Conſuli. Cf. pag. 729, 88 ſq. L. 7. Μάνιος. Vide ibid. Pag. 737.
l. 90 ſq. L. 10. γυναικός τι. „ F. γυναικεῖόν τι." MUSGR.

CAP. XX. Lin. 27 *ſq.* διήτησαν αὐτοῖς. Sic locum hunc Pag. 738.
(ex cod. Reg. B.) citavit Budæus in Comment. Ling. Græc. p. 150. Eamdemque lect. retulit C. Steph. in Var. Lect. Sed „ διήτ. αὐτὰ vel αὐτῶν legendum cenſuit MUSGRAV.

L. 42. Σαλουϊδιηνὸς. Sic h. l. ſcripti libri. Cf. p. 639, 47 ſq. Pag. 739.
L. 43. ἄκων αὐτῷ * συμπεριπλῆσαι τὰς Ἄλπεις. Candidus: *Salvidienus licet invito eo Alpes tranſgreſſus eſt.* Gelenius, quem ſecutus eſt Freinsh. CXXV. 19. & Fabricius ad Dion. XLVIII. 10. *Salvidienus invitis cuſtodibus Alpes tranſiit.* At, ſi *invitis cuſtodibus* Alpes tranſiit Salvidienus, conditio iſta de Alpium tranſitu aperiendo non ſervata eſt, quod tamen paulo ante dixit Appianus; ut taceam, illam ipſam Gelenii interpretationem non ſcriptura librorum noſtrorum, ſed conjectura, niti. De Salvidieno conf. infra, pag. 743, 16. & 746, 63. &c.

CAP. XXI. Lin. 45. ἐς Πραινεστὸν. Sic Civ. I. p. 120. & ſqq. ubi ſæpius hoc nomen occurrit, dederunt ſcripti cum Editis: quare & h. l. & deinceps non dubitavi στ pro τ reponere, quod a MUSGRAVIO etiam factum video. Apud alios autem ſcriptores accentus vulgo in antepenultima ſolet poni.

Dion. XLVIII. 11. 12. Musgravius, mendosum locum pronuntiare contentus, medelam nullam tentavit. Vide, an huc faciat illud p. 796, 16 sq. προσελόμενοι Κοκκήϊον, ὡς κοινὸν ἀμφοῖν, *ut communem utriusque amicum.* Suspicari quis etiam possit, δέξασθαί τε (vel ἐπιλέξασθαί τε) κοινὸν χωρίον, ᾧ τὴν κρ. &c. Cf. p. 742, 97. Pag. 740.

Cap XXIII. Lin. 92 *sq.* συμβαλόντες οἱ πρ. τοῖς ἡγ. τοῦδε τοῦ στρατοῦ. Vereor, ne parum feliciter postrema verba exposuerim, *cum præfectis earumdem legionum.* Candidus: *exercituum primores allocuti:* percommode; & vellem græca id dicerent. At nimirum his ipsis mendum inesse videtur, & vel delendum pronomen τοῦδε, vel alia emendatio tentanda. Gelenius, *cum præfectis Antonianorum militum collocuti.* *L.* 94. ἐπρέσβευον. Sic & Ven. cum Aug. Et Candidus, *ad Lucium oratores destinant.* Pag. 742.

Cap. XXIV. Lin. 16. Σαλβιδ. ἐξ Ιβηρίας. Potius ἐς Ιβηρίαν. conf. pag. 739, 42 sq. & 746, 63 sq. *L.* 18 *sq.* Καισ. δὲ, ἃ εἰλ. πάντα, χωρὶς Σαρδοῦς, ἐπολεμεῖτο. Contextum sermonis si spectes, & præcedentia ac sequentia si conferas; manifestum videtur, hoc dicere Appianum, Sardiniam nunc, a bello liberam, in Cæsaris potestate fuisse; cum quo (licet repugnare videatur Dio XLVIII. 2.) convenit id quod infra p. 786, 39. legimus. Siciliam autem a Pompejo occupatam fuisse abunde constat. Nec vero Hispaniam, quæ ex nupera divisione Cæsari obvenerat, jam nunc ei vel pacatam vel omnino traditam fuisse, ex pag. 746, 53 sqq. coll. cum p. 778, 10 sq. satis adparet. Quare non probo h. l. Gelenii versionem: *Cæsari (pecuniæ suppetebant) ex omnibus quas sortitus fuerat, excepta Sardinia, quæ tum bello infestabatur: & e fanis mutuo accipiebat.* Quæ versio ne vulgatæ quidem græcæ lectioni respondet: sic enim in græco legi oporteret, Καίσαρι δὲ ἐξ ὧν εἰλήχει πάντων: tum lin. 19. ὅθεν in καὶ foret mutandum. Pag. 743.

L. 21. ἀπὸ Αντίου. Mendosæ lectionis, quam dabant scripti libri, nullam ne mentionem quidem in Var. Lect. fecit C. Stephanus. De *Fortunæ templo Antiensi* vid. Cluv. Ital. ant. p. Pag. 744.

prænomen fuerit, non *Lucio*, ut voluit Freinshem. Cf. ad p. 783, 88.

Cap. XXVII. Lin. 72. χρωμένους. „An *mutuo dantes?*" *Pag.* 747. MUSGRAV.

Cap. XXVIII. Lin. 81. „Omittit Gelenius interpretationem horum verborum, οὐκ ἀμυνόμενος αὐτούς. Sonant autem idem quod διὰ τὸ οὐκ ἀμύνεσθαι αὐτούς. Cæterum quum scriptum sit εἰς ἀσθένειαν ἢ ἀτολμίαν, idem locum hunc ita vertit ut si scriptum esset, εἰς ἀτολμίαν, τὴν δ' ἀσθένειαν, vel τὴν ἐξ ἀσθενείας, vel (ut omnino Latina ejus verba exprimantur) εἰς ἀτολμίαν, τὴν ἐκ τοῦ ἀσθένειαν ἑαυτῷ συνειδέναι. [*Ut parum audacem, infirmitatis conscientia.*] Sed non video cur a verbis Appiani vel tantillum recedere oporteat: quum ἀτολμία possit etiam esse, & quidem sæpe sit, ibi quoque ubi nihil minus est quam ἀσθένεια." H. STEPHANUS.

L. 86. „Non placet ista, πλὴν τῆς γνώμης, sic a Gelenio *Pag.* 748. reddi, *modo sana mens adsit.* Quum enim negat Cæsar mentem sibi ἰᾶσθαι, non intellexit (ut opinor) haud sanam esse, sed non esse vegetam & alacrem. Ac videtur huic meæ expositioni assentiri quod subjungitur, οὐ γὰρ ἡδύ μοι πολ. Quum enim quis facere quidpiam cogitur quo non delectatur, ei mens quidem sana esse potest, sed non vegeta, aut saltem non alacris." H. STEPH.

L. 94. „Hanc lectionem, μηδὲ ἀδικεῖσθαι πρὸς Αντωνίου, agnoscit & Candidus: quæ tamen suspecta mihi est. Fortasse autem scriptum ab Appiano fuit, μηδὲ ἀδικεῖσθαι πρὸς Αντωνίου θέλειν, vel βούλεσθαι." H. STEPHANUS. Non video cur suspecta Stephano fuerit vulgata lectio. Hoc sane consulto præ se fert Cæsar, se Antonium (Triumvirum) non lædere, nec de eo conqueri; sed a fratre ejus Lucio bello peti.

Cap. XXIX. Lin. 3. τὸ Πραινεστόν. Rectius fuerit τὸν Πραινεστόν. Certe apud plerosque vulgo græcos Scriptores in masc. gen. frequentatur hoc nomen: & sic apud Nostr. Civ. I. pag. 132, 29. est Πραινεστός. *L.* 14. δι' ἑτέραν γνώμην, *alio* *Pag.* 749. *consilio.*

Pag. 750. CAP. XXX. Lin. 24. Φουρνίου. Correxit Gelenius. Et in verum nomen infra p. 765. & deinceps, conſentiunt mſpti
Pag. 751. & Editi. Γαΐου Φούρνιον vocat Dio XLVIII. 13. L. 39. ἀντὶ τῆς τυραννικῆς. Sic C. STEPHANUS (quum edidiſſet ἀντὶ τοῦ, τυραννικῆς) in *Var. Lect.* „forte ἀντὶ τῆς τυραννικῆς." MUSGRAVIUS plane fortaſſe delenda illa verba ſuſpicatus erat.

CAP XXXI. Lin. 43 *ſq.* ἀποικίδων Art. πόλεων. Cf. p. 437, 37. Sic & MUSGRAV. dubitanter tamen: „forte
Pag. 752. ἀποικιδῶν." L. 55. δείσας ἐπὶ τῷ Σαλῷ. Utique περὶ legendum videtur. Eumdem errorem notavimus Civ. III. 421, 67. L. 56. Σούτριον. Vid. CLUVER. *Ital. ant.* p. 554 ſq. *Inſubres* poſuerat Gelenius.

Pag. 753. CAP. XXXII. Lin. 78. παριόντες. Sic & MUSGR. correxit. L. 84. Τισιηνὸν. *Tiſienum Gallum.* Vid. Dion. XLVIII. 13. & ibi Fabric. Idem deinde Sexto Pompejo ſe junxit. Dio XLIX. 8. Appian. infra, pag. 847, 70. & 863, 30 ſq. ubi in veram ſcripturam Τισιηνὸς conſentiunt ſcripti noſtri & Editi. *Titinium* h. l. poſuerat Gelenius.

Pag. 755. CAP. XXXIII. Lin. 6. ἐς Σπωλήτιον. Sic jam Gelenius legendum viderat: *Spoletium.*

Pag. 756. CAP. XXXIV. Lin. 26 *ſq.* διεκπαίσων. Vidit & MUSGR.

Pag. 757. CAP. XXXV. Lin. 37. αὐτοὺς in αὐτὸν præter neceſſitatem mutatum voluit MUSGR. L. 52 *ſq.* οὐ δυνηθεὶς. An οὐδὲν δυνηθεὶς? ſicut Ann. 275, 88. μηδὲν δυνηθεὶς. An ita dictum, ut οὐκ ἤνυεν Pun. 459, 66. pro οὐδὲν ἤνυεν?

Pag. 759. CAP. XXXVI. Lin. 72. σιδηρόν τε. σιδηρόν τε Edd. & Aug. h. l. nullo accentu in prim. ſyll. L. 75. πύργοι πλυκλοὶ. Vid. ad Hiſp. 217, 67. L. 81. μολοβδ. Sic cum Editis h. l. Aug. ex quo alibi μολυβδ. edidi, quod perinde eſt. Vid. ad Mithr. 685, 33. L. 84. ἐπειδὴ δέ τινας. Mendoſum hunc locum eſſe adnotavit MUSGRAV.

Pag. 760. CAP. XXXVII. Lin. 99. ὑπὸ τῆς ὕψεως. Sic & MUSGR.

P. 762 *ſq.* CAP. XXXIX. Lin. 40. ἐπειρώμην. Et hoc vidit MUSGR. L. 44. πιεζήσειν, ὁρῶντα. „δέχεσθαι ἂν, ὁρῶντα." MUSGR.

CAP. XL. Lin. 76. εἶπεν ἅπασιν. Forſan, εἶπεν ἐν ἅπασιν. Sic Candidus, *in conſpectu omnium:* & Gelenius, *publice.* Pag. 765.

CAP. XLII. Lin. 7 *ſq.* καὶ τῆσδε τῆς αἰσχύνης &c. „Gelenius vertit, *& ab hac ignominia facile me ipſemet eximerem.* Eodemque ſenſu dici potuiſſet *liberarem* pro *eximerem.* Sed quoniam aliquis ſe eximit ſeu liberat ignominia in quam incidit, malim reddere, *facile hanc ignominiam vitarem*, ſive (ad exprimendam vim illarum vocum παρ' ἐμαυτοῦ) *facile ipſemet mihi rationem vitandi hanc ignominiam invenirem.* Intelligit autem de illa vitandi ignominiam ratione, ad quam confugiunt qui ſibi mortem conſciſcunt." H. STEPH. Pag. 766.

CAP. XLIII. Lin. 26. „Fortaſſe ſcriptum fuit ὅμως ὡς ἀναγκαίων. Sed & πρὸς καιρὸν ſcribendum puto." H. STEPH. Pag. 768.

L. 36 *ſq.* ἐλθὼν ἐπὶ Ρώμην. Vide pag. 750, 30 ſqq. MUSGRAVIUS „ἐπὶ ῥώμην" ſcribere juſſit; ἐλθὼν ἐπὶ ῥώμην, puto, intelligens, *vi rem adgrediens.*

L. 47. „Scribe κεκράτηκας." H. STEPH. Sic & MUSGR. Pag. 769.

L. 48. „Suſpicor ſcriptum fuiſſe, καὶ ἀμύνεσθαί με δῶν ἀδικοῦντα." H. STEPHANUS. *L.* 49. „Non dubito, quin νικῆσαι vertere oporteat in νικήσαντα, & cum ἡγεῖσθαι non quidem repetere ἔδει, ſed ſubaudire δεῖ, ex illo ἔδει factum." H. STEPHANUS. Aliter MUSGRAV. „νικῆσαι δὲ, ὅτι μὲν ἐχθρός εἰμι τῆς πατρίδος, καμὲ ἄγεσθαι πολέμιον."

L. 51. „At huic loco, cui deeſſe aliquot verba videmus, quam afferre opem poterimus? Neſcio an eo auxilio quod conjectura mea afferet, contentus lector erit: ſed eam tamen proponam. Quum igitur ita ſcriptum locum hunc habeamus ut aperte ſit mutilus, ego, defectum ex conjectura ſupplens, pauca hæc, ἃ ἔδοξα συνοίσειν αὐτῇ, βουληθέντα δὲ διὰ λιμὸν, ita extendo, ἃ ἔδοξα συνοίσειν αὐτῇ βουληθέντα μὲν πρᾶξαι, οὐ δυνηθέντα δὲ, διὰ λιμόν. Non oportet autem cum πολέμιον repetere genitivum τῆς πατρίδος, ſed potius intelligere, *hoſtem tuum;* ut totus locus ita reddatur: *At victoria potitum, ſi quidem inimicus es patriæ, me quoque judicare hoſtem tuum oportet: quippe qui voluerim quidem facere quæ illi conducere*

rurſus ad pag. ſeq. l. 11. *Fuſio*: ſed in antiqua Veneta recte *Fuſius*, & *Fuſio*. Pag. 778.

L. 10 *ſq.* Κελτ. ἐπ' αὐτ. καὶ Ιβηρίαν, καὶ τάσδε οὔσας ὑπ Αντωνίῳ. Non ſatis patet, quo pacto *Hiſpaniam ſub Antonio fuiſſe* dicat, quum ex priori provinciarum inter Triumviros diviſione, (Civ. IV. c. 2.) Lepido Hiſpania ceſſerit, quam is abſens per legatos adminiſtravit; (ib. c. 3.) ex altera autem diviſione Cæſari eadem Hiſpania obvenerit: (Civ. V. cap. 3.) quare & Carinatem Cæſaris nomine Hiſpaniam adminiſtraſſe ait Noſter cap. 26. p. 746. & Salvidienum ab eodem Cæſare cum ſex legionibus in Hiſpaniam miſſum c. 20. extr. p. 739. & c. 27. p. 746. coll. p. 743. l. 16. Nempe ex his locis inter ſe collatis (quibus adde pag. 743, 18 ſq.) intelligi videtur, Cæſarem, poſtquam Lepido Hiſpaniam abrogavit, Carinatem quidem ad illam ſuo nomine occupandam miſiſſe, ſed hunc totam provinciam obtinere non potuiſſe; ſive quod Antoniani, qui Galliæ præerant, eam præripuiſſent; ſive quod Lepidi legati, Antonium pluris quam Cæſarem facientes, moniti a L. Antonio, provincia cedere noluiſſent Cæſari. Quare etiam Salvidienum cum majoribus copiis in Hiſpaniam miſerat Cæſar; ſed, exorto bello cum L. Antonio, eum ex itinere revocare coactus erat. Quidquid ſit, difficultatem, quam offert hic locus, parum feliciter ſolviſſe VAILLANTIUS videtur, cum in *Numiſm. æneis Imperat. in Coloniis* T. I. pag. 8. nomen Ιβηρίαν aut exponendum h. l. *Galliam Narbonenſem* contendit, aut in ἑτέραν mutandum.

CAP. LIII. Lin. 40. μετὰ τῶν γεωργ. Sic & MUSGRAV. repoſuit. *L.* 53. Σκριβωνίᾳ. Conf. Sueton. c. 62. P. 780 *ſq.*

CAP. LIV. Lin. 62. Pro mendoſo ὑπομενηκώς, MUSGRAVIUS ὑπηρετηκώς conjecerat: C. STEPHANUS autem in *Var. Lect.* „ forte πεπολεμηκώς. *L.* 87. Πεδουκαίου. Recte jam olim Gelenius, ſicut alia permulta probe, ſic & hic *Peducæi* poſuerat. *L.* 88. Λευκίου. *Lucium Carinatem* interpretatur FREINSHEM. *Suppl. Liv.* CXXVII. 8. nullam, quoad equidem video, auctoritatem ſecutus, ſed ex mera conjectura, ut videtur; Carinatem illum intelligens, cujus pag. 746, 54. Pag. 782. Pag. 783.

Pag. 783. mentio facta: ſed an illi fuerit *Lucio* cognomen dubitari poterit, nec omnino *Lucium* aliquem *Carinatem* his temporibus alii Scriptori memoratum video. Quare temere hoc nomen *Carinatem* in lat. verſ. h. l. a me receptum fateor, deletumque malim. Videtur autem vel corruptum hic nomen Λεύκιος eſſe vel intercidiſſe cognomen: nam quum L. Antonium ſolo prænomine Λεύκιος deſignet Appianus, non videtur eodem loco alium virum pariter nudo prænomine voluiſſe adpellare.

Pag. 785. *CAP. LV. Lin.* 21. ἐς Παλάντια. Nil mutant libri. Pariter Cand. *in Paloëntam.* FREINSHEMIUS, *CXXVII.* 16. *Valetium* intelligendum ſuſpicatus eſt, Calabriæ oppidum, haud procul Brunduſio, cujus nomen & Valentium & Balentium ſcriptum aliàs invenitur: de quo vid. Cluver. Ital. ant. p. 1244. Auctores vero Hiſt. Univerſ. Angl. Tom. XII. verſ. German. §. 25. in ora Epiri quærendum iſtum portum ſtatuerunt.

Pag. 786. *CAP. LVI. Lin.* 38. Μηνόδωρον. Frequens hujus *Menodori* inferius fit mentio. Μηνᾶν, *Menam*, eum vocat Dio XLVIII. 30. & deinde conſtanter. *L.* 39. Σαρδῶ, Καίσαρος οὖσαν. Vide ad p. 743, 18 ſq. *L.* 41 *ſq.* Σιποῦντα. Sic h. l. & rurſus pag. 788, 72. legendum eſſe docuit CLUVERUS, *Ital. ant.* p. 1212. Proclivis erat ex litera Π in ΓΙ tranſitus.

Pag. 787. *CAP. LVIII. Lin.* 63. ἀπομάχεσθαι, intell. τοὺς πολεμίους. Perſpicuitatis cauſa ſuperiora hoc modo diſtingui potuerant: ὡς, πολὺ μείονας ἔχων, ἀσφαλῶς ἀπομαχ. Quum vulgo πλείονας, pro μείονας, legeretur, locum iſtum ita reddidit Gelenius: *Antonius munitionibus ſuperior, a quibus majorem etiam tum* [exercitum] *arcere poterat, exercitum propere vocavit*
Pag. 788. *è Macedonia. L.* 75. Σειρούλλιος. *P. Servilius Rullus.* Dio XLVIII. 28. *L.* 76. χιλ. καὶ πεντακ. In hunc numerum mox *l.* 79. conſentiunt omnes.

Pag. 789. *CAP. LIX. Lin.* 92. οἱ δὲ τὴν ἀποτείχισιν. Monuerat C. STEPH. „forte δὲ τὴν ἀποτείχισιν." Et ſic correxit MUSGRAV. monuitque delenda fortaſſe deinde quæ repetuntur duo verba τοῦ Βρεντεσίου. *L.* 96. τὴν γνώμην. Importunam præpoſ.
Pag. 709. ἐς deleverat etiam MUSGRAV. *L.* 4. ἀθυμῆσαι, *acerbiſſime*

tuliſſe. *L.* 5. τὸν νόσον ἐκνῦσαι ἐπιτρίψαι. Gelenius, *morbum accivisse.* Mihi probabilius viſum eſt, *protraxiſſe, aluiſſe auxiſſeque.* Rurſus eadem phraſis p. 794, 84. *Pag.* 790.

CAP. LX. Lin. 28 *ſq.* Pro οὐδὲ τοὺς φίλους MUSGRAV. reponere juſſit οὓς οὐδὲ. *Pag.* 791.

CAP. LXI. Lin. 34. τὸν τὸν ἀδελφὸν. *L. Antonium.* Nam per animi adfectum Cæſar ita hæc verba ad Coccejum faciens infertur, tamquam cum ipſo Antonio, a quo hunc ad ſe miſſum putabat, coram loquereturr. *L.* 38. Non video, cur οὐ γὰρ h. l. in ἢ γὰρ mutatum voluerit MUSGRAV. *Pag.* 792.

L. 40. Pro mend. ἀνιστάμις, quod in edit. 1. hic legebatur, ἂν αὖθις reponendum ſuſpicatus erat MUSGRAV.

CAP. LXII. Lin. 62. ἡ δὲ ψῆφος. Sic & MUSGR. „aut ἡ δὲ ψῆφος, aut mox κατ' ὀρθὴν pro κατ' ὀργὴν." *Pag.* 793.

CAP. LXV. Lin. 29. „Κοδρόπολιν τῆς Ἰλλυρίδος. Hanc urbem Κοδρόπολιν nemo Geographorum aut Hiſtoricorum novit: ideo non dubito mutare, & legere Σκόδρον πόλιν. *Scodra* fuit urbs celebris in Illyride, de qua meminere inter antiquos Polybius in Excerptis Legat. cap. 76. ubi nunc male Σκάρδα [Σκέρδα] legitur. Sed T. Livius, qui ab eo habet, ter *Scodram* nominat, lib. XLIV. [31 ſq.] & ait, Gentium regem Illyriorum pro totius regni arce eam ſibi ſumpſiſſe, & eſſe Labeatum gentis longe munitiſſimam. Ptolemæus eam poſuit Tab. V. cap. 17. Ea nunc paululum immutato ſono *Scutari* dicitur, nobilitata ſui excidio, quod poſt conſtantiam mirabilem & multos Turcarum aſſultus tandem paſſa eſt ſuperioribus ſeculis." JAC. PALMERIUS. *Pag.* 796.

L. 34 *ſq.* εἰ μή τι συμβαίνοι. Videtur exponendum, *niſi quid* (*ipſis cum illo*) *conveniret.* Cf. p. ſq. l. 50 ſq. Sic fere Candidus, *ni una convenirent.* *L.* 42. ἀναστέλλειν Παρθυαίους. Cf. ſupra c. 10. p. 724-726. *Pag.* 798.

L. 43. Λαβιηνὸν τοῦ Ἀπ. Hic, quum a Bruto Caſſioque ad petendum a Parthis auxilium fuiſſet miſſus, nuncio cladis Philippenſis accepto, apud Parthos manſerat. *L.* 45 *ſq.* Ἃ μὲν δὴ Λαβιηνός τε &c. Hæc in eo Libro, qui pro *Appiani Parthica Hiſtoria* (jam *pridem* qui-

Julia? Scribonii Libonis filia uxor erat Sex. Pompeji, nec de alia ejuſdem uxore legimus: atqui illa *Julia* non erat. Matrem Antonii Juliam fuiſſe; item aliam Juliam, ſuperioris Cæſaris filiam, Pompeji M. uxorem, conſtat. Hoc loco nomen Ιουλίας videndum ne ab imperito ſciolo intruſum ſit. Pag. 806.

L. 82. ἐς τὸ ἀμφικλυσθὲν Δικαιαρχίων χῶμα. Forſan ἐς τὸ ἀμφικλ. &c. Molium Puteolis in mare productarum meminit Strabo lib. V. p. 245. D. & alii quos citavit Cluver. Ital. ant. p. 1138 ſq. Circa Miſenum, quod haud procul abeſt a Puteolis, fœdus hoc eſſe factum, Vellejus II. 77. Plutarch. Anton. p. 930. & Dio XLVIII. 36. referunt: & Dio quidem Antonium & Cæſarem in continente, Pompejum ἐν χώματί τινι περιῤῥύτῳ, in hoc ipſum recens congeſto, ſtetiſſe ait. Proxime Puteolos congreſſum hunc eſſe factum, rurſus Noſter ſignificat p. 810, 50 ſq.

L. 95 *ſq.* τῆς μεγίστης ἱερωσύνης ἐς τοὺς ἱερέας ἐγγραφῆναι. *Maximi ſacerdotii pontifices*, *Augures* dicit, quos alibi τῶν σημείων ἱερεῖς vocavit, Civ. III. 402, 53. De Pompejo Dio XLVIII. 36. eamdem rem narrans, de qua hic Appianus agit, οἰωνιστὴν ἀποδειχθῆναι ait. Pag. 808.

CAP. LXXIII. Lin. 27. Μαρκέλλῳ, τῷ προγόνῳ μὲν Αντωνίου. Cf. p. 797, 20 ſq. Pag. 809.

CAP. LXXIV. Lin. 45. ἐκκλίνοντες τὸ φορτικὸν. Gelenius, *ne urbanis eſſent oneri.* Freinshem. CXXVII. 42. *dubium, impenſam ne, an invidiam, vitantes.* *L.* 47 *ſq.* ἡγούμενοι σφίσι τοὺς γεωμόρους &c. Gelenii tenui verſionem. Candidus: *Nam eandem tellurem ſimul vendicantes, ut implacabiles hoſtes affuturos, - - formidabant.* Pag. 810.

CAP. LXXV. Lin. 62. Ιδουμαίων. „Ιουδαίων" maluit MUSGRAV. *L.* 63. Ἡρώδην. Clamat SCALIGER, *Animadv. ad Euſeb. Chronol. num.* MDCCCCXCII. *pag.* 168. „imperite ab Appiano Herodem M. in eis Regibus poni, qui ὑπήφοοι Romanis fuerint. Numquam Herodes, ait, Cæſari tributarius fuit. Hoc ſi verum eſſet, ejus clara exſtarent in Joſepho indicia; ex cujus libris palam eſt, Herodem nihil minus quam ſtipendiarium populi Romani aut tributarium Cæſaris Pag. 812.

Pag. 811. fuiſſe. In ejuſmodi non ſemel lapſum Appianum deprehendimus. Quare audiendus non eſt." Conf. eumd. ibid. ad Ann. MMXXI p. 177. B. At, verum ſi quæris, nihil aliud dixit Appianus, niſi *ab Antonio regibus his ſtipendia eſſe impoſita*, lin. 61. In quo, Herodem quidem quod adtinet, non valde diſſentientem ab Appiano Joſephum video, qui, *Antonium Herodi hoc perfeciſſe, ut Rex nominaretur*, ſcribit, *propter pecunias quas illi ſe daturum Herodes promiſerat, ſi Rex nominatus eſſet*; Antiq. Jud. XIV. (26). 14, 4. tum rurſus, XV. (10.) 6, 6. in bello Antonii cum Cæſare *pecuniam atque frumentum ab Herode ad Antonium miſſum* diſerte tradit Ceterum anno ſuperiore DCCXIV. Regem nominatum eſſe Herodem, ex Joſepho de Bell. Jud. I. 14, 4. & Ant. Jud. XIV. 14, 5. diſcimus.

L. 66 *ſq.* Παρθηνοὺς. Cf. Civ. IV. 644, 28. & Illyr. p. 831, 20.

Pag. 812. *CAP. LXXVI. Lin.* 76. καθὰ καὶ ἐν Αλεξανδρείᾳ. Vide ſupra cap. 11. *L.* 79. σχῆμα τετράγωνον, i. q. σόλαν τετράγωνον, p. 726, 33. *L.* 83. μεθ' Ἑλλήνων ἡ χειμασία. Incommode ſane hic vocab. χειμασία ſtare videtur, quum, quidquid hoc cap. traditur ad χειμασίαν, quam Athenis egit Antonius, pertineat. Vocab. γυμνασία prælidii nonnihil fortaſſe in his Plutarchi verbis inveniet, Anton. p. 930 ſq. ἐγυμνασιάρχει δὲ Ἀθηναίοις, καὶ τὰ τῆς ἡγεμονίας παράσημα καταλιπὼν οἴκοι, μετὰ τῶν γυμνασιαρχῶν ῥάβδων ἐν ἱματίῳ καὶ φαινασίοις προῆει. Ad verbum ἡ χειμασία hæc notavit MUSGRAV. „ἐχρημάτισε, vel ἡ γυμνασία. Sequentia etiam mendi ſuſpecta. An πανηγύρεις τι θεῶν."

Pag. 813. *CAP. LXXVII. Lin.* 3. Non video, cur MUSGRAVIUS
Pag. 814. κατὰ γνώμης ἄπιστον maluerit. *L.* 8. παντὸς οὕνεκα. Cand. & Gelen. *omnino*. An, *in omnem eventum?*

CAP. LXXVIII. Lin. 21 *ſq.* ἐξοτρύνειν ἐπὶ Μηνοδώρῳ &c. Candidus: *ut in Menodorum irritarent, quaſi dominum in ſervum adhortantes.* Neſcio quid h. l. C. STEPHANUS voluerit, *in Var. Lect.* ſcribens: „forte Καίσαρι ὡς ἔτι." Quum eodem modo in contextu edidiſſet, videtur nunc ἐπὶ pro ἔτι

ſcribere voluiſſe. Bene Gelenius: a cujus verſione h. l. non diſceſſi, & ad cujus etiam mentem Græca emendavi.

L. 27. ὁ πισθότατος τῷ Μηνοδώρῳ. Sic p. 818, 86. τὸν ἔχθιστον τῷ Μηνοδώρῳ. Sed ſicut hic Aug. τῶν Μηνοδώρῳ, ſic & ibi idem pariter τῶν Μηνοδ. Pag. 815.

Cap. LXXXI. Lin. 96. ὑπὸ ῥύμης. Sic pag. ſq. lin. 11. & ſæpe aliàs. Pag. 819.

Cap. LXXXII. Lin. 20. „ καλούμενα. Mendoſum, vel deeſt vos καταβαλλόμενα." MUSGRAV. Pag. 820.

Cap. LXXXIII. Lin. 47. - - εὐθὺς ἐς Σικελ. Sane ſi nocte ea, quæ prælium ſecuta eſt, (l. 41 ſq.) eodem loco, quo pridie, utraque claſſis in ſtatione fuit, non *ſtatim ex acie in Siciliam rediit Democrates:* ne dicam, inuſitatam ſignificationem verborum ἐκ κέρως eſſe, *ex acie.* Dio, de eadem re agens, XLVIII. 47. οἱ Σίξτιλιοι, ait, ἀπῆραν ἐκ τῆς Κύμης. Cf. Noſtr. p. 819, 90. & p. 823, 68 ſq. Pag. 822.

Cap. LXXXV. Lin. 85. Ad verba ἐπεὶ οὐδέ πω κακόν γ' ἀπώλετο, quæ hic vulgo intruſa erant, hæc notavit MUSGR: „ Mendoſa. F. ἐπὶ οὐδενὶ καλῷ ἀπολέσθαι. Sed puto multa deeſſe. Conf. p. 375. l. 26. & ſq. [nobis p. 827, 26 ſq.] Vel pro ἀπώλετο an ἐπαύετο? ut hiatus ſit ante ἔμελλον." Candidus: *nec longe periculum aberat.* Gelenius: *nec enim adverſari fortuna deſierat.* Mihi jambus, ex neſcio quo Poëta, Pag. 824.

ἔμελλ' · ἐπεὶ οὐδέπω κακόν γ' ἀπώλετο.

ad marginem exemplaris alicujus in hac regione (non ſatis quidem video, quo conſilio, quove reſpectu) ſcriptus, temereque in contextum adſcitus videtur. Quo rejecto, omnia plana ſunt.

Cap. LXXXVI. Lin. 89 *ſq.* πυρσαυλίσαντες ἀλλήλους. Si παρακελευσ. legeremus, reponendum foret ἀλλήλοις pro ἀλλήλους, ut p. 828, 53. *L.* 94. Δημοχάρους. Sic recte Aug. ut jam correxerat C. STEPH. qui in *Var. Lect.* monuit: „ exemplaria habebant δημάρχου." Pag. 825.

Cap. LXXXVII. Lin. 16. τῆς ὁδοῦ τειχιζόμενοι. περὶ τῆς ὁδοῦ voluit MUSGR. præter neceſſitatem. *L.* 24. πρόπολοις. Pag. 826.

etiam Appiano noſtro magis conſentit, qui expeditionem adverſus Pompejum in annum ſequentem dilatam ait pag. 836, 77 ſq. Atqui illa expeditio A. U. 718. ſuſcepta: quare *hæ res ad A. U.* 717. *referendæ*, quem annum cum reſiduo anni ſuperioris totum claſſi comparandæ inſumtum fuiſſe Dio ſcribit XLVIII. 49. Pag. 834.

L. 48 *ſq.* MUSGRAVIUS conjectaverat „δυσχερὲς δ' ἐσόμενον αὐτὸ καὶ βαρὺ ἄνευ τοῦ τὴν Ιταλ. εἰληχότος." Aſteriſco verſum hunc notaverat C. Stephanus.

CAP. XCV Lin. 84. τριηρετικοῖς. Sic σκεύη τριηρετικά, Præf. pag. 13, 97 & Pun. 437, 96. Hunc locum tractavit Bayfius de Re Navali p. 74. *L.* 87. ὁ χρόνος αὐτοῖς ἔληγε. Commodius in pluſquamperf. tempore hoc enunciavit Dio XLVIII. 54. ἐξεληλύθει. Ubi Fabricius monuit: „Triumviratus in quinque annos conſtitutus primum fuit, A. U. 710. Itaque jam ante duos annos primum quinquennium exierat." Pag. 837.

CAP. XCVIII. Lin. 40 χειμῶνος ἐτεθνηκ. Forſan ὑπὸ χειμῶνος, *tempeſtate perierunt.* Sic Cand. *ex tempeſtate.* Pag. 840.

L. 43. Ασφαλείῳ Ποσειδῶνι. De hoc Neptuni cognomine conferenda Commentatio Gallandi in *Hiſtoire de l'Acad. des Inſcript.* T. I. p. 152 ſq. *L.* 44. πρόπλοι. De codd. Regiorum lectione monuit C. STEPHAN. in *Var. Lect.* „exempl. habent πρόπλουν." *L.* 52. Αθηναῖον ἄκρον. Recte Gelen. *Minervæ promontorium.* Parum adcurate C. STEPHAN. *in Var. Lect.* ait: „Interpr. Καταναίων." Nam & in Mogunt. & in Veneta Candidi editione eſt „*circa Athenienſium rupes.*" *L.* 56. Ελεάτην κόλπον. Cluver. Ital. ant. p. 1259 ſq. Pag. 841.

CAP. C. Lin. 86. υἱὸς αὐτῶν (θαλάσσης καὶ Ποσειδῶνος) ὑφιστ. καλεῖσθαι. Hinc *Neptunius dux* per jocum vocatur apud Horatium Epod. IX. Pag. 842.

CAP. CI. Lin. 5. οἷα σκηπτὸς ἀφανῶς. Ex hoc loco, ſicuti vulgo legebatur, mendoſa vox σκηπτοφανῶς in Lexica nonnulla temere recepta eſt. Pag. 843.

CAP. CII. Lin. 20. Μινδίῳ δὲ Μαρκέλλῳ. Temere hunc, in cujus nomen libri omnes noſtri conſentiunt, in *Vinidium* Pag. 844.

Marcellum mutavit Gelenius. Mindius aliquis Marcellus memoratur Ciceroni ad Famil. lib. XV. Epiſt. 17.

Pag. 845. *L.* 40 *ſq.* ἐφυλάσσετο, *cavit ſibi ab illo.* Cand. *cuſtodiri juſſit.* Gelen. *adhibitis qui clam obſervarent hominem.*

Pag. 846. *L.* 41. τοὺς δὲ. Sic & MUSGRAV.

CAP. CIII. Lin. 45-47. δύο τέλη μὲν πεζῶν Μεσσάλαν -- τὸν αὐθὶ Ταυρομενίου. Non ſatis mihi plana hæc ſunt: ac miror, ni error ſubſit. Lepidus ad Lilybæum erat, (pag. 840, 49.) quod ſatis longe abeſt a Tauromenio. An ergo hoc dicit: Meſſalam copias ſuas cum Lepido jungere debere, junctiſque copiis verſus Tauromenium proficiſci? De *Meſſala* autem dubium injicere poteſt, quod legimus p. 848, 82 Sed potuerat Meſſala, tranſductis legionibus, redire ad Cæſarem.

L. 49 *ſq.* Σκυλάκιον ὄρος, ὃ πέρας ἐστὶ Ταυρομενίου. An *Scylacium montem* dicit *Cocintum promontorium*; quod in extremitate ſinus Scylacii erat, & *Tauromenio oppoſitum* utcunque poterat dici?

Pag. 847. *CAP. CIV. Lin.* 63. Παπίας. Plennium ad Lilybæum Lepido a Pompejo oppoſitum dixit p. 839, 25. Sed eum nunc Lepidus obſeſſum tenebat: p. 840, 49. De *Papia* conf. p. 849, 94. & ibi adnot. *L.* 70. Τισιηνὸς. Hic olim cum L. Antonio ſteterat: vid. p. 753, 84. Fuit autem, ut videtur, in eorum numero, quos, Peruſia capta, ad Sex. Pompejum tranſiiſſe Dio ſcribit XLVIII. 15. cf. App. 777, 86. De nomine conf. Dionem XLVIII. 13. & ibi Fabric. & Noſtr. pag. 863, 30 ſq.

Pag. 848. *CAP. CV. Lin.* 82. μετὰ Μεσσάλα. Conf. p. 846, 45. & ibi Adnot. *L.* 90. Tolle *comma* poſt Μεσσήνης.

Pag. 849. *CAP. CVI. Lin.* 94. ὡς Παπίᾳ μόνῳ ναυμαχήσων. Modo Δημοχάρει dixerat pag. præc. l. 87. Et Dio, hanc pugnam navalem exponens, XLIX. 2. 3. & Sueton. c. 16. a parte Pompeji non niſi *Democharem* ducem nominant. De Demochare vid. ſupra p. 821, 34 ſqq. & p. 823, 64 ſqq. De Papia vid. p. 847, 63. & 73. *L.* 14. πηδάλια. Correxit etiam MUSGR.

Pag. 850. *L.* 15. „ἀπεχώρουν. An ὑπεχώρουν?" MUSGRAV.

L. 17. ὡς βραχυτ. ἀνύκοπλον, *ut minores retundebant.*

CAP. CVII. Lin. 27 *ſq.* ἀπολήφθησαν, *intercluſi ſunt, exitus eis intercluſus eſt.* Pag. 851.

CAP. CIX. Lin. 79. Ονοβάλαν. Vibio Taurominius fluv. dicitur. Vid. Cluver. Sicil. ant. pag. 93. *L.* 80. Αρχηγέτην. Αρχηγέτην *Apollinem* vocabant Naxii coloni, quia coloniæ deducendæ *dux & auctor* fuerat. Vid. Thucyd. VI. 3. Cluver. l. c. Spanhem. ad Calim. H. in Apoll. v. 57. Pag. 854.

L. 81. Ναξίων τὸν θεὸν. Ex margine in textum intruſa (ac dein vulgo corrupta) hæc verba mihi videntur.

CAP. CX. Lin. 1. ἐς Κόκυνον ἄκραν. Ignotum aliàs, ac fortaſſe mendoſum nomen. Ortelius (referente Cluv. Ital. p. 1301.) *Cocintum* promontorium intelligi putavit illud, a quo ſinus Scylacius incipit, quod aliàs & Cæcinum & Carcinum adpellatum legimus. Cluverus autem, neſcio quo documento confidens, l. c. pag. 1305. ait: „Apud Appianum Bell. Civ. lib. V. legitur vocabulum Κόκυνον pro Πάχυνον.“ Sed vereor, ne utrumque promontorium, & Cocintum Italiæ & Pachynum Siciliæ nimis longe abſit a Tauromenio, quam ut alterutrum h. l. ab Appiano dictum intelligi poſſet. Pag. 855.

CAP. CXI. Lin. 28. Si ab Appiani manu h. l. eſt ἐπιχείρει, oportet paulo ante aliquid exciderit, poſt ἀνεταίδων: nempe, cum his qui ad Cornificii caſtra ſe receperunt, hoſtes ſimul adverſus eadem procurriſſe. Pag. 856.

CAP. CXII. Lin. 35. τὸν Ακάλαν λιμένα. Portus nemini, præter Appianum, memoratus. Cluvero, ex mera conjectura, idem portus videtur, quem Βκλαρὸν ſuperius nominatum vidimus p. 640, 66. *L.* 39. ἐσλαλμένον. An idem quod συνεσλαλμένον? Heſychius. ἐσλαλμένον· ἐξεφθαρμένον. *L.* 48. ἐπὶ τοῦ πρώτου. An ἐπὶ τοῦ παραπλου, *qui tres legiones habuit ad trajiciendum in Siciliam paratas?* Pag. 857. Pag. 858.

CAP. CXIII. Lin. 56. Μεσσάλας δὲ οὗτος ἦν &c. Vide Civ. IV. cap. 38. & c. 136. *L.* 72. ψιλῶν. Vidit etiam MUSGR. Pag. 859.

CAP. CXIV. Lin. 76. ἦν γύναια πυρὸς λέγουσί ποτε &c. Vid. Thucyd. lib. III. cap. 116. & Diodor. Sic. XIV. 59.

L. 77. κατιόντας. Cogitaverant κατιόντα ſc. γύναια. Sed bene

Cap. CXXVIII. Lin. 71. στρατοῦ δὲ γέρα, χωρία. Hæc H. Stephani emendatio magis utique placet, quam Musgravii, qui posuit „στρατοῦ δ' ἐτέρων χωρία." Candidus, *exercitui agris & pecuniis opus esse, non ludicris:* videtur vulgatam lect. ante oculos habuisse. *L.* 74. εἰ δὲ ἀμφὶ τὸν χιλίαρχον ἦσαν, *canebant.* Sed nec hoc satis placet. Videndendum, an melius quid meliores dent libri. Miror, ni interciderunt hic verba nonnulla. Nihil subsidii Candidus offert: *aderant & circa tribunos ea collaudantes.* Pag. 877.

Cap. CXXIX. Lin. 99. ἐπὶ νεῶν. An ἐπὶ τῶν νεῶν? scil. Αντωνίου, de quibus paulo ante. Pag. 878.

Cap. CXXX. Lin. 8. ἐς τότε. Forsan ἐς τὸ τότε. Pag. 879.

L. 14. πομπὴν. *Ovationem*: sic Freinshem. CXXIX. 40. Conf. Sueton. Octav. c. 22. & Dion. XLIX. 15. Sed Gelenius, *thensam in Circensibus*; quem honorem & superiori Cæsari tributum refert Sueton. Jul. c. 76. Cf. App. Hisp. p. 127, 50.

L. 15. ἐπινίκιος, *triumphalis.* ἐπὶ κλοὶ voluit Ursinus, *in Famil. Rom. p.* 272. edit. Patini.

Cap. CXXXII. Lin. 53 *sq.* εἴλοντο δήμαρχον ἐς ἀεί. Multo demum post, nempe A. U. 731. tribunatum perpetuum Octaviano Cæsari tributum esse, monuit Fabricius ad Dion. XLIX. 15. coll. Dion. LIII. 32. Sed, licet non nomine, re tamen jura potestatemque tribunorum jam nunc ei collata esse, ex ipsius Dionis verbis XLIX. 15. intelligitur. Itaque & Orosius VI. 18. extr. *Ovans*, inquit, (*ex Sicilia*) *Urbem ingressus, ut in perpetuum tribunitiæ potestatis esset, a senatu decretum est. L.* 56. Βύβλον ἀπ. πρὸς αὐτὸν ἐντυχεῖν ἰδιᾷ. *Bibulum abeuntem monuis ut Cæsarem conveniret.* Poteram, ut jam aliàs monui, Βίβουλον edere; quod & paulo rectius fuisset. Cum de nomine, tum de re, conf. Civ. IV. 581, 46-48. Non erat autem, cur in hoc loco hæsitaret Musgrav. qui ad verba Ὁ δὲ Βύβλος hæc notavit: „An ὧδε, connectendum cum præcedentibus?" Pag. 882.

Cap. CXXXIV. Lin. 90. ἐχρημάτιζεν. Correxit etiam Musgrav. monente H. Stephano, cujus ad h. l. hæc est Adnotatio: „Videri possunt ambo interpretes in iis quæ ora- Pag. 884.

Pag. 884. tionis hujus initium proxime præcedunt, aliam lectionem ſequuti quam hanc, ἐλθοῦσι δὲ τοῖς πρέσβεσιν ἐχρημάτιζον, ἀγγέλλουσιν οὕτως. Pro his enim apud P. Candidum iſta legimus, *Legati a Pompejo venientes his verbis feruntur uſi.* Apud Gelenium autem hæc, *Legatorum Pompeji hæc fuit poſtulatio.* Ego tamen lectionem noſtram eſſe germanam exiſtimo, & mendo carere, ſi modo quis ἐχρημάτιζον in ἐχρημάτιζεν mutet, quum nominativus Ἀντώνιος ſubaudiri debeat. *Quum autem* (inquit) *legati adveniſſent, Antonius cum iis egit, ita legationem ſuam exponentibus.*"

L. 95. „Poſt ὑπὸ σοὶ [ubi vulgo merum inciſum ponebatur] ponenda eſt ſtigme τελεία: etiamſi nec apud [Gelenium] interpretem (ut hac de re ſemel monearis) poſita ſit. Atque idem & in aliis pleriſque locis horum præſertim poſteriorum librorum de bellis civilibus, peccatum eſt, ſequendo editionem Pariſinam. In iis enim magis quam in prioribus, & quam in cæteris etiam opuſculis, editionem illam hæc ſequuta eſt." H. STEPHANUS.

L. 98 *ſq.* „His verbis, οὔτ' ἂν ὁ Πομπ. reſpondent iſta, οὔτ' ἂν σὺ ἤτησας. Ideo hæc, οὐ γὰρ ἂν Καίσαρι τὰς ναῦς κατ' αὐτοῦ παρέσχες, parentheſis includenda notis fuerunt, ne cui negotium faceſſerent. Idemque apud interpretem fieri debuit in his, *Non enim claſſem præbuiſſes contra eum.*" H. STEPH.

Pag. 885. *L.* 4. ἐν καιρῷ. „Hæc verba non junguntur cum participio δεξάμενον, ſed cum altero illo γενόμενα, ideoque ponenda hypoſtigme poſt ταῦτα." *Idem* STEPHANUS.

CAP. CXXXV. Lin. 11. σὺ νῦν. Sic jam C. STEPH. monuit in *Var. Lect.* „Vide num ὁ σὺ abundet." *L.* 18. ἀλλ' ὑπομιμνήσκει &c. „Aliquid ſibi permittit hic Gelenius, ultra hanc lectionem: quum vertit, *ſed admonet quantum obfuerit non miſſus exercitus.* Sed multo plus circa hunc locum ſibi alter interpres permittit, (neque enim aliam ſequutum eſſe lectionem puto) & quidem hoc etiam, ut quæ hic de non miſſo exercitu dicuntur, cum ſequenti periodo connectat: quum tamen ſententiam omnino ab his ſeparatam contineat." H. STEPHANUS.

L. 20. μετὰ τῶν νεῶν ἃς ἔτι ἔχει. Plures oportet ei naves fuisse, quam illæ septemdecim supra memoratæ, p. 869, 38. Et plures mox se ei ex Sicilia profugienti junxisse, Dio scribit XLIX. 17. Cf. Nostrum p. sq. l. 43 sq. *L.* 21. „Scribendum est, καὶ οὐδ' ἐν τῇ φυγῇ καταλιπόντος. Fortasse autem & pronomen αὐτὸν ante καταλιπόντος Appianus scripserat: quod tamen & subaudiri potest." H. STEPH. *L.* 24. „Particulam καὶ ante ὅσον οὔπω desiderari puto." IDEM. *Pag.* 886.

CAP. CXXXVII. Lin. 46. Αμύνταν. Pisidiæ regem ab Antonio constitutum. Vid. p. 811, 63. *L.* 48. ἐς αὐτὸν. Sic & MUSGRAV. Sed legendum utique ἐς Αντώνιον censeo. *Pag.* 887.

L. 51. ἐλπίζων, ἐς ἀντίδοσιν αὐτ. ἐξ. μοιρ. Αηνοβ. Miror, an hæc satis emendata sint aut integra. Candidus: *sperans, ad ejus restitutionem Ænobarbum magna ex parte conferre posse.*

CAP. CXXXVIII. Lin. 76 *sq.* προσδεχομένων δὲ &c. Videtur utique, sicuti monuit Musgravius, mendosa aut mutila esse oratio. Audiamus interim interpretes. Candidus: *Id cum in Mysiis, Propontide, ac aliis finitimis in locis vulgaretur, egeni &c.* Gelenius: *quumque supplementum acciperent e Mysia, Propontide, ceterisque locis, egeni homines &c.* *Pag.* 889.

CAP. CXXXIX. Lin. 98. συνοισομένους. Sic & Cand. legit, qui exposuit, *quasi cæteris ad congrediendum in terra potiores.* Sed omnino συνοισόμενος puto legendum, scil. τοῖς πολεμίοις, *pugnaturus.* Sic ὡς ὁμοῦ πᾶσιν ἀμυνούμενος τὸν Σκιπ. Hisp. 130, 90. *Pag.* 890.

CAP. CXLII. Lin. 52. ἠδόξει. Sic pag. sq. l. 76. ἀδοξήσας. De hoc verbo dixi ad Syr. 597, 39. & ad Civ. IV. 684, 85. *Pag.* 893.

L. 57. ὅδε καὶ Αμύντᾳ. Nescio quid importuni h. l. habet illud pronomen ὅδε.

CAP. CXLIV. Lin. 7. ἐφ' ἑαυτοῦ. Malim ἀφ' ἑαυτοῦ. Sed & hoc ferri potest. Sic fere & p. 885, 13. τάδε εἰκὸς μὲν καὶ σὲ προορᾷν ἐπὶ σεαυτοῦ. *L.* 8-10. μὴ τὴν αἰτίαν Αντωνίου καὶ Καίσαρος ἐς ἀλλήλους διδῷ Πομπηΐος, καὶ Κλεοπάτρα Πομπηΐῳ συνεργοῦσα ἀνατρίψειεν. Quid potissimum hic scripserit *Pag.* 896.

Vide

impeditam omnino

quare & in cod. Reg. 4.

debuit, non Reg. B.) punctis

enda esse ista verba ἔδοξε δὲ, quae

at exemplari. Ceterum nec sic satis

ic omnia videntur. Post τέλος recte

scripti libri. Neque obscurum hoc qui-

ὑνάγειν τὰ Ἰλλυρικὰ ἐς τέλος, scil. res Illyricas

finem usque persequi, atque eodem libello

ic Pun. 307, 46 sq. τὰ δ' ἐν Λιβύῃ γενόμενα ἀπ'

η γραφὴ) συνάγει. Hisp. 176, 85 sq. καί μοι δοκεῖ

θου πόλεμον - - συναγαγεῖν, ἀναθέμενον εἴ τι τοῦ αὐτοῦ

περὶ Ἰβηρίαν ἄλλο ἐγίγνετο. Adde Hisp. 180, 58. Civ. I. 49,

q. Sed quæ præcedunt, τοῦ χρόνου καθ' ὃν ἐλήφθησαν συνά-

ντος, hæc quidem verba non pariter in plano sunt. Et ἐλήφ-

θησαν quidem a Gelenio expositum video, *Romanis sunt sub-*

ditæ; sed ea notio, quamquam sæpius aliâs huic verbo subje-

cta, (v. c. Illyr. 851, 32. Hisp. 145, 60. Civ. I. 9, 38.) locum

nunc habere non potest, quoniam τὰ Ἰλλυρικὰ, ad quem no-

minativum refertur illud verbum, non sunt ἔθνη Ἰλλυρικὰ,

gentes Illyricæ, sed Ἰλλυρικὰ πράγματα, *res Illyricæ*, *res a*

Romanis in Illyria gestæ. Itaque, sicut λαμβάνειν ἔργον signi-

ficat *opus suscipere*, sic τὰ Ἰλλυρικὰ ἐλήφθησαν, licet geminus

plane huic locus apud Appianum non succurrat, nil aliud

nunc denotare posse videtur, nisi, *res Illyricæ* (*a Romanis*)

susceptæ sunt, *Romani inceperunt res gerere in Illyria*. At

vero, ut ad reliqua pergam, illud inprimis importunum vide-

tur, quod non de se Appianus dicit, *se res Illyricas in unum*

libellum congessisse, sed τοῦ χρόνου - - συνάγοντος αὐτὰ: quod

quidem nisi metonymica quadam ratione, quæ duriuscula ta-

men utique foret, dictum intelligi potest pro ἐμοῦ συνάγοντος

Dubitandum nullo modo videtur, quin recte a cod. Aug. absint verbà ἔδοξε δὲ, quæ post ἐλήφθησαν vulgo inserta erant. Nam verbum προαναγράψαι, quod *l.* 18. sequitur, satis manifeste pendet ab illis, quæ initio hujus ῥήσεως leguntur, καί μοι ἔδοξε τὰ Ἰλλυρικὰ: & non modo non opus erat repetere hoc verbum ἔδοξε, sed ipsa hæc repetitio impeditam omnino turbatamque reddebat orationem. Quare & in cod. *Reg. A.* (sic in Notis infra Contextum scribi debuit, non *Reg. B.*) punctis infra positis declaratur, rejicienda esse ista verba ἔδοξε δὲ, quæ nec Candidus in suo legerat exemplari. Ceterum nec sic satis ad liquidum perducta hic omnia videntur. Post τέλος recte orationem inciderunt scripti libri. Neque obscurum hoc quidem est quid sit, συνάγειν τὰ Ἰλλυρικὰ ἐς τέλος, scil. *res Illyricas uno tenore ad finem usque persequi, atque eodem libello complecti.* Sic Pun. 307, 46 sq. τὰ δ' ἐν Αἰβύῃ γενόμενα ἀπ' ἀρχῆς, ἥδε (ἡ γραφὴ) συνάγει. Hisp. 176, 85 sq. καί μοι δοκεῖ τὸν Οὐριάτθου πόλεμον - - συναγαγεῖν, ἀναθέμενον εἴ τι τοῦ αὐτοῦ χρόνου περὶ Ἰβηρίαν ἄλλο ἐγίγνετο. Adde Hisp. 180, 58. Civ. I. 49, 15 sq. Sed quæ præcedunt, τοῦ χρόνου καθ' ὃν ἐλήφθησαν συνάγοντος, hæc quidem verba non pariter in plano sunt. Et ἐλήφθησαν quidem a Gelenio expositum video, *Romanis sunt subditæ;* sed ea notio, quamquam sæpius aliàs huic verbo subjecta, (v. c. Illyr. 851, 32. Hisp. 145, 60. Civ. I. 9, 38.) locum nunc habere non potest, quoniam τὰ Ἰλλυρικὰ, ad quem nominativum refertur illud verbum, non sunt ἔθνη Ἰλλυρικὰ, *gentes Illyricæ*, sed Ἰλλυρικὰ πράγματα, *res Illyricæ*, *res a Romanis in Illyria gestæ.* Itaque, sicut λαμπάνειν ἔργον significat *opus suscipere*, sic τὰ Ἰλλυρικὰ ἐλήφθησαν, licet geminus plane huic locus apud Appianum non succurrat, nil aliud nunc denotare posse videtur, nisi, *res Illyricæ* (*a Romanis*) *susceptæ sunt*, *Romani inceperunt res gerere in Illyria.* At vero, ut ad reliqua pergam, illud inprimis importunum videtur, quod non de se Appianus dicit, *se res Illyricas in unum libellum congessisse*, sed τοῦ χρόνου - - συνάγοντες αὐτὰ: quod quidem nisi metonymica quadam ratione, quæ duriuscula tamen utique foret, dictum intelligi potest pro ἐμοῦ συνάγοντος

Pag. 897.

Pag. 897. αὐτὰ ἀπὸ τοῦ χρόνου καθ' ὃν &c. vereor, ne mendum etiam nunc in illis verbis lateat, legendumque ſuſpicor, ἀπὸ τοῦ χρόνου καθ' ὃν ἐλήφθησαν συναγοντι αὐτὰ &c. ut cohæreant hæc, Καί μοι ἔδοξε τὰ Ιλλυρικὰ, -- ἀπὸ τοῦ χρόνου καθ' ὃν ἐλήφθησαν συναγοντι αὐτὰ ἐς τέλος, προαναγράψαι: ad eamque lectionem adcommodavi latinam interpretationem, quæ græcis ſubjecta eſt.

L. 18. προαναγράψαι. In hanc ſcripturam cum Editis & Regiis conſentit Ven. & Aug. a prima manu: & Cand. *prius ſcribere.* Quam ſcripturam cum altera, προσαναγράψαι, commutari nolim. Nam in ipſo hoc verbo προαναγράψαι omnino totius fere hujus ἱστίας, quæ ab illis verbis καί μοι δοκεῖ uſque ad finem libri excurrit, verſari cardo mihi videtur. Scilicet, quum exeunte hoc libro in mentionem *Illyricæ expeditionis* a Cæſare hoc tempore ſuſceptæ incidiſſet Appianus; exſpectare poterat lector, expeditionis illius hiſtoriam nunc libro proxime ſequente expoſitum iri: ſed monet his verbis Appianus, ſe illas res jam *ſuperius expoſuiſſe*, in illo ſcil. libello, in quo res omnes a Romanis in Illyria geſtas a principio ad finem eſſet complexus. Eodem verbo in medio genere, προαναγράψασθαι, utitur Civ. I. 9, 37.

L. 18 *ſq.* καὶ ὑποθεῖναι αὐτὰ τῇ ὁμόρῳ Μακεδονικῇ. Hiſtoriam Illyricam, ait, licet ſingulari libello comprehenſam, tamen quoniam juſtam menſuram reliquorum librorum, per quos Hiſtorias ſuas diſtribuit, non impleret, *finitimæ Macedonicæ Hiſtoriæ aſſe eſſe ſubjectam;* eadem fere, puto, ratione, qua Punicæ Hiſtoriæ finitimam Numidicam, & Siculæ Hiſtoriæ res ad reliquas majores inſulas, ad Sardiniam, ad Cyprum &c. pertinentes adjecit. In hac vero noſtra editione qua ratione factum ſit ut Illyricus ille Libellus poſt Mithridaticum Librum fuerit rejectus, paulo inferius in fine Adnotationum ad Teſtimonium Photii exponemus.

ADNOTATIONES
AD TESTIMONIA VETERUM
DE APPIANO.

VOL. III.

I. *Ex STEPH. BYZANT.* *Lin.* 2. Ἀσλαπαῖοι. Vide *Pag.* 3. Hiſp. pag. 140, 60. & 72. & ibi Adnot. *L.* 4. Δολμίνιον. Illyr. 844, 24. *L.* 5. Κάσλαξ. Hiſp. p. 138 ſq. Ceterum intelligo, commodius hæc ex Stephano Byzantino potuiſſe inter *Spicilegia Fragmentorum*, quam inter *Teſtimonia de Appiano*, referri.

III. *Ad PHOTII Teſtimonium de Appiano.* *Pag.* 4.

L. 24. Ἀππιανοῦ Ρωμαϊκὴ Ἱστορία. Eodem titulo *Romanas* Appiani *Hiſtorias* inſignitas videmus apud Suidam v. Ῥουτίλιος, tum apud Zonaram loco illo quem in Teſtimoniis de Appiano infra pag. 10. retulimus, denique apud alterum illum Anonymum, cujus Teſtim. protulimus p. 12. Sed iſta quidem ſequioris ævi formula eſt: ac videtur utique ex Auctoris mente totum opus olim hoc modo fuiſſe inſcriptum, Ἀππιανοῦ Ἀλεξανδρέως Ρωμαϊκά. Certe quum ſingulorum quorumdam Librorum titulum Appianus in hunc modum adferat, (vid. Præf. Appiani cap. 14.) Ρωμαϊκῶν Βασιλικὴ, ſcil. γραφὴ vel βίβλος, Ρωμαϊκῶν Ἰταλικὴ, &c. ſatis intelligitur ipſum Auctorem Titulum univerſi operis hunc ſtatuiſſe, τὰ Ρωμαϊκά. Nam quod in ſcriptis nonnullis exemplaribus (veluti in codice Auguſtano & in Vat. CXXXIV.) in ſeparato Indice Librorum Appiani, qui illis exemplaribus inſunt, pro ſimplici vocabulo Ρωμαϊκῶν, reperitur Ρωμαϊκῶν Ἱστοριῶν, id quidem librarii ſtylum, non Appiani, redolet. Nec enim aliás quoque Scriptor hic *Romanas Hiſtorias* græco vocabulo Ρωμαϊκὰς Ἱστορίας, ſed τὰ Ρωμαίων, dicere ſolet. vid. Præf. p. 16, 49. Quod autem in aliis porro codicibus totum Appiani hoc opus hiſtoricum Ἱστορία Βασιλικὴ inſcriptum perhibetur, in aliis item Ἱστορία Ἰταλικὴ, id quo errore factum ſit docui in Adnotat. ad Inſcript. Præfationis Appiani, Vol. I. pag. 1. Conf. Adnotatio.

Pag. 4. nem Valeſii, in fine Adnot. ad Lib. IX. de Reb. Macedon. a nobis prolatam.

L. 25. λόγοις δὲ εἴκοσι τέσσαρσιν, *Libris XXIV. comprehenſa* (*Appiani Hiſtoria.*) „*Duo* tantum *ſupra viginti Libros*" numerat incertus ſed vetuſtus *Auctor Adnotationis illius de numero atque ſerie tituliſque librorum Appiani*, quam inter *Teſtimonia de Appiano* p. 12 ſq. num. VII. retulimus: nec in ſerie atque titulis Librorum Anonymo illi ſatis cum Photio convenit. Ita fit, ut, quum præſertim magna pars horum Librorum perierit, neque vel ex Præfatione Auctoris vel aliunde ſatis de ſingulis conſtet, obſcuritatis nonnihil in hac quæſtione *de Numero ac Serie Tituliſque & Argumentis ſingulorum Librorum*, per quos diſtributas ſuas Hiſtorias ediderit Appianus, ſuperſit. Nos, occaſione hujus recenſus quem Photius facit, collatis eis quæ vel Anonymus ille noſter habet, vel quæ partim ex Præfatione Appiani partim aliunde diſcimus, quidquid de iſta quæſtione ſive certa quadam ratione ſive probabili conjectura dici poſſe videbitur, proferemus. Nec vero alienum erit, ſi hoc ſtatim loco monuero, ab utriuſque ratione, cum Photii, tum Anonymi noſtri, recedere pleraque ex illis Appiani exemplaribus, quæ hodie ſuperſunt; quippe in quibus *primus liber Bellorum Civilium* (quem *totius operis XIII^um^* Photius numerat, *XVII^mum^* vero Anonymus noſter) diſerte *Romanarum Hiſtoriarum XIV^tus^* numeratur; quandoquidem hanc præfixam habet Inſcriptionem, Ἀππιανοῦ Ρωμαϊκῶν ιδ'. Ἐμφυλίων α'. & ſic porro. Quæ ratio numerandi paulo etiam altius repetitur in AUGUSTANO CODICE, in quo (poſt Hiſtoriam Punicam, a qua initium voluminis fecit librarius) peculiari folio exhibetur *Tabula*, ex vetuſtiore utique exemplari transſcripta, *qua enumerantur* ceteri *Libri, qui in eodem Volumine ſequuntur.* Iſtud folium hanc habet Inſcriptionem:

Ἀππιανοῦ συγγραφέως, Ρωμαϊκῶν ἱστορίων βιβλίον δεύτερον. (i. e. *Appiani Hiſtorici, Romanarum Hiſtoriarum Volumen ſecundum.*) Tum ſequitur:

Πίναξ ὑπαργὴς τοῦ παρόντος βιβλίου. (*Perspicua tabula eorum quæ huic Volumini insunt.*) Nempe: Pag. 4.

Ἀππιανοῦ Ρωμαϊκῶν ἰσθμῶν, Συριακή. ια'. ἧς ἡ ἀρχή· Αντίοχος ὁ Σελεύκου τοῦ Αντιόχου, Σύρων καὶ Βαβυλωνίων.

Τοῦ αὐτοῦ Ἀππιανοῦ Ρωμαϊκῶν Παρθική. ιβ'. ἧς ἡ ἀρχή· &c.

Τοῦ αὐτοῦ Ρωμαϊκῶν Μιθριδάτειος ιγ'. &c.

Τοῦ αὐτοῦ Ἀππιανοῦ Ρωμαϊκῶν ιδ'. Εμφυλίων πρώτη. Et sic porro. Denique:

Τοῦ αὐτοῦ Ρωμαϊκῶν ιθ'. Ιλλυρική. ἡ ἀρχή· Ιλλυριοὺς Ἕλληνες ἠγοῦνται. Simillima Tabula Codici Vaticano CXXXIV. illi quem *Vat. C.* designare soleo, eodem loco inserta est.

L. 27 *sqq.* ὁ πρῶτος λόγος &c. De novem prioribus Libris nullum est dubium: quorum seriem atque titulos ipse Auctor in Præf. cap. 14. exposuit. Ex eisdem eadem serie exhibebantur Excerpta de Vitiis & Virtutibus in cod. Peiresciano.

L. 39. Σικελική. Ad Σικελικὴν γραφὴν provocavit Auctor in Pag. 5. Hisp. c. 3. extr. & Pun. p. 307, 44. & 309, 86. *Ibid.* καὶ Νησιωτική. *Historia Insularis.* Pari modo Liber quintus Diodori Siculi Νησιωτικὴ inscriptus est: conf. Diod. V. 2. Ex isto autem Appiani Libro, præter Fragmenta nonnulla Siculæ Historiæ, supersunt Fragm. Historiæ *Cretensis*, Vol. I. pag. 98 sqq. n. VI. & Fragm. Historiæ *Cypricæ*, p. 100. n. VII. Tum *Cretensis* Historiæ ipse etiam Appianus meminit in Illyr. p. 837, 8.

L. 44. Ὁ δὲ θ'. Ρωμαϊκῶν Μακεδονική. De *Illyrica Historia*, quæ in Photii exemplari adjuncta fuisse videtur Historiæ *Macedonicæ*, paulo inferius dicam, post Adnot. ad p. 6. l. 53 sq.

L. 44 *sq.* ὁ δὲ δέκατος, Ρωμ. Ἑλληνικὴ καὶ Ιωνική. Pro duobus separatis Libris, scil. *decimo* & *undecimo*, duas istas Historias numerat Anonymus noster, pag. 13, 60 sq. Nam illa ratio distinguendi, quam ibi secutus sum, haud dubie fuit præferenda: nec probabile ullo modo est, hoc dicere voluisse Auctorem illius Indicis, alio libro Libycam, alio Punicam Historiam fuisse comprehensam. At Codices illi, de quibus paulo ante dixi, qui Librum Syriacum XI^mum numerant, in hoc cum Photio consentire videntur, ut Ἑλληνικὴν & Ιωνικὴν pro *uno Libro* (scil. *decimo*) numeraverint. Idque ipsum ex

Pag. 5. ipſius Appiani inſtituto ita factum eſſe, colligi poteſt ex Mithr. pag. 654, 10. ubi in re quadam ad *Aſiæ* hiſtoriam pertinente ad Ἑλληνικὴν γραφὴν lectores ſuos remittit Auctor. At alibi (Civ. II. 301, 59.) aperte ad τὴν Ασιακὴν συγγραφὴν provocat idem Auctor; quæ non alia eſſe Hiſtoria poteſt atque illa ipſa quam Ιωνικὴν Photius & Anonymus noſter adpellant. Itaque decimus ille Appiani Liber duabus conſtitiſſe partibus videtur, quarum altera, Ἑλληνικὴ, *res Romanorum in Græcia vel Achaja* (quam illi vocabant) *geſtas* explicabat, quæ pars eo nomine citatur Syr. 538, 35. altera, Ιωνικὴ vel Ασιανὴ, *res geſtas cum* Ἴωσι καὶ Αἰολεῦσι (ut verbis utar, quibus ipſe Appianus, alia quidem occaſione, eoſdem populos deſignavit, Civ. II. 297, 83 ſqq.) καὶ ὅσα ἄλλα ἔθνη τὴν μεγάλην Χερρόνησον οἰκοῦσι, καὶ καλοῦσιν αὐτὰ ἑνὶ ὀνόματι Ασίαν τὴν κάτω. Sed quoniam *Græci* fere erant hi populi, Aſiam (proprie dictam) incolentes; generatim etiam totus ille Liber, de quo quærimus, inſigniri Ἑλληνικὴ poterat, id eſt, *Res Romanorum cum Græcis geſtæ, tam eis qui Græciam vel Achajam, quam qui Aſiam incolebant:* atque ea ratione pars utraque hujus Libri conjunctim nomine illo, Ἑλληνικὴ, comprehenſa videtur loco paulo ante cit. Mithr. 654, 10.

Pag. 6. *L.* 45 *ſq.* Ὁ δὲ ἐνδέκατος, Ρωμαϊκῶν Συριακὴ καὶ Παρθική. Etiam hi duo Libri ſeparantur ab Anonymo noſtro, pag. 13, 61 ſq. quemadmodum & in ſcriptis codicibus omnibus, qui hodie exſtant, (haud ſecus ac in editis) ſeparati ſunt. Sed eiſdem quidem, quos dixi, hodiernis codicibus, quum ſpurium fœtum pro *Appiani Parthica Hiſtoria* falſo venditent, nulla in hac re auctoritas tribui debet. Et, quoniam in eo exemplari, quo olim Photius uſus eſt, duo iſti Libri pro uno habiti ſunt, credere poſſemus, Appianum Rebus Syriacis Parthicas, utpote finitimas & cum his quodammodo conjunctas, veluti aliquam Adpendicem (ſicuti Macedonicæ Hiſtoriæ Hiſtoriam Illyricam: cf. Civ.V. 897, 18 ſq.) adjectas voluiſſe; niſi huic rationi obſtare videretur, quod in Syr. cap. 51. extr. & 52. ineunte, ubi ad τὴν Παρθικὴν συγγραφὴν lectorem ablegavit Appianus, nimis diſerte hic Liber a Syriaco dirimatur. Taceo,

quod ad complendam juſti Libri menſuram, Hiſtoriæ Romanorum Syriacæ res a Macedonicis regibus ab obitu Alexandri ad Romanorum uſque tempora in Syria geſtas adjecerit. Ceterum juxta eam rationem quam in collocandis Libris ſuis ſe ſecuturum profeſſus eſt Appianus in Præf. c. 14. p. 18, 81 ſqq. ne debuerat quidem *Parthica* illa *Hiſtoria* proxime poſt Syriacam poni, ſed poſt Mithridaticam Hiſtoriam debuit rejici, quoniam non niſi confectis Mithridaticis bellis res cum Parthis habere cœperunt Romani. Imo, poſt ipſos etiam libros de Bellis Civilibus rejecta ab Appiano fuiſſe Parthica Hiſtoria poteſt videri. Certe, quemadmodum ex Civ. I. p. 77, 74. apparet inter Mithridaticam Hiſtoriam & Libros de Bell. Civ. nullum alium Librum fuiſſe interjectum, ſic in eiſdem Libris Bellorum Civilium de Parthica Hiſtoria, ubi ad eam provocat Appianus, ita loquitur, ut eam non præceſſiſſe, ſed ſecuturam eſſe, ſignificare videatur. Civ. II. 197, 90. Ἀλλὰ τὴν μὲν Κράσσου συμφορὰν ἡ Παρθυαικὴ δηλώσει γραφή. Civ. V. 798, 45. Ἃ μὲν δὴ Λακεδαιμόνιός τε καὶ Παρθυαῖοι δράσαντες ἔπαθον, ἡ Παρθυϊκὴ δηλώσει γραφή. Ceterum Titulum quod adtinet *Parthicæ Hiſtoriæ*, quum formam græci nominis variam libri noſtri diverſis in locis ſequantur, Παρθικὴ, Παρθυαικὴ & Παρθυϊκὴ, maxime quidem probo primam illam Παρθικὴ, in quam in lib. Syr. pag. 613, 99. libri noſtri (cum hoc Photii loco, & cum Anonymo noſtro, denique cum vulgata ſpurii libri Parthici inſcriptione) conſentiunt; ſed reliquas etiam formas, quas alibi dederunt codices noſtri, ferri poſſe putavi. De *ſpuria* illa, quam dixi, ſcriptione, quæ pro *Appiani Parthica Hiſtoria* venditari ad hunc diem vulgo ſolita eſt, deinceps in fine harum in Appianum Adnotationum nonnihil ſubjiciam. Pag. 6.

L. 46. Ὁ δωδέκατος, Ῥωμαίων Μιθριδάτιος. Ab hac *Bellorum Mithridaticorum Hiſtoria* non videntur diverſa eſſe illa καὶ Ποντικά, priori noſtro Anonymo p. 12, 44 ſq. memorata. Certe Mithridatico illo Libro, qui integer etiam ad noſtram ætatem pervenit, *Pontica Romanorum Hiſtoria* continetur, cui hiſtoriæ nec in alio quidem ex Appiani libris fuerat locus.

Cæsaris Octaviani cum Antonio dissensione, & *a bello illo cum Antonio & Cleopatra*, quod revera quidem, si quod aliud, Civile Bellum fuit, *initium* novimus *ab Appiano factum esse Ægyptiacæ Historiæ.* (vid. Civ. I. cap. 6. & Civ. V. c. 1.) Sed sic nondum patebat, unde *novenarius* ille numerus apud Photium prodierit; nisi ex Grammatico San-Germanensi intelligeremus, *quatuor Libros Rerum Ægyptiacarum* reliquisse Appianum. (Vid. Spicileg. Fragm. p. 18. l. 58. & 66.) Nunc proximum vero debet videri, *quatuor illos Historiæ Ægyptiacæ Libros una cum quinque Libris Bellorum Civilium fuisse a Photio numeratos & communi cum his titulo comprehensos.* Ceterum novem illos Libros, quòs commemorat Photius, non videtur ipse perlegisse: id enim si ab eo factum esset, distinctius haud dubie & planius de quatuor posterioribus Libris dixisset, neque ipsum etiam adeo titulum *Historiæ Ægyptiacæ*, qui ad quatuor hos Libros pertinebat, tacuisset. Quæ autem de argumento Librorum de Bellis Civilibus mox subjiciuntur apud Photium; (vid. sect. III. pag. nostr. 6. & sq.) ea non aliunde, nisi ex Præfatione Appiani (cap. 14.) desumta sunt, ac nonnisi ad quinque nostros Libros Civilium Bellorum pertinent. Neque conturbare nos debet, quod *p. 7. l. 72 sq.* verbis his ᾧ τινι, τῶν Ἐμφυλίων λόγων ὅτι τελευταίῳ &c. indicari videtur, *postremo Libro de Bell. Civ. expositam fuisse rationem, qua Ægyptus in potestatem Romanorum fuerit redacta.* Nam id quidem neque in *quintum* nostrum, neque in *nonum* ex Photiano computo valet; sed in primum Librum Rerum Ægyptiacarum, qui ex Photii ratione sextus Liber Bellorum Civilium debuit numerari. At nimirum, si Appiani verba in Præf. cap. 14. pag. 19, 92. (ᾧ τινι τελευταίῳ τῶν ἐμφυλίων ὅτι καὶ Αἰγυπτίοις &c.) cum his Photianis conferamus, facile intelligemus, Photium, quum ipsos Libros Bellorum Civilium non inspexisset, verba illa, quæ ex Præfat. Appiani modo protuli, minus recte percepisse, &, quod Appianus *de postremo Bello Civili* (τελευταίῳ τῶν ἐμφυλίων scil. ἔργων vel πολέμων) dixerat, id *de*

Pag. 6.

Pag. 6. *poſtremo Libro Bellorum Civilium* (τῶν ἐμφυλίων λόγων τελευταίῳ) eſſe interpretatum.

Jam igitur ÆGYPTIACAM *Romanorum Hiſtoriam* quod adtinet, ex locis Appiani ſupra citatis intelligitur, in *primo Libro* hiſtoriam inde a bello Octaviani cum Cleopatra & Antonio uſque ad Ægyptum Romano imperio ſubjectam fuiſſe perductam. Ceterorum trium Librorum quid in quoque fuerit comprehenſum, haud ita facile dixeris. Videtur autem *ſecundus Liber* eas res, quæ Romanis cum Ægyptiis inde a ſuperioribus temporibus ad hoc Cleopatræ & Antonii bellum interceſſerunt, expoſuiſſe. Certe prior noſter Anonymus, cujus Teſtimonium de Appiano paulo inferius (num. VI.) protulimus, docere videtur (vid. pag. noſtr. 11. extr. & ſq.) res illas, quas dixi, proxime poſt Bellum Octaviani cum Antonio fuiſſe ab Appiano expoſitas. Illo igitur Libro ea explicaſſe videtur Appianus, de quibus Mithr. 817, 62. (ubi de Pompeji rebus in oriente geſtis agebatur) profeſſus eſt ſe deinde *in rebus Ægyptiacis* dicturum; tum rurſus ea, quæ, de ſuperioris Cæſaris commoratione in Ægypto, in eadem *Hiſtoria Ægyptiaca* uberius expoſitum iri pollicitus eſt; (Civ. II. 299, 22 ſq.) ex qua eadem narratione decerptum videtur Fragmentum illud, quod ex Lib. II. Rerum Ægyptiacarum protulit Grammaticus San-Germanenſis in Spicilegio noſtro Fragm. pag. 18, 66 ſq. *Tertio & quarto Libro* forſan (ſicut in poſteriori parte Libri Syriaci fecit) vetuſtiorem Ægypti hiſtoriam inde ab Alexandri M. ætate, aut altius etiam, repetiit. Cogitari etiam poteſt, (nam certi nihil habeo,) Scriptorem noſtrum, licet ceteras res ſub Imperatoribus Romanis per totum imperium geſtas uno Libro, ſecundum ſeriem Cæſarum, complexus videatur, (conf. Illyr. p. 869. extr. & ſq.) tamen res in Ægypto per eadem tempora geſtas uno aut altero ex his poſterioribus Libris, aut etiam utroque, ſeparatim & enucleatius, utpote ſuam ad patriam pertinentes, eſſe perſecutum. Ceterum *Titulus* univerſæ hujus *Ægyptiacæ Hiſtoriæ*, ſicut a Grammatico noſtro duplici forma citatur, Αἰγύπτια, & Αἰγυπτιακά, (pag. 18, 58. & 66.) ſic apud ipſum Appianum alibi pariter τὰ Αἰγύπτια

legitur, Mithr. 817, 62. alibi ἡ περὶ Αἰγυπτίου συγγραφὴ, Civ. II. 269, 22. alibi rursus ἡ Αἰγυπτία συγγραφὴ, Civ. I. p. 9, 35. & ἡ Αἰγυπτιακὴ συγγραφὴ, Civ. I. p. 10, 46. Pag. 6.

L. 53 *sq.* Ὁ δὲ εἰκοστὸς δεύτερος λόγος ἐπιγράφεται Ἑκατονταετία. *Vicesimus Secundus Liber inscriptus est Hecontaëtia*, (id est, *centum annorum Historia*, vel *Historia Secularis.*) Eodem titulo Librum hunc commemorat Anonymus noster p. 13, 65. qui eumdem pariter atque Photius *XXII^dum* numerat, sed simul *postremum totius Operis* hunc fuisse declarat, quum apud Photium duo adhuc post hunc Libelli ponantur, *Dacica* & *Arabica Historia.* De illius Libri argumento, quod ex titulo quidem non satis perspicue adparet, a neutro horum auctorum quidquam adjectum videmus. Apud ipsum Appianum, in libris quidem qui superstant, Titulus ille nusquam memoratus legitur; sed Argumentum postremi Libri, (qui idem ipse, de quo nunc quærimus, utique esse videtur) ex parte certe, demonstratum in Præfatione cap. 15. p. 15. his verbis legimus: *Postremus autem Liber, exercitus etiam quot quantosque alant Romani, tum quos reditus percipiant ex singulis provinciis, aut si quid in præsidia navalia nonnullarum provinciarum amplius* (puta, *quam redit ex eisdem provinciis*) *impendunt, & ejus generis alia, declarabit.* Tum vero ad ejusdem Libri argumentum pertinere videtur id quod in fine Historiæ Illyricæ legimus: *Quæ ante subactam Ægyptum, jussu populi Romani gesta sunt, ea singula* (quæ nimirum ad quamque provinciam pertinent) *separatim perscripsi. Quæ vero post subactam Ægyptum a Cæsaribus summam imperii tenentibus vel pacata sunt vel nunc primum imperio Romanorum adjecta, hæc, utpote proprias res ipsorum Principum, post communis Reipublicæ historiam a me sunt expositа.* Cui consentaneum est, quod Zonaras, Appianum excitans in re quæ ad Imperatorem *Vespasianum* pertinebat, ejus rei mentionem *ab Appiano in Historiæ Romanæ Libro XXII^do*, id est eodem de quo nunc agimus, factam esse tradit. (Vid. Testim. Veterum de Appiano, num. V. p. 10.) Quare ita statuendum videtur: quæcumque sub Imperatori-

ſſle Libellus in eo Hiſtoriarum harum exemplari, quo Photius uſus eſt, eadem ſede fuiſſe collocatus, quam ſedem ipſe Auctor ei tributam voluit, (vid. Civ. V. p. 897, 18 ſq. & ad eum loc. Adnot.) nempe *in fine Libri Macedonici*, cui Libro brevis illa finitimæ regionis hiſtoria velut Adpendix erat ſubjecta. Ita nimirum, præſertim quum ſæpe in antiquis exemplaribus Tituli deſiderarentur Librorum, facile fieri potuit, ut, quamvis completum atque integrum Hiſtoriarum Appiani exemplar, quod tribus Voluminibus comprehenſum fuiſſe ait, habuiſſe Photius videatur aut certe oculis uſurpaſſe, tamen Libellus iſte *Illyricus* virum literatiſſimum præterierit, quoniam, ut paulo ante monui, totum opus non ab eo perlectum eſt, nec ſatis diligenter ubique inſpectum. Eamdem ſedem idem *Illyricus Libellus* tenuiſſe in antiquo illo exemplari, e quo veluti fonte (longe quidem illo remoto, & cujus tam puritas quam copia etiam atque etiam deſideratur in rivulis) derivati ſunt Regii Codices & horum adfines; in quibus hodie, ſicut & in C. Stephani editione, quum deſint quidem cum multi alii Libri, tum ipſe Macedonicus, nec vero *Illyricus* ipſe totus ſuperſit, tamen id quod de Illyrico ſupereſt, medium inter Punicum Librum & Syriacum, adeoque eodem loco quo Macedonicus fuerat, interjectum etiam nunc conſpicitur. Aliis vero deinde Librariis aliter placuit. Itaque in Auguſtano codice, in Veneto Marciano, in Vatic. CXXXIV. poſt Libros de Bellis Civilibus rejectus eſt; ne ſic quidem iniqua aut incommoda ſede locatus, quoniam major hiſtoriæ hujus *Illyricæ* pars in rebus verſatur a Cæſare Octaviano per id tempus geſtis, in quod tempus deſinit quintus idemque poſtremus Liber Bellorum Civilium. Eadem ratio obtinuiſſe videtur in eo Exemplari, quo Grammaticus San-Germanenſis uſus eſt: vid. Adnotat. noſtr. ad Spicileg. Fragm. pag. 18. lin. 65. Sed Anonymus noſter, pag. 13, 62 ſq. eamdem Hiſtoriam *Librum XV.* totius operis numerat, eique proximam ſedem poſt Mithridaticum Librum tribuit. Quem ego auctorem, quum pariter poſt Mithridaticam Hiſtoriam *Illyricam* hanc poſui, non eo ſecutus ſum, quod valde probem iſtam rationem; ſed Pag. 6.

Pag. 6. quod eo tempore, quo typis exscribebantur pro hac editione Fragmenta Libri Macedonici, de die in diem adhuc exspectavi exspectandamque amplius putaveram illam *Historiæ* hujus *Illyricæ* editionem, quam brevi expediturum ad meque transmissurum *Joseph. Spallettus* Vir Clariss. receperat; in qua nimirum editione, si in tempore prodiisset (quod nondum factum doleo) haud parum subsidii ad elimandum poliendumque illum Appiani libellum me inventurum speraveram, quod subsidium bona cum venia eruditi Editoris (quam ille veniam pro singulari sua humanitate jam ante mihi concesserat) in usum hujus nostræ Editionis convertissem.

Pag. 9. IV. *Ad SUIDÆ Testim. de Appiano.* *L.* 93. Ρωμαϊκὴν Ἱστορ. τὴν καλουμ. Βασιλικήν. Confundit Titulum primi Libri cum totius operis titulo; de qua confusione dixi in Adnot.

Pag. 10. ad Inscriptionem Præfationis Appiani. *L.* 11. ἔγραψε δὲ Ρωμαϊκοὺς λόγους ἐννέα. Et hoc parum adcurate dictum. Primum videtur Ρωμαϊκῶν legendum, (*Romanarum Historiarum*) non Ρωμαϊκοὺς: sed hic fuerit error librariorum. Illa Lexicographi errata, cum quod hos Ρωμαϊκοὺς (vel Ρωμαϊκῶν) *libros novem* distinguere videtur ab illa Ρωμαϊκῇ Ἱστορίᾳ, quam initio nominaverat, tum vero quod non nisi *novem* numerat *Historiarum Romanarum Appiani Libros.* Scilicet non nisi novem priores Appiani Libros viderat Suidas. Itaque, quum ultra LXX ex Appiano Fragmenta passim in Lexico suo exhibuerit, eorum tamen nullum est, quod non ex horum novem aliquo sit decerptum. Sed ne horum quidem novem Appiani Librorum ullum integrum idem Suidas vidit, aut talem qualis ab Appiano editus erat: verum omnes in frusta concisos ab illis hominibus, qui Constantini Porphyrogenneti jussu græcos Romanarum Historiarum Scriptores compilarunt, & Fragmenta ex illis excerpta per complures Titulos digesserunt. Ex istis enim Excerptis ducta esse Fragmenta Appiani, quæ apud Suidam legimus, cum aliis rationibus intelligitur, tum partim ex ejusmodi Fragmentis fit manifestum, (quale est illud ad vocab. Ἑταίρα, collat. Appian. Hisp. p. 204, 65.) ubi ipsa illa particula Ὅτι, a qua Eclogas suas incipere consueverant

illi compilatores, fideliter conſervata eſt; partim ex aliis, ubi haud dubie Appiani verba a compilatore partim in brevius contracta partim interpolata ſunt; cujus generis exemplum habemus in illo Fragm. quod ad vocab. Μάμικος Μάμιλος exhibetur, coll. Excerpt. Peireſc. inter Fragmenta noſtra ex Appiani Lib. I. n. IX. p. 40. Pag. 10.

L. 10 *ſq.* Οἱ δὲ -- Ἀππιανός. Sic apud Evagrium nomen illud ſcriptum legitur eo loco, quem inter Teſtim. de Appiano num. II. protuli: vid. p. 4, 15. Eademque ſcribendi ratio in ſcriptis nonnullis Appiani Codicibus (ſed illis non optimæ notæ, neque in illis ipſis conſtanter) adhibita reperitur. Quidquid ſit, videri poteſt hæc ſcribendi forma, Ἀππιανὸς, Græcorum uſui eſſe convenientior; altera autem, Ἀππιανὸς, quæ vulgo invaluit, ad Romanorum magis morem efficta.

V. *ZONARÆ.* *Lin* 20 *ſq.* Ἀππιανὸς, ἐν τῷ εἰκοστῷ δευτέρῳ λόγῳ. Vide Adnot. ad Photii Teſtim. p. 6, 53 ſq.

VI. *ANONYMI.* *Lin.* 22 *ſqq.* Hoc neſcio cujus de Appiano Teſtimonium in Codicibus Regiis & (qui ejuſdem familiæ ſunt) Florentino, Veneto Paulino, Vaticano CXLII. (Vat. D.) & Urbinate-Vaticano CIII. (Vat. E.) poſt Procœmium Appiani inſertum eſt. In codicibus ad Auguſtani familiam pertinentibus, Venetum Marcianum dico & Vaticanum CXXXIV, non ineſt: ſed in Auguſtano, una cum alterius Anonymi Indice XXII Appiani Librorum, a diverſa ac recentiori manu in limine codicis peculiari folio inſcriptum legitur. In vetuſtioribus vero illis membranis Vaticanis, (Vat. A.) quæ Hiſtoriam Hiſp. Annib. & Pun. exhibent, idem Teſtimonium pariter, ut in eis quæ ſupra nominavi exemplaribus, poſt Procœmium ineſt. In edit. 1. & 2. impreſſum exhibetur proxime poſt Appiani Præfationem; in edit. 3. ad calcem totius Operis eſt rejectum. *L.* 24. ἀνέταξα. In Vat. CXLII. eſt ἐτέταξα.

L. 43 *ſq.* καὶ ἐξῆς τούτοις τὰ Ρωμαίοις πρὸς Αἰγυπτ. &c. Vid. Adnot. ad Teſtim. Photii, p. 6, 51 ſqq. Pag. 11. *L.* 44 *ſq.* τὰ Ἰουδαϊκὰ -- καὶ τὰ Δακικὰ οἷς ὁ Τραϊανὸς ἐλαμπ. Vide Adnot. ad Teſt. Phot. p. 6, 55. *L.* 45. τὰ Ποντικά. Suſpicari quis poſſet, Παρθικὰ forſan ſcripſiſſe hominem noſtrum; ut ad hoc

Pag. 12. Παρθικά, æque ac ad τὰ Δακικά, referatur id quod ſequitur, οἷς ὁ Τραϊανὸς ἐλαμπρύνατο, intelliganturque *res a Trajano in Parthia geſtæ*. Ceterum ſi verum eſt Ποντικά, intelligi debebit *Mithridatica* Appiani Hiſtoria, quæ percommode *Pontica* poterat adpellari: conf. Adnot. ad Teſt. Photii p. 6, 46.

VII. *Alterius* ANONYMI. Alterum hoc alterius Anonymi Teſtimonium, quo *Index* continetur *XXII Librorum, quibus Romanæ Appiani Hiſtoriæ comprehenſæ* fuiſſe perhibentur, miror a Car. Stephano non pariter atque ſuperius illud editum eſſe, quum uterque Codex Regius utrumque horum Teſtimoniorum proxime poſt Epitomen de Reb. Gall. offerret. Ea negligentia factum eſt, ut alterum hoc nec duabus ſequentibus editionibus inſeri poſſet. Primus brevem iſtum Librorum Appiani recenſum ex Codice Florentino, (in quo pariter poſt Epit. de Reb. Gall. inſertus eſt) edidit doctiſſimus BANDINIUS, in *Catal. Codicum Græcorum Bibliothecæ Laurentianæ*, Tom. II. col. 659 ſq. Puto & in aliis ejuſdem familiæ exemplaribus, in Ven. Paulino & Vat. CXLII. eodem loco ineſſe. Sed in Cod. Urbinate - Vaticano CIII. (quem *Vat. E.* deſignavi) primæ chartæ Codicis inſcriptus idem hic Recenſus legitur; unde eum noſtra cauſa deſcripſit doctiſſ. SPALLETTUS, cujus in Appianum noſtrum merita jam ſæpius prædicavi, qui „ charactere quidem ſatis antiquo ſcriptum, ait, haud tamen codicis Calligraphi, qui circa XIV^tum^ ſcripſit Seculum." In Aug. codice recentiori manu una cum altero illo ſuperioris Anonymi Teſtimonio pariter in limine codicis ſcriptum eſſe, paulo ante dixi. Fuiſſe autem in P. Candidi etiam exemplari, probabile fit ex eo, quod in Præfatione ad Nicolaum V. Pontif. mentionem faciat ille Interpres *XXII Librorum quos Appianus exaraſſe* dicitur: de quo numero illi vix aliunde, quam ex eodem hoc Anonymi noſtri recenſu, potuit conſtare. Ceterum quæ de hoc Recenſu monenda habui, ea ſuperius in *Adnotationibus ad Photii Teſtimonium de Appiano* retuli.

AD SPICILEGIUM FRAGMENTORUM EX SUIDA.

Lin. 10. μήνιμα - - διάφορον. Sic Hiſp. 110, 49. & 51. ἴχθραν διαφέραν. *L.* 16 *ſq.* Ὁ δὲ ἐπὶ τὰς οἰκίας χωρῶν, συνελαύνεται ὅσους ἰδοκίμαζον. Neſcio, an de Pyrrho agatur, juventutem Tarentinam ad militiam conquirente cogenteque: de quo vid. Freinshem. Suppl. Liv. XII. 24. Sic fuerit ex hiſt. Samnit. cujus conf. Fragm. VIII. p. 59. *L.* 21. ἐπαφροδισίαν. Poterit *felicitatem* ſignificare: qua notione Sylla Ἐπαφρόδιτος cognominatus eſt. Civ. I. 137, 9 ſqq. *L.* 50. Ὥσατο ἑαυτόν. Vid. TOUPIUM, *Emend. in Suid. P. II.* ad hanc voc. *Pag.* 14. *Pag.* 15.

Exſtat præterea apud eumdem SUIDAM, *ad voc.* Ναῦς, Fragmentum aliquod, de Trajano agens, claſſe quinquaginta navium neſcio quem fluvium trajiciente; quod Fragm. quamvis diſerte ad *Arrianum* auctorem referat Lexicographus, tamen ex *Appiano* potius quam Arriano ductum LUD. KÜSTERUS judicavit, ſuffragante TOUPIO *in Emend. in Suid. P. II. ad voc.* Ξυσλόν. In quo mihi quidem præter rationem conjecturæ indulſiſſe docti illi Viri videntur. Etenim nec ſtylus magnopere iſtius Fragmenti *Appianum* auctorem prodit, nec argumentum alienum eſt ab *Arriani* inſtituto; quippe quem Scriptorem, in Parthica quam edidit Hiſtoria, *Trajani res adverſus Parthos geſtas*, perſecutum eſſe Photius docet in Biblioth. Cod. LVIII. nec video quid obſtet quo minus fluvium, in Fragm. illo memoratum, *Euphratem* intelligamus.

AD FRAGMENTA APUD GRAMMATICUM SAN-GERMANENSEM. *Pag.* 16.

GRAMMATICUS iſte *Libellus*, e quo excerpta hæc *ad Appianum pertinentia Fragmenta* benevolentiæ debeo Viri eruditionis humanitatiſque laude cumulatiſſimi DAVIDIS RUHNKENII, inſertus eſt Codici illi membranaceo olim *Coisliniano*, hodie *San-Germanenſi*, decimo poſt C. N. ſeculo exarato, qui varia Græca Lexica, & in his Apollonii Sophiſtæ Lexicon Iliados & Odyſſeæ, Timæi Lexicon Platonicum &c.

complectitur, de quo codice late egit Bernh. de Montfaucon
Pag. 16. in Biblioth. Coislin. pag. 457 ſqq. Ex eodem Libello idem Montfauconius primus ſpecimina quædam edidit l. c. p. 496. inter quæ unum ex Appiano depromtum, quod a nobis Vol. I. pag. 27. inter Fragmenta ex lib. I. Appiani relatum, & hic rurſus ceteris adjectum eſt p. 18, 68 ſq.

Lin. 4. ὅτι ἦρχεν Ρωμαίοις. Quod ſi hæc verba apud Appianum legit Grammaticus noſter, mendoſo utique Appiani codice uſus eſſe videtur. Quamquam enim apud Homerum tertio caſui junctum illud verbum legatur; apud Appianum tamen nuſquam illam conſtructionem, non magis quam apud alios proſaïcos ſcriptores, reperiri memini. Nam quod in Parthica Hiſtoria, quæ Appiano tribui vulgo ſolet, pag. noſtr. 23, 31 ſq. ἄρχειν Γαλατῶν vulgo editum erat, primum id ad Appianum nullo modo pertinebat, tum vero id ipſum ex mendoſa erat lectione, pro qua perſpicue Auguſtanus noſter codex ἄρχειν Γαλατίας dedit.

L. 5-7. Απιανὸς ἐν τῇ Αννιβαϊκῇ. At ex *Punica* Hiſtoria, non ex *Annibalica*, manifeſte excerpta ſunt hæc exempla. Vide Pun. p. 360, 66. & 357, 18. Mendoſe autem utrumque exemplum deſcriptum eſſe apud Grammaticum noſtrum, cum ex locis citatis, tum ex ipſis etiam verbis, qualia in cod. Coisliniano leguntur, per ſe patebat. Sic enim ibi ſcriptum eſt: αἰτιαλικῇ μὲν, ἀπογονοὺς ἀπάντων. πρὸ δὲ ῥ'. σλίχων γενικῇ, ἀπογονοὺς οὖν ἑαυτὸν Αννίβας. *L.* 11 *ſq.* ἐπιθυμήσας δὲ καὶ τοῖσδε. Sic Civ. II. 220, 62. περὶ τῆς ἀρχῆς ἐπιθυμίαζιν αὐτοῖς.

Pag. 17. *L.* 22. ἔριδες ἦν. In alio Fragm. ap. Suidam, pag. 14. l. 5. legitur ἔριδες ἦσαν. *L.* 26. ἐν τῷ Μιθριδάτους. Vid. Mithrid. 671, 86 ſq. *L.* 32. Αννιβαϊκῇ. Vid. Annib. p. 262, 78. Sed mox ibid. 263, 81 ſq. alia etiam uſitatior conſtructio occurrit cum dativo caſu: λύσεσθαι χρήμασιν.

L. 34 *ſq.* Παρθικῇ. Vide Hiſt. Parth. pag. noſtr. 90, 51 ſq. — Quod autem adeo Grammaticus etiam noſter, quem vel ipſo decimo Seculo vel prius etiam vixiſſe conſtat, compilationem illam ex Plutarchi vitis Craſſi & Antonii confectam ſub *Appiani* nomine citaverit, tamquam hæc eſſet *Parthica*

Appiani Historia; inde quidem nihil aliud colligi vel potest vel debet, nisi, *plagium istud, quo compilatio illa Appiano supposita est, jam ante decimum post C. N. seculum esse admissum.* Pag. 17.

L. 38. Αννιβαϊκῇ. Hoc quoque loco, sicuti supra p. præced. l. 6. pro Αννιβαϊκῇ scribendum fuerat Λιβυκῇ vel Καρχηδονικῇ. Vide Pun. 328, 16. *L.* 41. Μιθριδατικῇ. Vide Mithr. 771, 92 sq. *L.* 44. παρατροχάσαι ἐπιπλεῖστον αὐτῷ. Syr. 663, 45 sq.

L. 49. Απίων δ'. Potest hoc fragmentum ex Appiani (cujus nomen in *Apion* hic transformatum videmus) quarto Libro esse decerptum, qui res Romanorum in Gallia gestas, quibus Cæsar præcipue inclaruit, exponebat. Pag. 18.

L. 53. Cum in Codice esset μετὰ Αλεξάνδρου, absque articulo τῶν, monuit RUHNKENIUS Vir doctiss. in margine Apographi ad me transmissi: „*Lege* τῶν μετὰ Αλέξανδρον, *qui liber periit magno historiæ damno.*" *L.* 53 *sq.* Αππιανὸς Ιλλυρίδι. *Sisennæ* vel *Sisinnæ* mentionem in Illyrica Appiani Hist. nullam reperi; sed Civil. lib. V. pag. 721, 53 sqq. ad quem locum vide quæ notavimus.

L. 56. Αππιανὸς ἑ. Εμφυλ. Legendum δ'. Sic enim Civ. IV. 591, 22. ὁ δὲ ἐστρατήγησε τῷ Βρούτῳ Βιθυνίας. Cf. ibid. p. 595. lin. 88. & l. 5. Quod autem dicit τῶν δουλωμένων, haud scio δουλευομένων ne, an δουλουμένων, an δεδουλωμένων voluerit scribere. Quidquid sit, hoc dici manifestum videtur, *personam ejus, cujus auspicia sequitur cuive operam suam præstat is qui copias ducit*, in genitivo casu poni.

L. 58. Αππ. δ'. Αἰγυπτίων. *Quatuor* fuisse *Appiani Libros Rerum Ægyptiacarum*, ex una hac Grammatici nostri citatione discimus. Paulo post, *lin.* 66. citatur *secundus Liber* Historiæ Ægyptiacæ. De *Ægyptiaca* illa *Appiani Historia* vide quæ monuimus ad Testimon. Photii, p. 6, 51 sqq.

L. 58 *sq.* συνηδόμενοι τῶν γεγονότων, intell. ἕνεκα, *gratulantes de rebus gestis.* Eamdem phrasin habuimus Maced. pag. 530, 83 sq. Sed ibi monui videri τῷ γεγονότι legendum ex Fragm. apud Suidam, quod ex eodem loco excerptum est.

L. 60. Συριακοῖς· τεκμήρασθαι τοῦ πάθους. Vide Syr. 626, 32.

Pag. 18. *L.* 65. Ἀντώνιος κ'. ἃς δὲ ἐχρησάμην παρὰ Ἀντωνίου ναῦς. — Antonius Cæſari Octaviano ad bellum adverſus Sext. Pompejum CXX naves tradiderat; pro quibus Cæſar XX millia militum Italici generis Antonio ſe miſſurum receperat; Civ. V. 836, 79 ſqq. Sed promiſſos milites Cæſar non miſit: vid. p. 884, 1 ſq. & confecto bello Pompejano non niſi LXX naves, quæ nimirum reliquæ erant ἐξ ὧν Ἀντώνιος ἐκεχρήκει Καίσαρι, (ibid. p 890, 91 ſq.) remiſit ad Antonium. Quæ res deinde fuit inter varia querelarum capita, quas contra Cæſarem jactavit Antonius. Conf. Plutarch. Anton. pag. 941. D. Ad eam querelam reſpondebat Cæſar eo loco, e quo Fragmentum hoc decerptum eſt. Is autem Liber non alius eſſe poteſt, quam ille qui *primus Liber Rerum Ægyptiacarum* erat inſcriptus, qui in Librorum ſerie ex Appiani ratione excipiebat quintum Librum de Bellis Civilibus, & bellum Cæſaris cum Antonio & Cleopatra explicabat. Eum vero *Librum* quum totius operis *viceſimum* numeratum apud Grammaticum noſtrum videamus; intelligere inde (ni fallit illa numeralis nota) licet, Appiani Libros in eo exemplari, quo uſus ille homo eſt, ita fuiſſe diſpoſitos atque ita numeratos, quemadmodum in Cod. Aug. & in Vat. CXXXIV. (vide Tabulam, quam ex Cod. Aug. exhibui in Adnot. ad Teſtim. Photii pag. 4, 25.) ſcilicet ut *Liber quintus Bell. Civil.* eſſet univerſi Operis *Liber XVIII*, quem ſequeretur *Hiſtoria Illyrica*, num. *XIX*. (Conf. finem Adnotat. noſtr. ad Teſtim. Photii.) Quo fiebat, ut *primus Liber rerum Ægyptiarum* numero *XX*. inſigniretur.

AD HISTORIAM PARTHICAM
APPIANO TEMERE TRIBUTAM
ADNOTATIO.

PERVENIMUS tandem ad famoſum iſtum Libellum, qui, tametſi (verum ſi quærimus) nihil ad Appianum pertinet, tamen hoc ipſo quod nomen Appiani vulgo inſcriptum habet & ad hunc auctorem temere relatus eſt, incredibili fraudi innocentiſſimo nobiliſſimoque Scriptori fuit. Quam quidem ſcriptionem perpetuis Adnotationibus, quemadmodum Appiani Libris feci, illuſtrare ſuperſedeo. Sufficiat, quod ex Codicum Regiorum & Auguſtani noſtri collatione cum editionibus Plutarchi nonnihil fortaſſe ſubſidii futuro Plutarchi Editori ſuppeditaverim ad emendandas hinc inde illas *Vitarum Plutarchi* partes, e quibus compilata conſarcinataque iſta *Appiani nomen mentiens Parthica Hiſtoria* eſt. Sed illud video me hoc loco facere non poſſe, quin *de totius hujus Libelli ratione*, tum *de invidia infamiaque, quam falſa iſta opinio*, quæ Libellum hunc ad Appianum auctorem referebat, *nomini exiſtimationique præclariſſimi Scriptoris adſperſit*, dicam; denique demonſtrem, *nullam ne ſuſpicionem quidem illius flagitii*, cujus convictum Appianum plerique vulgo putant, *in Scriptorem hunc cum ulla veri ſpecie cadere poſſe*. Ac de his quidem rebus, paulo copioſius olim egi, quum veluti proludendi huic Appiani Editioni cauſa *Exercitationes* ederem *in Appianum*: nunc, quum partim ipſe in conſpectum Lectorum productus Appianus, magna etiam parte aliarum macularum, quibus eum ſocordia librariorum contaminaverat, liberatus, pro ſe loqui ſuamque cauſam per ſe defendere poſſit, partim quum ex notatis ad libelli iſtius marginem locis Plutarchi, unde quæque pars compilationis ducta eſt, jam ratio ipſa totius flagitii apertius in oculos incurrat, brevioribus verbis tota hæc res confici poſſe videtur.

I. EXSTAT nempe in Regiis Codicibus, in Auguſtano, in omnibus denique qui pleniorem aliquam collectionem libro-

rum ex Appiani Romanis Hiſtoriis ſuperſtitum continent, medius inter alios Appiani Libros hic, qui Ἀππιανοῦ Παρθικὰ inſcriptus eſt, id eſt, *Appiani Hiſtoria Parthica.* Eumdem librum & vetus interpres P. Candidus, & qui primus græce Appianum edidit Car. Stephanus, rurſuſque alter interpres longe priore doctior ſagaciorque Sigiſm. Gelenius, abſque ulla dubitationis ſignificatione ad Appianum auctorem retulerunt. Jam minime quidem id mirum videri debuit, quod in reliquis Appiani ſcriptis ad Romanorum Hiſtoriam pertinentibus *Parthica* etiam *Hiſtoria* reperiretur; quoniam plus ſemel Parthicam Hiſtoriam promiſerat Appianus, & ad eam ablegaverat ſuos lectores. (Vide loca paulo ante a nobis in Adnot. ad Teſtim. Photii pag. 6, 45 ſq. citata.) Sed libellus iſte, qui eum quem dixi titulum præ ſe ferebat, ita prorſus & a ſtylo Appiani, excepto brevi introitu, & a reliqua ratione, qua conſtanter in aliis libris uſus hic Scriptor eſt, abhorrebat, ut non poſſet non mox, ex quo typis evulgatus eſſet ille libellus, ſuſpicio fraudis oboriri doctis ac paulo attentioribus Appiani lectoribus. Nec mihi dubium eſt, quin præclare rem perſpexerit doctiſſimus Gelenius, & aperturus fuiſſet fraudem, ſi per fata ei licuiſſet Latinam ſuam Verſionem ipſum edere & præfationis aliquid vel adnotationis adjicere. Sed paucis poſt annis quam in lucem primum græce prodierat Appianus, GUIL. XYLANDER in Annotationibus ad Dionem Caſſium, qui latine ab illo converſus Anno MDLVII. prodiit, in mentionem incidens Parthicæ illius Hiſtoriæ quæ ad Appianum auctorem referebatur, monuit (*Annotat.* 129.) *totam Plutarchi narrationem de Craſſi bello Parthico interituque, ad verbum ferme, Appiani Parthico libro eſſe inſertam, non minorem eam ſeptem paginis*: (ſcil. editionis Car. Stephani, in qua totus liber nonniſi XXI paginas complebat.) Deinde ita pergit XYLANDER: *Quod cum demirarer, animadverſum a me utriuſque lectione, in eam veni cogitationem, primam ac majorem partem ejus Libri, qui fuit de rebus Parthicis ab Appiano conditus, intercidiſſe, ac a quodam alio ex Plutarcho, quantum ejus potuit fieri, ſuppletum*

fuiſſe. Nam profecto etiam hæc, quæ poſt finem verborum Plutarchi Appiano intertextorum ſequuntur, minime cum prioribus cohærent: deeſt enim omnis Parthica hiſtoria a morte Craſſi uſque ad Ventidii contra Labienum bellum; quam haud dubie diligenter Appianus perſecuturus fuerat, ſed cum antecedentibus periit. Quin imo reliqua etiam pars iſtius Parthici fere tota ex Antonio Plutarchi eſt deſcripta. Id, etſi nonnihil alienum ab hoc loco, tamen obiter commemorare volui, ut, ſi qui hæc noſtra legentes fortaſſis eandem rem animadvertiſſent, quid nos ſentiremus, intelligerent, rudioreſque dubitatione aliquantum ſolverentur. Quodſi vacaſſet Xylandro totum iſtum libellum particulatim ſub examen revocare & cum Plutarcho conferre, perſpecturus fuerat, reliquam etiam illam libelli partem, quæ ſequitur Craſſi hiſtoriam, non *fere totam*, ſed *totam quantam*, ex Antonio Plutarchi eſſe deſcriptam; adeoque in toto libello (ſi ab ejuſmodi varietate lectionum diſceſſeris, qualem ſi duo ſcripta exemplaria unius ejuſdemque libri offerunt, non ſolemus magnopere mirari) nihil prorſus ineſſe, quod non Plutarchi ſit, niſi introitum, qui ex Appiani Syriaca Hiſt. tranſcriptus eſt, & pauca admodum verba, ſententiæ Appiani alibi declaratæ oppido repugnantia, quibus ab illis Appiani verbis, unde cœperat compilationis hujus auctor, ad Plutarchi hiſtoriam Craſſi paratur tranſitus; denique, multis modis ineptiſſime conſarcinatum eſſe iſtum libellum, perſpecturus fuerat. Sed id, quod vidit Xylander, ſatis erat ei ad judicandum, indigne agi cum Appiano, ſi quis putaret, eumdem Scriptorem, cujus rationem Hiſtorias Romanas perſcribendi ex reliquis ejus Libris æſtimare licet, hunc talem libellum umquam ſuo nomine pro *ſua Parthica Hiſtoria* edere potuiſſe.

II. Sed neſcio quo fato accidit, ut longe aliter de illa compilatione HENR. STEPHANUS judicaret; cujus præclara ceteroquin de Appiano merita neſcio an nullam partem ejus injuriæ compenſarint, quo per judicium ſuum, quod de Parthica hac Hiſtoria interpoſuit, nobiliſſimum Scriptorem adfecit. Is igitur, non ignorans quid de iſto libello Xylander

ſenſerit, (nam Adnotationibus illis in Dionem, quibus de hac re Xylander diſputaverat, ſedulo uſum eſſe H. Stephanum, quum Dionem ipſe proxime ante Appianum ederet, ſatis conſtat,) poſtquam data opera atque adcurate *Parthicam* hanc *Hiſtoriam*, quæ Appiani nomen præferebat, cum Plutarchi Vitis Craſſi & Antonii contuliſſet, non ſolum nihil cauſæ ſe inveniſſe præ ſe tulit, cur dubitaret, ab eodem Appiano, cujus alia ſcripta in manibus haberemus, hunc talem libellum pro ipſius Parthica Hiſtoria editum eſſe; verum etiam præ ceteris Appiani Libris hunc ipſum *perpetuis Annotationibus* illuſtrandum ſibi ſumſit, quibus Adnotationibus hoc potiſſimum *in animo ſe habuiſſe* profitetur, (p. 46. Annotationum in Appianum, editioni H. Stephan. ſubjectarum) ut *oſtenderet, qualis foret iſta quæ Appiano peculiaris eſſe exiſtimatur alienorum ſcriptorum uſurpatio.* Neque his contentus, mox ita pergit idem STEPHANUS: *Fortaſſe autem, ſi, ut hiſtorica Plutarchi ſcripta ad nos pervenerunt, ita & quorundam aliorum Hiſtoriæ ad nos perveniſſent, Appianum non in Plutarchica tantum, verum & alia quædam ſcripta, in aliis ſuis Hiſtoriis, id ſibi permiſiſſe videremus.* At id quidem nequaquam cavillandi cauſa, aut ut vituperaret Appianum, ita ſcripſit STEPHANUS. Quin potius, *hoc quo magis*, inquit, *de Appiano ſuſpicabuntur*, (ſcil. in aliorum ſcripta idem ſibi eum permiſiſſe, quod in Plutarchum feciſſe putatur,) *eo magis & ceteras ejus Hiſtorias in pretio habere debebunt, tanquam varios Hiſtoricos ſub nomine unius legentes: præſertim quum non ἐκ τῶν τυχόντων, ſed tantummodo ἐκ τῶν περιωνύμων eum excerpſiſſe veriſimile ſit. Ad ea certe quod attinet, quæ e Plutarcho ſumpſit, eſſet cur a nobis magni fierent, ſi hic Scriptor non exſtaret, ſed hæc demum ex eo ſupereſſe audiremus, quæ Appianus in hanc ſuam aut etiam in aliam quampiam Hiſtoriam tranſtuliſſet. Verum quamvis exſtet hic Scriptor*, (nec enim piget reliqua etiam, quæ de iſto libello & de ſuis in illum Adnotationibus H. STEPHANUS prædicat, huc transſcribere:) *eſſe quod Appiano ob hæc excerpta debeamus, videbit qui-*

cunque has meas in iſtam ejus Hiſtoriam annotationes non videre tantum, aut a limine ſalutare, ſed penitus introſpicere haud gravabitur. Sicut enim multa apud ipſum e Plutarcho ſuæ integritati reddita, ita viciſſim non pauca (etiamſi non tam multa) apud Plutarchum ex ipſo reſtituta cernet. Quid de tot dicam locis, in quibus alia Appiani alia Plutarchi verba ſunt, eodem interim ſenſu manente? & quidem interdum verba ita diverſa, id eſt, ita diverſam elegantiam habentia, ut magno ad deligendum elegantiora judicio ſit opus. Cæterum ad ea quod attinet quæ noſtro Appiano ex eodem Scriptore a me ſparſim (in Adnotationibus) *adjecta ſunt, eorum eſſe nonnulla fateor ejuſmodi, ut merito quis dubitaturus ſit an ea ipſe Appianus conſulto omiſerit, quod brevitati ſtudere vellet, an incuria librarii, cui omnia exſcribenda mandaverat, prætermiſſa fuerint.* [Quid! Scriptor ille, ex cujus ceteris ſcriptis omnibus, quamquam non ab omni humana labe liberis, tamen antiquus quidam candor, cum ſumma gravitate nobilis ſimplicitas, eruditio nec fucata nec ullo modo adfectata, denique mira moderatio, ſubactum uſu rerum judicium, & prudentia haud vulgaris elucent, is idem nunc ſubito non ſolum eo impudentiæ fuerit prolapſus, ut iſtas narrationes ex ſui æqualis Plutarchi ſcriptis unice decerptas pro *ſua Parthica Hiſtoria* ediderit, verum etiam adeo impenſe factus fuerit impudens, atque ita putide ſtolidus, ut nomen ſuum farragini illi ab inepto ſervulo conſarcinatæ non erubuerit ita inſcribere, ut ne perlegerit quidem diligenter, inſpexeritque quidnam aût quale eſſet quod ex Plutarcho ſuo homo iſte deſcripſiſſet?] *Libuit autem* (ſic pergit STEPHANUS) *& hoc oſtendere, qua junctura uſus ibi eſſet* (Appianus,) *ubi, multis Plutarchi verbis omiſſis, ad hiſtoriæ tamen ex eodem continuationem reverti volebat.*

III. Tale judicium de libello iſto, & de tota ratione, qua in uſurpandis aliorum ſcriptis verſatus Appianus eſſet, poſtquam adeo confidenter tulit ipſe ille Editor Appiani, qui cum hoc Scriptore longam familiaritatem contraxerat, qui, quid

in eum cadere, quid non cadere poſſet, perſpectum habere debebat, denique qui non niſi veritatis vi atque evidentia coactus in Scriptorem hunc, cui haud parum favebat, dicturus quidquam videri debebat quod in ejus dedecus verti poſſet; conſequens erat, ut mox ab omnibus uno ore, veluti confeſſus reus, Appianus condemnaretur, cujus tam deſperata cauſa eſſet, ut nec ſummus ipſe ejus patronus negare crimen eſſet auſus, colorare tantum & in benigniorem partem interpretari miro quodam modo laboraſſet. Ex illo igitur tempore nec opus amplius viſum eſt parcere verbis, & mos obtinuit, ut per riſum jam atque contemtum *alienorum laborum fucus, compilator exſcriptorque aliorum*, vulgo Appianus vocitaretur, cujus *furta* palam nominare digitiſque monſtrare liceret. Quæ infamiæ nota, graviſſimi Scriptoris nomini temere inuſta, præeunte JOS. SCALIGERO, (Animadv. ad Euſeb. n. 2021. p. 177.) mox communi doctorum virorum calculo comprobata eſt, & cum in aliorum ſcriptis, tum in VOSSII *Comment. de Hiſtoricis Græcis*, *Lib.* II. *cap.* 13. & *de Arte Hiſtorica*, c. 22. in FABRICII *Bibl. Græca*, *T.* III. *p.* 398. ac tantum non in omnibus denique vel libris eis vel libellis, e quibus notitia aliqua vel veterum Hiſtoricorum vel Græcorum Scriptorum peti ſolet, ita confidenter conſignata, ut nemini amplius in quæſtionem revocandum illud crimen videretur. Et quoniam ipſe jam Henr. Stephanus (qui miram utique, ne quid gravius dicam, in tota iſta re perſonam egit) *ſuſpicionem* illam *de plagio Appiani latius etiam quam ad ſolam Parthicam pertinere Hiſtoriam* ſignificaverat; factum eſt, ut crimen iſtud a pleriſque deinde ita vage atque inconſulte in Appianum conjiceretur, ut nullo amplius modo adpareret, ex unius libelli hujus occaſione omnem illam indignam ſuſpicionem iniquiſſimamque criminationem innocentiſſimo Scriptori eſſe conflatam. Neque vero intra plagii crimen accuſatio Appiani, & (quæ eam fere incognita cauſa ſequi ſolebat) condemnatio ſubſtitit: ſed omnis ſimul *invidia* illa atque *contemtio*, quæ merito cadit in id hominum genus, cui temere nunc accenſebatur nobiliſſimus Scriptor, cumulate

in eumdem conjecta eſt. In quo rurſus idem, quem paulo ante nominavi, JOSEPH. SCALIGER ceteris præivit exemplum, miras excitans tragœdias, quoties in reliquis Appiani libris in locum aliquem incideret, ubi vel humani quid paſſus fortaſſe videri poterat hic Scriptor, vel ubi manifeſta librariorum ſocordia errorem ei obtruſerat, vel denique ubi ſecus atque alius quiſpiam Scriptor, qui plus auctoritate valebat apud Scaligerum, rem aliquam Appianus expoſuiſſe videbatur. Cujus moris Scaligeriani exempla videre licet in Adnotat. noſtris ad Civ. I. 141, 69. ad Civ. II. 228, 3. ad Syr. 610, 60. ad Civ. V. 811, 63. ad Civ. IV. 555, 7 ſq.

IV. Sed ut ad libelli illius flagitium revertar, cujus unius falſiſſimo crimine exiſtimatio Appiani non modo in ſummum diſcrimen adducta eſt, ſed etiam funditus everſa oppreſſaque communi plerorumque judicio ad hunc diem jacuit; toto ſeculo ſuperiori vix rari nonnulli, unus & alter, exſtiterunt, qui, ſive Xylandri admonitionis memores, ſive per ſe in eamdem cogitationem (quæ cuique, niſi qui præjudicata opinione præſtrictam aciem animi haberet, ſponte ſeſe offerre debebat) incidentes, tam indignam infamiam a Scriptoris nomine nihil tale meriti amoliri conarentur. In his ſapientiſſimum FREINSHEMIUM fuiſſe reperio, qui in *Notis ad Flor.* IV. 10, 4. breviter quidem & in tranſcurſu, quum auctorem Parthicæ illius, de quibus quærimus, Hiſtoriæ *Exſcriptorem Plutarchi vocaſſet*, *qui Appiani nomine circumfertur*, hanc ſententiæ ſuæ rationem adjecit: *cum Appianus, Plutarchi coætaneus, ne ſi voluiſſet quidem, furta tam inſignia potuiſſet impune facere.* Tum FRANC. BALDUINI in eamdem partem inclinans judicium a *Jo. Alb. Fabricio* in Bibl. Gr. T. III. pag. 398. adlatum his verbis video: *Franciſcus quoque Balduinus lib. I. de inſtitut. Hiſtoriæ p.* 87. *cum obſervaſſet, bene multa e Plutarchi Craſſo in Appiani Parthicis repeti, id factum conjicit, non ab ipſo Appiano, qui Plutarchi fuerit æqualis, ſed a librariis ſupplendæ in illius Commentariis lacunæ.* Sed adeo non audiendi hi viſi ſunt doctiſſimo FABRICIO, ut ſatis eſſe putaret, ſi *Freinshemii* illam *ſuſpicionem*

(ſic enim æquiſſimam hujus viri ſententiam, eamque ſatis præciſe pronunciatam, adpellat) *miro niti argumento parumque ſolidam eſſe* dixiſſet; tum ſi Balduino in hunc modum reſpondiſſet: *Equidem per exempla innumera oppido patet, his, qui religioni ſibi neutiquam ducunt alios exſcribere, non minus frequens eſſe, imo frequentius, ſcriptores ſuæ ætatis compilare, quam vetuſtiores.* Noſtro ſeculo, qui deſertam innocentiſſimi Scriptoris cauſam ſuſciperet, neminem reperire mihi licuit, præter unum generum ipſius Fabricii & in inſtaurando illuſtrandoque Dione ſocium, HERM. SAMUELEM REIMARUM. Is quum *in Præfatione ad novam Dionis Editionem* in eo eſſet verſatus, ut ſimillimum plagii crimen, Dioni a nonnemine impactum, ab illo Scriptore amoveret, &, ipſa criminis ſimilitudine admonitus, ſententiam eam recitaſſet, quam in Appiani noſtri cauſa a Xylandro dictam ſupra vidimus, perſpecte monuit, nihil æquius, nihil verius dici potuiſſe. *Vere omnino*, inquit, *hæc Xylander; nec dubito, illum alium, qui hæc Plutarchi mutilo Appiani Parthico inſerſit*, [rectius dixiſſet, *qui hæc Plutarchi pro Appiani Parthica Hiſtoria edidit,] fuiſſe librarium, qui, ut vendere magis integrum Appianum poſſet carius, ex furto lucrum captarit.*

V. Quæ vero *me cauſæ movent, ut* præciſe *negem, libellum illum*, qui tantam Appiano invidiam conciliavit, *quidquam ad hunc Scriptorem pertinere*, aut umquam ab eo inter ſcripta ſua relatum & pro ipſius Parthica Hiſtoria editum eſſe, partim eædem ſunt fere quibus Reimarus uſus eſt ad Dionem ſimili crimine liberandum, partim propriæ noſtræ quæſtioni, & ex ipſa ratione hujus compilationis, de qua agitur, ductæ. De utroque genere breviter dicam, multa conſulto prætermittens, quæ commode quidem in ſententiam noſtram dici poſſent, ſed quæ per ſe facile a quovis æquo Appiani lectore intellectum iri puto. Igitur primum dico, *ex hoc ipſo, quod e Plutarcho totus ille libellus compilatus ſit, manifeſtum fieri, non eſſe ab Appiano pro ſuo editum.* Etenim ſi Parthicam Hiſtoriam ſcripturus Appianus Plutarchi ſcrinia voluiſſet compilare,

compilare, tum id quidem aut ſtyli & orationis gratia, aut ipſius argumenti rerumque cauſa feciſſet. At *ſtyli & orationis gratia* hoc non facturus erat is, qui de æmulanda Plutarchi dictione adeo non cogitavit, ut in nulla alia Hiſtoriarum ſuarum parte, in quibus multa argumenta occurrunt copioſe ab eodem Plutarcho tractata, ne unam quidem ἰῶτα huic Scriptori ſubreptam ſermoni ſuo inſeruerit. Nam licet a gravibus eruditiſque viris paſſim pro explorato adfirmatum hoc videam, *fuiſſe hunc morem Appiani, ut Plutarchi verba deſcriberet;* (Iſ. Caſaub. cum alibi, tum in Fragm. Polyb. ex Suid. collectis, ad voc. γαφυρίζων, conf. Adnot. noſtr. ad App. Civ. II. 181, 22.) *amare eum ſyllabatim plerumque Plutarchum deſcribere;* (Ruald. Animadv. XXI. in Plutarch.) tamen, a Parthica iſta Hiſtoria ſi diſcedamus, nec ab ullo umquam, quod ſciam, vel unicus Appiani locus productus eſt, & ego ſtudioſe quærens, plurimaque Plutarchi & Appiani loca, quibus eædem res exponuntur, inter ſe conferens, nullum apud Scriptorem noſtrum locum inveni, quem *Plutarcho ſubreptum eſſe* pateat, nedum *ſyllabatim ex eo deſcriptum.* Neque vero magis firmo fundamento nititur, quod a nonnullis dici ſolet, ex Polybio & aliis Scriptoribus, tacitis auctorum nominibus, paſſim multa ad verbum deſcripta Hiſtoriis ſuis Appianum intexuiſſe, ex quo colligi poſſet, idem ſibi eum in Plutarchum potuiſſe permittere. Nam & iſta temere concepta opinio eſt, nec ullo umquam documento comprobata. Quin potius, quiſquis ſepoſita opinione præjudicata Appianum perlegerit, is nullo negotio intelliget, ſuum eſſe Scriptori huic ſtylum, ſuum orationis colorem atque habitum, in omnibus Hiſtoriarum ipſius partibus ita æquabilem, ita per omnia (quoad rerum varietas tulit) ſui ſimilem, ut adpareat, ſtylum quidem dictionemque quod adtinet, nihil uſquam alieni, (niſi ſi quas turbas librarii moverunt,) nihil, in quo nativus ille atque Appiano proprius dicendi color deſideretur, eſſe admixtum. Neque quemquam, qui Polybii, qui Plutarchi ſtylum cum Appiani dictione voluerit conferre, præterire poteſt, ſicut multum intereſt inter Plutarchi ſtylum & Poly-

bianum, ſic multo etiam magis ab utroque differre Appianeæ orationis colorem. Utrius ſtylus terſior ſit ſuaviorque, Plutarchi, an Appiani, id quidem ſuo cujuſque judicio atque ſenſui æſtimandum relinquo. Illud confidenter adfirmo, nullo pacto credibile eſſe, Appianum, quum per totum Hiſtoriarum Romanarum curſum ſuo ſtylo uſus eſſet, ubi ad Parthicam Hiſtoriam pervenit, ſubito ita ſui fuiſſe pertæſum, ita Plutarchum ſubito unice eſſe admiratum, ut ſimul, omni ſpe ſui abjecta, illi uni ſe mancipare, ſimul, pudore omni repudiato, ornatu furtim ſubrepto ſuperbire voluerit. At *argumenti rerumque cauſa*, quæ in Parthico iſto Libro exponuntur, Plutarchi ſcrinia compilaverit Appianus? Hoc ſi quis dicat, habeo quæ reſponderem, ſi id nunc ageretur. Et longiore quidem paulo opus eſſet diſputatione: ſed ſatis probabile, ut ſpero, eſſem facturus, in reliquis cunctis partibus Hiſtoriarum ſuarum eos auctores ſequi ſolitum Appianum, qui vel æquales eis temporibus, quibus res quæque geſta eſſet, vel proximi exſtiterint. Illud vero certa etiam & invicta ratione oſtendi poſſe confido, quidquid paſſim a viris doctis de more Appiani *Plutarchum in rerum expoſitione auctorem ſequendi* dictum eſt, non niſi vanas temereque conceptas ſuſpiciones eſſe, ex una illa præjudicata de Parthico hoc Libro opinione ortas, nec ullo alio fundamento, verum ſi quæras, nitentes. Sed omni illa diſputatione de Auctoribus, quos in perſcribendis rebus Romanis ſecutus Appianus ſit, ad id de quo nunc agitur ſuperſederi poſſe intelligo: quandoquidem de libello quærimus, cujus non *argumentum ſolum* ex Plutarcho ductum ſit, ſed qui *verbum de verbo* ei Scriptori ſubreptus eſt, cujus ſtylum numquam profecto Appianus cum ſuo erat commutaturus.

VI. Alterum documentum, ex quo manifeſtum mihi fieri dixi, falſo impactum Appiano eſſe plagii illius crimen, neque umquam a Scriptore hoc, quem ex aliis ſcriptis novimus, libellum iſtum, de quo quærimus, pro Parthica ipſius Hiſtoria edi potuiſſe, in ipſa ratione ineſt hujus compilationis; quæ & per ſe inepta & puerilis eſt, & ei rationi, quam ſive

in aliis Hiſtoriarum Roman. libris conſtanter tenuit Appianus, ſive in Parthica Hiſtoria ſe inſturum profeſſus eſt, quam maxime adverſatur. Quod ut planius adpareat, ſupereſt, ut de *ipſa forma atque ratione, qua libellus iſte compilatus conſarcinatuſque eſt*, nonnihil moneam. Itaque

1. *Exordium* quod adtinet *libelli:* quum in ceteris Libris conſtanter hoc factum ab Appiano videamus, quod ipſa ratio poſtulabat, ut de ejus gentis, cujus hiſtoriam erat expoſiturus, origine, ſedibus atque finibus aliquid præfaretur; Parthicus hic liber unus eſt ex omnibus, in quo ne veſtigium quidem ullum earum rerum adpareat. Nimirum nihil de Parthici regni origine & finibus Plutarchus ſuppeditabat. At vel abſque Plutarcho magiſtro haud ignarum earum rerum Appianum fuiſſe, ſatis adparet ex his quæ de antiquis Parthorum rebus in tranſcurſu ſaltem & aliud agens retulit in Hiſt. Syr. c. 65. extr. & c. 48. p. 608. Eſt porro conſtans mos Scriptoris noſtri, ut quoties in aliqua parte ſuarum Hiſtoriarum commemorandum aliquid duceret, quod alibi jam ex profeſſo expoſuiſſet aut expoſiturus eſſet, numquam non ad eum locum ableget ſuos lectores. Sed compilator noſter, quum exordii loco laciniam quamdam ex Appiani Syr. c. 51. in Parthica hac Hiſtoria repetiiſſet, callide hoc feciſſe videtur ut indicium nullum adjiceret, ex quo ſuſpicari poſſet lector, laciniam eam eſſe ex alio Appiani libro ad verbum deſcriptam. Nempe Appiani quidem ſtylo, qui initio libelli conſpicuus eſſet, capere lectores voluiſſe videtur homo iſte, ut ad Appianum auctorem referre totam hanc ſcriptionem ne dubitarent: verendum autem erat, ne in illam inciderent dubitationem ſimul atque ipſum locum Syriaci libri, unde illa lacinia decerpta eſt, inſpexiſſent; quoniam (ut mox videbimus) compilator noſter, ubi Appiani orationem abrupit, continuo contrarium ejus rei, quæ apud eumdem Scriptorem proxime ſequebatur, erat dicturus. Sed ne non modo aſtutiam ſuam, verum etiam ruſticam plane imperitiam, jam inde a limine ſuæ compilationis proderet homo noſter; initium totius Libelli, qui nullo modo cum fine præcedentis alicujus Libri

erat connexus, ab his verbis fecit mirus ille artifex, Μετὰ δὲ τοὺς ἐκ Πομπηίου κ. τ. λ. *Poſt eos AUTEM qui a Pompejo &c.*

2. In Syriaca hiſtoria, eodem loco unde Parthicæ hujus compilationis exordium Appiano ſubripuit plagiarius, declaraverat Appianus, *ſe de eis rebus, quæ, Bibulo & Saxa Syriam tenentibus, a Parthis adverſus Romanos geſtæ eſſent, in Parthica ſua Hiſtoria copioſe & diligenter* (ἱστικῶς) *eſſe dicturum.* Syr. c. 51. extr. p. 613. Ac noverat haud dubie Scriptor noſter idoneos auctores, quos in rebus illis exponendis ſequeretur: de quibus rebus nobis hodie Dionem Caſſium XLVIII. 24-26. Livium Epit. CXXVII. Vellejum Pat. II. 78. conſulere licet. Sed Plutarchi compilator, quum nec Bibuli nec Saxæ mentionem apud Plutarchum ſuum reperiſſet, deſperans ſe de illis rebus quidquam dicere poſſe, multo ante cavit, ne earum rerum hiſtoriam ſuo loco vel exſpectarent vel requirerent lectores. Itaque, abrupta *in fine Exordii ſui* oratione Appiani, pro verbis illis, quæ proxime ſequebantur, quibus conſilium ſuum de his rebus copioſe in Parth. hiſt. differendi profeſſus Appianus erat, hæc verba ſupponere non erubuit, menti & conſilio Scriptoris noſtri ex adverſo repugnantia: *ſed nihil quidquam*, inquit, *quod alicujus monenti aut vel memoria dignum eſſet, Parthi tunc geſſerunt.* vid. Parth. p. 22, l. 19. Adde quæ paulo inferius monebimus, num. 5.

3. Mox ubi ab illo exordio *tranſitum* parat compilator *ad Craſſi res in Parthia geſtas* ex Plutarcho enarrandas, fœde rurſus ſe prodidit homo ille, oſtenditque quam triſti in loco verſaretur, & quam eſſet omnibus rebus, impudentiam ſi excipias, denudatus, quoties non liceret ſyllabatim verba auctoris ejus deſcribere, cujus ſcrinia compilanda ſibi ſumſiſſet. Nam quum ea quæ apud Plutarchum præcedebant (in Vita Craſſi p. 551.) in brevius contrahere vellet, miſcuit & turbavit omnia. Primum enim, Cæſaris petitionem conſulatus confundens cum petitione Craſſi & Pompeji, quam ſatis quidem adcurate cum ipſe Plutarchus l. c. tum Appianus noſter Civ.

II. c. 8 ſq. & c. 17. a Cæſaris petitione diſtinxerat, *Cæſarem Pompeji & Craſſi competitorem fecit.* vid. hiſt. Parth. p. 23. l. 26-28. Deinde quoniam Plutarchus, de Cæſaris petitione conſulatus & de priori Triumvirorum conſpiratione verba fabiens, Ciceronem inter eos nominaverat, qui paucorum dominationi eſſent adverſi; nunc idem compilator noſter, alio rapiens omnia, *Ciceronem*, ait, *adverſatum eſſe Pompejo Craſſoque conſulatum petentibus*, quem tamen conſtat eodem tempore amicitiam Pompeji Craſſique coluiſſe, ſimul vero, ut neutram partem offenderet, *a curia & ab omni parte reipubl. ſeſe ſubtraxiſſe*, ut ſcribit ipſe ad Q. Fratrem lib. II. epiſt. 6.

4. Numquam Appianus, in ulla Hiſtoriarum ſuarum parte, in perſonæ alicujus mentionem, cujus primariæ præſertim partes in ea re eſſent de qua ageretur, incidit, quin, quantum ſatis eſt, doceat lectorem, qui homo . qui nunc in hiſtoriæ ſcenam prodeat, & qua ratione, quibus cauſis factum ſit, ut in eum locum & ad eas res gerendas, de quibus agitur, acceſſerit. In Parthica hac compilatione, ſimulatque Plutarchus ſilet, nihil harum rerum adparet. Finita Craſſi hiſtoria, ſubito ac veluti de cœlo delapſi & *Labienus* (Parth. p. 71, 26.) & mox *Antonius* (ead. pag. lin. 32.) inducuntur. Quis mortalium Labienus ille fuerit? quove caſu vir Romanus eo devenerit, ut Parthorum dux & imperator contra Romanos eligeretur? quod mirum ſane videri debebat lectoribus, id ne uno quidem verbo declaratur. Neque magis expoſitum videmus, qui factum ſit, ut Antonius potius, quam quilibet alius Romanorum, bellum iſtud contra Parthos ſuſceperit; ubi ſaltem commonefaciendus fuerat lector de perſona Antonii, & de illa partitione imperii inter Triumviros, quam Scriptor noſter Civ. V. c. 65. expoſuit. Profecto, qui vel ſummis labiis Appiani Hiſtorias deguſtarit, eum non poterit proprius ſenſus non condocere, quam ſit hæc compilatoris iſtius ratio hiſtoriam aliquam ingrediendi a luculenta eademque conſtantiſſima Appiani ratione aliena.

5. Quamquam ante dixerat compilator noſter, (vid. ſupra,

ſunt. Itaque ipſi etiam H. STEPHANO, ſingulari aliàs admiratori *elegantiarum* quibus Appianum *in uſurpandis Plutarchi ſcriptis* uſum eſſe putavit, ita deſperatus hic locus viſus eſt, ut (invitus quidem, & tergiverſans, & pugnans ipſe ſecum, ſed haud obſcure tamen) fateretur id quod hac diſputatione evictum volumus; nempe, non ab Appiano, ſed ab imperito ſervilique homine, compilationem iſtam eſſe confectam. Quid enim aliud STEPHANUS, niſi id ipſum, fatetur? ubi, de verbis illis εἴ οἴχεσθαι - - Αλεξ. quærens cur cum ceteris hæc quoque ex Plutarcho huc rapta ſint, tali modo ſolvit nodum: *Ego*, inquit, *certe ab eo ortum hunc errorem eſſe crediderim, cui Appianus iſta ex Plutarcho excerpenda dederat, paulo longius quam juſſiſſet Appianus progreſſo in his quæ ex eo excerpenda loco erant.* Quo loco intelligo equidem, me nimis bonum hominem fuiſſe, qui gratiam hanc ineptiſſimo exſcriptori fecerim, (quam ne ipſe quidem Appianus, cujus auſpiciis, Stephanum ſi audias, hoc flagitium commiſſum eſt, facere dignatus erat,) ut eadem illa verba, εἴ οἴχεσθαι - - - Αλεξάνδρειαν, *uncis* incluſerim; quaſi probabile eſſet, non ab ipſo primo compilatore, ſed ab alio quodam librario, adjecta eſſe illa verba. Quis vero alius, niſi ipſe ille ineptiſſimus homo, qui totum puerile flagitium admiſit, verba hæc adjecerit? quæ apud Plutarchum quidem recte ſequuntur, ſed hoc loco a nemine deſiderari poterant, & ſententiam omnem eorum quæ hìc præcedunt (licet pro ὑπ' αὐτῆς, ſcil. Κλεοπάτρας, quod erat apud Plutarchum, ὑπ' αὐτῶν, ſcil. Πάρθων, poſuerit callidum caput) turbant atque evertunt. *Solam voculam* ἂν vel οἶ vel εἰ, in qua variant libri noſtri, quam in εἴ mutarunt editores, *uncis includere* fortaſſe *debui.* Hæc enim vocula, ſicuti nec apud Plutarchum legitur, ſic fortaſſe nec ab ipſo compilatore hujus libelli adjecta, ſed a ſequentibus librariis, cum ſententiam nullam ſcabræ orationi ſubjectam viderent, ſive caſu, ſive conſulto, interpoſita eſt. Ceterum non ſemel hoc ineptiſſimo homini accidiſſe videmus, ut ejuſdem generis lepidos floſculos, una cum ceteris bonæ frugis rebus e Plutarcho ſuo corraſos, alieniſſimo loco ſpargeret.

Plutarcho eadem temeritate in Dionis Caſſii opera pariter ante decimum Seculum relatum fuiſſe conſtat: de quo conſulendus, quem ſupra jam laudavi, Reimarus in Præf. ad Dionem §. 12-14. Simul vero intelligitur, *veram Appiani Parthicam Hiſtoriam*, ſi modo umquam in lucem edita ab Appiano eſt, jam ante idem decimum ſeculum ex oculis hominum evanuiſſe. Mihi vero, tametſi plus ſemel promiſſam eſſe a Scriptore noſtro Hiſtoriam illam video, (cf. Adnotat. noſtr. ad Teſtimon. Photii pag. 6, 45 ſq.) tamen interdum viſum eſt, *dubitari haud immerito poſſe, an umquam re ipſa ab eo perfectus ille Liber & cum ceteris Romanar. Hiſtoriar. libris editus fuerit?* Certe quum non in Syriaca modo Hiſt. p. 613, 99. verum etiam in Civilium Bell. Libris, qui ex poſtremis ſunt totius operis, (Civ. II. 197, 90. & Civ. V. 798, 46.) de Parthica illa Hiſtoria non tamquam *jam perſcripta*, ſed tamquam *futura* atque *olim edenda* loquatur; per ipſum quidem Appianum dubitare licebit, umquam ne prodierit ille, quem edere utique conſtituerat, liber. Et quoniam Hiſtoriam Romanam per ſingulas *imperii Romani provincias* deſcribendam Appianus ſuſceperat, Parthia autem numquam provinciarum numero fuit adſcripta, videri poterant res Parthicæ quodammodo extra inſtituti illius rationem & ultra terminos operi circumſcriptos poſitæ: quare ad calcem totius Operis ac velut in ſeparatum quemdam Librum forſan Parthicam illam Hiſtoriam ſervaverat Appianus, quo libro fortaſſe quidquid rerum Romanis fuerat cum Parthis uſque ad Trajani Parthicas victorias, adjunctis his ipſis, conſtituerat comprehendere. Ac multa deinde, præſertim cum ætate jam provectior videatur fuiſſe, quum totum hoc opus Romanarum Hiſtor. edere adgrederetur, potuerunt incidere, quæ, quo minus omnia, quæ inſtituerat, abſolveret, obſtiterint. Ut autem de hoc potiſſimum Libro, *abſolutus ne ab Appiano & editus umquam fuerit*, dubitemus, haud improbabilis cauſa hæc videri poteſt, quod, quum decimo ſeculo ac fortaſſe etiam Zonaræ adhuc ætate ceteri omnes Appiani libri ad Roman. Hiſt. pertinentes adhuc ſupereſſent, (quemadmodum ex Teſtimoniis

INDEX

RERUM ET PERSONARUM.

Signorun explicatio. Pr. *denotat Præfationem Appiani.* R. *Librum de Regibus Romanorum.* It. *librum de rebus Italicis.* Sa. *de rebus Samniticis.* G. *hiſtoriam Gallicam.* Si. *hiſtoriam Siculam & reliquarum Inſularum.* H. *Hiſpanienſem.* A. *Annibalicam.* Pu. *Punicam.* Nu *fragmenta de Rebus Numidicis.* Sy *Syriacam.* Mi. *Mithridaticam.* Il. *Illyricam.* C. I. C. II. C. III. &c. *Civilium Bellorum librum I. II. III. &c.* Numeri *omnibus iſtis ſignis adjecti* Capita *cujuſque Libri indicant: litera* n. *vero paſſim addita ſignificat, de eadem re in* Adnotationibus Vol. III. *eſſe diſputatum.* Pa. *Parthicam notat hiſtoriam; & huic ſigno adjectus numerus ad Paginam refertur.*

Abacænini, an ponendi pro Palæſtenis? C.v. 117. n.
Abala portus. C.v. 112. n. & ad C. IV. p. 640, 66.
Aborigines. R. I. 1.
Abrupolis, amicus Rom. Ma. IX. 1. n. & 3.
Abydus. Sy. 28. Mi. 56. C. IV. 82. 87. munitur ab Antiocho. Sy. 21. oppugnatur a Liv. 23.
Academia. Mi. 30.
Acarnanes, inter auxil. Cæſaris. C. II. 70.
Acarnania, Ma. IX. 2. Mi. 95. invaditur ab Antiocho. Sy. 16.
Acerrarum ſenatus in puteos conjectus Pu. 63. n.
Acerras obſidet Pap. C. I. 42. 45.
Achæi ad Romanos deficiunt a Philippo. Ma. v. obſident Corinthum cum L. Quintio. ib. auxilia mittunt Eumeni. Sy. 26. & Romanis adv. Antiochum. Syr. 31. deficiunt ad Mithridat. Mi. 29. 69.
Achæi Scythici, reliquiæ Græcorum a Troja. Mi. 67. 102. fugitivi invaduntur a Mithrid 67. eidem auxilia mittunt. 69. eidem obſiſtentes fugantur. 102. oderunt Græcos ib. a Pomp. in triumpho traducuntur. 116.
Achæorum portus. Sy. 23. Mi. 77. C.v. 137 ſq.
Achaja: ex ea triumphat Mummius. Pu. 135.
Achaja, opp. Syriæ. Sy. 57. Parthiæ. ib.
Achaica hiſt. Appiani. Adnot. Vol. III. p. 889 ſq.
Achillas. C. II. 84. 90. 101.
Achillei vid. Enchelees.
Achillis preces. It. VIII. 2. n. ad Thetidem verba. C. III. 13.
Acholla, opp. Africæ. Pu. 94.
Acies, Annibalis. A. 7. 20. Pu. 40. Antiochi & Domitii. Sy. 18. 31 ſq. Cæſaris & Pompeji. C. II. 75 ſq. Scipionis Afr. Pu. 41. Varronis & Æmil. adv. Annib. A. 19.
Acilius proſcriptus. C. IV. 39. An M'. AquiliusCraſſus? n. ad C. III. p. 523, 82.

L. Acilius, Æſernia ſervi habitu profugit. C. I. 41.
M'. Acilius Glabrio, imp Rom. in Græcia, adv. Antiochum. Sy. 17-21.
M'. Acilius Glabrio, Procoſ. Aſiæ. Mi. 90. n.
Acta Antonii præterita & futura S. C adprobantur. C. v. 55. Cæſaris S. C. rata habentur. C. v. 135. diſſentionum præteritarum cremat Cæſar Octav. C. v 132. actorum Cæſaris commentarii in ædes Antonii deferuntur. C. II. 125. actorum rationem a quovis magiſtratu poſcere lege permittit Pompejus. 23.
Actium. C. I. 5. 6. C. IV. 38. 42. 49. 50. 51.
Adana, opp. Ciliciæ. Mi. 96.
Adoleſcens inſultat Syllæ. C. I. 104.
Adoptati nomen patris adoptivi adſumere ſolent. C III. 11.
Adoptio, coram Prætore. C. III. 14. lege Curiata. 94. Octavii a C. Cæſare. C II. 143. III. 11. 14. 94.
Adorat Pompejum Tigran. Mi. 104.
Adramytteni ſævi in hoſpites Italos. Mi. 23
Adrianus, Italica opp. Hiſp. oriundus. H. 38. diruit Hieroſolyma. Sy. 50. Proconſules per Italiam denuo conſtituit. C. I. 38. reſtituit Cn. Pompeji monumentum. II. 86.
Adrianus, vid. Fabius Adr.
Adriaticum mare, media bruma tranquillum Cæſari. C. II. 150. 54. Græcis Jonius ſinus. Pu. 423, 66. n. Præf. 4, 50. n. in medio Adriatico ſinu Scodra opp. C. v. 65.
Adrumetum. Pu. 33. 47. 94. C. II. 95.
